MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMVS III

MEROWINGICI ET KAROLINI AEVI I

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCII

EPISTOLAE

MEROWINGICI ET KAROLINI

AEVI

TOMVS I

EDIDIT SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

INEST TABVLA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCII

Aulae Vimariensis officina typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Post magnum Registri Gregoriani opus, quod mox absolutum iri speramus, sequitur epistolarum variarum copia, quotquot aevo Merowingico et Carolino scriptae supersunt, quas socius noster W. Wattenbach primus hoc ordine edendas sibi proposuerat. Qui cum hoc volumine eas tantum, quae ad regnum quidem Francorum et ad aevum Merowingorum pertinent, recipiendas duxisset, nos seriem in duas partes amplificare constituimus, ita ut et epistolas nonnullas Visigothicas Langobardicasque et codicem Carolinum ad finem usque saeculi octavi progredientem adderemus. W. Gundlach, qui et ipse antea indicem epistolarum omnium usque ad exitum Carolorum composuerat, maiorem huius tomi partem perfecit, quem laborem Wattenbachii auspiciis inceptum nostris consummavit. Edidit igitur epistolas Arelatenses cum appendice Viennensium adulterinarum, Austrasicas, quas codex unicus inculto satis sermone nobis servavit, Columbani, codicem Carolinum a Iaffeo amico b. m. iam bene elaboratum, easque epistolas, quae non ex Francorum regno prodierunt. W. Arndtio, quondam sodali nostro, Desiderii Cadurcensis libros II debemus; in Bonifatii Lulli sociorumque epistolis, quas idem olim promiserat quarumque subsidia magna ex parte paraverat, Iaffei vestigiis

ingressi nos ipsi periclitati sumus. Cum perpaucae harum epistolarum ex impressis vel exemplaribus recentibus repetendae, pleraeque ex codicibus manuscriptis antiquioribus eruendae essent, et bibliothecis praefectorum liberalitatem et amicorum fautorumque doctorum comitatem iterum iterumque appellare nos oportuit, quibus omnibus hoc quoque loco gratias agimus quam maximas. Nec sine fructu commentariolos multos et late dispersos adhibuimus, quibus investigatores huius aevi recentiores epistolarum aliquot et res et tempus accuratius tractaverunt. Quorum operam, quae inprimis in epistolis Bonifatii ac codicis Carolini consumpta ceteris aliquatenus deerat, W. Gundlach disputationibus diffusis in annalibus nostris editis supplere conatus est. Indices ab eo institutos Carolus Rodenberg, editor regestorum saeculi XIII, ad finem perduxit.

Dabam Berolini
Kal. Augusti 1892.

Ernestus Dümmler.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

		Pagg.
	Praefatio auctore E. Dümmler	V—VI
I.	*Epistolae Arelatenses genuinae ed. W. Gundlach*	1— 83
II.	*Epistolae Viennenses spuriae ed. W. Gundlach*	84—109
III.	*Epistolae Austrasicae ed. W. Gundlach*	110—153
IV.	*Columbae sive Columbani abbatis Luxoviensis et Bobbiensis epistolae ed. W. Gundlach*	154—190
V.	*Desiderii episcopi Cadurcensis epistolae ed. W. Arndt*	191—214
VI.	*S. Bonifatii et Lulli epistolae ed. E. Dümmler*	215—433
VII.	*Epistolae aevi Merowingici collectae ed. W. Gundlach*	434—468
VIII.	*Codex Carolinus ed. W. Gundlach*	469—657
IX.	*Epistolae Wisigoticae ed. W. Gundlach*	658—690
X.	*Epistolae Langobardicae collectae ed. W. Gundlach*	691—715
	Additamentum ed. W. Gundlach	716—718
	Addenda et Emendanda	719—724
	Indices scripserunt W. Gundlach et C. Rodenberg	725—762
	Index nominum	725—744
	Index verborum et rerum	745—752
	Index initiorum	752—757
	Index personarum, quae epistolas scripserunt	758—759
	Index personarum, quibus epistolae scriptae sunt	760—762
	Typographi errata	763

Tabula ad pag. 385.

I.

EPISTOLAE ARELATENSES GENUINAE.

Epistolarum Arelatensium seriem, qua una Honorii et Theodosii II. imperatorum epistola, septem Zosimi, quinque Leonis I., septem Hilari, una Gelasii I., quinque Symmachi, singulae Hormisdae et Felicis IV., tres Iohannis II., duae Agapiti I., octo Vigilii, undecim Pelagii I. paparum, quattuor aut ab episcopis Arelatensis provinciae aut a Caesario Arelatensis civitatis episcopo datae continentur, ut digestam luci ederem, sedecim codicibus manuscriptis usus sum, e quibus seriem praebent hi quattuor:

1 = Codex Parisinus latinus 2777 (Colb. 5034, Reg. 3989.3—3) saeculo IX. scriptus, in quo (fol. 20—42′) duodequadraginta epistolae, et litteris Honorii et Theodosii II. imperatorum, tribus Symmachi, omnibus Hormisdae, Felicis IV., Iohannis II., Agapiti I., quattuor Vigilii paparum et illis Caesarii tribus omissis, inveniuntur.


2 = Codex Parisinus latinus 3849 (Mazarinaeus, Reg. 3989) saeculo IX. scriptus, in quo binae litterae paparum Zosimi, Leonis I., Hilari, singulae Iohannis II. et episcoporum Arelatensis provinciae et Caesarii desiderantur, extant (fol. 1—53) quadraginta septem.

3 = Codex Parisinus latinus 5537 (Colb. 5141, Reg. 3989/3) saeculis X., XI., XII. conscriptus, quo non modo (fol. A—C′ et 1—92′) series epistolarum Arelatensium integra, extra unam Iohannis II. Caesariique adnexam epistolam, sed etiam (fol. 93—109) appendicibus diversis temporibus factis cum alia capita tum epistolae paparum Gregorii VII. ad Manassem Remensem archiepiscopum (fol. 93), Gregorii I. ad Augustinum Anglorum apostolum (fol. 96), ad Vergilium Arelatensem episcopum et ad universos Austrasiae episcopos et ad Childebertum II. Austrasiae regem (fol. 98 et seqq. eaedemque fol. 103 et seqq.), Nicolai I. ad Rotlandum Arelatensem archiepiscopum (fol. 104′) scriptae, ad ecclesiae Arelatensis primatum pertinentes, traduntur; quas litteras appositas considerans, si quis opinatur, hunc codicem cui inscribitur: 'Liber auctoritatum sanctorum patrum nostrorum, sedis apostolicae episcoporum, piissimorumque Honorii et Theudosii augustorum' ab ipsis episcopis Arelatensibus receptum probatumque et ultra XI. saeculum Arelate asservatum fuisse, recte eum concludere, e notis ipsi libro adscriptis apparet. Legitur enim fol. A: 'Codex iste fuit Petri Saxii' et 'Delatus ex urbe Arelatensi, ubi emptus est ab heredibus Saxii, anno MDCLXXXII. in hanc bibliothecam Colbertinam'; idemque codex a Saxio illo Arelatensi in 'Pontificio Arelatensi' identidem 'Codex manuscriptus auctoritatum apostolicarum ecclesiae nostrae' nuncupatur.

4 = Codex Parisinus latinus 3880 (Mazarinaeus, Reg. 4247) saeculo XII. scriptus, qui (fol. 70—91′) epistolarum partes primam et mediam, excepta una Iohannis II. Caesariique epistola, integras, extremam mutilam dat, omissis epistolis Pelagii I. cunctis atque Vigilii una.

Quamquam de numero epistolarum codices inter se discrepant, nihil tamen est, cur series in utroque antiquiore et novissimo codicibus minor initio constituta et postea aucta esse putetur; nam, quia ordo epistolarum in quolibet codice unus idemque est, et epistolas omissas illas esse, quas indicavimus, et in uno vel pluribus foliis conscriptas conscriptasque cum foliis amissas esse, codicibus antiquioribus perspectis manifestum est; novissimus autem codex quin derivatus sit e quodam exemplari, quod perhibuerit tot epistolas, quot habet codex 3, nemo dubitet perpendens, et ultimam illius epistolam, sententia non absoluta, desinere et indicem illi praemissum, quo epistolae tribus plures, quam calamo exaratae sunt, enumerantur, eundem esse, quem in codice 3 legimus, praesertim cum, inter codices 3 et 4 maximam affinitatem intercedere, ipsis lectionibus doceatur.

Verba singulorum codicum eo consilio percensenti, ut, qua quisque propinquitate cum reliquis coniunctus sit, requirat, codex 3 e 4 descriptus esse videatur; sed cum, formis litterarum testantibus, codex 3 vetustior sit quam 4, affinitatem eorum ita exortam esse, nemo negabit, ut uterque ex eodem exemplari manaverit. Ex utro codicum antiquiorum, 1 an 2, uterque derivandus sit, si quis deliberat, nescio, an et omnibus fere inter 2 atque 3 et 4 discordantibus et plurimis inter 1 atque 3 et 4 concordantibus locis instigetur, ut codicem 1 exemplar codicibus 3 et 4 propositum declaret; nihilominus intuitus, quantum a dictione codicis 1 abhorreant non pauci loci codicibus 3 et 4 communes, quorum neutrum ad neutrum referre licet, opinetur oportet, aliud exemplar (amissum) e codice 1 descriptum esse, quod a librariis codicum 3 et 4 expressum est. De codicibus 1 et 2 quid censeas, iam noveris, si ad lacunas, quae neque in codice 2 et in codice 1 inveniuntur, animum intenderis; nam cum omnes ad unam in codice 2 expletas videris, non ita ut ab eo qui scripsit temere factum esse suspiceris, sed exemplar quoddam et vetustissimum et optime scriptum rationem attulisse cognoscas, persuasum tibi erit, neque codicem 1 e codice 2, neque 2 e codice 1 repetere, sed utrumque simul natum e codice archetypo (ipso quoque iam amisso) statuere oportere, ut propinquitas codicum quattuor nostrorum hac imagine oculis proponi possit:



Sed hunc codicum ordinem recipias cave, ut, solum eum secutus, editioni instituendae operam des; neque enim antiquiores singulos recentioribus praestare, non est difficile cognitu. Quod codicem 3 talem esse diximus, ut eum, nisi antiquiorem perspexissemus, e codice 4 descriptum iudicaremus, hoc fecimus, quia eum, qui in codice 3 seriem epistolarum Arelatensium perscripsit, semper id egisse exquisivimus, ut e proposito sibi exemplari nihil nisi quae intellexerat acciperet, commutans vel potius depravans, quae non intellexerat, suo ipsius ingenio usus, eum autem, qui scripsit codicem 4, quaecumque in eodem exemplari proposito legebantur, sive mente sua comprehendit sive minus perspexit, omnia litteris mandare non dubitasse. Idem fere quod de codice 4 significatum est, etiam ad codicem 1 pertinere, lacunis illis, quas commemoravimus, recognitis, ex eo conici potest, quod qui tres sive quattuor invicem scripserunt codicem 1, exemplar propositum haud accurate secuti, adeo non quaecumque exscripserunt perspicua reddere studuerunt, ut quae difficulter legi poterant verba omittere quam perscrutantes agnoscere agnitaque exprimere mallent. Inter quem codicem et codicem 2, quamvis eodem saeculo compositi sint, maximum interesse inter omnes constat, qui non modo eum, qui 2 scripsit, diligentem atque curiosum se praestare computaverint, sed etiam esse quendam, qui non tam e suo arbitrio quam e codice proposito scripta, si opus fuerit, correxerit. Itaque eo ordine codices adhibendi sunt, ut maxima fides codici 2 habeatur, secundo loco 1 consulatur, tertio 4, postremo 3.

Sed quamvis usus codicibus 2 et 1, qui et duo vocabula litteris aevo Merowingico propriis scripta et permulta iuxta laxam eiusdem aevi rationem declinata vel deformata habent, facile ad opinionem adducaris, editionem similem reddi posse archetypo nostris codicibus aliquot saeculis antiquiori, tamen ne neglexeris alios codices epistolarum Arelatensium aut plures aut unam tradentes, maxime cum quattuor ex eis illos seriem totam exhibentes vetustate antecedant.

Codices enim, quibus plures epistolae Arelatenses traduntur, sunt

C 1 = Codex Coloniensis 212 (quondam Darmstad. 2326) saeculo VII. scriptus, qui praeceptum Honorii et Theodosii II. imperatorum, singulas Zosimi et Leonis I., tres Symmachi, unam (a v. cl. Constantino Höhlbaum Coloniensi collatam) Iohannis II. paparum epistolas dat,

B = Codex olim Phillippsianus 1743 (Meerm. 576), iam in bibliotheca regia Berolinensi adservatus, saeculo VII. sive VIII. scriptus, quo singulae Iohannis II. (Caesariique) et Symmachi paparum epistolae exhibentur,

T = Codex Tolosanus 364 B. 63 saeculo VIII./IX. conscriptus, in quo epistolae: Zosimi una, tres Leonis I., una Hilari, tres Symmachi paparum et episcoporum provinciae Arelatensis illa (a v. cl. Aemilio Molinier Tolosano collatae) leguntur.

Unam Symmachi papae epistolam solam tradunt:

P 1 = Codex Parisinus latinus 12097 (Sangerm. 936, Corb. 26) saeculo VI. sive VII. scriptus (epistola illa a v. cl. Augusto Molinier Parisiensi collata est; sed quae epistolae Iohannis II. papae adiuncta in hoc codice inveniuntur a v. cl. Carolo Zeumer Parisios profecto excerpta sunt),

P 2 = Codex Parisinus latinus 1451 (fuit Nicolai Fabri, Colb. 1868, Reg. 3887) saeculo IX. scriptus (a v. cl. Ernesto Sackur tum Parisiis commorato collatus),

P 3 = Codex Parisinus latinus 1564 (Colb. 1863, Reg. 3887/4—4) saeculo IX. scriptus (a v. cl. Augusto Molinier Parisiensi collatus),

M 1 = Codex Monacensis latinus 5508 (Diess. 8) saeculo IX. scriptus (a v. cl. Henrico Simonsfeld Monacensi collatus),

R = Codex Vaticanus Palatinus 574 saeculo IX. scriptus (a v. cl. Carolo Wotke tunc Romae versato collatus).

Solam epistolam Caesarii Arelatensis episcopi ad omnes Galliarum episcopos datam epistolaeque Iohannis II. papae postscriptam, sed falso Hormisdae papae suppositam praebent:

G = Codex Bruxellensis 10127—10144 (olim Gand.) saeculo VIII. scriptus (a v. cl. Aemilio Ouverleaux Bruxellensi collatus),

C 2 = Codex Coloniensis 91 (Darmst. 2179) saeculo VIII./IX. scriptus (a v. cl. Constantino Höhlbaum Coloniensi collatus),

P 4 = Codex Parisinus latinus 1603 (Teller. Rem. 264, Reg. 4483 A) saeculo IX. scriptus (a v. cl. Augusto Molinier Parisiensi collatus),

M 2 = Codex Monacensis latinus 6243 (Fris. 43) saeculo IX. scriptus (a v. cl. Henrico Simonsfeld Monacensi collatus).

Quorum codicum et antiquissimis et plurimas epistolas continentibus, Coloniensi et Tolosano, collectiones ad ius canonicum spectantes propositas earumque vetustissimam sexto saeculo post annum DL. absolutam esse, cum v. cl. Fridericus Maassen in libro suo praestantissimo, qui inscribitur: 'Geschichte der Quellen und der Litteratur des canonischen Rechts' vol. I, p. 584 demonstraverit, fieri non potest, quin series epistolarum Arelatensium, quam excerpsisse auctores earum collectionum quibusdam indiciis apparet, eodem tempore, quo collectiones illae conficiebantur, iam contexta fuerit. Cuius temporis accuratius determinandi causa ne ad epistolas Gregorii I. papae in codice 3 seriei, ut supra diximus, appositas animus advertatur; nam cum nihil aliud inveniatur, cur eae epistolae anno DXCV. datae

in seriem receptae non sint, nisi illud quod non iam scriptae erant, terminus ante quem series orta est non multum commutatur; sed potius reputetur, quid ex omissa illa Pelagii I. papae ad Sapaudum episcopum Arelatensem scripta sequatur, quam b. m. Paulus Ewald e collectione Britannica in Actis nostris (Neues Archiv, vol. V, p. 535) edidit: haec enim epistola, cum talis sit, ut, nisi epistolae Arelatenses iam collectae fuissent, eis addenda fuerit, docet, quoniam et ipsa inter annos DLVIII. et DLX. orta est et quae novissima ex epistolis Arelatensibus affertur anno DLVII. sive DLVIII. data est, seriem Arelatensem inter annos DLVII. et DLX., Sapaudo episcopatu fungente, constitutam esse.

Quid in serie constituenda Sapaudus episcopus egerit, et e canone II. concilii Taurinensis in codice 1 epistolis Arelatensibus adnexo et ex ipsis epistolis perfacile cognosci potest; nam illo canone cum concilium Taurinense decreverit, ut urbium Viennae et Arelatis inter se de iure metropolitano provinciae Viennensis disceptantium, utra demonstraverit, se in rebus publicis metropolim esse, ea etiam in rebus ecclesiasticis prima haberetur, et e praecepto Honorii et Theodosii II. imperatorum Arelatem caput esse Septem Provinciarum ostenditur et epistolis paparum collectis non modo metropolitanam potestatem provinciae Arelatensis per Leonem I. papam a Viennensi disiunctae, sed etiam Septem Provinciarum, omnium Galliarum, immo etiam Hispaniae primatum retinere episcopos Arelatenses probatur.

Mirari licet, epistolas in codicibus illis quattuor, quibus series traditur, ita esse commixtas, ut, ultimis viginti fere exceptis, ne singulorum paparum quidem epistolae inter se coniunctae sint, nedum pro tempore, quo datae sunt, altera alteram sequantur. Sed quantumvis ordo perturbatus sit, ita tamen se habet, ut epistolae suo cuique quaternioni codicis archetypi tribui possint, quod alio loco probare conati sumus. Quae cum ita sint, ordinem archetypi codicis emendatum pro tempore, quo quaeque epistola orta est, in nova editione adornanda restituere studuimus ita tamen, ut illae duae Pelagii I. papae epistolae, quae ceteris vetustiores codicibus adnexae sunt, etiam in fine editionis nostrae adderentur.

Haec omnia, quae disseruimus, si quis accuratius illustrata vult, ad commentarii nostri, cui inscribitur: 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum', primam partem, qua seriem epistolarum Arelatensium uberius tractavimus easque omni fide dignissimas esse exposuimus, in Actis nostris (Neues Archiv) vol. XIV, p. 251 et seqq. typis expressam se conferat.

Data mense Octobri anni MDCCCLXXXVIII.

Wilhelmus Gundlach.

1.

***Zosimus** papa omnibus episcopis per Gallias et Septem Provincias constitutis nuntiat, si quis clericus e qualibet Galliarum parte aliquo proficiscatur, eum suscipi non posse, nisi epistola formata a metropolitano Arelatensi episcopo munitus sit: quod privilegium bene merito Patroclo episcopo concessum esse. Iubet metropolitanum episcopum Arelatensem, ut potestatem, quam semper habuerit, episcopos ordinandi teneat, Viennensem et Narbonenses primam et secundam provincias ad pontificium suum revocare. Controversiam de paroeciis Arelatensi ecclesia motam discindens constituit, ut non modo Citharistam et Gargarium paroecias, sed etiam omnes, quas in quibuslibet territoriis etiam extra provincias suas sitas antiquitus habeat, propter sanctum Trophimum, Gallorum apostolum, Arelatensis ecclesia possideat. Ad eius episcopum omnes causas referendas esse praecipit, nisi earum gravitate ipsius papae examen requiratur.* 417

417 Mart. 22.

Codd. 1 (fol. 20), 2 (fol. 3), 3 (fol. 3'), 4 (fol. 72), C 1 (fol. 122), T (fol. 88).[a]

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 417, n. 41; Sirmond, Conc. I, 42; Saxius, Pontif. Arelat. p. 29; Coustant, Epp. pontif. col. 935. — Mansi, Conc. IV, 359; Migne, Patrol. lat. XX, 642. — Jaffé, Reg. 328 (123).

ZOSIMUS[b] UNIVERSIS EPISCOPIS PER GALLIAS ET SEPTEM PROVINCIAS[c] CONSTITUTIS[d].

Placuit apostholicae[e] sedi[f], ut, si quis ex qualibet Galliarum parte[g] sub[h] quolibet ecclesiastico gradu ad nos Roma[i] venire contendit[k] vel ad[l] alia[m] terrarum ire disponit[n], non aliter proficiscatur, nisi metropolytani[o] Arelatensis episcopi formatas accepe-rit[p], quibus sacerdutium[q] suum vel locum ecclesiasticum quem habet scriptorum[r] eius[s] adstipulatione perdoceat: quod ea gratia statuimus[t], quia plurimi[u] episcopus[v], presbyterus[w] sive ecclesiasticus[x] simulantes[y] — quia nullum documentum formatarum extant[z], per quod valeant confutari — in nomen venerationis[a] inrepunt[b] et indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur, fratres carissimi[c], praeter missam supradicti[d] formatam[e], sive ille[f] episcopus[g] seu[h] presbyterus[i] sive diaconus aut deinceps inferiore[k] gradu sit, ad nos venerit, sciat se suscipi[l] omnino[m] non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse[n] manifestum est, ut cunctis regionibus innotiscat[o], id quod statuimus omnimodis esse servanda[p]. Si quis autem haec[q] salubriter constituta[r] temerare temptaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem pri-

1. a) II *1;* caput II *3. 4;* XL *C 1.* b) zosimos *1;* zosymus *T.* c) provinciis *1. 2. T.* d) constitutos *4.* e) apostolicae *1. 2. 3. 4. T: ita semper.* f) *corr. ex* sedis *1. 2.* g) *corr. ex* partes *1.* h) ubi *1.* i) romam *2. 3. 4.* k) *corr. ex* contentit *4.* l) *om. 3.* m) aliena *T.* n) disponet *T.* o) metropolitani *1. 2. 3. 4. T: ita semper.* p) acciperit *T.* q) sacerdotium *1. 2. 3. 4. T: ita plerumque.* r) *corr. ex* scripturum *3.* s) *ante lineam apposuit 4.* t) statuemus *T.* u) pluri *1. 2 (in marg. signum correctoris);* plures *3. 4.* v) *corr. in* episcopos *1. 2;* episcopi *3. 4; add.* sive *1. 3. 4.* w) presbyteros *1. 2. T;* presbyteri *3. 4.* x) ecclesiasticos *1. 2. T;* ecclesiastici *3. 4.* y) *corr. ex* simulantis *1.* z) extat *1. 2. 3. 4. T.* a) verationis *4.* b) *corr. ex* inreput *C 1.* c) fr̄ kme *4.* d) supradictis *1.* e) formata *T.* f) *om.* *3. 4. C 1.* [a) l. 23] g) episcopis *C 1.* h) sive *1. 3. 4. T.* i) presbyter *1. 2. 3. 4. T.* k) inferiori *3. 4.* l) suscepi *2.* m) omnino suscepi *1;* omnino suscipi *3. 4.* n) misisse nos *1;* misisse *2. 3. 4. T.* o) innotescat *1. 2. 3. 4.* p) servandum *1. 2. 3. 4. T.* q) *superscr. 4.* r) constituata *1.*

417 vilegium formatarum sancto Patroclo[a], fratri[b] et coepiscopo nostro, meritorum eius spicialiter[c] contemplatione concessimus.

Iussimus autem: praecipuam, sicuti[d] semper habuit, metropolytanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem[e], Viennensem, Narbonensem primam et Narbonensem secundam provincias ad pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra apostholice sedis[f] statuta et praecepta maiorum, omisso metropolytano episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare praesumpserit, vel his[g], qui ordinari se inlicite[h] siverit[i], uterque sacerdutio se carere cognoscat: quomodo enim potest[k] auctoritatem summi pontificis[l] optinere[m], qui quae erant pontificis[n] servare contempsit?

Omnis[o] sane admonemus, ut quique[p] finibus[q] territoriisque[r] suis contenti[s] sint[t]; nam barbara et impia ista confusio est aliena praesumere[u]: de qua re ne ad nos querella[v] ulterius redeat, admonemus[w] — dedit enim exemplum Arelatensis ecclesia, quae sibi[x] Cytharista[y] et Gargarium[z] parrocias[a] 1 in territorio[b] suo sitas incorporari[c] iure desiderat — ne de cetero[d] ullus sacerdus[e] in alterius sacerdotes[f] praesumat iniuriam. Sane[g] quoniam metropolytane Arelatensium urbi[h] vetus privilegium minime derogandum est, ad[i] quam primum ex ac[k] sedes[l] Trophymus[m] summus antestites[n], ex cuius fonte tote Galliae fidei rivolos[o] acciperunt[p], directus est: idcirco, quascumque parrocias[q] in quibuslibet terretoriis[r] etiam extra provincias suas[s] antiquitus habet[t], intimerata[u] auctoritate possedeat[v].

Ad cuius notitiam, si quid illic negotiorum[w] emerserit, referri[x] censemus[y], nisi magnitudo causae etiam nostrum requirat examen.

Data XI.[z] Kalendas Apriles, Honorio augusto[a] XI.[b] et Constantio[c] II.[d]

2.

Zosimus papa epistolis generalibus ad omnes episcopos per Africam, per Galliam et Septem Provincias, per Hispaniam constitutos datis de Tuentio

a) patrodo *4.* b) *om. T.* c) specialiter *1. 3. 4. T;* speciali *2.* d) *corr. ex* secuti *1;* sicut *T.* e) *post* auctoritatem *tertia pars lineae vacua relicta in 2.* f) *corr. ex* sedes *1.* g) is *2. 3.* h) *corr. ex* inlicitae *1;* inlicitae *2. T.* i) severit *1. 2.* k) *corr. ex* postest *1.* l) pontifecis *T.* m) obtinere *2. 3. 4. T.* n) pontifices *1.* o) omnes *2. 3. T.* p) quisque *1. 2;* quisquis *T.* q) finis *2.* r) terretoriisque *1. 2;* territuriisque *T.* s) contempti *1; corr. ex* contempti *4.* t) sit *T.* u) *om.* nam — praesumere *1. 3. 4.* v) quaerella *2. T.* w) *om.* ut quique — admonemus *C 1.* x) *om. T.* y) chitarista *1. 2;* citharistam *3;* chitaristam *4;* citharista *T.* z) garriarum *1.*
[a) l. 14] a) parrochias *1. 3. 4.* b) *corr.* terretorio *ex* terretorios *1.* c) *iteravit 1.* d) utero *C 1.* e) sacerdos *2. 3. 4. T.* f) sacerdotis *1. 2. 3. 4. T.* g) sanae *1.* h) urbium *T.* i) *ita corr. ex* at *2.* k) hac *3. 4. T.* l) sede *1. 2. 3. 4. T.* m) trophimus *1. 2. 3. 4.* n) antistis *1;* antestis *2. T;* antistes *3. 4.* o) rivulus *corr. ex* rivuleus *1;* rivulos *2. 3. 4;* rivolus *T.* p) accerunt *1;* acceperunt *2. 3. 4;* acciperint *T.* q) parrochias *1. 3. 4.* r) territuriis *1;* territoriis *2. 3. 4. T.* s) *add.* ut *1. 2. 3. 4. T.* t) habuit *3. 4.* u) intemerata *1. 2. 3. 4. T.* v) possideat *1. 2. 3. 4. T.* w) nigutiorum *T.*
[a) l. 23] x) referre *T.* y) censuimus *1. 3. 4. T.* z) X *2.* a) ū c *C 1.* b) X *1. 2. 3. 4. C 1. T.* c) constantino *1. 3. 4. T.* d) *om. 1. 2. 3. 4. C 1. T.*

1) *Citharista, iam a Plinio in Hist. nat. lib. III. c. IV. commemorata, paroecia finibus dioecesis Telonensis inclusa, est Ceyreste vicus apud la Ciotat situs: eam ad episcopos Arelatenses pertinuisse, ex eo cognosci potest, quod Caesarius eandem visitasse narratur (in Vitae eius lib. II. c. II. Acta SS. Aug. VI, 79). Gargarius, paroecia finibus dioecesis Foroiuliensis inclusa, est Gémenos apud Roquevaire, in cuius regione illius nomen servat celeberrima capella campestris, quae Saint-Jean de Garguier nominatur. Titulum in vicina capella inventum laudat vir cl. d'Antelmy in libro suo, qui inscribitur: De initiis ecclesiae Foroiuliensis, p. 30, haec verba proferentem: Pagani pagi Lucreti qui sunt finibus Arelatensium loco Gargario (cf. Trichaud, Hist. de l'église d'Arles I, 212 n. 1).*

haeretico Priscilliana superstitione imbuto et de Urso episcopatu a Lazaro detruso acceptisque ab eodem Lazaro in episcopatum conquestus, quod, et Patroclo metropolitano episcopo Arelatensi, 'sine cuius auctoritate iuxta maiorum statuta nulla penitus possit ordinatio celebrari', et episcopis comprovincialibus neglectis, a solo Lazaro illo, qui calumniator Bricii episcopi a concilio Taurinensi reiectus nihilominus a damnante Proculo episcopo postea restitutus sit, ordinati neque diem ordinandi legitimum observaverint et territoria ad ecclesiam Arelatensem pertinentia usurpaverint, eos, qui per terras vagari dicantur, in communionem ecclesiae recipi vetat. Iubet metropolitanum episcopum Arelatensem, ut potestatem quam semper habuerit, episcopos ordinandi teneat, Viennensem et Narbonenses primam et secundam provincias ad pontificium suum revocare. Controversiam de paroeciis Arelatensi ecclesia motam discindens, constituit, ut non modo Citharistam et Gargarium paroecias, sed etiam omnes quas in quibuslibet territoriis etiam extra provincias suas sitas antiquitus habeat, propter sanctum Trophimum, Gallorum apostolum, Arelatensis ecclesia possideat. Ad eius episcopum omnes causas referendas esse praecipit, nisi earum gravitate ipsius papae examen requiratur. 417 *417 Sept. 22.*

Codd. 1 (fol. 26'), 3 (fol. 21), 4 (fol. 77')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 417, n. 44; Sirmond, Conc. I, 43; Coustant, Epp. pontif. col. 955. — Mansi, Conc. IV, 361; Migne, Patrol. lat. XX, 661. — Jaffé, Reg. 331 (126).

ZOSIMUS AURELIO[1] ET UNIVERSIS EPISCOPIS PER AFRICA[b] CONSTITUTIS. UNIVERSIS EPISCOPIS PER GALLIAS [ET] SEPTEM PROVINTIAS CONSTITUTIS. UNIVERSIS EPISCOPIS PER SPANIA CONSTITUTIS. A PARI.

Cum adversus statuta patrum venitur, non tantum illorum prudentie atque sententiae, qui in evum victura sanxerunt, sed ipsi quodammodo fidei et chatholicę[c] disciplinę inrogatur iniuria. Quit[d] enim[e] tam sanctum atque venerabile est, quam penitus[f] non exorbitare ab itenere[g] maiorum[h], quorum canonica statuta[i] veluti quędam[k] fundamenta sunt ferendis fidei apta ponderibus?

Set[l] nihil mirum ab Urso et Tuentio, quorum unus[2], adsidua sedis huius medicina curatus, ad emendati erroris pervenire non potuit sanitatem; alter vero, ante aliquod[m] annus[n] obiecta[o] criminatione submotus, sicut civium scripta testantur[p] vel ingesta docuerunt, etiam ab eo ipso gradu[q] summi[r] sacerdotis accipit[s], a quo fuerat ante damnatus: cecus error in utroque, et, quod est potissimum in omnibus, nec velit[t][3] aliorum de Tuentio, nec suam[u] de Urso tenere sententiam.

Sed fac, ut honesti mores hominibus essent et probata suffragia. Quid illud, quod, praetermisso[v] fratre nostro Patroclo, metropolitano episcopo Arelatensium civitatis, sine cuius auctoritate iuxta maiorum canones nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuose et turbide indebitis sacerdotiis[w] inpinguntur: nec saltim[x] cumprovinciales[y] episcopis[z] conrogatur[a], ut error velamento aliquo tegeretur, sed Lazarus, dudum in Taurinensi concilio gravissimorum episcoporum sententiis pro calumniatore damnatus, cum Bricii innocentis episcopi vitam falsis obiectionibus adpetisset[b], post vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros in[c] synodo damnationis eius assederat, sacerdotium consecutus est, a quo se ipse vitae suae conscientia, datis litteris in abdicationem sui, sponte summovit!

2. a) XII *1*; caput XII *3. 4.* b) africam *3. 4.* c) catholicae *3. 4: ita semper.* d) quid *3. 4: ita ubique.* e) *add.* inrogatur *1.* f) pentus *1.* g) itinere *3. 4.* h) *ita corr. ex* magorum *1.* i) instituta *3.* k) *superscr.* u *4.* l) sed *3. 4: ita passim.* m) aliquot *3. 4.* n) annos *3. 4.* o) *superscr.* c *3.* p) testant *3.* q) gradum *3. 4.* r) summis *1.* s) accepit *3. 4.* t) vilem *3. 4.* u) *ita corr. ex* sui *3.* v) proptermisso *4.* w) sacerdotia *3. 4.* x) *corr. in* saltem *3.* y) comprovintiales *3. 4.* z) episcopi *3. 4.* a) conrogantur *3. 4.* b) appetisse *4.* c) *om. 3. 4.* [a) l. 37]

1) *Carthaginiensi episcopo.* 2) *id est Tuentius.* 3) *sc. ille tertius qui ordinavit: Lazarus.*

117 Revera incongruum fuit, ut inlicitus[a] sacerdotio, omisso[b] metropolitano, sua confessione spoliatus[c] sacerdotem pariter ordinaret; et ne nihil non[d] intempestive[e] fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur: scilicet ut, quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deesset. Quid his tot tantisque inproba usurpatione posthabitis addi potest, nisi illud extremum, quod totum transcendit[f] errorem, ut terreturiis[g] indebitis[h] ad[i] Arelatensem civitatem antiquitus pertinentibus locarentur[k]?

Unum vitium si in causis talibus evenisset, apostolicae sedis auctoritas etiam cetera destruxisset; hic multa concurrunt: improborum et damnatorum ordinatio, praetermissio metropolitani[l] nec non et provincialium sacerdotum locorumque alienorum impudentissimma usurpatio, nec saltim diei custodita sollemnitas, et Lazarus in consortio inlicitę ordinationis adscitus: hęc omnia aput[m] nos gestis testimoniisque discussa sunt.

Adquę[n] utinam in Tuentio pravi tantum mores, non etiam Priscilliana superstitio[o] patuissent[p], quae sedis huius dudum humanitas et misericordia in hoc illo[q] consulere voluit[r], ut emendatior de cetero permaneret: quod benefitium sibi paene praeter exemplum prestitum[s] si diligentius observare voluisset, erroris illum anteacti oportuit penitęre, non ita praecipiti[t] impetu ad[u] sacerdotium festinare, ut nec diei veterem sollemnitatem, que praecipue custodienda fuerat, observaret, nec indebito loco[v] crederet abstinendum.

Qua de re ad sanctitatem vestram et per totum orbem, ubicumque et in quacumque terrarum sonus chatholice religionis exiit, scripta direximus, fratres carissimi, ne Tuentium et Ursum in commune eclesiae in quocumque eclesiastico gradu, a qua in totum anathematizati[w] sunt, suscipiendus[x] esse ducatis. Dicuntur enim circumlatores esse, quod nos ex sententiis[y] agnovimus in eorum damnatione sacerdotali auctoritate probatis[z], quas in diversis regionibus exceperunt[a]. Removende sunt a sancto corpore putridae carnes et a[b] massa[c] sanctificationes[d] acidum exsecrandumque fermentum: de quibus plura scribere pudori[e] fuit, cum illis pudori[f] non sit tanta fecisse [1].

Iussimus autem: praecipuam, sicuti semper[g] habuit, metropolitanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem, Viennensem, Narbonensem primam et Narbonensem secundam provintias ad pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra apostolica[h] sedis statuta et praecepta maiorum, omisso metropolitano episcopo, in provinciis supradictis quemquam ordinare presumpserit, vel his[i], qui ordinari se inlicite siverit, uterque sacerdotio se carere cognoscat: quomodo enim potest auctoritatem summi pontificis obtinere, qui, quae erant pontifici[k] servanda[l], contempsit?

Omnes sane admonemus, ut quique[m] finibus territoriisque suis contenti sint; nam barbara et[n] impia ista confusio est aliena pręsumere: de qua re ne[o] ad nos querela ulterius redeat, admonemus — dedit enim exemplum Arelatensis ecclesia, quae sibi Cytarista[p] et Gargarium[q] parrochias [2] in territurio[r] suo sitas incorporari iure desiderat — ne[s] de cetero ullus sacerdus[t] in alterius sacerdotis praesummat iniuriam. Sane quoniam metropolitane Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex ac[u] sede Trophimus[v] summus antistes, ex cuius fonte tote Gallie

a) inlicitum *3. 4.* b) obmisse *4.* c) spoliatum *3. 4.* d) cum *3;* cu *4.* e) inpestive *1.* f) *interposuit* s *1.* g) territoria *3. 4.* h) indebita *3. 4.* i) et *1.* k) locentur *3. 4.* l) *ita corr. ex* metropolitana *1.* m) apud *3. 4: ita semper.* n) atque *3. 4: ita passim.* o) superstio *1.* p) patuisset *3.* q) illi *3;* illud *4.* r) *superscr.* o *1.* s) e *superscr. 1.* t) praecipit *1.* u) ac *3. 4.* v) *ita corr. ex*
[a) 1.25] locorum *1.* w) anatimati *1.* x) suscipiendos *3. 4.* y) exentiis *1.* z) prolatis *3.* a) exceperint *3.* b) ā *1.* c) missa *1.* d) *corr. in* sanctificationis *1;* sanctificationis *3. 4.* e) pudoris *3. 4.* f) pudoris *4.* g) sicutis ē ꝑ *1.* h) apostolicae *3. 4.* i) is *3. 4.* k) *corr. in* pontificis *3.* l) pontifici servando, *omittens* obtinere qui quae erant pontifici *1.* m) quisque *1. 3. 4.* n) ec *4.* o) *superscr. 1.* p) cetaristam *3. 4.* q) garriarum *1.* r) territorio *3. 4.* s) nec *1.* t) sacerdos *3. 4.* u) hac *3. 4.* v) trophymus *4.*

1) *Quae sequuntur ex epistola 1. (supra p. 6) repetita sunt.* 2) *Cf. p. 6 n. 1.*

fidei rivulus[a] acceperunt, directus est: ideircum[b], quascumque parrochias in quibuslibet terreturiis[c] 417
etiam extra provintias suas[d] antiquitus habet[e], intemerata auctoritate possideat.

Ad cuius notitiam, si quid illic negotiorum[f] emerserit[g], referri censemus, nisi magnitudo[h] cause etiam nostrum requirat examen.

Data sub die X. Kalendas Octobres, Honorio XI. et Constantio II.[i] consulibus.

3.

Zosimus papa Hilarium Narbonensis primae provinciae episcopum contendentem, 'in aliena provincia ab alio non debere fieri sacerdotes', docet, eius privilegio, quod subreptione consecutus sit, de medio sublato, Arelatensem ecclesiam consuetudinem episcopos per Viennensem et duas Narbonenses provincias ordinandi a sancto Trophimo in Gallias per sedem apostolicam misso acceptam et 'usque in proximum tempus' custoditam habere; quam consuetudinem si neglexerit, fore ut et ab eo ordinatus reiciatur et ipse excommunicetur. *417 Sept. 26.*

Codd. 1 (fol. 28), 2 (fol. 7), 3 (fol. 25'), 4 (fol. 79).[a]

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 417, n. 50; Sirmond, Conc. I, 45; Coustant, Epp. pontif. col. 960. — Mansi, Conc. IV, 364; Migne, Patrol. lat. XX, 666. — Jaffé, Reg. 332 (127).

ZOSIMUS HILARIO[b] EPISCOPO NARBONENSI[c] PRIME PROVINTIAE.

Mirati admodum sumus, dum nobis studiosius requirentibus relatio tua de ordinandis in provintia Narbonensi prima sacerdotibus legeretur. quod, dum adsertioni et desideriis tuis copis[d] esse consultum, praetermissa viri[e] fide, relatione[f] tua[g] sub honestatis specie[h] colorasti, asserens, in aliena provintia ab alio[i] non debere fieri sacerdotes; cum utique[k] debueris, non quid tibi rectum videatur[l], set[m], quid habuerit[n] antiqua consuetudo, suggerere. Ideoque vacuatum[o] eum[p], quod obtinuisse a sede apostolica subrepticie[q] conprobaris, quia satis constitit, Arelatensis eclesie sacerdoti prisca id institutione concessum, ut non solum in provintia Viennensi, set[m] etiam per duas Narbonenses episcopos faciat; nam sancte memorie Trophymus[r] sacerdos[s] quondam Arelatensi urbi[t] ab[u] apostolica sede transmissus ad illas regiones et[v] tanti nominis reverentiam primus exibuit[w] et in alias non inmerito[x] ea qua[y] acceperat auctoritate transfudit: adque[z] hanc ordinandi consuetudinem et pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus et iustus, custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis multorum consacerdotum testimoniis adprobatur[a]. Ergo licet sola, que in sede apostolica habita sunt[b], potuissent gesta sufficere, tamen etiam hac te auctoritate constringimus, ut[c] praesumptioni tue, quam extulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum noveris iuste presscriptionis[d] indictum, neque estimes tibi ulterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum, cum hoc videas Arelatensis episcopo[e] civitatis et per apostolicam sedem et per sancti Trophymi[f] reverentiam et per veterem consuetudinem et nostra recenti evidentissima definitione deferri[g]. Si quid

---

a) rivulos *3. 4.* b) idcirco *3. 4.* c) *alteram litteram* i *superscr. 1;* territoriis *3. 4.* d) ut *1. 3. 4.* e) habuit *3. 4.* f) negotiarum *4.* g) emerit *1.* h) magnttudo *4.* i) *om. 1. 3. 4.*

3. a) XIIII *1;* caput XIIII *3. 4.* b) hylario *4.* c) narbonensis *3. 4.* d) cupis *2 (s in ras.), 3. 4.* e) *corr. in* veri *2. 3.* f) relationem *2. 3. 4.* g) tuam *2. 3 superscribens, 4.* h) spcie *1.* i) alia *1.* k) itique *1.* l) videretur *2.* m) sed *2. 3. 4: ita plerumque.* n) haburit *4.* o) vacuato *2. 3. 4.* p) eo *2. 3. 4.* q) subrepticiae *2.* r) trophimus *3.* s) *corr. ex* sacerdus *2.* t) arelatensem urbem *2.* u) *ita corr. ex* ap *1; om. 2.* v) *om. 1. 3. 4.* w) exhibuit *2. 3.* x) *inter* in *et* merito *locus rasus in 1.* y) quam *3.* z) atque *2. 3. 4: ita plerumque.* a) aprobatur *1;* adprobatum *2.* b) sint *2.* c) et *4.* [a) l. 30] d) per scribtionis *2.* e) episcopus *(in marg. signum correctoris) 2.* f) trophimi *2. 3.* g) *om. 2.*

417 contra hec, frater carissime, que a nobis sunt sub Dei iudicio statuta, temtaveris[a]: non solum, quos faciendos credideris, episcopatum[b] optinere[c] non posse[d], sed etiam ipse[e] catholica[f] communione discretus sero de inlicitis praesumptionibus ingemescas[g].

Data sub die[h] VI. Kalendas Octobris, Onorio[i] XI. et Constantio II. consulibus[k].

4.

Zosimus papa, Proculo episcopo locum metropolitani sibi vindicante damnato, Patroclum episcopum Arelatensem, qui Proculi examini a papa instituto interfuerit, omnibus praescribere iubet, ut, si quis — 'ab episcopis usque ad ultimum ecclesiasticum gradum' — ex Gallicanis regionibus aliquo proficiscatur, epistolam formatam ab episcopo Arelatensi sibi petat, ne saltu quodam gradus ecclesiasticus obtineatur; saltu subito promoti, si iam ordinati sint, in gradu accepto permaneant; sed qui huiusmodi promotionem in futurum affectet, et ordinationem irritam habeat et gradum quem tenuerit amittat.

417 Sept. 26.

Codd. 1 (fol. 28'), 2 (fol. 7'), 3 (fol. 26'), 4 (fol. 79').[a]

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 417, n. 52; Sirmond, Conc. I, 46; Coustant, Epp. pontif. col. 961. — Mansi, Conc. IV, 365; Migne, Patrol. lat. XX, 668. — Jaffé, Reg. 333 (128).

ZOSIMUS PATROCLO EPISCOPO ARELATENSI.

Quid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interessis[b] examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet vel scriptorum, que de ipsius damnatione per terrarum diversa direximus. Unde metropolitani in te dignitatem adque personam etiam apostolice sedis auctoritate[c] considera, in quem fortive[d] locum per indebita[e] synodo[f] Proculus usurpatur[g] inrepserat. Quicumque igitur ex Gallecanis[h] unde[i] regionibus veniunt sub quo ecclesiastico nomine gradove[k], formatas per te commoniti ad nos[l] mittendas esse cognoscant; alioquin[m] sibi inputabunt, si inefficaciter, ac[n] sollemnitatem[o] postposita te inconsulto, ad nos[p] venire temtaverit[q]. Quod ab episcopis[r] usque ad ultimum eclesiasticorum gradu[s] observare conveniet, fratres carissimi[t]; quia nonnulli ex quacumque milicia se ad eclesiam conferentis[u] statim saltu quodam summatim locum religionis affectant, qui gradatim per eclesiastica stipendia venientibus[v] explorata solet[w] discussione differri. Idcirco quoniam in nonnullis[x] factum infirmare non possumus, si qui iam ordinati sunt, in eo gradu, ad quem salto[y] subito pervenerunt, perdurare[z] debebunt; si enim apostolus neophytum[a] sacer-
1. Tim. 3, 6. dotio non statim commulari[b] iubet, et hoc idem canonum statuta sanxerunt[c]. Hoc addimus nostra sententia, ut, quisquis de cetero vel summo sacerdocio vel presbiterii gradu vel diaconatus crediderit cumulandum[d], sciat, et se[e] gradus sui subire iacturam, nec in illum valitura esse que contulit, ut saltim ab ordinatione praecipiti metus

---

a) temptaveris *2. 3. 4.* b) episcopatu *4.* c) obtinere *2. 3. 4.* d) possint *2.* e) *ita videtur corr. ex* ipsa *2.* f) *ita videtur corr. ex* catholico *2.* g) ingemiscas *2. 3.* h) sud *1; om.* sub die *2.* i) honorio *3.* k) *om. 2.*

4. a) XV *1;* caput XV *3. 4.* b) interesset *2. 3. 4.* c) auctoritatem *2. 3.* d) furtive *2. 3. 4.* e) indebitam *corr. ex* indubitam *2.* f) synodum *2.* g) usurpator *2;* usurpatus *3;* usurpatum *4.* h) gallicanis *2. 3. 4.* i) *ex* unde *manus rec.* undeunde *corr. 1; alterum* unde *ita scr. 2, ut* un *ante lineam apponat (in marg. signum correctoris).* k) graduve *2;* gradu vel *3. 4.* l) *om.* ad nos *3. 4.* m) aliquin *1.* n) hac *3.* o) solemnitate *2. 3.* p) *superscr.* s *1.* q) temptaverit *2;* temptaverint *3. 4.* r) episcopus *2.* s) gradum *3.* t) k. mai *4.* u) conferentes *2. 3. 4.* v) venientes *3.* w) solent *3.* x) *ita corr. ex*
[a) l. 30] nonnulli *2.* y) saltu *2. 3. 4.* z) *bis scr. 4.* a) nophytum *1.* b) comulari *2;* cummulari *3. 4.* c) sancxerunt *2. 4.* d) commulandum *2.* e) re *1. 2; om. 3. 4.*

iste summoveat, quos examinata dissensio cohercere[a] debuisset. Scripta nostra in 417
omnium[b] facies notitiam[c] pervenire, ut ne[d] oc[e] quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum[f] est, licere cognoscas.

Data VI.[g] Kalendas Octobres[h], Onorio[i] XI.[k] et Constantio II. consulibus.

5.

Zosimus papa episcopos Viennensis et Narbonensis secundae provinciarum docet, et Proculum episcopum quasi Narbonensis secundae provinciae metropolitanum et Simplicium quasi Viennensis provinciae metropolitanum potestatem ordinandi episcopos per suam provinciam a concilio Taurinensi in apostolicae sedis iniuriam petiisse: illam per utramque Narbonensem et Viennensem provincias potestatem nulli nisi Arelatensi episcopo, quoniam primus Arelatensis episcopus metropolitanus sanctus Trophimus a sede apostolica in Gallias missus sit, debere. *417 Sept. 29.*

Codd. 1 (fol. 27'), 3 (fol. 24'), 4 (fol. 78')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 417, n. 49; Sirmond, Conc. I, 44; Coustant, Epp. pontif. col. 959. — Mansi, Conc. IV, 363; Migne, Patrol. lat. XX, 665. — Jaffé, Reg. 334 (129).

ZOSIMUS EPISCOPIS PROVINTIAE VIENNENSI[b] ET NARBONENSI[c] SECUNDE, A PARI.

Multa contra veterem formam Proculus usurpasset[d] detectus[e] est in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numerosa cognitione[f] discussimus. Licet ipse diu expectatus fastidiose ferat sibi indutias adtributas, cum venire dissimulet: adtamen[g] illa praesumptio nos admodum movit, quod in synodo Taurinensi[h], cum longe aliut[i] ageretur, in apostolicae sedis iniuriam subripiendum potavit[k], ut sibi concilii illius emendicata[l] prestaret opreptio ordinandorum sacerdotum veluti metropolitano in Narbonensi secunda provintia potestatem; et ne solus inpudenter indebita postulando huic sedi videretur[m] intulisse convitium, socium sibi Simplicium Viennensis civitatis [episcopum][n] adscivit, qui non dissimili inpudentia postularit[o], ut sibi quoque in Viennensium provintia creandorum sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus et in ipso vestibulo resecandus, hoc ab episcopis ob certas causas concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta patrum et sancti Trophymi[p] reverentiam[q], qui primus metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus est, concederę[r] vel mutare ne huius quidem sedis possit auctoritas! Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa praecepimus[s], fratres[t] carissimi, metropolitanus Arelatensis civitatis episcopus iam inde a Trophymo[u] ordinationis seriem temporibus roboratam inviolabili in utramque[v] Narbonensem[w] et Viennensem[x] auctoritate possideat.

Data III. Kalendas Octobres, Honorio XI. et Constantio II. consulibus.

---

a) coercere *3.* b) u *ex* b *corr. 2.* c) nostra, *sed vocabulo per supposita puncta irrito facto superscr.* notitiam *3;* nostra *4.* d) nec, c *superscribens 3.* e) hoc *2. 3. 4.* f) interdicium *1.* g) *om. 3. 4.* h) kalendarum octobrium *2.* i) honorio *2. 3. 4.* k) I *1. 2;* primo *3. 4.*

5. a) XIII *1;* caput XIII *3. 4.* b) viennensis *3.* c) narbonensis *3.* d) usurpasse *3. 4.* e) *ita corr. ex* detestus *4.* f) cognatione *1. 4.* g) attamen *3.* h) tauriensi *1.* i) aliud *3. 4: ita semper.* k) putavit *3. 4.* l) semendicata *1.* m) *ita corr. ex* viderentur *1.* n) *addendum videtur.* o) postularet *3. 4.* p) trophimi *3.* q) reventiam *1.* r) *supersc.* de *3.* s) praecipimus *3. 4.* t) fr *1.* u) trophimo *3. 4.* v) utraque *3.* w) narbonensi *3;* narbonense *4.* x) viennensi *3;* viennense *4.*

6.

418 *Zosimus papa Patroclum episcopum Arelatensem hortatur, quoniam ei 'suum officium' delegatum sit, ut contra Proculum episcopum damnatum in sua mala consuetudine perseverantem metropolitani auctoritate intercedat; neque enim quemquam de illis regionibus Romam proficiscentem sine eius formata suscipiendum neque probandum, quem in Provincia positum non ipse probaverit.* 418 *Mart. 4.*

Codd. 1 (fol. 28'), 2 (fol. 8'), 3 (fol. 27'), 4 (fol. 80)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 418, n. 41; Sirmond, Conc. I, 46; Coustant, Epp. pontif. col. 971. — Mansi, Conc. IV, 367; Migne, Patrol. lat. XX, 673. — Jaffé, Reg. 340 (132).

ZOSIMUS PATROCLO EPISCOPO ARELATENSI.

Cum et in praesenti cognoveris et frequentibus a nobis litteris ipse sis monitus, ut auctoritatem[b] metropolitani, quam tibi apostolice[c] sedis pronuntiatione firmavimus, Proculi ausibus conatibusque illis, quibus adhuc reputat aliqua posse turbare, huic[d] rei[e] oppressus[f] occurreris, retinens[g] rigorem[h] censuramque[i], quam pro regularum confirmatione susceperas[k] — quippe cum et tibi nostrum[l] deligatum[m] nossis[n] officium et illum sciris[o] esse damnatum — miror, quid[p] post ista[q] Proculo liceat aut[r] vacet[s] illa, que consueverat, aut peiora committere. Cuinam[t] putant[u] ista[v] habeas potestatem tuam, frater carissime, ut censuerimus censeamusque, quicumque ex[w] illis ad[x] nostris regionibus veniunt, sine tua non suscipiendam[y] esse formata nec probandum[z], quem non in[a] Provincia positus ipse probaveris? Post istam ecce diligationem[b] ad nos rumor advenit[c], Proculum quasi consuetis ludere et uti moribus suis iuncxisse[d] sibi quosdam idoneus[e] turbationibus hominis[f] et, post illa[g] quam[h] illi[i] interdixemus[k], ordinasse. Sed sciant, quibus hanc epistolam volumus in notitiam pervenire, suscepisse[l] nullatenus posse, quia[m] aut contra regulas[n] repente aut, postquam interdiximus, illi sunt ordinati[o].

Data IV.[p] Nonas Martias, Honorio[q] XII. et Theodosio[r] VIII.[s] augustis consulibus.

7.

Zosimus papa clerum, ordinem, plebem Massilienses admonet, ut, cum Proculus, identidem commonitus, reprobatus episcopus episcopos ordinare non cesset, a Patroclo episcopo metropolitano suo, cui iam prioribus litteris ecclesia Massiliensis curanda commissa sit, dicto audientes, dignum episcopum accipiant. 418 *Mart. 4.*

Codd. 1 (fol. 29), 2 (fol. 9), 3 (fol. 28'), 4 (fol. 80')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 418, n. 41; Sirmond, Conc. I, 47; Coustant, Epp. pontif. col. 973. — Mansi, Conc. IV, 368; Migne, Patrol. lat. XX, 674. — Jaffé, Reg. 341 (133).

---

6. a) XVI *1;* caput XVI *3. 4.* b) auctoritate *3. 4.* c) apostolicę *corr. ex* apostoliu *4.* d) huius *2. 3. 4.* e) *superscr. 3.* f) oppressos *2.* g) renitens *3. 4.* h) *corr. ex* regorem *2;* rigore *3. 4.* i) cessuramque *1;* censuraque *3. 4.* k) susciperas *2.* l) nostrorum *1.* m) delegatum *3. 4.* n) *corr. in* nosses *2;* nosses *3. 4.* o) scires *2. 3. 4.* p) *superscr. 3.* q) potesta *pro* post ista *1.* r) ac *3;* a *4.* s) tuacit *1;* vaccet *3.* t) *in marg. signum correctoris in 2;* quidnam *3.* u) putantdi *1;* putandi *2;* putant unde *3;* putant de *4;* rei *addas velim.* v) istam *3.* w) de *3.* x) a *3. 4.* y) *in marg. signum correctoris 2;* suscipiendos *3;* suscipienda *4.* z) *ita corr. ex* forbandum *1.* [a) l. 19] a) *om. 1. 3. 4.* b) deligationem *2;* delegationem *3. 4.* c) ad *superscr. 3.* d) iunxisse *3.* e) idoneos *2. 3. 4.* f) homines *2. 3. 4.* g) illam *2.* h) quae *3. 4.* i) illa *1; in margine* quam illi *2.* k) interdiximus *2. 3. 4.* l) suscipisse *2.* m) qui *2. 4.* n) *alterum* regulas *erasit 3.* o) postquam illis interdiximus ordinati *1;* postquam illi sunt interdiximus ordinati *2.* p) III. *1. 3. 4.* q) onorio *2.* r) thodosio *1;* teudosio *4.* s) VIIII. *2;* II. *4.*

7. a) XVII *1;* caput XVII *3. 4.*

ZOSIMUS CLERO, ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI MASSILIAE. 418

Non miror Procolum[a] inconsueta adhuc fronte[b] durare et oblito penitus podore[c] cotidie digna damnatione committere nec aliquando desistere, ut totiens commonitus proibitusque[d] non cesset: ecce coetum vestrae dilectionis sua, qua sola nota est, turbatione confundit nec eclesiam patitur esse concordem, cum suis id agat semper officiis, quatenus aggerens postrema[e] prioribus malum aliquod, quod[f] ante commiserat, in peius emendet. Cum ipse iam non sit episcopus[g], episcopos facit et[h] humanus largitor aliis se dicit posse prestare, quod datum sibi aliquando inmerito tenere[i] non potuit; addens sibi iungitque inquietate[k] mentis ominis[l] et qui soli possunt[m] favere[n] dammato[o], per quoscumque turbarum studiosus agitet[p] ac[q] sua fidus societate conficiat. Sed habeo, fratres[r] carissimi, vestri curam, moleste ferens, quicquid ille cotidianis ausibus facit, id vos[s], christianum populum et qui in nostra caritate persistat, posse perferre nec eius obviare factis aut repugnare conatibus[t]. Idcircum[u] curam vestri licet et prioribus commiserim litteris vestre metropolitano provincie, fratri et coepiscopo nostro Patroclo, tamen iterum[v] committo, ut ipsius toti[w] consilio[x] et pro disciplinarum ratione formati, eius obtemperantis[y] nutibus, dignum possitis accipere sacerdotem.

Data IV. Nonas Martias, Honorio XII. et Theodosio[z] VIII. augustis consulibus.

8.

Honorius et Theodosius II. imperatores Agricolae praefecto praetorio Galliarum nuntiant, se, quod Petronius praefectus praeceperit, renovantes propter privatas ac publicas necessitates communis utilitatis causa decrevisse, ab Idibus Augustis usque ad Idus Septembres, servata posthac annis singulis consuetudine, in metropolitana id est in Arelatensi urbe, quam Constantinam nominant, Septem Provinciarum concilium esse habendum, ita ut de Novempopulana et Aquitanica secunda, quae provinciae longius constitutae sint, si earum iudices certa occupatio tenuerit, legatos mittere liceat.

418, data (Constantinopoli) Apr. 17, accepta Arelate Mai. 23.

Codd. 2 (fol. 1), 3 (fol. 1), 4 (fol. 71), C 1 (fol. 109)[a].

Edd. Nicolaus de Cusa, Concord. cathol. l. III, c. 35; Scaliger, Lection. Auson. l. I, c. 24; Sirmond, Apollinaris Sidonii carmina ad carm. XV; Saxius, Pontif. Arelat. p. 33; Coustant, Epp. pontif. col. 977; Haenel, Corpus legum p. 238.

FACTAM[b] AD VIRUM INLUSTRIM[c] AGRAECOLA[d] PRAEFECTUM GALLIARUM[e].

Saluberrima magnificentiae tuae suggestione inter reliquas reipublicae necessitates evidenter instructi, observanda provincialibus nostris, id est per Septem Provincias, mansura in aevum auctoritate decernimus, quod sperari[f] plane ab ipsis provincialibus debuissit[g]. Nam cum propter privatas ac publicas necessitatis[h] de singulis civitatibus[i],

---

a) proculum *2. 3. 4.* b) fonte *1.* c) pudore *2. 3. 4.* d) prohibitusque *2. 3. 4.* e) *ita corr. ex* postrema *4.* f) *om. 1. 4.* g) episcopis *2; in fine* s *ex* l *corr. 4.* h) e *ex* h *corr. 4.* i) tene *1.* k) *superscr.* ta *2;* inquietae *3.* l) homines *2. 3;* hominis *4.* m) *ita corr. ex* possint *1.* n) *ita corr. ex* fabere *2.* o) domnato *1;* damnatam *corr. videtur ex* damnato *2.* p) cogitat *1. 2. 3. 4.* q) hac *3. 4.* r) fr̄ *4.* s) us, *corrigens* s *ex* r *4.* t) b *corr. ex* s *1.* u) idcirco *2. 3. 4.* v) *bis scr. 2.* w) tuti *2. 3. 4.* x) ut ipsius tuti consilio *in marg. adscr. 3.* y) obtemperantes *2. 3. 4.* z) thud *1;* theod *2;* teudosio *4.*

8. a) incipit caput primus *4;* XXXVI *C 1.* b) factum *2. 4.* c) inlustrem *2;* inl *4.* d) agricolam *2. 4.* e) *add.* augustorum honorii et theodosii *2; pro superscriptione dedit inscriptionem:* honorius et theodosius augusti viro iulio agricolę prę̆fecto galliarum *3.* f) sperare *3. 4.* g) debuisset *2. 3. 4.* h) necessitates *2. 3. 4.* i) civ *in ras. C 1.*

418 non solum de provinciis singulis, ad examen[a] magnificentiae tuae vel honoratos[b] confluere, vel mitti legatus[c], aut possessorum utilitas aut publicarum ratio exigat[d] functionum: maxime oportunum et conducibile[e] iudicamur[f], ut, servata posthac quod[g] annis singulis consuitudine[h], constituto[i] tempore in metropolytana[k], id est in Arelatensi urbe, incipiant Septem Provinciae haber econcilium. In quo plane tam singulis, quam omnibus in commune consulimus: primum ut optimorum conventu[l] sub inlustri praesentia praefecturae, si id tamen ratio publicae dispositionis[m] optulerit[n], saluberrima de singulis rebus possint esse consilia[o]; tum quod, quidquid[p] tractatum fuerit et discussis ratiociniis constitutum, nec latere notiores provincias poterit, et parem necesse est inter absentes aequitatis formam iustitiaeque servari. Ac[q] plane praeter necissitatis[r] publicas aetiam[s] humanae ipsius[t] conversatione[u] non parum credimus commoditatis accedere, quod in Constantina urbe iubemus annis singulis esse concilium. Tanta enim loci oportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic[v] frequentia commeantum[w], ut quidquid[x] usquam nascitur, illic commodius distrahatur; neque enim ulla provincia ita peculiari fructus[y] sui felicitate laetatur, ut non haec propria Arelatensis[z] soli credatur esse fecunditas. Quidquid[a] enim dives Oriens, quidquid odoratus[b] Arabs, quidquid[c] delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hyspania[d], quod fortes[e] Gallia potest habere praeclarum, ita illic adfatim[f] exuberat, quasi ibi nascantur[g] omnia, quae ubique constat esse magnifica. Iam vero decursus Rodani[h] et Terreni[i] recursus[k] necesse est ut vicinum faciant ac paene conterminum, vel quod iste praeterfluit, vel ille quod circuit. Cum ergo huic serviat civitati, quidquid[c] habit[l] terra praecipuum, ad hanc velo, remo[m], vehiculo, terra, mari, flumine deferatur, quidquid[c] singulis nascitur: quemadmodum non multum sibi Galliae nostrae praestitum credant, cum in ea civitate praecipiamus esse conventum, in qua divino quodam[n] munere commoditatum et commerciorum oportunitas tanta praestatur? Siquidem hoc rationabili plane[o] probatoque consilio iam et vir inlustres[p], praefectus Petronius, observari debere praeceperit[q], quod, interpolatum vel incuria[r] temporum vel desidia tyrannorum, reparari solita prudentiae nostrae auctoritate decernimus, Agraecola[s], parens carissime[t] adque amantissime. Unde inlustrem[p] magnificentia tua, et hanc praeceptionem nostram et priorem sedis suae dispositionem secuta, id per Septem Provincias in perpetuum faciet[u] custodiri, ut ab Idibus[v] Augustis[w] quibuscumque mediis diebus in Idibus[x] Septembris[y] in Arelatensi[z] urbe noverint honorati vel possessores, iudicis[a] singularum provinciarum annis singulis concilium esse servandum; ita ut de Novempopulana et secunda Aquitanica[b], quae provinciae longius constitutae sunt, si eorum[c] iudices occupatio certa retenuerit[d], sciant, legatus[e] iuxta consuitudinem[f] esse mittendos. Qua provisione plurimum et provincialibus nostris gratiae nos intelligimus[g] utilitatisque praestare, et Arelatensi urbi, cuius fidei secun-

---

a) xamen *4.* b) honeratos *4.* c) legatos *2. 3. 4.* d) exigit *3; corr. ex* exigit *4.* e) condecibile *3. 4.* f) iudicamus *2. 3. 4.* g) *om. 3. 4.* h) consuetudine *2. 3. 4.* i) constito *4.* k) metropolitana *corr. ex* metropolitano *2.* l) conventus *3. 4.* m) dispotisionis *C 1.* n) obtulerit *2. 3. 4.* o) concilia *3. 4.* p) quicquid *2;* quid *3. 4.* q) hac *3. 4.* r) necessitates *2. 3. 4.* s) etiam *2. 3. 4.* t) ipsi *3.* u) *corr. in* conversationi *2;* conversationi *3. 4.* v) illi *3.* w) commeantium *3. 4.* x) *corr. in* quicquid *2;* [a) l. 16] quicquid *4: ita semper.* y) fructu *4.* z) *corr. ex* arelatensi *3;* arelatensi *4.* a) *corr. in* quicquid *(in marg. signum correctoris) 2.* b) adoratus *4.* c) *corr. in* quicquid *2.* d) spania *2;* ispania *3. 4.* e) fortis *2. 3. 4.* f) affatim *2. 3. 4.* g) enascantur *2.* h) rhodani *2.* i) tirreni, *superscribens* ir *3;* tyrrheni *4.* k) decursus *3. 4.* l) habet *2. 3. 4.* m) remmo *3. 4.* n) quemadmodum *2. 3. 4. C 1.* o) planae *2.* p) inlustris *2;* illustris *3. 4.* q) praeceperit *2. 3. 4.* r) curia *C 1.* s) agricola *2. 3. 4.* t) carissimae *2.* u) faciat *2.* v) idus *2.* w) augusti *3;* agustis *C 1.* x) idus *2. 3. 4.* y) septembr *C 1.* [a) l. 33] z) *corr. ex* arelatense *4.* a) iudices *2. 3. 4.* b) aquitania *3.* c) earum *2.* d) retinuerit *2. 3. 4.* e) legatos *2. 3. 4.* f) consuetudinem *2. 3. 4.* g) intellegimus *2.*

dum testimonia adque suffragia parentes[a] patriciique nostri multa[b] debemus, non parum adicere nos constat ornatui. Sciet[c] autem magnificentia tua, quinis auri libris iudicem esse[d] multandum[e], ternis honoratus[f] vel curiales[g], qui ad constitutum locum intra definitum[h] tempus venire distulerint. 418

Data XV.[i] Kalendas[k] Maias, accepta Arelate X. Kalendas Iunias[l], domno nostro[m] Honorio XII. et Theudosio[n] VIII.[o]

9.

Leo I. papa Constantino (Vapincensi sive Ucelicensi sive Carpentoractensi?), Audentio (Vocontiensi), Rustico (Narbonensi?), Auspicio (Vasensi), Nicetae, Nectario (Diniensi sive Avenionensi), Floro (Lutevensi?), Asclepio (Cabellicensi sive Aptensi), Iusto (Arausicensi), Augustali (Telonensi), Antonio, Ynantio, Chrysaphio (Segestericensi) episcopis nuntiat, se Ravennium, virum etiam sibi probatum, episcopum Arelatensem consecratum corroborare. 449 *449 Aug. 26.*

Codd. 1 (fol. 20'), 2 (fol. 4), 3 (fol. 5'), 4 (fol. 72'), T (fol. 88')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 449, n. 62; Sirmond, Conc. I, 87; Ballerini, Leonis opp. I, 890. — Mansi, Conc. V, 1428; Migne, Patrol. lat. LIV, 814. — Jaffé, Reg. 434 (213).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS CONSTANTINO[b], AUDENTIO, RUSTICO, AUSPICIO[c], NICETE[d], NECTARIO, FLORO, ASCLIPIO[e], IUSTO, AUGUSTALI, ANTONIO[f], YNANTIO[g] ET CHRISAFIO[h] LEO[i].

Iusta et rationabilis[k] nobis[l] causa gaudendi est, cum a[m] sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quae et paternorum canonum[n] regulis et apostolicis congruant institutis. Necesse est enim, ut omne corpus ecclesiae salubri crescat augmento[o], si membra quae praesunt et vigore excellant auctoritatis et tranquillitatem[p] moderaminis. Quod[q] ergo in Arelatensium[r] civitatem[s], defuncto sanctę[t] memoriae[u] Hilario[v], verum[w] etiam nobis probatum[x] fratrem[y] Ravennium, secundum desideria cleri, honoratorum[z] et plebis unanimiter[a] consecrastis[b], bonum fraternitatis vestrae opus nostro iudicio roboramus. Quia[c] electione[d] pacificam atque concordem[e], cui nec merita morum nec studia civium[f] defuerunt, postulationes[g] quidem[h] humanae[i], sed inspirationis credimus fuisse divinae. Utatur itaque, fratres carissimi, Dei munere memoratus antestis[k] et secundum[l] consonantiam[m] omnium ordinum vota, quid ex ipso devotionis expectetur, intellegat[n], ut[o] dispensationis sibi creditae diligens ac temperans executur[p] vestro testimonio non inferior et[q] nostro[r] per omnia[s] favore[t] sed[u] dignior.

Deus[v] vos incolomes[w] custodiat, fratres carissimi.

Data VII.[x] Kalendas Septembris, Asterio[y] et Protogene[z] viris[a] clarissimis[b] consoles[c].

---

a) parentis *3. 4.* b) *corr. ex* mutta *2.* c) sciat *3. 4.* d) *prior. litteram* e *in ras. 2.* e) multaNdum, N *in ras. 2.* f) honoratos *2. 3. 4.* g) curiares, l *superscribens 4.* h) di *superscr. 3;* difinitum *4.* i) *numerus accurate legi non potest in C 1.* k) *superscr.* kał *C 1.* l) iunii *3;* iunis *4.* m) dōno *3. 4.* n) theodosio *2;* theudot *C 1.* o) *om. 3. 4.*

9. a) III *1;* caput III *3. 4.* b) constantio *2.* c) auspitio *4.* d) nicetae *1. 2.* e) asclepio *1. 2. 3. 4.* f) *om. 1. 2. 3. 4.* g) hymnatio *3;* ymnatio *4.* h) crisafio *3;* grisafio *4.* i) *add.* papa *1. 3. 4;* ps *2.* k) rationabiles *1.* l) *om. 3. 4.* m) *om. T.* n) chanonum *1. 4.* o) aumento *4.* p) tranquillitate *1. 2. 3. 4.* q) quid *1.* r) *incipientem litteram* a *superscr. 4.* s) civitate *1. 2. 3. 4.* t) *ante lineam posuit 3.* u) *in ras. 3.* v) *corr. ex* helario *1;* hylario *4.* w) virum *2.* x) *corr. ex* probato *1.* y) flatrem *1.* z) *corr. ex* honeratorum *2.* [a) l. 25] a) ni *superscr. 3.* b) consecratis *3. T.* c) qui *3.* d) electionem *1. 2. 3. 4.* e) r *ex* n *corr. 3.* f) *corr. ex* civia *1.* g) postulationis *1. 2. 3. 4.* h) quidam *1.* i) umanae *corr. ex* umana *1.* k) antistis *1;* antistes *3. 4.* l) *superscr. 3.* m) consonantia *1. 2. 3. 4.* n) *corr. ex* intellegiat *sive* intellegtat *1;* intellegatur *T.* o) *add.* si *2; om.* ut *T.* p) exsecutor *2. 3. 4;* exsequuturae *T.* q) in *T.* r) nostrę *4.* s) *om.* per omnia *T.* t) favore per omnia *3. 4.* u) sit *1. 2. 3. 4.* v) dū *2.* w) incolumis *1;* incolumes *2. 3. 4.* x) II. *3. 4.* y) astirio *2.* z) proto *4.* [a) l. 33] a) *om. 3. 4.* b) *om. 1. 3. 4.* c) consulibus *1. 2. 3; om. 4.*

10.

449 *Leo I. papa Ravennium Arelatensem episcopum adhortatur, ut 'Petronianum quendam vagum et semper erroneum', quem per Gallias se papae esse diaconum iactitasse, Arelatensibus clericis referentibus, didicerit, admonitis totius Provinciae episcopis, excommunicet, excommunicatum expellat.* *449 Aug. 26.*

Codd. 1 (fol. 21), 2 (fol. 5'), 3 (fol. 6'), 4 (fol. 72')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 449, n. 63; Sirmond, Conc. I, 88; Saxius, Pontif. Arelat. p. 61; Ballerini, Leonis opp. I, 892. — Mansi, Conc. V, 1430; Migne, Patrol. lat. LIV, 816. — Jaffé, Reg. 436 (215).

DILECTISSIMO FRATRI RAVENNIO LEO.

Circumspectum te volumus esse adque sollicitum, ni[b] quid sibi plectenda[c] possit vindicare praesumptio: quae cum aditum falsa subreptione reppererit, ad maiorem se temeritatem nomine usurpate dignitatis extendit. Petronianum quemdam vagum et semper erroneum certa nos clericorum tuorum suggestionem[d] dedicimus[e] per Gallias se nostrum esse diaconum iactetase[f] et sub huius honores[g] obtentu diversas eius provintiae ecclesias circuire[h]. Cuius audaciae tam nefande dilectione tua[i], frater carissime, ita volumus obviare, ut eum, admonitis etiam totius Provinciae episcopi[k], in sua falsitate deiectum ab omnium ecclesiarum communione, ne[l] ulterius hoc usurpet, expellas[m].

Data sub die VII. Kalendas Septembres, Asterio et Protogene[n] viris clarissimis[o] consulibus.

Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

11.

Leo I. papa Ravennium Arelatensem episcopum, 'praecedentem notitiam' (sc. episcoporum, qui Ravennium consecraverunt) commemorans, de officiis sacerdotalibus instruit hortaturque, ut ipsum saepius 'de processu actuum suorum' certiorem faciat.

(449 Aug.)

Codd. 1 (fol. 21), 2 (fol. 4'), 3 (fol. 7), 4 (fol. 73), T (fol. 89)[a].

Edd. Sirmond, Conc. I, 87; Ballerini, Leonis opp. I, 891. — Mansi, Conc. V, 1429; Migne, Patrol. lat. LIV, 815. — Jaffé, Reg. 435 (214).

DILECTISSIMO FRATRI RAVENNIO LEO.

Provectionem dilectionis tuae[b], quae summi sacerdotii adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi[c] de honoris augmento, sed etiam Arelatensi ecclesiae, cui te Dominus praeposuit, gaudeamus. Ad omnium[d] enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur antestis[e], cuius primi[f] et adiuventur[g] praesidio et incitentur exemplo. Unde quia non ignoras, quid de sinceritatem[h] animi tui secundum praecedente notitia[i] senserimus, iustissime nos[k] agnoscis[l] exigere, ut, quod praesumpsimus[m], hoc probemus[n], frater carissime[o]. Modestiae igitur tuae non

10. a) item alia epistola IIII *1. 3;* caput IIII item alia epistola *4.* b) ne *2. 3. 4.* c) da *postea adscr. 3.* d) suggestione *2. 3. 4.* e) didicimus *3 et primam litteram* i *superscribens 4.* f) iactitasse *2. 3. 4.* g) honoris *2. 3. 4.* h) circuirem *2.* i) dilectionem tuam *2. 3. 4.* k) episcopis *3. 4.* l) *om. 1; superscr. 2.* m) *om. quae sequuntur omnia 2.* n) to *superscr. 3.* o) *om. 3. 4.*

11. a) V *1:* item alia epistula *2:* caput V *3. 4.* b) *superscr. 3.* c) *om. 3.* d) *ita corr. ex* oominuum *4.* e) antistes *1. 3. 4:* antestes *corr. ex* antestis *2.* f) plurimi *1. 2. 3. 4.* g) adiuventus *4.* h) sinceritate *1. 2. 3. 4.* i) praecedentem notitiam *1. 2. 3. 4.* k) *superscr. 3.* l) agnosces *2.* m) praesumsimus *1.* n) prebemus *1.* o) kmae *2*

desit auctoritas, constantia[a] mansuetudo conmendet, iustitia[b] lenitas temperet[c], pa- 449.450
tientia contineat[d] libertatem: et declinata superbia, cui proximum[e] est ut decedat[f],
ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara
est dilectio tua, ut intra[g] earum[h] regulas atque[i] mensuras omnia potestatis[k] tuae
iura[l] contineas. 'Iusto' quippe ideo dicitur 'lex non esse[m] posita', quia norma[n] prae- 1. Tim. 1,9.
ceptionis implet iudicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso[o] habet et aposto-
licas auctoritates et canonicas sanctiones[p]. Quarum devotus sectator[q] et diligens
exsequutor[r] in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de[s] creditorum[t] sibi pro-
fectibus[u] talentorum audire meruerunt: 'Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca Matth. 25,23.
fuisti fidelis, super[v] multa te constituam: intra in gaudium domini tui[w]'. Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostrae[x] habere non dubites[y], saepius nos de processu actuum tuorum facias certiores, quoniam iudicii nostri[z] memores cupimus semper de tuis profectibus in[a] Domino[b] gloriari.

Deus te incolomem[c] custodiat, frater carissime[d].

12.

(Constantianus Carpentoractensis, Armatarius Antipolitanus, Audentius Vocontiensis, Severianus de Eturamine, Valerianus Cimelensis, Ursus Sanitiensis, Stephanus, Nectarius Avenionensis sive Diniensis, Constantius Uceticensis, Maximus Reiensis, Asclepius Cavellicensis sive Aptensis, Theodorus Foroiuliensis, Iustus Arausicensis, Ingenuus Ebredunensis, Augustalis Telonensis, Superventor, Ynantius, Fonteius Vasensis, Palladius) episcopi, ordinatione Ravennii Arelatensis episcopi nuntiata, pro responso benigne dato gratias agentes, a Leone I. papa (per Petronium presbyterum et Regulinum diaconum) petunt, ut Arelatensis ecclesiae privilegia antiqua pro tempore diminuta recentioribus apostolicae sedis auctoritatibus reformet.

Nam inter omnes constare, ecclesiam Arelatensem multo vetustiorem esse quam Viennensem, 'quae sibi nunc, inquiunt, impudenter ac notabiliter primatus poscit indebitos', cum illa missum a beato Petro apostolo sanctum Trophimum conditorem habuerit et fidem christianam reliquis Galliarum regionibus intulerit: quare cum omnes eam velut matrem venerantes et ipsos et praedecessores ab episcopis Arelatensibus consecratos esse, tum papas, 'sicut et scrinia apostolicae sedis procul dubio contineant', privilegia ecclesiae Arelatensis confirmasse, censentes, sicut per beatum Petrum ecclesia Romana teneat supra omnes totius mundi ecclesias primatum, ita intra Gallias ecclesiam Arelatensem per sanctum Trophimum.

Sed a principibus quoque civitatem Arelatensem plurimi aestimatam esse: a Constantino imperatore Constantinam, a Valentiniano et Honorio II. matrem omnium Galliarum nominatam, in eadem consulatum datum et acceptum, sublimissimam praefecturam reliquasque potestates semper collocatas esse.

Quae cum ita essent, episcopum Arelatensem non solum provinciae Viennensis ordinationem, verum etiam trium provinciarum sibi revocasse, et non tantum has provincias, sed omnes Gallias sibi apostolicae sedis vice mandatas obtinuisse.

---

a) constantiam *1. 3. 4: ita corr. ex* constantiam *2.* b) iustitiam *1. 2. 3. 4.* c) temperat *2.* d) continet *2.* e) proximūs *2.* f) decidat *1. 3. 4;* decidat *corr. ex* decedat *2. T.* g) inter *2.* h) *corr. ex* eorum *3;* eorum *4.* i) *corr. ex* adque *2.* k) *corr. ex* potestati *4.* l) iure *1.* m) non esse lex *3.* n) normam *1. 2. 3. 4.* o) *add.* non *2. 4.* p) sanctionis *corr. ex* scinctionis *3.* q) sectatur *T.* r) executor *1. 2. 3. 4, corrigens ex* exequtor. s) *om. 1. 3. 4. T.* t) credituro *T.* u) provectibus *3. 4.* v) supra *2. 3. 4.* w) *om. T.* x) nostram *3. 4.* y) *add.* ac *1. 2. 3. 4. T.* z) *om. 3.* a) *om. T.* [a) l. 13] b) *om.* in domino *1.* c) incolumem *1. 2. 4.* d) kmae *1.*

450 *Itaque implorant Leonem papam, ut 'quicquid Arelatensis ecclesia vel ab antiquitate suscepit vel postea auctoritate sedis apostolicae vindicavit', confirmet, et se gratiarum postea referendarum per semetipsos actione functuros esse promittunt.* *(450 Apr.)*

Codd. 1 (fol. 21'), 3 (fol. 8'), 4 (fol. 73), T (fol. 89')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 450, n. 52; Sirmond, Conc. I, 89; Saxius, Pontif. Arelat. p. 62; Ballerini, Leonis opp. I, 993. — Mansi, Conc. VI, 71.

PRECIS[b] MISSAS[c] AB UNIVERSIS EPISCOPIS AD LEONEM PAPAM[d].

Memores[e], quantum honoris et reverentiae beatissimae sedi[f] apostolicae, cui vos dominus noster Iesus Christus pro meritis sanctitatis voluit praesedere[g], semper debita[h] fuerit semperque debeatur, ordinationem, qua[i] sanctus frater et coepiscopus noster Ravennius in civitate[k] Arelatensi post transitum beatę recordationis Hilarii[l] episcopi, concordantibus omnium votis, ad summum[m] pontificium, Domino favente, profectus[n] est, missis continuo litteris[o] apostolatui vestro indicare curavimus. Quibus a beatitudine vestra tanta dignatione et caritati[p] fuisse responsum, inmensas[q] gratias agimus, etsi tantas, quantas debemus, referre non possumus. Notum licet nobis ante iam fuerit, praedictum sanctum fratrem et coepiscopum[r] nostrum[s] maximam[t] coronae vestrae[u] gratia morum suorum mansuetudine[v] et sanctitate[w] meruisse, perceptis nunc tamen beatitudinis vestrae litteris, quanta eum caritate[x] complectamini, evidenter agnovimus. Unde praemissis officiis, quae apostolatui vestro iure debentur, suggestionem nostram, quae iustitiae partibus fungitur, audiendam[y] a corona vestra minime dubitamus[z]: quippe cum non aliqua nova institui[a], sed prisca[b] per vos optemus[c] et antiqua reparari. Nec enim iustum est, ut[d] honorem eius, quem, ut probavimus, inpense diligetis[e], illa res minuat, quod[f] pietatem vestram alter offendit. Et sane manifestum[g] ecclesiae Arelatensi divinae gratiae favorem adesse perspicimus[h], cui talem[i] habere contegit[k] sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquae, quae dolebat sibi pro tempore deminuta[l], gauderet in perpetuum[m] recentioribus[n] apostolicae sedis auctoritatibus reformata.

Omnibus etenim Gallicanis regionibus notum est, sed nec sacrosanctae ecclesiae Romanae habetur incognitum, quod prima[o] intra[p] Gallias Arelatensis[q] civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum[r] Trophymum[s] habere meruit sacerdotem, et exinde[t] aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei et religionis infusum: priusque[u] alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos apostolicae institutionis fluenta miserunt, meruisse manifestum est sacerdotes, quam Viennensim[v] civitatem[w], quae sibi nunc inpudenter ac notabiliter primatus poscit[x] indebetos[y]. Iure enim ac merito[z] ea urbis[a] semper apicem sanctae dignitatis obtinuit[b], quae in sancto Trophymo[c] primitias nostrae religionis prima suscepit ac postea intra Gallias hoc, quod divino munere fuerat consequuta[d], studio doctrinae salutaris effudit. Cuius honoris obtentu[e] ecclesiam Arelatensem[f] omnes decessores prodecessoresque nostri velut matrem debito semper honore coluerunt[g], tenentesque traditionem tutam[h] ab hac[i] sibi civitates[k] nostrae sede[l] episcopos postu-

12. a) VI *1*; caput VI *3. 4.* b) preces *3. 4.* c) missę *3.* d) *superscriptio deest in T.* e) memoris *1.* f) *corr. ex* sedis *3.* g) praesidere *1. 3. 4.* h) debitum *3. 4.* i) quam *1.* k) civitatem *1.* l) hilari *1.* m) *corr. ex* summi *4.* n) provectus *3. 4.* o) *corr. ex* lateris *4.* p) caritate *1. 3. 4.* q) in ipsas *1.* r) *ante* um *del.* i *1.* s) meum *1.* t) maxime *1. 3. 4.* u) *om. T.* v) mansuetudinem *1. 3. 4.* w) sanctitatem *1. 3. 4.* x) caritatem *1.* y) audienda *1.* z) *corr. ex* dobitamus *4.*
[a) l. 21] a) instituisse *1.* b) priscam *1.* c) optimus *1*; optamus *3. 4.* d) *om. 4.* e) diligitis *1. 3. 4.* f) qua *3. 4.* g) *add.* est *3. 4.* h) *om. 3. 4.* i) tale *1.* k) contigit *1. 3. 4.* l) diminuta *1. 3. 4.* m) perpetuo *1. 4.* n) recensioribus *1.* o) primam *1.* p) inter *3.* q) arelatae *4.* r) sancto *T.* s) trophimum *1. 3. 4.* t) *superscr.* ex *3.* u) priusquę *1.* v) viemensem *1*; viennensis *3. 4.* w) civitas *3. 4.*
[a) l. 33] x) exposcit *1. 3. 4.* y) indebitos *1. 3. 4.* z) to *superscr. 3.* a) urbs *1. 3. 4.* b) obtenuit *1.* c) trophimo *1.* d) consecuta *1. 3. 4.* e) obtentum *1.* f) arelatensis *1.* g) coluerint *T.* h) totam *1. 3. 4.* i) ac *1*; *superscr. 3.* k) civitatis *1. 3. 4.* l) *om. T.*

larunt. Ab huius ecclesiae sacerdotem[a] tam decessores nostros quam nos ipsos constat in summum sacerdotium, donante Domino, consecratos. 450 Quam quidem antiquitatem sequentes prodecessores[b] beatitudines[c] vestrae hoc, quod erga privilegia Arelatensis ecclesiae institutio vetusta[d] tradiderat, promulgatis, sicut et scrinia apostolicae sedis procul dubio continent, auctoritatibus[e] confirmarunt, credentes plenum esse rationis atque iustitiae, ut, sicut per beatissimum Petrum apostolorum principem sacrosancta ecclesia Romana teneret supra omnes totius mundi ecclesias principatum, ita etiam[f] intra Gallias Arelatensis ecclesia[g], quae sanctum Trophymum[h] ab apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vindicaret. His secundum religionem utitur privilegiis ecclesia memorata.

Ceterum multa sunt, quibus secundum[i] instituta principum cunctis intra regiones nostras civitatibus praeferatur[k]. Haec in tantum ad[l] gloriosissime memoriae Constantino peculiariter honorata est, ut ab eius vocabulo[m] praeter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acciperit[n]. Haec[o] clementissime recordationis Valentinianus et Honorius fidelissimi principes specialibus privilegiis et, ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium[p] Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe, quicumque intra Gallias ex[q] tempore praedictorum ostentare voluit insignia dignitatis, consolato[r] suscepit et dedit[s]. Hanc sublimissima praefectura, hanc reliquę potestates, velut communem omnibus patriam, semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus[t] multarum utilitatum causa concurritur[u]: et plane ita sibi erga privilegia memoratę vel[v] ecclesiae vel civitatis[w] divina, ut credimus, dispensationem[x] omnia consenserunt, ut semper, sicut ecclesia Arelatensis[y] intra Gallias primatos[z] in sacerdotio[a] antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in saeculo oportunitatis gratia possideret[b].

Unde factum est, ut non solum provinciae Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum[c] contemplationem[d] sancti Trophymi, sicut et[e] sanctorum prodecessorum[f] vestrorum patefacto[g] sibi testatur[h] auctoritas, Arelatensis[i] ecclesiae sacerdos ad sollicitudinem semper suam curamque revocarit[k]. Cui id etiam honoris dignitatesque[l] conlatum est, ut non tantum has provincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias, sibi apostolicae sedis vice mandata, sub omni ecclesiastica regula contineret.

His[m] itaque omnibus intimatis et in[n] notitiam[o] beatitudinis[p] vestrae fideli adsertionem[q] perlatis[r], quaesumus et obsecramus coronam sanctimoniae vestrae per nomen domini nostri Iesu Christi, qui in vobis iustitiam, patientiam[s], tranquillitatem et bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, et per beatissimum Petrum[t] apostolum, quem[u] vita et conversatione vestra nobis divino munere redditum credimus, ut, quidquid[v] Arelatensis ecclesia, sicut superius indicavimus, vel ab antiquitate suscepit vel postea auctoritate sedis apostolicae vindicavit, id omne[w] ad suum pontificium revocare eiusdem ecclesiae sacerdotem[x] beatitudinis vestre auctoritas[y] in perpetuum[z] mansura praecipiat. Ipsi autem[a] vel officiorum causa vel huius[b] legationis obtentu[c] sancti-

a) sacerdote *1. 3. 4.* b) praedecessores *3. 4.* c) beatitudinis *1. 3. 4; corr. in* beatitudinis *T.* d) vetus *1; ita corr. ex* vetus *3.* e) e *ex* t *corr. 3.* f) iam *superscr. 3.* g) eclesie *1.* h) trophimum *3.* i) *superscr. 3.* k) praefaratur *1.* l) a *1. 3. 4.* m) *praem. iterans* eius vocab *1.* n) acceperit *1. 3. 4.* o) hanc *1. 3. 4.* p) matrimonium *corr. ex* matrimonio *1;* matrimonium *3. 4.* q) ea *4.* r) consolatum *1;* consulatum *3. 4.* s) edidit *T.* t) *ita corr. ex* civiutibus *4.* u) concurretur *1.* v) *om. T.* w) *ita corr. ex* civitates *3.* x) dispensatione *1. 3. 4.* y) arelatense *1.* z) primatus *1;* primatum *3. 4.* a) inter sacerdotium *T.* b) possederit *1. 3. 4.* c) *ita corr. ex* provinciae *1.* d) contemplatione *1. 3. 4.* e) *om. T.* f) praedecessorum *3. 4.* g) patefactum *1;* patefacta *3. 4.* h) *ita corr. ex* testucur *4.* i) araelt *4.* k) revocaret *1.* l) dignitatisque *1. 3. 4.* m) is *(alterum* is *praemissum erasum est) 1.* n) *superscr. 3.* o) notitia *1.* p) batitudinis *corr. ex* batitudiois *4.* q) adsertione *1. 3. 4.* r) *ita corr. ex* perlatus *4.* s) patia *1.* t) apostolum petrum *1. 3. 4.* u) quę *4.* v) quicquid *1. 3. 4.* w) omnem *1.* x) sacerdotum *1.* y) auctoritatis *1.* z) perpetuo *1. 4.* a) ipsi autem *in ras. 1.* b) uius *1.* c) optentu *1.*

a) l. 22

a) l. 38

450 moniae vestrae nos praesentassemus[a] aspectibus, nisi alios[b] infirmitas[c], alios[d] anni praesentis paenuria[e] ab[f] hac[g] votorum nostrorum[h] cupiditate revocasset. Sed confidimus in domino Iesu Christo, qui precibus et desideriis nostris effectum prumptissime[i] pietatis[k] vestrae praestitit[l], quod, qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum per nosmet ipsos actione fungemur[m].

13.

Leo I. papa Constantiano (Carpentoractensi), Armatario (Antipolitano), Audentio (Vocontiensi) Serveriano (de Eturamine), Valeriano (Cimelensi), Urso (Sanitiensi), Stephano, Nectario (Avenionensi sive Diniensi), Constantio (Ucetiensi), Maximo (Reiensi), Asclepio (Cabellicensi sive Aptensi), Theodoro (Foroiuliensi), Iusto (Arausicensi), Ingenuo (Ebredunensi), Augustali (Telonensi), Superventori, Ynantio, Fonteio (Vasensi), Palladio episcopis per Petronium presbyterum et Regulinum diaconum petentibus, ut Ravennio episcopo Arelatensi 'quod decessor ipsius (Hilarius) merito nimiae praesumptionis amiserat, reformetur', nuntiat, Viennensem episcopum legatione missa ordinationem (Fonteii) Vasensis episcopi ab episcopo Arelatensi usurpatam sibi vindicare, et cognoscens ius utriusque episcopatus aequale: 'ita enim, inquit, semper intra provinciam vestram et Viennensem et Arelatensem civitates claras fuisse, ut quarundam causarum alterna ratione nunc illa in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista praecelleret', decernit, ut Viennensis episcopus in potestate Hilario Arelatensi episcopo ablata iam papali auctoritate munitus et Viennae ipsi et vicinis sibi quattuor oppidis praesideat, id est Valentiae, Tarantasiae, Genavae, Gratianopoli, reliquae vero civitates eiusdem provinciae (Massilia, Alba-Vivarium, Dia, Tricastinum, Vasco, Arausio, Cabellio, Avenio, Carpentoracte-Vendaca, Tolonum)[1] sub Arelatensis antistitis auctoritate et ordinatione consistant.

450 Mai. 5.

Codd. 1 (fol. 23), 3 (fol. 13), 4 (fol. 74'), C 1 (fol. 122'), T (fol. 91')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 450, n. 57; Sirmond, Conc. I, 91; Saxius, Pontif. Arelat. p. 66; Ballerini, Leonis opp. I, 998. — Mansi, Conc. VI, 76; Migne, Patrol. lat. LIV, 883. — Jaffé, Reg. 450 (228).

DILICTISSIMIS[b] FRATRIBUS CONSTANTIANO[c], ARMATARIO[d], AUDENTIO, SEVERIANO, VALERIANO, URSO, STHEFANO[e], NECTARIO, CONSTANTIO[f], MAXIMO, ASCLYPIO[g], THEUDORO[h], IUSTO, INGENUO, AUGUSTALI[i], SUPERVENTORI, YNANTIO[k], FONTEDIO[l] ET[m] PALLADIO LEO.

Lectis dilectionis vestrae litteris, quas ad nos filii nostri Petronius[n] presbyter et Regolinus[o] diaconus detulerunt, quam benevolum[p] fratri et coepiscopo nostro Ravennio inpendatis[q] affectum[r], evidenter agnovimus; siquidem postholetis[s], ut ei, quod decessor

a) presentassimumus *1.* b) alius *1. 4: corr. ex* alias *3.* c) s *in ras. (sequitur spatium trium fere litterarum erasarum) 3;* infirmitatis *4.* d) alius *1. 4.* e) penuria *1. 3. 4.* f) ad *1.* g) hoc *1.* h) vocatorhorum *pro* votorum nostrorum *1.* i) prumtissime *1:* promptissimę *3. 4.* k) pietatatis *4.* l) praestavit *1.* m) fungymur explicit *1; add.* explicit caput VII *3:* explicit *4:* fungetur *T.*

13. a) VII *1. 3;* caput VII *4;* XLI *C 1.* b) dilectissimis *1. 3. 4. T.* c) constansiano *T.* d) armentario *T.* e) stefano *1. T:* stephano *3. 4.* f) constansio *T.* g) aselipio *1. T;* aselepio *3. 4.* h) theodoro *1. 3. 4. T.* i) agustali *1. C 1.* k) unantio *4:* ymnatio *T.* l) fonteio *1. 3. 4.* m) *om. 1. 3. 4.* n) petrunius *T.* o) regulinus *1. 3. 4. T.* p) benivolo *1. T;* benivolum *3. 4.* q) inpendates *T.* r) affectu *1.* s) postuletis *1;* postulatis *3. 4;* postuletes *T.*

1) *Sed et Narbonensem secundam et Alpium Maritimarum provincias, propriis metropolitis non iam subditas, ab episcopo metropolitano Viennensis-Arelatensis provinciae administratas esse constat (cf. Neues Archiv XIV, 332 n. 2).*

ipsius merito nimiae praesumptionis amiserat, reformetur. Sed[a] petitionem fraternitatis vestrae Viennensis episcopus missis litteris et legatis sua suggestione praevenerat, 450 conquaerens[b] Arelatensem episcopum ordinationem sibi Vasensis antistetis[c] usurpasse. Cum itaque nobis ita et paternarum reverentia sanctionum et omnium vestrum servanda sit gratia, ut in ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi, consequens fuit, ut ad conservandam intra Viennensem[d] provinciam[e] pacem adhiberetur[f] iusta[g] moderatio, quae nec antiquitates[h] usum nec desideria vestra neglegerit[i].

Consideratis[k] enim adlegationibus[l] utriusque[m] partes[n] praesentium clericorum, ita semper intra provinciam vestram et Viennensem[o] et Arelatensem civitatem claras fuisse repperimus, ut quarumdam[p] causarum alterna ratione[q], nunc illam[r] in ecclesiasticis privilegiis, nunc ista praecellerit[s], cum tamen eisdem commune ius quondam fuisse ab[t] agentibus proderetur. Unde Viennensem civitatem, quantum ad ecclesiasticam iustitiam pertinit[u], inhonorata[v] paenitus esse non patimur: praesertim cum de[w] receptione privilegii auctoritate[x] iam nostrae dispositionis[y] utatur, qua[z] potestatem[a] Helario[b] episcopo ablatam[c] Viennensi[d] episcopo credidemus[e] depotandam[f]. Qui ne repente[g] semetipso[h] factus videatur inferior, vicinis sibi quattuor oppedis[i] praesedebit[k], id est: Valentiae[l] et[m] Tarantasiae[n] et[o] Genavae[p] et Gratianopoli, ut cum eis ipsa Vienna sit quinta, ad cuius episcopum omnium praedictarum ecclesiarum[q] sollicitudo perteneat[r]. Relique vero civitatis[s] eiusdem provinciae sub Arelatensis antistetis[t] auctoritate et ordinatione consistant: quem pro modestiae suae temperantiam[u] ita futurum credimus stodiosum[v] caritatis et pacis, ut nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum.

Data III. Nonas Maias, Valentiniano augusto VII.[w] et Abieno viro[x] clarissimo[y] consulibus[z].

Hoc praeceptum domni Leonis confirmatum est a sede apostholica, praesedenti[a] papa Symmacho[b], Probo viro clarissimo consule[c].

14.

Leo I. papa Ravennio episcopo Arelatensi nuntians, se Petronium presbyterum et Regulum (Regulinum) diaconum secum retinuisse, ut universa cognoscerent, 'quae per te, inquit, cupimus ad omnium fratrum et consacerdotum nostrorum notitiam pervenire',

a) set *1.* b) conquerens *3;* conquirens *4.* c) antestitis *1. T;* antistitis *3;* antistis *4.* d) viensem *1; add.* et arelatensem *3. 4.* e) provintias *corr. ex* provintia *3;* provincias *4.* f) hadiberetur *1.* g) iustitiae *1. 3. 4.* h) antiquitatis *1. 3. 4. T.* i) negligeret *1;* neglegeret *3. 4.* k) considerantes *T.* l) allegationibus *1. 3. 4;* alligationibus *T.* m) utrisque *T.* n) partis *1. 3. 4.* o) *ita corr. ex* viensnensem *1.* p) quorundam *C1.* q) alternatione *T.* r) illa *1. 3. 4. T.* s) praecelleret *1. 3. 4.* t) *om. 1. 3. 4.* u) pertinet *1. 3. 4. T.* v) inhonoratam *1. 3. 4. T.* w) *superscr. 3.* x) auctoritatem *1. 4.* y) dispotitionis *C1;* disponsionis *T.* z) quam *1. 3;* quia *T.* [a) l. 14] a) potestate *1.* b) hilario *1. 3. 4.* c) ablata *1. T.* d) *ita corr. ex* vieninsi *4.* e) credimus *3;* credidimus *1. 4. T.* f) deputandum *1;* deputandam *3. 4. T.* g) necrepitente *C1;* ne repentem *T.* h) semetipsum *T.* i) oppidis *1. 3. 4. T.* k) praesidebit *1. 3. 4. T.* l) avalentiae *T.* m) *om. C1.* n) tharantasiae *1. 3. 4;* tarantatiae *C1.* o) *om. 1. T.* p) *ita corr. ex* genvae *C1;* genabe *T.* q) eccletiarum *C1.* r) pertineat *1. 3. 4. T.* s) civitates *1. 3. T; super* civitates *per errorem* it *superscr. 4.* t) antestitis *1. 3. 4;* antestitis *corr. ex* antestites *T.* u) temperantia *1. 3. 4.* v) studiosum *1. 3,* di *superscribens, 4. T.* w) septies *C1.* x) viris *1. 3. 4; om. T.* y) clarissimis *1; om. 3. 4. T.* z) *om. 1; quae sequuntur desunt in T.* [a) l. 25] a) praesidentia *1. 4;* praesidenti *3.* b) symmaco papa *1;* symacho papa *3;* symaco papa *4.* c) *om. C1.*

450.462 *mittit 'contra eos, qui incarnationem Domini pravis persuasionibus aestimant temerandam' epistolam suam vel s. m. Cyrilli ad Orientem datam.* *450 Mai. 5.*

Codd. 1 *(fol. 25')*, 3 *(fol. 18)*, 4 *(fol. 76')*[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 450, n. 59; Sirmond, Conc. I, 92; Ballerini, Leonis opp. I, 1000. — Mansi, Conc. VI, 78; Migne, Patrol. lat. LIV, 886. — Jaffé, Reg. 451 (229).

DILECTISSIMO FRATRI RAVENNIO LEO.

Diu[b] filios nostros Petronium presbyterum et Regulum diaconum in urbe tenuimus, quoniam et de nostra hoc gratia merebantur, et fidei, quae nunc quorundam errore incessitur[c], ratio postulabat. Voluimus enim eos nostro[d] interesse tractatui et universa cognoscere, quae per te cupimus ad omnium fratrum et consacerdotum nostrorum[e] notitiam pervenire. hoc dilectioni tuae specialiter delegantis[f], ut sollicitudine[g] vigilantiae tuae epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, vel sanctae memoriae Cyrilli[h], que nostris sensibus tota concordat[i], universis fratribus innotescat, ut certiores effecti contra eos, qui incarnatione[k] Domini pravis persuasionibus aestimant temerandam, spiritali[l] se virtute praemuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis eclesiis et Deo nostro episcopatus tui possis commendare primordia. si haec ita, ut credimus atque mandamus[m], impleveris, frater carissime. Que autem committenda litteris non fuerunt, cum predictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, Domini fretus auxilio[n] efficaciter[o], ut diximus, aut laudabiliter exequeris[p].

Deus te incolomem[q] custodiat, frater carissime[r].

Data III.[s] Nonas Maias, gloriosissimo Valentiniano[t] augusto VII. et Abieno[u] viro clarissimo consulibus[v].

15.

Hilarus papa Leontio episcopo Arelatensi obiurgans, quod non ab eo, sed rumore et per Iohannem diaconum a Fritherico magnifico viro (Theoderici II. Wisigotorum regis fratre) sibi commendatum acceperit, in provincia Narbonensi, quae ad 'monarchiam' Arelatensis ecclesiae pertineat, Hermem quendam episcopatum usurpasse, praecipit, ut de hac re a se diiudicanda et ab eo et ab episcopis subscriptam relationem mittat.

(462) Nov. 3.

Codd. 1 *(fol. 29')*, 2 *(fol. 9')*, 3 *(fol. 29')*, 4 *(fol. 80')*[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 462, n. 5; Sirmond, Conc. I, 128; Saxius, Pontif. Arelat. p. 73; Thiel, Epp. pontif. I, 140. — Mansi, Conc. VII, 933; Migne, Patrol. lat. LVIII, 24. — Jaffé, Reg. 554 (329).

DILECTISSIMO FRATRI LEONTIO HILARUS[b].

Miramur fraternitatem tuam, ita legis catholice te[c] inmemorem esse, ut, que[d] iniqua et contra patrum nostrorum statuta in provinçia, que ad monarchiam[e] tuam pertinet[f], si ipse aut non vis aut non potes, etiam nec nos selenti[g] tui taciturnitatem[h] permittas corrigere. Siquidem, quod et rumore cognovimus, et quantum diligenter a

14. a) VIIII *1;* caput VIIII *3. 4.* b) qui enim *4.* c) incessit *(super* t *locus rasus) 3.* d) *om. 4.* e) *superscr. 3.* f) delegantes *3. 4.* g) sollicitudini *4.* h) cirilli *3. 4.* i) *ita corr. ex* concondat *3.* k) incarnationem *3. 4.* l) spirituali *3. 4.* m) mandavimus *3. 4.* n) auxio *3.* o) *inter* effica *et* citer *locus rasus in 3.* p) aut laudabiliter ut diximus exequemur *3:* aut laudabiliter ut diximus exsequimus *4.* q) incolumen *1.* r) kmae *1.* s) IIII. *4.* t) väl. *1. 3. 4.* u) avieno *4.* v) *om. 4.*

15. *Hanc epistolam sine anno traditam iam ab eo, qui epistolas Arelatenses collegit, vetustissimam omnium Hilari papae epistolarum habitam esse, e loco, quem in codicibus obtinet, conici potest.* a) XVIII *1;* caput XVIII *3. 4.* b) *ita corr. ex* hilarius *2;* hylarius *4;* papa *add. 2. 4, rec. manus adscr. in 1.* c) *om. 1.* d) quaeque *3.* e) monarciam *2.* f) pertinuit *1.* g) silentii *2. 3. 4.* h) taciturnitate *2. 3. 4.*

diacono Iohanne[a], qui[b] a magnifico vero[c], filio nostro Fritherico[d] litteris suis nobis insinuatus[e] est, requisivimus, quod iniquissima usurpatione quidam Hermes episcopatum civitatis Narbonensis execrabili temeritate praesumpserit[f]. Quam rem decuerat[g] sanctitatem tuam, ut nobis in vestigio indecarit[h]. Qua de re, frater carissime, monemus, ut si[i] fides adibitur[k] adsertis, seposita excusatione, ad nos tam dilectionis tue quam fratrum nostrorum aut per portitorem litterarum aut per quem ipsi legeritis[l] suscripta[m] manuum[n] vestrarum relationem[o] transmittatis, ut, quid definire possimus[p], recorrenti[q] pagina[r] possites[s] agnoscere. 462

Deus te incolumem[t] custodiat, frater carissime.

Data III. Nonas Novembres.

16.

Hilarus papa Leontio episcopo Arelatensi initium sui pontificatus indicat praecipitque, ut id 'omnibus per universam Provinciam fratribus et consacerdotibus' notum faciat. *462 Ian. 25.*

Codd. 1 (fol. 31), 2 (fol. 13), 3 (fol. 34), 4 (fol. 82)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 462, n. 3; Sirmond, Conc. I, 127; Thiel, Epp. pontif. I, 137. — Mansi, Conc. VII, 931; Migne, Patrol. lat. LVIII, 22. — Jaffé, Reg. 552 (327).

DILECTISSIMO FRATRI LEONTIO HILARUS.

Quantum reverentie in spiritu Dei, qui subditos[b] sibi inabitat[c] sacerdotis[d], beato Petro apostolo et sede[e] ipsius deferatur, omnibus arbitror esse conpertum, quibus paternarum traditionum incorrupta custodia est. Quos cum volumus de nostra[f] ordinationis primordiis gratulari, opera, que in nobis[g] divine pietas dignationis[h] ostendit, sanctitati tue duximus indicanda: ut ipse primum pro eo, quem nobis invicem semper inpendimus, prestante Domino, leteris[i] affectu; deinde ut dispositione[k] tuae fraternitatis omnibus per universam Provintiam fratribus et consacerdotibus innotescat[l], quod humilitatem meam dextera Domini visitare dignata sit, et mihi apostolice sedis regimen non pro merito, set pro sue gratiae abundantissima largitatem[m] commiserit. Proinde, frater carissime, quod sanctitati tue praesenti sermone patefecimus[n], in omnium notitiam[o], quemadmodum diximus[p], deferre dignaberis, ut, supplicaturi[q] domino nostro[r] Iesu Christo, sicut exultationis gaudia, ita profutura universali eclesie orationum suarum nobis vota coniungant.

Deus te incolumem[s] custodiat, frater carissime[t].

Data VIII.[u] Kalendas Februarias, domno[v] nostro[w] Severo augustus[x] consule[y].

---

a) ioanne *1.* b) *post* qui *videtur corr.* a *2.* c) viro *2. 3. 4.* d) fritttherico *4.* e) insi *(lacuna)* tus *3;* insidiatus *4.* f) praesumerit *1;* prȩsummerit *4.* g) docuerat *1; ita corr. ex* docuerat *2.* h) indicaret *2;* indicarit *3. 4.* i) *om. 1.* k) adhibetur *2;* adibetur *3;* adhibitur *4.* l) elegeritis *3.* m) subseriptam *3.* n) manum *1. 4.* o) relatione *2.* p) *ita corr. ex* possim *1.* q) recurrenti *2. 3. 4.* r) pagine *4.* s) possitis *2. 3. 4.* t) incolomem *3.*

16. a) XX *1;* caput XX *3. 4.* b) subditus *1.* c) inhabitat *2. 3. 4.* d) sacerdotes *2. 3. 4.* e) sedi *2. 3. 4.* f) nostrae *3. 4.* g) nos *1. 3. 4.* h) pietatis dignatio *3. 4.* i) i *corr. ex* u *4.* k) si *superscr. 3.* l) e *ex* i *corr. 2.* m) largitate *2. 3. 4.* n) *priorem litteram* e *ex* i *corr. 2* o) nostrorum *3. 4.* p) *interp.* noticiam *3.* q) supplicaturo *3. 4.* r) *om. 1. 2.* s) incolomem *3.* t) *reliqua om. 2.* u) III *3. 4.* v) domino *3.* w) *om. 3. 4.* x) augusto *3. 4.* y) consulibus *1; in sequenti linea adscr.* domino severo augusto consulibus *4.*

17.

462 *Hilarus papa Leontium episcopum Arelatensem, accepta eius per Pappolum virum spectabilem epistola, scripta antequam papae epistola (incipiens: 'Quantum reverentiae') episcopo tradita sit, hortatur, ut frequenter litteras inter se dent et accipiant, et episcopo laudato, quod ad custodiendas paternorum canonum regulas se monuerit, promittit, si quid corrigendum sit, se opera illius, quem episcopus miserit, usurum esse.*

(462 Febr. inc.)

Codd. 1 (fol. 31), 2 (fol. 13'), 3 (fol. 34'), 4 (fol. 82')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 462, n. 4; Sirmond, Conc. I, 127; Thiel, Epp. pontif. I, 139. — Mansi, Conc. VII, 933; Migne LVIII, 23. — Jaffé, Reg. 553 (328).

DILECTISSIMO FRATRI LEONTIO HILARUS.

Dilectioni meae[b], qua[c] circa eclesias Gallicanas omnisque[d] in eis Domini sacerdotes etiam in inferiori gradu positos[e] abundavi[f], multum accedit augmenti[g], quod per verum[h] spectabilem[i] Pappolum[k], filium nostrum, sermonis[l] tui ad me sunt delata principia. Ex qua tamen conitio paginam meam, quam dudum de episcopatus mei primordiis misi, necdum traditam tibi fuisse, cum scriberis[m]: de qua utique non siluisses, nisi perlatorem aliqua causa tardasset. Unde, quod et[n] consuetudo poscebat et caritas, iampridem me exsecutum fuisse significo et[o] hoc ipsis[p] litterarum exemplaribus, que direxi, plenius[q] nosse vos cupio, ut officio fraterno in nullo intellegatis fuisse me desidem, et ita vicissem[r] frequentandis[s] studeamus alloquiis, ut vicem nobis communis[t] praesentiae scribendi cura conpenset, frater[u] carissime. Acceptis itaque communis tui[v] gratiam perire[w] non passus es et quod ei[x] sollicitudini[y] intentum te esse cognosco, ut custodiendis paternorum chanonum[z] regulis studere me cupias. Quo[a] desiderio nihil concipi salubrius potest[b], quam ut in una eclesia Dei[c], cui
Cf. Ephes. 5, 27. oportet nec macule aliquid inesse[d] nec rugae, una sit in omnibus observantia[e] discipline. Cui si aliquid eruditionis aut correctionis addendum est, rectissime per vestram diligentiam consoletur[f], si, quemadmodum es dignatus scribere, tam instructam[g] ad nos fuerit[h] persona directa, que inquisitionem[i] nostram plene ex omnibus possit instruere. Spondeo[k] enim, quantum gratia Dei donat, ut spondeam[l], hoc me ad universalem sacerdotum Domini concordiam provisurum, ut omnis[m] non sua audeant
Cf. Philipp. 2, 21. querere, sed quae sunt Christi studeant obtinere.

Deus te incolumem[n] custodiat, frater carissime.

18.

Hilarus papa epistola ad episcopos Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae, Alpinae provinciarum data conquestus de Herme,

17. a) XXI *1*; caput XXI *3. 4*. b) *manus rec. superscr.* ae *in 1*. c) quae *1. 3. 4*. d) omnesque *2*. e) positos *corr. ex* positis *1*; positus *2*. f) abunda *1*; abundat *3. 4*. g) *ita corr. (in marg. signum correctoris) 2*. h) virum *2*. i) expectabilem *1. 3. 4*. k) populum *3. 4*. l) sermones *1*. m) scriberes *3. 4*; conscriberis *pro* cum scriberes *1. 2*. n) quod et *in marg. 2*. o) ut *2*. p) s *in fine superscr. 3*. q) penius *2*. r) vicissim *3. 4*. s) frequendandis *1*. t) communes *1*. u) *post* fr *eras.* s *2*. v) communis tui *1*, u *priorem ex* o *corrigens, 2. 3. 4: locus corruptus, quem sanare non potui*.
[a) l. 22] w) perisse *3*. x) eis *3. 4*. y) sollicitudine *3. 4*. z) canonum *3. 4*. a) quod *1*. b) post *4*. c) *om. 1. 3. 4*. d) in *superscr. 3*. e) *ita corr. ex* observatio *3*. f) consuletur *2. 3. 4*. g) m *manus rec. del. in 1*; instructa *2. 3*. h) fieri *1. 4*. i) inquesitionem *2*. k) expondeo *1. 3. 4*. l) expondeam *1. 3. 4*. m) omnes *2. 3. 4*. n) incolumen *1*; incolomem *3*.

qui, quod ordinatus episcopus a Biterrensibus iniuria expulsus sit, iure a Narbonensi ecclesia se suscipiendum esse ratus facinus usurpationis in alio vituperatum ipse commiserit, constituit per concilium 'die natali suo' (id est ordinationis suae) congregatum, praesentibus Fausto (Reiensi) et Auxanio (Aquensi) episcopis vigorem et auctoritatem iudicio praestantibus, ut potestas ordinandi episcopos Hermi episcopo Narbonensi ablata Constantio episcopo Ucetiensi, 'quia, inquit, aevo honoris primas esse dicitur', deferatur, ita ut, si, Herme superstite, Constantius mortuus sit, potestas ad illum veniat, 'quem repperit episcopalis ordo primatem'. Herme autem mortuo, ecclesiae Narbonensi reddatur. 462

Quod ut in posterum praecaveatur, canones de faciendis conventibus institutos, 'quos hactenus omitti fecit certa necessitas', proponens, praecipit, ut per annos singulos locis et temporibus opportunis episcopi, e quibus fieri possit provinciis, a Leontio episcopo Arelatensi, 'cui', inquit, 'sollicitudinem in congregandis fratribus delegavimus', metropolitani per eius litteras invitati, ad concilium convocentur, ita ut, quicquid perversum inveniatur in ordinatione et conversatione clericorum, emendetur, de gravioribus autem causis sedes apostolica consulatur.

Hoc etiam observandum praescribit, ut nulli clerico nisi litteris sui metropolitani munito liceat, in alienam provinciam proficisci; quae litterae cum impetrari non possint, Arelatensis episcopus 'cum duobus metropolitanis provinciarum, quae congruae sint', causam discussam secundum canonum statuta diiudicet.

Libellum ab episcopo Arelatensi oblatum, quo petitur, ut parochiae Arelatensi ecclesiae, Hilario episcopatu fungente, alienatae papali auctoritate restituantur, episcopis decernendum remittit.

Vetat praedia, 'quae neque deserta neque damnosa sunt', ad ecclesiam pertinentia aliquo iure in alterum transferri, nisi antea in concilio causa alienationis comprobata sit.

462 Dec. 3.

Codd. 1 (fol. 29'), 2 (fol. 10), 3 (fol. 30), 4 (fol. 81)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 462, n. 6; Sirmond, Conc. I, 129; Thiel, Epp. pontif. I, 141. — Mansi, Conc. VII, 934; Migne, Patrol. lat. LVIII, 24. — Jaffé, Reg. 555 (330).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS, EPISCOPIS PROVINTIE VIENNENSIS[b], LUCDONENSIS[c], NARBONENSIS PRIMAE ET SECUNDE ET ALPIUM PENINARUM[d], HELARUS[e] EPISCOPUS.

Quamquam notitiam[f] dilectionis vestrae, quanta[g] vel qualia in Narbonensi[h] ac Biterrensi eclesia dudum sint admissa, non lateant, et praesumptionis inprobitas ad nos usque perveniens procul dubio[i] regionibus manifesta sit Gallecanis[k], apostolicae tamen sollicitudinis[l] interest, culpas in nostro deprehensas examine non tacere, ne[m] per incongruum silentium cum iniqua agentibus habere videamur cohebentiae[n] portionem. Olim igitur urbium praesidum[o] desideria[p] praedictarum sancte memorie decessori meo, non minus quam nobis etiamtunc, adtulerunt dolores, inlicitis[q] petitionibus audendo prosequi, quod vix aput[r] patientiam nostram solum[s] necessitatum potuit[t] deploratione leniri[u]. Quibus enim, sicut etiam vos probatis, factum[v] constat exemplis, et qua non obiurgatione dignissimum est, quod sanctorum patrum decretis et ipsis

18. a) XVIIII *1;* caput XVIIII *3:* caput XIIII *4.* b) *primam litteram* n *superscr. 2.* c) leudunensis *1:* lugdunensis *3. 4.* d) alpium penarum *1:* alpium poenarum *2:* alpium penninarum *3:* alpium poeninarum *4.* e) hilarus *2. 3;* hylarus *4.* f) notiam *1.* g) quantę *4.* h) narbonensis *1.* i) dubium *corr. in* dubio *1:* dubium *4.* k) gallicanis *2. 3. 4.* l) *corr. ex* sollicitudines *2 (correctoris in marg. signum erasum videtur).* m) nec *4.* n) conhibentiae, *superscribens priorem litteram* n *2 (correctoris in marg. signum erasum videtur);* conibentiae *3:* cohibentię *4.* o) *om. 1. 2;* praesides *3. 4.* p) *om. 3. 4.* q) ti *superscr. 3.* r) apud *2. 3. 4: ita plerumque.* s) sola *2. 3. 4.* t) potui *1.* u) liniri *3. 4.* v) factis *3. 4.*

462 repugnat canonum[a] constitutis[b], cum ideo[c] se frater iam et coepiscopus noster Hermes a Narbonensi eclesia credidit iure suscipi[d], quia indigne[e] a Biterrensibus, quibus ordinatus est, dicebat excludi? Qui si vere hoc in se factum doleret et legitimo remedio subvenire propriae scisset iniurie, vindictam magis debuit sperare perpessis, quam veniam perpetratis. Denique si 'nunc saltim communi omnium Domini sacerdotum utatur animo, si imitetur exemplum, si ad haec, que eclesiasticae quietis contemplatione utcumque[f] sopita sunt, oculis cordis intendat et pro totius eclesiae pace vel fide, que sunt multipliciter rata, consideret; nihil est profecto, quod non etiam ipse reprehendat et erubescat sibi adnui, quod in altero[g] landabiliter inprobaret[h]. Scimus enim et iamdiu de memorati fratris conversatione nihil habemus ambiguum[i], cum anteacte vitae ipsius cursum et retro omne[k] propositum[l] nostro revolventes[m] animo, hos[n] illum, quos[o] in eo arguimus, incorrisse[p] potius quam fecisse estimamus[q] excessus.

De quibus, praesidente[r] fratrum numeroso concilio, ut[s] ex diversis provintiis ad diem natalis nostri in honorem beati Petri apostoli per Dei gratiam congregato, praesentibus[t] fratribus et coepiscopis nostris Fausto et[u] Auxanio atque agentibus[v] plurimis[w], que vigorem respiciunt auctoritatemque iudicii, id a nobis paces[x] amore est constitutum, ut in sententia[y], quam sub adsertione[z] utriusque legationis inde directe, Christo Deo nostro inspirante, protulimus[a], neque caritas euvangelicae[b] indulgentiae neque apostolicae[c] virga defuerit disciplinae. Nam, quia[d] in totum nec remittere nos fecit diligentia[e] nec affectio cohercere[f], ei, qui nunc ecclesiae Narbonensi praesidere permittitur, ordinandorum episcoporum ob hec[g], quae prave facta sunt, sustulimus potestatem; quam ita ad fratrem et coepiscopum nostrum Constantium, Ucetice eclesie[h] antistitem, quia[i] evo honoris primas[k] esse dicitur, pertinere cęnsuimus, ut, si, superstite[l] Herme episcopo, defunctus fuerit, illum[m] haec cura respiciat, quem reppererit[n] episcopalis ordo primatem. Herme autem episcopo deficiente, faciendorum mos antistitum Narbonensi mox reddatur eclesie, quem non civitas, sed[o] causa praesumtionis[p] amisit.

Unde vestrae fraternitatis in Domino sincera[q] dilectio, sollicitudinem pastoralis cure in suis sedibus partito[r] nobiscum, commissarum sibi[s] eclesiarum diligentiam[t] vigilanter exerceat[u] et eorum taliter, que in Narbonensi provincia[v] emersere[w], meminerit, ut detestetur factum potius, quam sumat[x] exemplum; quod ita deinceps esse nolumus, sicut novimus non fuisse. Itaque, fratres carissimi[y], necessariis studiis[z] est[a] agendum, ne error, quem, iuvante Christo Deo nostro, nuper abolevimus, aut in similes aut in novos umquam prodire possit excessus. Qui[b] utique non aliter poterit praecaveri, nisi statuta venerandorum canonum in faciendis conventibus, quos hactinus[c] omitti[d] fecit certa necessitas, exequamur[e]: in quibus possint[f] pro[g] emergentium[h]

---

a) chanonum *2.* b) institutis *1.* c) i *superscr. 1.* d) *ita corr. ex* suscipe *2.* e) *ita corr. ex* indignae 2. f) *ita corr. ex* utcumcque *sive* utcucque 4. g) *ita corr. ex* alter *(in marg. signum correctoris) 2.* h) improbarit *3. 4.* i) ambigui *2.* k) ante *3. 4.* l) praepositum *1*; positum *3. 4.* m) re *superscr. 3.* n) hoc *2*; ōs *4.* o) quo *4.* p) incurrisse *2. 3. 4.* q) extimamus *3. 4.* r) praesedente *2.* s) et *1.* t) praesidentibus *1. 3. 4.* u) *alterum* et *eras. 1.* v) n *superscr. 4.* w) plurima *2.* x) pacis [a) l.19] *2. 3. 4.* y) sententiam *2.* z) adversione *1. 3. 4.* a) *ita corr. ex* protillimus *4.* b) evangelice *2*; evangelicae *3. 4.* c) apostolica *2.* d) que *3. 4.* e) indulgentia *1. 3. 4.* f) coercere *3. 4.* g) *superscr.* h *1.* h) ucetiecele *1.* i) qui *(in marg. signum correctoris) 2.* k) prima *1.* l) superstitem *2.* m) illi *corr. ex* illu *4.* n) reppulit *2.* o) ipse *interponendum videtur: in marg. signum correctoris in 2.* p) praesumptionis *2. 3. 4.* q) sincira *2.* r) partita *3. 4.* s) *superscr. 1.* t) diligentia *3. 4.* u) *inter* ex *et* erceat *videtur eras.* h *3.* v) provinci *1.* w) mersere *3*; merseire *4.* x) consumat *pro* quam sumat *1. 2.* [a) l.33] y) frater carissime *1. 4*; fratres carissime *2.* z) *superscr.* di *1.* a) *superscr. 1.* b) quod *3.* c) actinus *2*; hactenus *3. 4.* d) omiti *1.* e) exsequamur, *superscribens* s *2.* f) possit *2.* g) p *1.* h) mergentium *1.*

necessitate causarum ad eclesiastice observantiam discipline et, que secus facta fuerint[a], 462
corrigi et sequenda constitui.

Per annos itaque singulos ex provintiis, quibus potuerit[b] congregari, habeatur[c] episcopale concilium: ita ut oportunis locis atque temporibus secundum dispositionem fratris et coepiscopi nostri Leontii[d], cui sollicitudinem[e] in congregandis fratribus delegavimus, metropolitanis per litteras eius admonitis, celebretur[f]: ut, si quid usquam vel in ordinandis[g] episcopis vel presbyteris aut cuiuslibet[h] loci faciendis clericis[i] contra praecepta apostolica reperitur admissum[k], aut in eorum conversatione quippiam reprobatur, communi omnium auctoritate resecetur[l] in ea praecipue celebritate conventus, quae, praesidente[m] Christo Deo[n] nostro, et veneranda sit[o] sanctis et formidanda perversis. Nec cuiquam licebit a regulis evagari, quas[p] sibi iuxta canonum[q] definitiones[r] unita fraternitas in commune praefixerit: cum imminente quotannis[s] examine ita singuli actus suos dirigunt, ut his discussio iudicii optari magis debeat[t] quam timere[u]. In dirimendis[v] sane gravioribus causis et que illic non potuerint terminari[w] apostolice[x] sedis sententia consolatur[y].

Illut[z] etiam non potuimus[a] praeterire, quod sollicitudine diligentiore curandum est[b], ne praeter metropolitanorum[c] suorum litteras aliqui ad quamlibet provinciam audeant proficisci: quod etiam in omni genere officii clericales[d] per singulas debet eclesias custodiri. Quibus e contrario hac ratione prospicimus, ut, si hoc impetrare[e] per aliquam[f] non meruerint simultatem[g], cum duobus metropolitanis provinciarum que congrue sunt Arelatensis episcopus cuncta discutiens, pro cause qualitate[h] observantia[i] constituat, nec [in][k] iniuriam alterius alienum clericum suscepi[l] praeter testimonium proprii antistites[m] secundum canonum statuta praecipiet. Singuli autem fratres universisque[n] cognoscant, parendum esse praesentibus constitutis; quibus etiam commonitio nostra denuntiat[o] in[p] eos Christi Dei nostri iudicium minime defuturum, qui, declinando[q] superba rebellione conventus, conscientie sue testimonium[r] confutatur[s] sacerdotalis innocentie fiduciam non habere.

Praeterea[t] eiusdem fratris nobis libellus allatus[u] est[v], quo perhibet, parrochias[w] Arelatensis eclesie prodecessore[x] suo Hilario[y] in alios[z], quod non licuit, fuisse translatas[a], petens[b] illas pristino iuri nostra auctoritate restitui. Sed moderaminis[c] apostolici[d] memores, fraternitati[e] vestre querellam[f] ipsius remisimus audiendam, ut in vestro convento[g] ea, que de[h] nobis parata[i] sunt adligentur[k] et, que eclesiasticis regulis congruant, decernantur.

Simul etiam super hoc universam fraternitatem volumus esse commonitam, ne praedia, que neque deserta neque damnosa sunt et ad eclesia[l] pertinent, ex quibus

a) *ita corr. ex* fuerant *1.* b) potuer *1.* c) ebeatur *1.* d) leoncii *4.* e) *ita corr. ex* sollicitudonem *1.* f) celebrentur *2. 3. 4.* g) *alteram litteram* d *ex* t *corr. 4.* h) quibuslibet *2.* i) clericis faciendis *1. 3. 4.* k) *superscr.* d *3.* l) recensetur *4.* m) praesedente *2.* n) domino *1. 3. 4.* o) fit *2.* p) quos *2.* q) chanonum *2: ita plerumque.* r) definitionis *corr. in* definitiones *1. 2.* s) quodannis *(in marg. signum correctoris) 2.* t) debeant *2.* u) timeri *2. 3. 4.* v) dirimandis *1.* w) n *corr. ex* t *4.* x) apostolica *4.* y) consulatur *3. 4.* z) illud *2. 3. 4.* a) puemus *1;* possumus *3. 4.* b) sit *1. 3. 4.* [a) l. 16]
c) *inter* metropoli *et* tanorum *spatium unius litterae erasae 2.* d) clericalis *2. 3.* e) interpraetrare *1;* interpraetari *(in marg. signum correctoris) 2.* f) aliqua *4.* g) semultatem *2.* h) causa ȩqualitate *4.* i) observanda *1. 3. 4.* k) *addendum videtur.* l) suscipi *2. 3. 4.* m) antestitis *2;* antistitis *3. 4.* n) universique *2. 3. 4.* o) denuntias *1.* p) *superscr. 1.* q) declinandos *1.* r) testimonio *2. 3. 4.* s) confutantur *2. 3. 4.* t) propterea *1.* u) ablatus *1. 4;* oblatus *3.* v) libellus oblatus (ablatus) est nobis *3. 4.* w) parrocias *2.* x) praedecessore *3. 4.* y) hylario *4.* z) alius *1;* alias *3. 4.* a) translatus *1. 4.* [a) l. 30]
b) patens *2.* c) s *adscr. 2.* d) *ita corr. ex* apostolice *1.* e) fraternitatis *4.* f) quaerellam *2.* g) conventu *2. 3. 4.* h) a *1. 3. 4.* i) sperata *1;* spreta *3. 4.* k) allegentur *2;* alligentur *3.* l) ecclesiam *2. 3. 4.*

462. 463 plurimorum consuevit necessitatibus subveniri[a], aliquo[b] iure in alteros[c] transferantur, nisi prius aput concilium alienationis ipsius causa doceatur, ut, quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur.

Deus vos incolumis[d] custodiat, fratres carissimi.

Data III. Nonas Decembres, Flavío[e] Severo[f].

19.

Hilarus papa a viro illustri magistro militum Gunduico (Burgundionum rege) edoctus, Mamertum episcopum Viennensem invitis Diensibus, quorum ecclesia non ad Viennensem ab apostolica sede, 'sicut, inquit, in scriniis nostris legimus', deputata sit, civitate hostili more occupata, episcopum consecrasse, Leontium Arelatensem episcopum admonet, ut, memor sollicitudinis commissae, causam in conventu synodali secundum statuta papae annis singulis congregando discussam litteris ab omnibus episcopis subscriptis ad se referat, ut conatus illiciti reprimantur. *463 Oct. 10.*

Codd. 1 a (fol. 25') et b (fol. 31'), 2 (fol. 14'), 3 a (fol. 19) et b (fol. 35'), 4 a (fol. 76') et b (fol. 82'), T (fol. 92)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 463, n. 4; Sirmond, Conc. I, 131; Saxius, Pontif. Arelat. p. 74; Thiel, Epp. pontif. I, 146. — Mansi, Conc. VII, 936; Migne, Patrol. lat. LVIII, 27. — Jaffé, Reg. 556 (331).

DILECTISSIMO FRATRI LEONTIO HELARUS[b].

Qualiter, contra[c] sedis[d] apostolicae veniens constituta[e], sacerdotalem modestiam Mamertus episcopus Viennensis excesserit, dilectionis tuae debuemus[f] relatione cognoscere, ut[g] ausis[h] talibus[i] maturum et iuxta ecclesiasticarum[k] ordinem regularum[l] congruum iudicium proferimus[m]. Quantum enim filii nostri[n], viri inlustris magistri militum Gunduici[o], sermone[p] est indicatum, praedictus episcopus, invitis Deensibus[q], et qui[r] ad ecclesiarum eius numerum, quas[s] ei[t] apostolicae sedis deputavit[u] auctoritas, sicut in scriniis nostris legimus, minime pertinebant[v], hostili more, ut dicitur[w], occupans civitatem, episcopum[x] consecrare praesumit[y]. In quo, frater[z] carissime[a], si[b] ita est, quam multiplex culpa sit, pronuntiare[c] possimus[d], nisi iudicii[e], ut diximus, et[f] moderatio nobis esset et ordo servandus[g]. Atque[h] ideo memor sollicitudinis[i], quam dilectioni tuae scis esse conmissam[k], quidquid[l] nunc ad notitiam nostram brevi insinuatione delatum[m] est, in conventu[n] synodali, qui secundum statuta[o] nostra annis singulis te sibi pręsidente[p] est congregandus, discutere quae sunt acta debebis et praedictum[q] rationem[r] facti sui sub universo coetu fraternitatis[s] exigere ac deinde omnium litteris[t]

a) *ita corr. ex* subvenire *2.* b) quo *1.* c) altero *1. 4;* alterum *3.* d) incolumes *2. 4;* incolomes *3.* e) GLP *1. 2. 3. 4.* f) *om. 3. 4.*

19. a) *a:* X *1.* caput X *3. 4; b:* XXII *1.* caput XXII *3. 4.* b) hilarus *1. 2. 3b. 4b:* hylar̄ *3a:* ylarius *4a.* c) *om. 1b.* d) sedes *1a.* e) constitutus *3b. 4b.* f) debuimus *1. 2. 3. 4.* g) *om. 4a.* h) auxis *1a. T:* ausibus *3b.* i) tabilibus *1a.* k) ęcclesiasticum *3a:* ęcclesiarum *3b. 4b:* accclesiasticaecum *4a.* l) regularem *3a. 4a.* m) proferremus *1. 2. 3a. b, tertiam litteram* r *superscribens, 4.* n) filii nostri *in marg. adscr. 3b.* o) gundiuci *1a. 2. 4a. T: ita scr. 1b, ut et* gunduici *et* gundiuci *legi possit:* gunduicii *3b.* p) sermonem *1a.* q) decensibus *1b. 2 (in marg. signum correctoris):* diensibus *3. 4.* r) quod *3b. 4b.* s) quam *1b. 2. 4b;* quem *3b.* t) quasi *pro* quas ei *T.* u) depotavit *1.* v) protinebat *1b;* pertinebat *2. 3b. 4b.* w) dicetur *1b. 4b.* x) episcopus *T.* y) praesumpsit *3a. 4a.* [a. 1.25] z) *om. 1a. 3a. 4a.* a) carissimi *1b. T.* b) *om. T.* c) provinciare *4b.* d) possem *3a. 4a.* e) iudici *4b.* f) ut *2.* g) servandis *4b.* h) adque *1.* i) sollicitudini *1a. T.* k) commissa *1a.* l) quicquid *1. 2. 3. 4.* m) datum *T.* n) convento *1.* o) statutia *1a.* p) praesidentem *1b. 4b;* praesedente *2.* q) praedictam *3b. 4b.* r) ratione *1a. 3a. 4a.* s) fraternitates *1a; ita corr. ex* fraternitatem *1b.* t) litteras *3. 4a.*

nostrae intimare notitiae, ut, quod, sancto spiritu dictante, faciendum est[a], ad comprimendos[b] conatos[c] illicitos[d] ordinemus. 463. 464

Deus[e] te incolumem[f] custodiat, frater carissime.

Data VI. Idus Octobres[g], Basilio viro[h] clarissimo consule.

20.

Hilarus papa episcopis Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae, Alpinae provinciarum, commemorans, quid interim de iniuria ab episcopo Viennensi antistite Diensibus consecrato contra Leontium episcopum Arelatensem commissa responderit, denuo per hanc epistolam ab Antonio episcopo translatam iniungit, 'ut pro disciplina ecclesiastica et pro causis, quas inter Domini sacerdotes oboriri plerumque non dubium est, synodalia quotannis concilia, quorum maxime, inquit, in fratre et coepiscopo nostro Leontio Arelatensis ecclesiae sacerdote summam placuit esse, celebrentur', 'ne quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos a venerandis patribus constitutos'; omnia, quae per Faustum (Reiensem) et Auxanium (Aquensem) episcopos definierint, roborans, addit, locum et tempus concilii ita esse statuenda, ut, facultate conveniendi proposita, qui non veniant, eo minus excusari possint. Episcopum Diensibus ordinatum Leontio confirmandum se reliquisse perorat. *(463/464.)*

Codd. 1 (fol. 26), 3 (fol. 20), 4 (fol. 77)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 463, n. 5; Sirmond, Conc. I, 134; Thiel, Epp. pontif. I, 151. — Mansi, Conc. VII, 937; Migne, Patrol. lat. LVIII, 27. — Jaffé, Reg. 559 (334).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS, EPISCOPIS PROVINTIAE VIENNENSIS, LUGDUNENSIS[b], NARBONENSIS PRIME ET SECUNDE, ALPINE HILARUS[c] EPISCOPUS.

Etsi meminerimus, fraternitatem vestram ea, que a nobis sunt statuta, retinere nec aliquid ex his dissimulare, quae scripsimus, ut scilicet pro disciplina eclesiastica et pro causis, que inter Domini sacerdotis[d] oboriri plerumque non dubium est, synodalia quodannis[e] concilia[f], quorum maxime in fratre et coepiscopo nostro Leontio, Arelatensis eclesiae sacerdote, summa placuit esse, celebrentur, nec aliud fieri posse credamus, quam quod pro communis Domini domo nostra ordinatio vobis placitura constituit: tamen repetitis litteris eadem nunc quoque observanda decernimus, praecipuae cum gravissima Viennensis civitatis episcopus involvatur offensa in[g] iniuria[h] fratris et coepiscopi nostri Leontii[i] Deensibus[k] antistitem consecrando. De cuius facto vindictae congrue sententiae[l] differentis[m], relationis[n] fratrum, que interim fuerant visa, respondimus. Sed quoniam tanti excessus maiorem nobis sollicitudinis materiam detulerunt, haec ad universam caritatem vestram etiam per fratrem et coepiscopum nostrum Antonium scripta direximus, quibus ammonita[o] communis omnium sollicitudo procuret, ne quisquam fratrum[p] in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminus[q] a venerandis patribus constitutos. Unde omnia, que a vobis sunt per fratres et coepiscopos nostros Faustum et Auxanium definita, roborantes[r], congrega-

---

a) est faciendum *4a.* b) compromendus *1a;* copraemendus *1b;* compromendos *2.* c) conatus *1. 2. 3. 4.* d) inlicitus *1a;* inclitus *1b.* e) *add.* de *4a.* f) incolomem *3. 4a.* g) octobris *1a.* h) vero *1b. 3b.*

20. a) XI *1;* caput XI *3. 4.* b) lugdunensis *3. 4.* c) hylarius *4.* d) sacerdotes *3. 4.* e) quotannis *3. 4.* f) concilio *1.* g) *superscr. 3.* h) iniuriam *3.* i) leoncii *4.* k) diensibus *3. 4.* l) sententiam *3. 4.* m) differentes *3. 4.* n) relationi *3. 4.* o) admonita *3: ita semper.* p) frm *1.* q) terminos *3. 4.* r) roboratis *1.*

463. 464 tionis[a] annuas, ordinante fratrem[b] et coepiscopo nostro Leontio, ammonitis metropolitanis, quod sepe dicendum est, his locis celebrare dignamini, ad que conveniendi[c] nulla sit cuiquam commeantium[d] difficultas. Cui diligentiae etiam provisionis[e] adhibendum[f] est, ut oportunitas quaeadmodum[g] locorum ita constituatur et temporum, ut inexcusabilior[h], quisquis tam necessárium et salubriter constitutum nostrum negligendum putaret[i], appareat, fratres carissimi. Illius autem confirmationem, quem Viennensis episcopus aliene[k] et ad se minime pertinenti[l] graviter ordinare praesumpsit, fratris et coepiscopi nostri Leonti[m] reliquemus[n] voluntati, quem confidemus[o] non praeter humanitatem pensare, quae iusta[p] sunt.

Deus vos incolumes[q] custodiat, fratres carissimi.

21.

Iam proxima relatione suspensus animo, Hilarus papa Victuro, Ingenuo (Ebredunensi), Ydatio, Eustasio (Massiliensi), Fonteio (Vasensi), Viventio (Gratianopolitano), Eulalio (Vivariensi), Veranio (Vinciensi), Fausto (Reiensi), Auxanio (Aquensi), Proculo, Ausonio (Cimelensi), Paulo (Cabellicensi), Memoriali (Diniensi), Caelestio, Proiecto (Diensi?), Eutropio (Arausicensi), Avitiano, Urso (Sanitiensi), Leontio (Aptensi? sive Foroiuliensi?) episcopis, nunc eorum litteris per Antonium episcopum traditis dolore affectum se esse significat, quod definitiones Leonis papae a Mamerto episcopo Viennensi violatas esse cognoverit; id statuens, ut 'nisi transgressor culpam praesentis excessus curandam futurae observantiae sedulitate promittit, eo privilegia Viennensis ecclesiae ad Arelatensem antistitem transferantur exemplo, quo migravere principio', praecipit, quoniam ab ipsis imperatoribus privilegia ecclesiastica integra conservanda sancita sint, ut Veranius (Vinciensis) episcopus propriis suis litteris delegatus Mamertum conveniat eiusque causam agnoscat: nisi is sedi apostolicae se subiciat, 'ad Arelatensem ecclesiam easdem quattuor civitates (sc. Valentiam, Tarantasiam, Genavam, Gratianopolim), quarum non fuit aut non fuerit Mamertus episcopus ordinatione contentus, esse revocandas'; quod omnibus in posterum Viennensibus episcopis papa minatur, si quis Mamertum imitatus sit. Episcopum Diensibus indebite ordinatum (Proiectum?) a Leontio, a quo rite debuerit consecrari, confirmari iubet. *464 Febr. 25.*

Codd. 1 (fol. 23'), 3 (fol. 14'), 4 (fol. 75)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 464, n. 4; Sirmond, Conc. I, 132; Saxius, Pontif. Arelat. p. 76; Thiel, Epp. pontif. I, 148. — Mansi, Conc. VII, 938; Migne, Patrol. lat. LVIII, 28. — Jaffé, Reg. 557 (332).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS VICTURO, INGENUO, YDATIO, EUSTASIO, FONTEIO, VIVENTIO, EULALIO, VERANIO[b], FAUSTO, AUXANIO, PROCOLO, AUSONIO[c], PAULO, MEMORIALI, CAELESTIO, PROIECTO, EUTROPIO, AVITIANO[d], URSO ET LEONTIO HILARUS[e].

Sollicitis admodum nobis et ex his, quae proximae[f] ad nos relatio certa detulerat[g], multa expectatione suspensis[h], litteris[i] dilectionis vestrae, fratrem et coepi-

a) congregationes 3. 4. b) fratre 3. 4. c) convendi 3. d) commeatuam 1: antium *in loco raso* 3: cum meantium 4. e) provisio 3. 4. f) adhibenda 3. 4. g) quemadmodum 3. 4. h) *superscr.* in 3. i) potaret 1: putarit 4. k) alienum 3. 4. l) pertinentem 3. 4. m) leontii 3. 4. n) reliquimus 3. 4. o) confidimus 3. 4. p) iuxta 4. q) incolomes 3.

21. a) VIII 1. 3: caput VIII 4: *superscriptionem:* praeceptum papae de ecclesia deense, ubi episcopus indebitae a viennense episcopo ordinatus est *praemittunt 1. 4 et ante* papae *addens* hilari 3. b) *om.* 3. 4. c) ausenio 1. d) aviciano 3. 4. e) hylarius 1. f) proxima 3. 4. g) detolerat *corr. in* detulerat 1. h) suspensę 3. 4. i) litterę 3. 4.

scopum nostrum[a] Antunio[b], quem dignum tantae legationis[c] probamus interpraetem, 461 deferente, sunt traditae, quae nos[d] ipsis contextus[e] sui contristavere principiis. Nam qui requiescere sollicitudinem nostram et magna ex parte relevari[f] in his, quae a[g] sanctae memoriae decessori[h] meo de Viennensem episcopum[i] praefixa sunt, credebamus[k], evidenti adsertione cognovimus et non sine dolore miramur, definitionis[l] illas a Mamerto episcopo nunc potuisse transcendi, per quas ecclesiae privilegium probarat adquiri[m]: cum praecipuae[n] sancti fratris et quoepiscopi[o] nostri Leontii moderatio formam continentiae prębere debuerit ambienti, aut, si spiritu aemulationis inflatus eum, quod non oportuit, arbitratus est neglegendum, decessoris sui saltim instructus exemplo, illius imitaretur temperantia[p], cuius honore perfungetur[q], nec transgrediendo violarit, quod iam nunc, nisi pacientiae moderamina teneremus, possit[r] amittere.

Cui umquam profuit mens rebellis, aut quaem superbiae non inclinavit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui per paupertatem[s] spiritus ad praemium promissae beatitudinis iter regni caelestis aperitur. Nec perfunctorium[t] praevaricator existimet Cf. Matth. 5, 3. esse quod fecit, si eruditus doctrinis eclesiasticis, quid uterque mereatur, agnoscit: cum alter secundum propheticam vocem in medio dominicae domus habitare prohi- Cf. Ps. 100, 7. betur[u], alter respicienti[v] se Deo[w] semper iunctus[x] asseritur, cuius consolatione salvatur. Possint venerabilium veterum multa replicari, quae iuxta veritatem dicta monstrantur, sed ab eadem causa, quę se ut loquerimur[y] ingessit, recentiora[z] sunt exempla sumenda.

Non dignitatem Viennensis eclesiae Mamertus episcopus meminit Arelatensis antistitis quondam transgressione[a] crevisse, et pro corrigendis, quae perperam gerebantur, inviolabili postea definitione compositum, ne alter inglorius, alter in totum veteri honore per vitium praecessoris reperiretur[b] exutus? Sicut ergo et[c] vestrae dilectionis relatio et fratris et coepiscopi nostri Antonii insinuatio reseravit, claret, praedictum privilegia certis conclusa terminis velle[d] perdere plus volendo, qui abusus fratri[e] et consacerdotis Leontii moderantiae[f], Diensibus contra fas episcopum, etiamsi est meritus, non timuit consecrare. In quo factum eius convenerat[g] sic[h] resolvi, ut iuxta eorum, quae perpetrata sunt, qualitatem non sine iactura proprii ordinis etiam[i] illum a[k] sacerdotali consortio submoveri cerneret, quem creavit indebitae[l]: quem neque dignissimae[m] fecisse convincitur, correptum iusta ultione sentiret, ne[n] conceptae audatiae incastigata temeritas licentiae se peperisse putaret exemplum. Verum ad eclesiarum[o] quietem tante transgressionis vulnera, memores apostolice sapientiae, curari volumus ante fomentis, ut corporis nostri membrum forte sanandum in integritatem pristinam per mitiora medicamenta revocetur, nec credatur negligi, quod interim non monetur abscidi. Praevia medendi semper aüsteritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compaescitur aut inexplorato, vel quod facile prodesse possit, offertur. Nunc enim temporis oportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicinae ipsius et modus est quaerendus et qualitas, ut omnis per sapientiam facta in vitiis[p] reprimendis sollicitudo curantis gaudeat reparatione, quod salvat, nec careat moderatione, quod resecat[q].

a) fratre et coepiscopo nostro *3. 4.* b) antonio *3. 4.* c) tanta legatione *3. 4.* d) *add.* ab *3. 4.* e) *ita corr. ex* contextu *3*; contestu *4.* f) revelari *1.* g) ad *1.* h) decessore *3. 4.* i) viennensi episcopo *3. 4.* k) credaebamus *corr. ex* credaibamus *4.* l) definitiones *3. 4.* m) *ita corr. ex* adquirit *4.* n) praecipue *3. 4.* o) coepiscopi *3. 4.* p) temperantiam *3. 4.* q) perfungitur *3. 4.* r) posset *3. 4.* s) paupertate *pro* per paupertatem *3. 4.* t) perfuncturum *3. 4.* u) prohibetiur *1.* v) respiciente *3. 4.* w) domino *3.* x) *ita corr. ex* iunctis *4.* y) loqueremur *3. 4.* z) recensiora *1.* a) transgres *in margine add. 3.* [a) l. 22] b) reperiretus *3.* c) ec *4.* d) *superscr.* le *4.* e) fratris *3. 4.* f) moderantia *3. 4.* g) convenerit *4.* h) *superscr. 3.* i) etciam *4.* k) *om. 4.* l) indebite *3. 4.* m) quemque indignissime *3. 4.* n) nec *3.* o) *ita corr. ex* ecclesiam *4.* p) iniuriis *pro* in vitiis *1.* q) crescat *3. 4.*

461. 194 His igitur vestra fraternitas graviter prudenterque perpensis talia[a] aput nos dissimulare posse non estimet, in quorum se maximi[b] contumeliam[c], qui non inmerito[d] pulsatur, erexit. Fratri enim nostro Leontio nihil constituti[e] a[f] sancte memoriae decessore meo iuris potuit abrogare; nihil valuit, quod honori eius debetur, auferre[g]; quia christianorum quoque principum lege decretum est[1], ut, quicquid ecclesiis[h] eorumque rectoribus pro quiete[i] omnium Domini sacerdotum adque ipsius observantia disciplinae in auferendis confusionibus apostolicae sedis antestis[k] suo pronuntiasset examine, veneranter recipi[l] tenaciterque servari cum suis plebibus, caritas vestra cognoscerit[m]; nec umquam posse convelli, quae et[n] sacerdotali eclesiastica preceptione fulcirentur[o] et regia. Unde, fratres carissimi, praesumptionem predicti, que in fratris et coepiscopi nostri Leontii processit iniuriam, ita convenit tolerari, digne nunc interim ultionis inmunem, ut, si[p] transgressor[q] remediis abutitur satisfactionem[r] et venie nec culpam presentis excessus curandam futurae observantiae sedulitate promittit, redeunte querimonia eo privilegia Viennensis eclesiae ad Arelatensem antistitem transferantur exemplo, quo migravere principio.

Unde moderationis nostrae nomen tenentes, ad Veranum fratrem et coepiscopum nostrum scripta direximus, ut predictum ex nostra delegatione conveniat, quatinus[s], quid de eo[t] retuleritis, agnoscat; quia honerosum esse non debet, delinquentem fra-
Cf. Matth. 18, 22. trem de propriis excessibus increpare, quibus praeceptum constat frequenter ignoscere[u]. Necesse aest autem, si in nullo[v] correctionis eius indicium sumserimus, quod illa est professione retinendum, qua[w] definitione sedis apostolicae periculum[x] ordinis sui conservandam semper sine ulla deinceps transgressione testetur, ad Arelatensem[y] eclesiam easdem quattuor civitatis[z], quarum non fuit aut non fuerit Mamertus episcopus ordinatione [contentus][a], esse revocandas. Quod etiam tunc[b] oportebit fieri, si ullus umquam post eum, quem nunc caritate corripimus et ulterius ab inlecitis[c] confidemus[d] abstinere, praesumptionis huius imitator[e] extiterit.

De hoc sane, qui licet indebitae[f] Diensibus cognoscitur ordinatus, iustitiae ratione censuimus, ut sacerdotium eius fratris et coepiscopi nostri Leontii confirmetur arbitrio, a quo rite debuit consecrari.

Deus vos custodiat, fratres carissimi, aevo longiore.

Data VI. Kalendas Martias post consulatum Basili[g] viri clarissimi consulis[h].

22.

Gelasius papa, Euphronio presbytero et Restituto viro glorioso, 'qui ad Italiae partes ad providendam congregationi sanctae substantiam commearant', in Gallias revertentibus, occasione gavisus, qua, inquit, 'praetermissum diu cum tua misceremus fraterni-

a) alia *1. 3. 4.* b) i *in fine superscr. 1;* maxime *3. 4.* c) contumelia *4.* d) n *superscr. 1.* e) constituta *1;* constitutum *3. 4.* f) *om. 1.* g) auferri *3.* h) eclesis *1.* i) quite *1.* k) antistes *3. 4.* l) ecipi *1;* accipi *3. 4.* m) cognosceret *3. 4.* n) ec *4.* o) *superscr.* l *3.* p) sit *1.* q) transgresor *1.* r) satisfactionis *3. 4.* s) quatenus *3.* t) deo *pro* de eo *1.* u) *superscr.* e *3.* v) nullum *pro* in nullo *3. 4.* w) quam *3. 4.* x) periculo *3. 4.* y) erēlt *1.* z) civitates *3. 4.*
[a) l. 24] a) *addendum est.* b) nunc *3. 4.* c) inlicitis *3. 4.* d) confidimus *3. 4.* e) imitamur *1.* f) indebite *3. 4.* g) basilii *3.* h) consulibus *1.*

1) *nescio quo loco.*

tate sermonem', nuntiat Aeonio *episcopo Arelatensi initium pontificatus sui mandatque episcopis per Gallias constitutis significandum, se illis gratia coniunctum esse.* 494. 499

494 Aug. 23.

Codd. 1 (fol. 32), 2 (fol. 15), 3 (fol. 36'), 4 (fol. 83)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 494, n. 27; Sirmond, Conc. I, 153; Saxius, Pontif. Arelat. p. 85; Thiel, Epp. pontif. I, 385. — Mansi, Conc. VIII, 48; Migne, Patrol. lat. LIX, 60. — Jaffé, Reg. 640 (394).

DILECTISSIMO FRATRI EONIO GELATIUS[b].

Inter difficultates varias copiam nos[c] repperisse gratulamur, qua per divinam gratiam sedis apostolice regimen nos adisse pandentes, praetermissum diu cum tua misceremus fraternitate sermonem[d] et, salutatione directa, mutua caritate solliciti dilectionis[e] quoque tue prospera[f] quereremus. Quanto enim totius obilis[g] cura[h], Christo domino[i] deligante[k], susceptam beati Petri apostoli gubernatio principalis universo gregi debet[l] in orbe terrarum, tanto[m] pietatis affectu cunctas ecclesias earumque rectores amplectitur et inter diversos[n] mundi[o] turbines, si paterna fide vel traditione firmiter perseverant[p], ubi primum facultas adriserit, et querit anxia et gavisa cognoscet[q]. Quapropter, frater carissime, instantius, religiosis viris filiis nostris, Eufronio presbytero et Restituto vero[r] glorioso[s], qui ad Italie partes ad providendam[t] congregationi sanctae substantiam commearant[u], remeantibus ad propria, silere nequivimus, sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam, quatinus[v], et vigere aput nos alterne viscera[w] gratie, fratres et coepiscopi nostri per Gallias constitutis[x], caritate tua vulgante[y], cognoscerent, et desiderantibus omnium, per quos tua caritas voluisset, referret mutuo sospitatem[z] constare et[a], quae[b] nullatenus, quantumlibet saeculo detraentem[c], divellenda est[d], chatholicam[e] professionem manere semper et[f] ubique coniunctam.

Deus[g] te incolumem[h] custodiat[i], frater carissime.

Data X. Kalendas[k] Septembres, Asterio et Praesidio[l] viris clarissimis[m] consulibus.

23.

Symmachus papa Aeonio episcopo Arelatensi conquesto, quod Viennensis episcopus contra canonum statuta a sede apostolica, Anastasio II. pontificatu fungente, aliqua impetraverit, praecipit, 'ne facile, inquit, alterius partis absentia praeiudicabiliter videremur aliqua decrevisse', ut et ipse legatum mittat, 'qui veritatem causae competenter alleget', et episcopum Viennensem commoneat, 'ut is quoque hominem proprium dirigat, qui partis eius allegationes competenter insinuet'.

499 Oct. 21.

Codd. 1 (fol. 32'), 2 (fol. 16'), 3 (fol. 38'), 4 (fol. 83')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 499, n. 37; Sirmond, Conc. I, 156; Saxius, Pontif. Arelat. p. 86; Thiel, Epp. pontif. I, 654. — Mansi, Conc. VIII, 208; Migne, Patrol. lat. LXII, 49. — Jaffé, Reg. 753 (469).

---

22. a) XXIII *1;* caput XXIII *3. 4.* b) gelasius *3.* c) vos *4.* d) sermone *2.* e) *corr. ex* dilectiones *1.* f) prosperea *1.* g) *corr. in* ovilis *2;* ovilis *3. 4.* h) curam *2. 3. 4.* i) *in margine adscr. 3.* k) delegante *2. 3.* l) *om. 3. 4.* m) tantu *1.* n) diversus *1.* o) *in marg. 3.* p) *ita corr. ex* perseverat *2.* q) cognoscit *2. 3. 4.* r) viro *2. 3. 4.* s) religioso *2. 3. 4.* t) provindendam *2.* u) *prior littera* a *in ras. 2;* commorant *4.* v) quatenus *3.* w) *ita emend. Thiel;* ulcera *1. (in marg. signum correctoris) 2. 3. 4.* x) constituti *3. 4.* y) vulganter *1. 2.* z) *corr. ex* suspitatem *2.* a) constaret *1. 2. 3. 4.* [a) l. 22] b) que *1. 3. 4.* c) detrahente *2. 3;* detrahentem *4.* d) divellissede *1. 2 (in marg. signum correctoris);* divelli sed *3. 4.* e) catholicam *2. 3. 4.* f) *om. 1. 3. 4.* g) dominus *3.* h) incolomem *3.* i) *om. 1.* k) *om. 1.* l) presidio *3.* m) *om. 3. 4.*

23. a) XXV *1;* caput XXV *3. 4.*

199.500 DILECTISSIMO FRATRI EONIO SYMMACHUS[a].

Movit equidem nos, quod dilectionis tue relatio declaravit; namque contra regulas eclesiastici constituti et adversum reverendum chanonum tractum[b] per subreptionem Viennensis[c] eclesie pontificem[d] de[e] apostolica, dudum praesidentem[f] decessore[g] nostro, sede[h] culpabiliter[i] aliqua meruisse[k]; cum, si sit vera conquaestio[l], effectum non possint impetrata fribule[m] possidere, nec a nobis aliquid novi poterit ordinari, nisi que a patribus prodecessoribusque[n] nostris in hac causa statuta claruerint. Tamen ne[o] facile alterius partes[p] absentia praeiudicabiliter videremur aliqua decrevisse[q], id[r] magis[s] duximus ordinandum[t], ut fraternitas tua competenti tempore de eclesiastico ordinem[u] instructum non moretur ex[v] omni causa dirigere, qui aput nos totius[w] veritatem causae conpetenter allegit[x], quatinus[y], pertractatis[z] omnibus, quod statuendum est, sub deliberationis robore sanciatur[a]. Illud etiam dilectionem tuam facere debere praecipimus, ut fratrem et coepiscopum nostrum, Viennensis orbis[b] antistitem[c], misso nuntio et[d] scriptura[e] commoneat, ut constitutis diebus is[f] quoque hominem proprium dirigat, qui partes[g] eius allegationis[h] conpetenter insinuet, ut[i], deprumptis[k] ab utraque parte[l] suggestionibus, securius, que in perpetuo[m] servanda sunt[n], disponantur; quia semper suspectus iudicat[o], qui sub unius, quae[p] videntur[q], eligit[r] deploratione sancire[s].

Deus te incolumem[t] custodiat, frater carissime.

Data[u] sub die[v] XII.[w] Kalendas[x] Novembris[y] post consulatum Paulini viri clarissimi[z].

24.

Symmachus papa Crescentino presbytero, Arelatensis episcopi nuntio, certior factus inter Arelatensem et Viennensem ecclesias de ordinandis episcopis vicinarum civitatum propter Anastasii II. decessoris sui contra veterem consuetudinem statuta luctamen exortum esse, relectis paparum de hac re decretis, 'quibus, inquit, ecclesiasticum gravatur scrinium', commonet Aeonium episcopum Arelatensem, 'ut in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus cana ac reverenda servetur antiquitas'. *500 Sept. 29.*

Codd. 1 (fol. 32), 2 (fol. 15'), 3 (fol. 37'), 4 (fol. 83)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 499, n. 36; Sirmond, Conc. I, 157; Thiel, Epp. pontif. I, 655. — Mansi, Conc. VIII, 208; Migne, Patrol. lat. LXII, 50. — Jaffé, Reg. 754 (470).

DILECTISSIMO FRATRI EONIO[b] SYMMACHUS[c].

Dilectionis tue litteras mandataque, filio nostro Crescentino[d] presbytero in nuntio deferente, suscipimus[e], quibus constat, inter[f] Arelatensem[g] et Viennensem eclesiam aliquod de ordinandis episcopis[h] in vicinis civitatibus oriri luctamen; illa re videlicet

---

[a]) symmacus *1. 4.* [b]) tractatum *3. 4.* [c]) viennis *3.* [d]) pontificis *3. 4.* [e]) sede *3. 4.* [f]) praesidente *2. 3. 4.* [g]) s *priorem superscr. 4.* [h]) se *3. 4.* [i]) inculpabiliter *3. 4.* [k]) muruisse *1.* [l]) conquesitio *1;* conquisitio *3. 4.* [m]) frivole *3. 4.* [n]) praedecessoribusque *3. 4.* [o]) *om. 4.* [p]) partis *2. 3. 4.* [q]) *add.* sed *4.* [r]) d *corr. videtur ex* n *4.* [s]) maius *4.* [t]) ordinand *1.* [u]) ordine *2. 3. 4.*
[a) I.12] [v]) et *3. 4.* [w]) *om. 3. 4.* [x]) alleget *2. 3. 4.* [y]) quatenus *2. 3. 4.* [z]) pertractis *4.* [a]) *ita (vel potius* sancatiur*) corr. ex* sanctitatis, *eradens* tatis *et superscribens* a *et* ur *1;* sentiatur *3. 4.* [b]) urbis *2. 3. 4.* [c]) antestitem *2.* [d]) ex *3.* [e]) exscriptura *pro* et scriptura *1.* [f]) his *4.* [g]) partis *2. 3. 4.* [h]) allegationes *2. 3;* alligationis *4.* [i]) et *2.* [k]) deprumtis *2;* promtis *3;* depromptis *4.* [l]) partes *1. 2 (in marg. signum correctoris); om. 4.* [m]) perpetuum *2.* [n]) sint *3.* [o]) indicat *4.* [p]) quod *3. 4.* [q]) videtur *3.* [r]) *add.* de *4.* [s]) sanccire *3; ita corr. ex* sanctire *4.* [t]) incolumen *1;* incolomem *3.* [u]) datum *4.* [v]) *om. 2.* [w]) VI, *superscribens* to *1;* III. *3. 4.* [x]) kalendarum *4.* [y]) novembrium *4.* [z]) con *1.*

24. [a]) XXIIII *1;* caput XXIIII *3. 4.* [b]) aeonio *2.* [c]) symmacus *1. 3. 4.* [d]) criscentino *2.* [e]) suscepimus *2. 3. 4.* [f]) in *1. 2.* [g]) alatesē *4.* [h]) *ita corr. ex* episcopus *1.*

faciente, quod decessor noster sancte recordationis Anastasius, tractans confusionem 500. 513
provintie, aliqua contra veterum[a] consuetudinem iusserit observari, decessorum suorum videlicet ordinationem, quod[b] non oportebat, sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad trinitatis instar, cuius una est atque individua potestas, unum sit[c] per diversos antistitis[d] sacerdotium, quemadmodum priorum statuta a sequentibus convenit violari? Huc accedit[e], quod, haec si[f] eveniat[g] sententiarum varietas, ad ipsam sacrosanctam chatholicam[h] religionem[i] credimus pertinere: cuius omnis potestas infringitur, nisi universa, que[k] a[l] Dei[m] sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sunt[n]. Quod alias contingere poterit, si successor decessoris[o] actibus non tribuerit firmitatem et roborando, que gesta sunt, faciat rata esse, que gesserit? Quanta enim vicariis beatissimi Petri apostoli iudicabitur esse reverentia, si, que in sacerdotio praecipiunt, eisdem[p] transeuntibus dissolvantur? Relegentes ergo veterum antestitum[q] super hac causa ordinationes[r], quibus eclesiasticum gravatur scrinium, dilectionem tuam enixissime[s] commonemus, ut in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus cana[t] ac reverenda servetur antiquitas, nec novella constitutio vetuste[u] sanctionis robor[v] imminuat, quia non aliter inter vos poterit servari concordia[w], nisi novis cupiditatibus antiquitatis reverentia modus[x] prudentiori[y] adhibeatur consilio[z].

Deus te incolumem custodiat[a], frater carissime[b].

Data III. Kalendas Octobres, iterum post consulatum Paulini iunioris viri clarissimi[c].

Dominicum Pascha IX. Kalendas Apriles.

25.

Symmachus papa omnibus episcopis per Gallias constitutis nuntiat, se, Caesario metropolitano Arelatensis civitatis episcopo 'ecclesiae beati apostoli Petri liminibus praesentato' petente, quod Leo I. papa de controversia inter Arelatensem et Viennensem ecclesias exorta decreverit, confirmasse, ita ut 'Valentiam, Tarantasiam, Genavam, Gratianopolim oppida Viennensis antistes iuri suo vindicet', 'alias vero paroecias et dioeceses cunctas privilegio et honore suo Arelatensis episcopus sub temporum continuatione defendat'; omnesque adhortatur, ut suo quisque honore sibi attributo contentus sit.

513 Nov. 6.

Codd. 2 (fol. 17), 3 (fol. 39'), 4 (fol. 84), C 1 (fol. 123'), T (fol. 92')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 513, n. 46; Sirmond, Conc. I, 186; Saxius, Pontif. Arelat. p. 94; Thiel, Epp. pontif. I, 722. — Bouquet, Rec. IV, 54; Mansi, Conc. VIII, 226; Migne, Patrol. lat. LXII, 64. — Jaffé, Reg. 765 (478).

DILECTISSIMIS[b] FRATRIBUS, UNIVERSIS EPISCOPIS PER GALLIAS[c] CONSISTENTIBUS, SYMMACHUS[d].

Sedis apostholicae nos[e] instituta praedicanda sollicitant, ut de concordia universalis ecclesiae, quae toto orbe diffusa est, pervigili cura tractemus: quae nunc[f] prae-

a) veterēu *1.* b) quam *2.* c) *superscr. 3.* d) antestites *2.* e) accidit *3. 4.* f) sit *3. 4.* g) valeat *1; om. 3. 4.* h) catholicam *2. 3. 4.* i) relegionem *2.* k) *om. 4.* l) ad *2.* m) harum *2.* n) sint *1. 3. 4.* o) decesoris *1.* p) eīdē *1.* q) antistititum *1;* antistitum *3. 4.* r) ordinationis *corr. in* ordinationes *2.* s) inexissime *(in marg. signum correctoris) 2.* t) chanon m, *alteram litteram* n *in loco raso ponens, corr. ex* chanonum *2.* u) vetustate *2.* v) rubor *2;* robus *3.* w) concordiam *2.* x) modis *4.* y) *priorem litteram* r *superscr. 1.* z) n *ex* s *corr. 2.* a) *add.* fili et *3. 4.* b) carissimi *1.* c) *reliqua om. 1. 3. 4.* [a, l. 18]

25. a) caput XXIII *3. 4;* XLII *C 1.* b) dilietissimis *C 1.* c) galliam *4.* d) symmacus *4; superscr.* h *C 1.* e) *om. 3.* f) tunc *3. 4.*

513 cipuae[a] efficatius[b] aduliscit[c], si ea, quae a patribus statuta sunt, aetas[d] subsequens reverenter observet[e]. Caesarius[f] siquidem frater et coepiscopus noster, metropolytane[g] Arelatensis[h] civitatis sacerdus[i], ecclesiae[k] beati apostholi[l] Petri liminibus praesentatus, ea, quae pridem de privilegiis ecclesiarum constituta[m] sunt[n], nostris postolavit[o] innovari sermonibus. Cuncta' igitur, inter ecclesias Arelatensem adque[p] Viennensem a decessore nostro beate recordationis Leone papa[q] quae super ac[r] parte ordinata[s] sunt, ecclesiae Romanae fidilis[t] declarat instruxio[u]. Adque ideo ne ea, quae semper veritatis est aemula[v], sibi aliquid vindicare[w], quaeat[x] oblivio, et prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat[y] in senium, necessarium duximus olym[z] promulgatis[a] lucem reddere nostris affatibus.

Idcirco quaeadmodum[b] decessor noster Leo papa dudum, cognitis alligationibus[c] partium, definivit[d], parrociarum[e] numerum vel quantitatem Arelatensi et Viennensi[f] sacerdotibus depotandum[g], et nos praecipimus, nullius usurpatione transcendi[h]: sed, ut ante praediximus, iuxta[i] indulgentiam supradicti pontificis Valentia[k], Tarantasia[l], Genuam[m] adque Grationopolim[n] oppida Viennensis antistes[o] iure[p] suo vindicit[q], nec[r] quicquam amplius ab his, quae semel ab apostholica sibi sede concessa sunt, aestimet praesumendum[s]. Alias vero parrocias[t] vel diocisis[u] cunctas privilegio et honori[v] suo Arelatensis episcopus[w] sub temporum continuatione defendat[x]. Hac[y] enim observatione[z] et vetustates[a] reverentia custoditur et[b] amplius de humilitate gloria sacerdotalis attollitur.

Proinde, fratres carissimi[c], singuli honoris sui[d] sint[e] distributione contenti nec per[f] saecularia patrocinia[g] nec per cuiuslibit[h] excusationis optentum[i] inlicita praesumptione terminos[k] concesse[l] potestatis excedant[m]. Stodere[n] siquidem unusquis[o] debit[p], ut de[q] devutionis[r] officium magis gratiam[s], quam de[t] ambitione[u] et Dei[v] nostri offensam[w] et humanam in se lacessit[x] invidiam. Tacere nos ita commisse[y] dispensationis iura minime patiuntur, ut et[z] de[a] his, qui ecclesiasticis regulis obsecundant, perseverantibus in concordia sedis apostholicae gratulemur[b], et illi, qui[c] catholicis[d] disciplinis obtemperare disteterint[e], ab ecclesiae gratia[f] et caritate se alienos ostendant.

Deus vos incolumes[g] custodiat, fratres carissimi.

Data VIII.[h] Idus Novembres[i], Probo viro clarissimo[k] consule[l].

---

a) praecipue *2. 3. 4.* b) efficacius *2. T.* c) aduleseit *T;* adolescit *2. 3. 4.* d) et is *pro* aetas *4.* e) observit *T.* f) cesarius *3. 4.* g) metropolitanae *2. 3. 4. T.* h) arelatẹ *3;* arelate *4.* i) sacerdos *2. 3. 4. T.* k) *om. T.* l) apostoli *2. 3. 4;* apostolici *T.* m) *ita corr. ex* statuta, a *priorem in* i *corrigens et ante lineam* con *addens C 1.* n) sint *C 1.* o) postulavit *2. 3. 4. T.* p) atque *2. T;* et *3. 4.* q) *ita corr. ex* pape *4.* r) hac *2. 3. 4. T.* s) ordinate *4.* t) fideles *2. 4;* fidelis *3. T.* u) instructio *2. 3. 4. T.* v) emulat *4.* w) vendicare *3.* x) queat *2. 3. 4.* y) vergatur *3.* z) olim
[a) l.10] *2. 3. 4. T.* a) promulgata in *3.* b) quemadmodum *3;* queadmodum *4. T.* c) allegationibus *2. 3. 4.* d) definit *3.* e) parrochiarum *2. 3. 4.* f) viennensis *2.* g) deputandum *2. 3. 4. T.* h) transgredi *3;* transgendi *4.* i) iusta *4.* k) valentiam *2. 3. 4. T.* l) tarentasiam *2. T;* tarantasiam *3. 4.* m) genavam *2;* genevam *3. 4.* n) gratianopolim *3. T;* gracianopolim *4.* o) antestis *3. 4. T;* antistetis *C 1.* p) iuri *2. 3. 4. T.* q) vindicet *2. 4. T;* vendịcet *3.* r) ne *T.* s) prẹsumendo *T.* t) parrochias *2. 3. 4.* u) dioceses *2. 3. 4;* diocesis *T.* v) honore *3. 4. T.* w) episcopis *(in marg. signum correctoris) 2;* episcopi *C 1.*
[a) l.19] x) defendit *4.* y) nec *3;* hec *4.* z) observatio *3. 4.* a) vetustatis *2. 3. 4. T.* b) si *4.* c) kme *2.* d) cui *C 1.* e) *om. 3. 4.* f) *superscr. 3.* g) patronia *2.* h) cuiuslibet *2. 3. 4. T.* i) obtentum *2. 3. 4. T.* k) terminemus *T.* l) concessae *2. 3. 4;* concessa *T.* m) excedat *T.* n) studere *2. 3. 4. T.* o) unusquisque *3. 4.* p) debet *2. 3. 4. T.* q) *om.* ut de *3. 4; om.* de *C 1. T.* r) devotionis *2. 3. 4. T.* s) gratia *3.* t) *om. T.* u) *add.* ne *3. 4.* v) domini *3. 4.* w) offensa *T.* x) lacesset *(in marg.*
[a) l.26] *signum correctoris) 2;* lacessat *3;* lacescit *T.* y) commissae *2. 3. 4. T.* z) *om. C 1.* a) *om. T.* b) gratuletur *T.* c) *ita corr. ex* quid *2.* d) cis *corr. ex* iis *2.* e) destiterint *2. 3. 4;* distetirent *T.* f) gratie *4.* g) incolumem *4;* incolomes *3. T.* h) *om. 3. 4.* i) idibus noveb. *3. 4.* k) *om. 3. 4.* l) console *T.*

26. 27.

Symmachus papa, Caesario petente, constituit, quae paene omnia iam ecclesiasticis regulis comprehendantur: 513

1. *possessiones proprio arbitrio ecclesiis datas aut relictas non nisi clericis aut monasteriis, peregrinis, necessitate compellente, ita ut, donec vivant, eis fruantur, tradendas esse,*
2. *qui praemiis propositis sacerdotio potiri volunt, aut facultate frustrandos aut iuxta canones puniendos,*
3. *ut laici non nisi per gradus tempore quoque definitos ad sacerdotium pervenire debeant,*
4. *cum raptores viduarum et virginum, tum qui Deo sacratas virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare student, excommunicandos,*
5. *ne viduis in religioso proposito diu permanentibus neque virginibus plurimos annos in monasteriis degentibus nubere liceat,*
6. *ne quisquam per ambitum episcopatum obtineat: non pecunia data neque spe aut timore excitato clericos et cives ad decretum signandum adducantur, sed soli visitatori liceat eorum unanimitatem declarare.*

Quae statuta utique observanda omnibus episcopis publicare Arelatensem episcopum papa iubet eumque propria manu scribens certiorem facit, se ei per Gallias pallii usum concessisse. *513 Nov. 6.*

Addita est epistola Caesarii petitoria:

Caesarius episcopus Arelatensis a Symmacho papa petit:

1. *ut, cum in Gallia ab aliquibus praedia ecclesiis alienentur, hoc prohibeat, solis monasteriis exceptis,*
2. *ut laicos, qui in republica munere aliquo functi sunt, non nisi legitime praeparatos ordinari permittat,*
3. *ut interdicat, ne viduae iam diu religioso habitu usae et sanctimoniales longum iam tempus in monasteriis degentes aut volentes nubant aut invitae rapiantur,*
4. *ut nulli liceat per ambitum ad episcopatum accedere; quod ut facilius prohibeatur, clerici et cives decretum facere et subscribere sine metropolitani notitia et consensu penitus non praesumant.*

Quae omnia et per provinciam suam et per Galliam a papa sanciri episcopus rogat. *(513 Oct.)*

Codd. 2 (fol. 18), 3 (fol. 41), 4 (fol. 84'), C1 (fol. 59), B (fol. 267'), T (fol. 93), R (fol. 16), M1 (fol. 85'), P1 (fol. 88), P2 (fol. 98), P3 a (fol. 69') et b (fol. 132')[a].

Edd. Sirmond, Conc. I, 184; Hinschius, Pseudo-Isid. p. 657; Thiel, Epp. pontif. I, 723. — Mansi, Conc. VIII, 211; Migne, Patrol. lat. LXII, 54. — Jaffé, Reg. 764 (477).

DILECTISSIMO[b] FRATRI CAESARIO[c] SYMMACHUS[d].

Hortatur[e] nos aequitas postolationis[f], desiderio fraternitatis tuae[g] gratanter[h] annuere, quia[i] de singulis id[k] ab[l] apostolica sede concedi[m] supplicas[n], quod[o]

Et quia necesse est, ut aptis, Deo propitiante, temporibus ab[p] Arelatensi episcopo[q], qui[r] nostris vicibus fungitur[s], quotiens iudicaverit expedire pro facienda consolatione communi, episcoporum debeant congregari personę, nullus, inoboediens eius forte mandatis, se[t] a congregatione suspendat[u], nisi aut corporalis infirmitas aut iustae[v] causae eum excusatio[w] venire prohibeat; ita tamen, ut, si[x] se, quominus[y] occurrat, rationabili[z] potest exceptione defendere, ad synodum[a] pro suo presbyteri aut diaconi dirigat loco personam, quatenus, quae a nostro vicario congregatis fratribus definitiva[b] sententia[c] fuerint terminata, ad eius, qui absens est, per suos perducta[d] notitiam, *sincera et inviolabili stabilitate serventur[e]. Necesse est enim, quotiens in nomine Domini eius famuli ad tractanda, quae sunt ipsi placita, colleguntur[f], sancti spiritus non deesse praesentiam. Ita enim Christi Dei domini et salvatoris nostri
Matth. 18, 20. mandata nos instruunt, quibus ait: 'Ubi fuerint duo aut tres in meo nomine[g] congregati, ibi ero in medio eorum[h]'. Quid ergo se aestimat subiturum, qui Deo odiosa superbia in illa congregatione interesse contemnit[i], in qua se Dominus noster adfuturum pia promissione denuntiat[k]?

Illud pari[l] auctoritate mandamus, ne quisquam episcoporum sine praedicti[m] fratres[n] et coepiscopi nostri formata ad[o] longinquiora[p] loca audeat proficisci, quippe quia et decessorum nostrorum decessoribus eius, quibus vices suas libentissime contulerunt, sanctae sic definiunt iussiones[q], ut, his omnibus oboedientia Deo placita custoditis, pax, quae a Christo Deo domino et salvatore nostro apostolis tamquam haereditario est nomine derelicta, in ecclesia Dei, quae una est[r] toto orbe diffusa, firma stabilitate servetur.

Deus vos incolumes[s] custodiat, fratres carissimi.

Data XI. Kalendas Iunias quater post consulatum Basili viri clarissimi.

41.

Vigilius papa Auxanium Arelatensem episcopum certiorem factum, Childeberto rege interveniente, ei vices apostolicae sedis collatas esse, admonet, ut tanto sui episcopatus honore digna perficiat; praecipit ei, ut minores causas in locis ei commissis emer-

a) zizaniam *3. 4.* b) is *3:* si id *1.* c) habsentiam *4.* d) perfruenda *4.* e) spirituali *3. 4.* f) representat *3. 4.* g) *inter* ex *et* ortum *eras.* h *2.* h) antistiti *3. 4.* i) fortassis emerserit contentio, *in margine adscribens* contentio *3.* k) causa *3. 4.* l) integritatem *3.* m) difiniet *4.* n) *superscr. 3.* o) magnitudinem *1.* p) *om. 3.* q) arelatensis episcopus *3.* r) *om. 3:* in *4.* s) fungatur *3.* t) sit, *addens* quod si fuerit *3.* u) suspendatur *3.* v) insticię *3. 4.* w) *iteratum* cum excusatio *praemissum del. 3.* x) *superscr. 3.* y) o *superscr. 2.* z) i *in fine ex* e *corr. 4.* a) d *ex* o *corr. 4.* b) *ita corr. ex* definita *3.* c) *superscr.* ten *3.* d) perducat *2; om. 4.* *) *incipit 1.* e) servetur *4.* f) colliguntur *1. 3. 4.* g) nomine meo *3. 4.* h) erum *2.* i) *inter* m *et* n *superscr.* p *2.* k) denunciet *4.* l) patri *4.* m) praedictus *4.* n) fratris *1. 3. 4.* o) a *4.* p) *ita corr. ex* longunquiora *1.* q) iussione *1.* r) *bis scr. 4.* s) incolumen *1;* incolumem *2;* incolomes *3.*

[a) l. 15]

gentes, episcoporum competenti numero convocato, aeque discussas diiudicet, maiores vero 545 *discussas ad ipsum referat, quod omnibus episcopis, 'quibus, inquit, te praeesse voluimus' a se declaratum dicit; iubet, sicut decessor suus praedecessori eius, (Caesario) Arelatensi episcopo, concesserit, nullum episcoporum per has vices eius ordinationi commissorum in longinquiora loca proficisci nisi formata episcopi Arelatensis munitum; adhortatur, et ut pro Iustiniano imperatore et Theodora imperatrice preces effundat, qui, suggerente patricio Belisario ipso quoque Deo commendando, ad hoc privilegium episcopo mandandum consensum dederint, et ut commonendo inter Childebertum regem et Iustinianum principem 'conceptae gratiae documenta' servet; concedit ei pallii usum, 'sicut, inquit, decessori tuo praedecessor noster sanctae memoriae Symmachus legitur contulisse' et praeceptionem suam de his rebus directam (incipientem 'Quantum nos') cum omnibus episcopis communicandam imponit.* *545 Mai. 22.*

Codd. 2 (fol. 29), 3 (fol. 56), 4 (fol. 88')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 545, n. 4; Sirmond, Conc. I, 271; Saxius, Pontif. Arelat. p. 111. — Bouquet, Rec. IV, 61; Mansi, Conc. IX, 41; Migne, Patrol. lat. LXIX, 27. — Jaffé, Reg. 913 (593).

DILECTISSIMO[b] FRATRI AUXANIO VIGILIUS.

Sicut nos et[c] pro tuae caritatis affectu et pro gloriosissimi filii nostri, regis Childeberti, christiana devotione mandatis vices nostras libentissima voluntate contulimus, ita fraternitatem tuam convenit Deo placitis operibus tantae sedis auctoritatem[d] digna conversatione uti atque disponere, ut bonis actibus innotescens rectum circa caritatem tuam iudicium nostrae electionis ostendas. Convenit enim nos doctoris[e] gentium mandata recolere, quibus Titum[f] discipulum suum structionibus sanctis hortatur[g] dicens: 'Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate': (1. Tim. 4, 12.) et sicut idem apostolorum primus saluberrima ammonitione[h] praecipiens: 'Pascite, qui in vobis est, gregem Dei', consequenti adhortatione[i] subiungit[k]: 'Forma facti gregi[l] ex animo; et cum[m] apparuerit[n] princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem[o] gloriae[p] coronam'. (1. Petr. 5, 2. 1. Petr. 5, 3. 4.)

Si quae ergo inter fratres et coepiscopos nostros in locis caritati vestrae praesenti auctoritate commissis, seminante[q] illo auctore ex antiquitate, zezaniae[r] dissensionis emerserint, (Cf. Matth. 13, 25) adhibitis vobiscum sacerdotibus[s] numero conpetenti, causas canonica et apostolica aequitate discutite ea modis omnibus prolato iudicio finituri, quae Deo placitis decessorum nostrorum possint[t] regulis convenire. Si qua vero certamina aut de relegione[u] fidei[v], quod Deus auferat, aut de quolibet negotio, quod ibi pro sui magnitudine terminari non possit, evenerint[w], totius veritatis indagine[x] diligenti ratione discussa, relationis ad nos seriem destinantes, ea[y] apostolicae sedi terminanda servate, ut, universis a fraternitate vestra conpetenti ratione dispositis, pax, quae pro magno munere apostolis dominica[z] voce conlata est, ecclesiae Dei, quae una est in toto orbe diffusa, stabili[a] firmitate servetur, nec[b] antiqui[c] hostis possit quassatione vexari, in illius petrae Christi Dei domini et salvatoris nostri electione firmata stabilitate persistens. Quae cuncta ut fraternitas vestra melius per Dei gratiam possit inplere, universis episcopis, quibus te praeesse voluimus, auctoritatis[d] nostrae est serie declaratum.

---

41. a) XXXVIII *3. 4.* b) dilectissi *4.* c) *om. 3. 4.* d) auctoritate *3. 4.* e) i *ex* e *corr. 2.* f) tytum *4.* g) ortatur *4.* h) admonitione *3;* amonitione *4.* i) adhortationi *4.* k) subiungens *2. 4.* l) gregis *3. 4.* m) *superscr. 3.* n) aparuerit *4.* o) inmarcescibilem *3. 4.* p) g *ex* s *corr. 4.* q) commisisse minante *4.* r) zizaniae *3. 4.* s) i *ex* e *corr. 4.* t) t *superscr. 2.* u) religione *3. 4.* v) *alia manus superscr. 3; om. 4.* w) evenerit *3. 4.* x) m *in fine eras. 2.* y) *ita corr. ex* ad *2; om. 3. 4.* z) *om.* pro — dominica *3. 4.* a) *ita corr. ex* stabilis *4.* b) ne *3.* c) atiqui *4.* [a) 1. 38] d) auctoritati *4.*

545 Nullus ergo de pontificibus tuae per has vices ordinationi[a] commissis, sicut et ad eos data loquitur nostra praeceptio, in longinquis[b] quibuslibet locis[c] audeat proficisci, nisi sollemni more, sicut a[d] decessore tuo[e], nostro prodecessore[f] similiter concedente, consueverant, formatam vestrae caritatis acceperit[g].

Oportet ergo[h] fraternitatem vestram incessantibus supplicationibus Deo nostro preces[i] effundere, ut domnos[k] filios nostros, clementissimos principes Iustinianum atque Theodoram[l], sua semper protectione custodiat, qui pro his nobis vestrae caritati mandandis, suggerente gloriosissimo et excellentissimo viro[m], filio nostro, patricio Belisario, quo pro idem[n] vos convenit exorare, pia praebuerunt devotione consensum. Hortamur quoque, ut sacerdotali opera inter gloriosissimum virum[o], Childebertum regem, sed et antedictum clementissimum principem conceptae gratiae documenta paterna adhortatione[p] servetis; bene enim domini et salvatoris nostri, quae populis
Matth. 5, 9. praedicamus, mandata ante oculos retinemus, quibus ait: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'.

Et quia digna credimus ratione conpleri, ut agenti vices nostras pallei[q] non desit ornatus, usum tibi eius, sicut decessori tuo prodecessor noster sanctae recordationis Symmachus[r] legitur contulisse, beati Petri functi[s] auctoritate concedimus.

Ea vero, quae de praesenti ordinatione nostra[t] directa praeceptione signavimus, ad universos episcopos per caritatem tuam volumus pervenire.

Deus te incolumem[u] custodiat, frater carissime.

Data XI. Kalendas Iunias quater[v] post consulatum Basili[w] viri clarissimi.

42.

Vigilius papa Auxanio episcopo Arelatensi, vicibus sedis apostolicae per auctoritatem (incipientem 'Sicut nos') generaliter attributis, specialiter per Iohannem presbyterum et Teredium diaconum legatos de Praetextati (episcopi Aptensis?) excessu referenti et petenti, specialiter causam eius examinandam mandat, ita ut episcoporum competenti numero adhibito de re disponat secundum canones, per quos nulli liceat laicos ad sacratos ordines praecipites promovere. *545 Mai. 22.*

Codd. 2 (fol. 31), 3 (fol. 58'), 4 (fol. 89)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 545, n. 7; Sirmond, Conc. I, 273. — Mansi, Conc. IX, 42; Migne, Patrol. lat. LXIX, 29. — Jaffé, Reg. 915 (595).

DILECTISSIMO FRATRI AUXANIO VIGILIUS.

Licet fraternitati vestrae apostolicae sedis vicibus attributis[b], quas directa auctoritate commisimus, generaliter emergentium causarum sit discutiendi[c] licentia, tamen, quia filii nostri Iohannis presbyteri, sed et Teredi[d] diaconi, qui ad nos a tua caritate directi sunt, de Praetextati[e] excessu est porrecta petitio, necessarium valde credidimus[f], specialiter memorati negotii[g] examinationem praesenti vobis auctoritate mandare. Quapropter[h] caritate[i], qua in Christo iungimur, reddentes fraternae alloquia visitationis,

---

a) ordinationis *4.* b) *alteram* n *superscr. 4.* c) c *superscr. 3.* d) *om. 4.* e) *om. 3. 4.* f) praedecessori, prae *corrigens ex* pro *3;* *add.* vestro *3*, nostro *4.* g) acceperit *3. 4.* h) r *superscr. 2.* i) *ita corr. ex* praeces *2.* k) do nos *4.* l) theudoram *4.* m) *om. 3. 4.* n) item *3.* o) *in marg. adscr. 3.* p) adortatione *4.* q) pallii *3. 4.* r) symmacus *3;* symacus *4.* s) functa *3. 4.* t) nostro *4.* u) incolomem *3.* v) quā ter *4.* w) basilio *3;* basilii *4.*

42. a) XXXVIIII *3. 4.* b) atributis *4.* c) discutienda *3. 4.* d) *alteram litteram* i *adscr. 3.* e) praetestati *3. 4.* f) credimus *3.* g) negociii *4.* h) quaproter *2.* i) caritati *3. 4.*

hortamur, ut, adhibitis vobiscum fratribus et coepiscopis nostris numero conpetenti[a], 545.546
discussa ratione, canonica veritate et sapienti ordinatione disponite[b], quae decessorum nostrorum conveniant statutis. caritas vestra ratione prospiciens, ne aliquem facile[c] ex laicis ad sacratos ordines saltu praecipiti cui usquam[d] sacerdotum liceat adgregare.

Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Data XI. Kalendas Iunias quater[e] post consulatum[f] Basilii viri clarissimi.

43.

Vigilius papa omnibus episcopis, qui sub regno Childeberti I. regis per Gallias constituti sunt, nuntiat, sicut Moyses, cum ad montem voluerit ascendere, loco suo Aaron et Hur reliquerit, ad quos si quid natum fuerit quaestionis referatur, ita se in Galliis vices suas, quemadmodum antea Auxanio, iam Aureliano episcopo Arelatensi, Childeberto rege interveniente, commisisse, ut adhibitis sibi episcopis scandala orta submoveat, eosque admonet, ut cum ei oboediant tum, si ad synodum aptis temporibus congregandam vocati venire rectae exceptionis causa non possint, presbyterum aut diaconum mittant, neque quisquam sine Arelatensis episcopi formata ad longinquiora loca audeat proficisci. *(546 Aug. 23.)*

Codd. 1 (fol. 33), 2 (fol. 33'), 3 (fol. 62'), 4 (fol. 90')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 546, n. 65; Sirmond, Conc. I, 275; Saxius, Pontif. Arelat. p. 121. — Bouquet, Rec. IV, 65; Mansi, Conc. IX, 47; Migne, Patrol. lat. LXIX, 39. — Jaffé, Reg. 919 (597).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS, UNIVERSIS EPISCOPIS, QUI SUB REGNO GLORIOSISSIMI[b] FILII NOSTRI, CHILDEBERTI REGIS, SUNT PER GALLIAS CONSTITUTI, VIGILIUS.

Ammonet[c] nos loci nostri ministerium divinae misericordiae dono[d] conlatum, ut[e], Domini[f] nos[g] gratia protegente, neglegentis[h] speculatoris[i] evitando periculum, boni[k] potius[l] palmam retributionis promissae et studeamus et mereamur accipere. Unde quantum nos[m] Christus Deus dominus et salvator noster primi apostolorum locum pro ineffabili pietatis[n] suae gerere largitate concessit[o], tantum nos de universarum[p] pace ecclesiarum, quae licet in multis, una tamen est toto orbe diffusa, incessanti studio convenit esse sollicitos. Quippe quia nos sanctarum scripturarum eloquia reddunt diligenter instructos, quod, cum Moyses, Dei famulus, divinis iussionibus obsecundans ad montem voluisset ascendere, loco suo Aaron[q] et Ur legitur
reliquisse dicens: 'Expectate hic, donec revertamur ad vos; habetis[r] Aaron[q] et Ur Exod. 24, 14.
vobiscum: si quid natum fuerit questionis[s], referetis ad eos'; ita enim inter sacerdotes[t] Domini potest pax super omnia Deo placita custodiri, si fuerit, qui, vicum nostrarum auctoritate subnixus[u], personam nostram in Galliarum[v] partibus praesentans, secundum consuetudinem a[w] nostris decessoribus attributam[1] sapienti et[x] sollicita indagatione[y] custodiens, si quam humani generis hostis antiquus zizaniam[z] inter Dei

---

a) competente *3. 4.* b) disponat *3.* c) m *in fine del. 2.* d) cuiquam *3.* e) *om. 3. 4.* f) *om. 3. 4.*

43. a) XLII *1. 3. 4.* b) gloriosimi *4.* c) admonet *3.* d) domini *3;* domino *4.* e) *om. 1. 3. 4.* f) domino *4.* g) *om. 3. 4.* h) nec legentis *3.* i) *om. 3.* k) bonis *3.* l) pocius *corr. ex* pocius *4.* m) nobis *3. 4.* n) ineffabilitatis *2.* o) consensit *2.* p) a *ex* u *corr. 4.* q) *inter* a *et* a *del.* h *2.* r) abetis *4.* s) is *ex* es *corr. 2.* t) d *ex* t *corr. 4.* u) subnixis *1. 4.* v) *iteratum* in galliarum *praemissum del. 3.* w) *om. 1.* x) sapientiam *pro* sapienti et *1. 3. 4.* y) indignatione *4.* z) zezaniam *2.*

1) *sc. auctoritatem.*

546 famulos nequitia consueta seminare temptaverit[a], sapientiae suae moderamine, adhibitis
Cf. Matth. 13, 25. sibi fratribus et coepiscopis nostris, iustitia Deo placita scandala orta[b] submoveat.

Unde quia dudum[c] Auxanio, quondam Arelatensis civitatis antistiti[d], vicum nostrarum sollicitudinem dederamus, sed cursum vitae praesentis[e] inplendo, de hac[f] luce migravit, in cuius[g] loco Aurelianus[h] frater noster noscitur successisse[i]: necessarium valde credidimus[k], sollicitudinem hanc a nobis antefato debere committi, confidentes, illum et pro loci[l] sui qualitate bonis actibus[m] universa, que Deo[n] placeant, posse conplere, et maxime cum gloriosus filius noster, Childebertus rex, testimonium bonae conscientiae pro christiana suae[o] voluntatis devotione perhibuit. Oportet ergo[p] caritatem vestram[q] in omnibus, quae, servatis per cuncta canonibus, salubriter secundum nostrorum definita maiorum pro nostra auctoritate censuerit, praebere oboedientiam conpetentem.

Et quia omnino necesse est, ut pro diversis cum fratribus[r], Deo iuvante[s], tractandis, statutis aptisque temporibus episcoporum synodum debeat[t] congregare, ideirco praesenti auctoritate censemus, ut nullus, ubi aut quando constituerit, se audeat excusare, excepta[u] infirmitatis causa, quam humana non potest evitare fragilitas, aut certe quem dignae excusationis ratio fecerit non venire, omnibus nihilominus scientibus, quid Christus Deus[v] dominus et salvator noster pia instructione[w] pronuntiet[x] dicens:
Matth. 18, 19. 'Quia si[y] duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quaecumque[z] petierint[a], fiet illis[b] a patre meo, qui in caelis est'. Quemadmodum autem quis[c] sibi, quae postulat, credit posse concedi[d], si congregationis sancte conventum, ubi Dominus praesentiam suam promisit[e] modis omnibus adfuturam[f], sine aliqua[g] rectae excusationis causa[h] evitare[i] crediderit? Sed, sicut praefati sumus[k], si iustae causae[l] illum ad[m] synodum fecerint[n] non venire, pro se aut presbyterum aut diaconum destinare non differat, quatinus[o], quae fuerint[p] constituta, per eos possit agnoscere et definita conplere.

Pari auctoritate mandamus[q], ut nullus sine praedicti[r] formata ad[s] longinquiora[t] loca audeat proficisci, praesertim[u] quia et decessorum nostrorum decessoribus eius, quibus vices suas commisisse praeteritis temporibus releguntur, sic[v] definiunt statuta, ut, his omnibus oboedientia Deo placita custoditis, pax ecclesiarum stabili firmitate
Cf. Ephes. 5, 27 persistat, et, sicut doctor gentium dicit, apostolus, ecclesia Dei possit sine ruga et macula permanere.[1]

Deus vos incolumes[w] custodiat, fratres carissimi[x].

44.

Vigilius papa Aureliano episcopo Arelatensi nuntiat, se confisum, fore ut is tanto beneficio dignum se gestis suis praestet, Childeberto I. rege interveniente, ei vices suas commisisse, ita ut minores causas, episcopis secundum qualitatem negotii numero

a) *superscr.* er *4.* b) *litteram* h *incipientem del. 2.* c) dundum *1.* d) antestite *2.* e) praesentas *1.* f) ae *4.* g) cuis *1.* h) a *ex* o *corr. 2.* i) susecessisse *1.* k) credimus *3.* l) locis *4.* m) *litteram* h *incipientem eras. 4.* n) domino *2.* o) sua *4.* p) *om. 1.* q) ei *superscr. 3; add. 4.* r) confratribus *pro* cum fratribus *3. 4.* s) v *ex* b *corr. 2.* t) debeant *1.* u) excepto *2.* v) *om. 1. 3. 4.*
(a) l. 19 | w) institucione *3. 4.* x) pronunciat *3. 4.* y) *superscr. 3.* z) quamcumque *3.* a) petierent *1.* b) eis *1.* c) s *adscr. 2.* d) concedendi *1.* e) promissit *4.* f) afuturam *1. 4.* g) aliquas *2.* h) causas *2.* i) vitare *1.* k) praefatissimus *4.* l) iusta causa *1. 3. 4.* m) a *1.* n) fecerit *1. 3. 4.* o) quatenus *2. 3.* p) fuerunt *3. 4.* q) mandantes *1. 2. 3. 4.* r) praedictis *4.* s) a *4.* t) *ita corr. ex* longinqua *3.* u) i *ex* u *corr. 1.* v) sicut *4.* w) incolumem *1. 2;* incolomes *3.* x) carissime *2.*

1) *Nonnulla huius epistolae vocabula ex epistola XL. repetita sunt.*

competenti adhibitis, discussas definiat, maiores vero discussas et explanatas ad sedem apostolicam referat, 'quia ita, inquit, decessores vestros, qui decessorum nostrorum vices egisse monstrantur, fecisse, testimonium nostri declarat scrinii': dicit, se episcopis vicariae potestati subiectis haec privilegia significasse et praecepisse, ne quis sine formata episcopi Arelatensis ad longinquiora loca audeat proficisci: concedit usum pallii etiam decessori eius (Auxanio) datum admonetque, ut inter clementissimos principes et Childebertum regem gratiae initae foedera custodiat et grates agat patricio Belisario, qui, nuntio episcopi nihil agente, petitionem eius ad imperatorem detulerit responsumque ad papam retulerit. 546

546 Aug. 23.

Codd. 1 (fol. 34), 2 (fol. 35'), 3 (fol. 64'), 4 (fol. 91, fragmentum finiens: quę sunt Deo placita)[a].
Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 546, n. 61; Sirmond, Conc. I, 274; Saxius, Pontif. Arelat. p. 118. — Bouquet, Rec. IV, 64; Mansi, Conc. IX, 46; Migne, Patrol. lat. LXIX, 37. — Jaffé, Reg. 918 (596).

DILECTISSIMO FRATRI AURELIANO VIGILIUS.

Amministrationem[b] vicum nostrarum fraternitati vestrae animo libenti committimus et credimus, caritatis vestrae officio actibus Deo placitis diligenter universa conpleri, quando et summi sacerdotii consortio vos dignos divina esse gratia iudicavit, et gloriosissimi Childeberti[c] Francorum[d] regis christiana et Deo placita in perhibendo vobis testimonio[e] voluntas accessit. Quapropter vices nostras vestrae caritati hac auctoritate committimus, ut universa, quae decessorum nostrorum vel canonum statuta sanexerunt[f], Deo congruis operibus faciendo atque servando, et nostrum et praedicti gloriosi regis iudicium circa caritatem tuam rectum fuisse possis ostendere. Sanctarum enim scripturarum nos docet auctoritas, quia[g] Christus Deus dominus et[h] salvator noster prius universa, quae bona sunt, facere voluit, quam docere; scriptum est enim: 'Primum quidem sermonem[i] feci de omnibus, o Theofile[k], quae coepit Iesus facere et Act. 1, 1. 2.
docere, usque in diem, qua praecipiens apostolis per spiritum sanctum, quos[l] elegit, adsumptus[m] est'. Item quid commonendo Timotheum doctor[n] gentium dicat, apostolus, fraternitatem[o] tuam semper ante oculos habere[p] confidimus: ait enim: 'Confortare in 2. Tim. 2, 1. 2.
gratia, quae est in Christo Iesu, et quae[q] audisti a me per multos testes, haec commenda[r] fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere'; et item[s] ipse: 'Sollicite 2. Tim. 2, 15.
cura, te ipsum probabilem exhibere Deo[t], operarium inconfusibilem[u], recte tractantem verbum[v] veritatis'; et iterum: 'Labora sicut bonus miles Christi Iesu'; 'intellege, quae 2. Tim. 2, 3; 7.
dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum'.

Si quam ergo inter fratres diabolus, humani generis hostis antiquus, zizaniam seminaverit calliditate nequitiae consueta ea, ut[w] de aliquo[x] sacerdotum[y] fraternitati Cf. Matth. 13, 25.
tuae, servatis maiorum per omnia constitutis[z], fuerit quaerela deposita: adhibetis[a] tibi fratribus et coepiscopis secundum qualitatem negotii numero conpetenti, causam canonica et apostolica[b] ordinatione discutiens, ea[c] sententia definies[d], quae et decessorum nostrorum conveniat[e] statutis et Deo aequitatem in omnibus diligenti sit grata[f]. Si quod vero de relegione fidei[g], quod Deus auferat, fuerit certamen exortum, aut tale aliquod negotium fortassis emerserit, quod pro sui magnitudine ibidem nequeat definiri, veritate discussa, relationis[h] serie destinata[i], ad nostrae[k] sedis[l] consultationem[m] potius

44. a) XLIII *1. 3. 4.* b) administrationem *3.* c) childiberti *2.* d) franchorum *2.* e) testimonium *3. 4.* f) x *ex* t *corr. 1;* sanxerunt *3.* g) qua *2.* h) et dominus *3. 4.* i) sermonum *1.* k) theophile *3. 4.* l) *superscr.* s *1.* m) assuptus *3.* n) dortor *1.* o) *inter* frat *et* nitatem *eras.* er *2.* p) abere *4.* q) *superscr. 3.* r) *ita corr. ex* commonenda *2;* commonenda *4.* s) idem *2.* t) domini *3;* deum *4.* u) f *in* s *corr. 4.* v) *bis scr. 3.* w) consuetae aut *1. 3. 4.* x) *iteratum* sacerdo *del. 3.* y) sacerdote *3. 4.* z) constitutiis *4.* a) adhibitis *2. 3. 4.* b) canonicam et apostolicam *4.* c) discuciens se a *4.* d) *ita ex* definiens *videtur corr. 3.* e) conveniant *1. 2 (in marg. signum correctoris), 4; ita corr. ex* conveniant *3.* f) gratia *1.* g) *om. 1. 4; alia manus superscr. 3.* h) is *ex* es *corr. 2.* i) distinta *1;* distincta *3. 4.* k) nostram *3.* l) *om. 3. 4.* m) consolatione *4.* [a) l. 35]

546.550 ut remittas hortamur[a], quia ita[b] decessores vestros, qui decessorum[c] nostrorum[d] vices egisse[e] monstrantur, fecisse, testimonium nostri[f] declarat[g] scrinii, quatinus[h], ea dispositione servata, ecclesiae unitas[i] stabili firmitate[k] persistens[l] pacis bono in omnibus perfruatur, cuius velut hereditarium[m] munus Christus Deus dominus et salvator noster ad caelos, unde numquam[n] defuit, rediturus, discipulis suis legitur reliquisse dicens:
Ioh. 14, 27. 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'.

Et ut[o] universa fraternitas vestra diligenti possit ratione conplere, episcopis, quibus per vices nostras[p] te praeesse voluimus, nos praecepta distinasse[q] signamus, ut et illi vobis oboedientiam exhibere debeant conpetentem, et fraternitas tua eos in Christi caritate conplectens[r], exemplis bonorum potius operum ad[s] quę sunt Deo placita[t] facienda semper invitet.

Illud pari eis auctoritate signavimus, ne quis sine formata tuae fraternitatis ad longiora[u] loca audeat proficisci; sed ut consuetudinem illam debeant custodire, quam constat semper nostrae sedis habuisse vicarium, et a vobis[v] postulent, si causarum suarum necessitate conpulsi ad longiora itinera properare[w] disponunt.

Sed[x] ne in aliquo sedis nostrae vicarius minor suis decessoribus videatur, necessarium fore[y] credidimus[z] pallii[a] vobis usum, quemadmodum[b] decessori vestro hactenus[c] dederamus, praesenti[d] auctoritate concedere, ut et[e] morum et omnium[f] bonarum rerum vobis, beato Petro apostolo suffragante, non desit ornatus.

Oportet ergo caritatem vestram sacerdotali semper studio inter domnos filios nostros, clementissimos principes, et gloriosissimum virum, id est[g] filium nostrum Childebertum regem, gratiae initae[h] federa custodire; scitis enim, nec vos convenit
Rom. 10, 15. ignorare, quod necessario praedicatis, quia scriptura pronuntiat dicens: 'Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona'. Et hoc quoque vestrum facere desideramus affectum, ut glorioso viro, filio nostro, patricio Belisario destinatis scriptis[i] gratias referatis, qui homini vestro laborem ad clementissimum principem abstulit transeundi, sed mox, ut responsum receperit[k], nobis suis litteris indicavit.

Deus te incolumem[l] custodiat, frater carissime.

Data X.[m] Kalendas Septembres quinquiis[n] post consulatum Basili[o] viri clarissimi.

45.

Vigilius papa, acceptis (549 Iul. 14) Aureliani episcopi Arelatensis de recta papae fide solliciti, Anastasio deferente, litteris respondet, ut interim brevi sermone animum eius sedet, se constituta et Caelestini, Xysti, Leonis aliorumque praecedentium atque sequentium praedecessorum suorum et quattuor synodorum Nicenae, Constantinopolitanae, Ephesinae primae, Calchedonensis retinere, damnantem imprimis eos, qui fidem beati Cyrilli a Calchedonensi synodo prolatam, 'quam, inquit, sanctae recordationis Leo praedecessor noster ad praedecessores vestros aliosque datis probavit et laudavit scriptis',

---

a) ortamur *4.* b) *superscr. 3.* c) decesorum *4.* d) *om. 1. 4: alia manus superscr. 3.* e) eligisse *2.* f) *ita corr. ex* nostrum *4.* g) declarant *3.* h) quatenus *2.* i) unita *4.* k) *ita corr. ex* tarmitate *4.* l) prosistens *1.* m) *superscr.* h *et* di *1.* n) *inter* nū *et* quam *locus rasus in 4.* o) *om. 2. 4.* p) pro vice nostra *1. 3. 4.* q) destinasse *2. 3. 4.* r) complectentes *4.* s) t *in* d *corr. 1 2.* t) *omnia quae sequuntur desunt in 4.* u) a *ex* o *corr. 2.* v) *ex* vobis *corr.* nobis *2.* w) destinare *1. 3.* x) *add.*
[a) l.11] et *2.* y) forte *1.* z) credimus *3.* a) pallei *2.* b) quemammodum *2.* c) h *superscr. 2.* d) *post* praesenti *del.* a *1.* e) *om. 1.* f) u *ex* o *corr. 1.* g) idem *scr. explicate 2.* h) *alteram litteram* i *superscr. 2;* intactae *1. 3.* i) scribtis *2.* k) reciperet *2;* recepit *3.* l) u *ex* e *corr. 2;* incolomem *3.* m) XI. *3.* n) quinquies *2. 3.* o) basilii *3.*

impiam vocaverunt. Quod omnibus episcopis publicandum, ut animos eorum placet, mandat episcopo, 'quem, inquit, apostolicae sedis per nos constat esse vicarium', et pollicetur, cum imperator, asperitate hiemis transacta, necessitati Italiae subveniens ipsum, sicut promiserit, reverti iusserit, se ei aliquem missurum esse, per quem certius, quam nunc per Anastasium, singula cognoscere possit. Adhortatur episcopum, ut vicaria potestate dignum se praestans Childebertum I. regem in tanta rerum necessitate de ecclesia Dei sollicitum litteris adducat, ut faciat, ne (Totila) rex Gothorum cum exercitu suo Romam ingressus 'se in ecclesiae nostrae, inquit, praeiudicio, quippe velut alienae legis, immisceat aut aliquid faciat aut fieri qualibet ratione permittat, unde catholica possit ecclesia perturbari'. 550

550 Apr. 29.

Codd. 1 (fol. 35), 2 (fol. 37), 3 (fol. 67')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 550, n. 9; Sirmond, Conc. I, 287. — Bouquet, Rec. IV, 66; Mansi. Conc. IX, 361; Migne, Patrol. lat. LXIX, 40. — Jaffé, Reg. 925 (605).

DILECTISSIMO FRATRI AURELIANO VIGILIUS.

Fraternitatis vestrae litteras pridie Iduum Iuliarum die, Anastasio deferente[b], suscipimus[c]: et gratias referimus[d] divinae clementiae, quia sollicitudinem vestram in fidei causa vel in nostrae opinione personae sacris legimus[e] convenire mandatis, ut dignae[f] caritati tuae verba Dei et convenienter aptentur, quibus ait: 'Elegi te[g] sacer- 1. Reg. 2. 28.
dotem ex omnibus[h], ut ascendas[i] ad altare meum et[k] portes coram me nomen magnum' cunctis diebus vitae tuae.

Necesse ergo nobis est, caritatis vestrae sollicitudinem brevi interim, quantum pro temporis qualitate potuimus[l], relevare conloquio, quatinus[m] modis omnibus confidatis, nihil nos penitus admisisse, quod decessorum nostrorum constitutis vel sanctae, quae una eademque[n] est, fidei quattuor sinodorum, id est Nicenae[o], Constantinopolitanae, Ephesenae primae atque Calcidonensis[p], inveniatur[q], quod absit, esse contrarium, aut quod ad personarum iniuriam pertineat, quae diffinitioni[r] eiusdem[s] sanctae fidei susscripserunt[t], vel sanctorum prodecessorum nostrorum Celestini[u], Syxti[v], Leonis, aliorumque precedentium atque sequentium difinitis[w] reperiatur adversum: sed a nobis omnibus praedictis synodis unam venerationem unamque fidei credulitatem indubitabiliter exhiberi; et eos, qui omnes suprascriptas quattuor synodos in rectitudine[x] fidei non secuntur vel[y] unam ex ipsis vel omnes in fide reprobant aut reprobare[z] aut iniuriare vel repudiare nituntur, abicimus. Sed et[a] ea, quę in eiusdem sanctę fidei iniuriam[b] verbo dicta vel reperiuntur scripta[c], anathematizanda exsecrandaque[d] iudicavimus et constituimus iudicanda, simili pena plectentes etiam eos, qui fidem[e] beati Cyrilli[f], cuius[g] sanctę recordationis Leo prodecessor noster ad praecessores[h] vestros aliosque datis et[i] probavit et laudavit scriptis, et Calchidonensis veneranda synodus legitur praetulisse, aliorumque patrum, quos apostolice sedis praesules susceperunt[k] atque secuti sunt, execranda superbia impiam vocaverunt.

Fraternitas ergo tua, quem apostolicae sedis per nos constat esse vicarium, universis episcopis innotescat, ut nullis[l] aut falsis scriptis aut mendacibus verbis aut nuntiis qualibet[m] ratione turbentur: sed potius primi apostolorum, sicut convenit, verba sectentur dicentis: 'Adversarius vester[n], diabolus, ut leo rugiens circuit querens. 1. Petr. 5. 8. 9.

45. a) XLIIII *1;* XLIII *3.* b) deferte *1.* c) suscepimus *3.* d) *in margine adscr. 3.* e) relegimus *1. 3.* f) digne *2. 3.* g) eligite, *separans signo quodam* eligi *a* te *2.* h) vobis *1. 3.* i) ascendens *1.* k) *om. 1.* l) potuerimus *3.* m) quatenus *2.* n) eademquae *2.* o) niceenae *2.* p) calcedonensis *2;* calcidonensi *3.* q) *ita corr. ex* inveinutur *2.* r) definitioni *2.* s) dem *superscr. 1.* t) suscribserunt *2.* u) caelestini *2;* cęlestini *3.* v) sixti *3.* w) definitis *2. 3.* x) rectitudinem *2.* y) *post* vel *del.* in *2.* z) repravare *2.* a) *ita corr. ex* in *2.* b) iniuria *2.* c) scribta *2.* [a) l. 32] d) s *superscr. 2.* e) *add.* a *2.* f) y *ex* i *corr. 2;* cirilli *3.* g) quam *1. 3.* h) praedecessores *3.* i) *om. 1.* k) susciperunt *2.* l) nullus *3.* m) t *superscr. 1.* n) *om. 1. 3.*

550 quem devoret: cui resistite fortes[a] fide': et quod idem[b] doctor gentium dicit, apostolus:
Rom. 16, 17. 'Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones[c] et offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis[d], faciunt; et declinate ab illis': in Domino confidentes, quia, sicut praefati sumus, ab apostolis fidem traditam et a praedictis sanctis quattuor conciliis declaratam et a[e] decessoribus nostris et ab antedictis patribus praedicatam atque inviolabiliter custoditam sinceri voluntate tenuimus, tenemus, venerati sumus, veneramur atque defendimus et[f] contra ea[g] facientes apostolica auctoritate damnamus.

Sed, quanta possumus, per filium nostrum[h] Anastasium de his, quae gesta sunt, breviter nos indicare necesse est, et, cum nos domnus filius noster, clementissimus imperator, sicut promisit, Deo, qui cor ipsius tenet, iuvante, reverti praeceperit[i], hominem, qui vobis ad singula suptiliter[k] innotescat[l], Deo propitio, destinabimus[m]; quod ideo adhuc non fecimus, quia et hiemis asperitas et Italiae, que vos non latet, necessitas praepedivit, donec serenissimus princeps, sicut desiderat, Domino sibi auxiliante, subveniat.

Cf. Prov. 18, 19. Illud quoque credidimus[n] sperandum, ut, quia scriptum est: Frater fratrem adiuvans[o] exaltabitur, et[p] sicut de credentibus in Domino Actuum apostolorum[q]
Act. 4, 32. scriptura testatur: 'Quia[r] erat credentibus in Domino cor unum et anima una' — ut sit fraternitas vestra in ac[s] quoque parte sollicita, et glorioso filio nostro, Childeberto regi, quem[t] christianitatis[u] studio[v] venerationem integram[w] sedi apostolicae, cui nos Deus praeesse voluit, cognovimus exibere[x], supplicare non desinas, quatinus[y] in tanta rerum necessitate circa eclesiam Dei sollicitudinem suam, sicut et[z] confidimus, christiana devotione persolvat: ut, quia Gothi cum rege suo in civitate Romana perhibentur ingressi, oc[a] ei[b] dignetur[c] scribere, ne se in eclesiae nostre praeiudicio, quippe velut aliene[d] legis, inmisceat et aliquit[e] faciat aut fieri qualibet ratione permittat, unde catholica possit eclesia perturbari. Dignum enim est et catholico, sicut est, regi conveniens, ut fidem et ecclesiam[f], in qua Deus illum voluit baptizari,
Isai. 49, 18; cf. 1. Reg. 2, 30. omni debeat virtute[g] defendere: scriptum[h] est enim: 'Vivo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo'.

Festina ergo, frater carissime, ut in sancta fidei[i] sinceritate persistens[k], ecclesiarum pacem, quae vel a Deo per[l] sacerdotii meritum[m] tibi commissa est vel a nobis pro[n] apostolica auctoritate vicaria potestate mandatur, competenti sollicitudine, Deo propiciante, custodias et vicarium te sedis nostrę dignis Deo manifestes[o] operibus.

Deus te incolumem custodiat[p], frater carissime.

Data III. Kalendarum[q] Maiarum, imperante[r] domno[s] Iustiniano perpetuo[t] augusto[u] anno XXIV, post consulatum Basili viri clarissimi anno IX[v].

---

a) *add.* in *1. 3.* b) item *1. 3.* c) dessensiones *2.* d) dedicistis *2.* e) ad *1.* f) *om. 1.* g) eam *3.* h) *ita corr. ex* nostra *2.* i) praeciperit *2.* k) subtiliter *2. 3.* l) innotiscat *2.* m) destinamus *2:* designabimus, g *superscribens 3.* n) credimus *3.* o) *ita corr. ex* adiuvatis *2.* p) *om. 3.* q) apostolicorum *3.* r) qui *1.* s) hac *2. 3.* t) qui *3.* u) *ita corr. ex* christianitastis *2.* v) i *superscr. 1.*
[a, l. 23] w) integra *2.* x) exhibere *2. 3.* y) quatenus *2.* z) *om. 3.* a) hoc *2. 3.* b) eis *2.* c) *ita corr. ex* dignentur *2.* d) alię *3.* e) aliquid *2. 3.* f) eclesia *1.* g) i *superscr. 1.* h) scribtum *2.* i) fide *3.* k) persintens *1.* l) *ita corr. ex* pro *(in marg. signum correctoris) 2:* pro *3.* m) merito *1. 3.* n) per *2.* o) manifestis *1.* p) conservet *pro* incolumem custodiat *2.* q) kl. *1. 3:* kāl *2.* r) imp. *1. 2. 3.* s) dom *1. 2. 3.* t) pp *1. 2. 3.* u) aug *1. 2. 3.* v) nono *1. 3.*

46.

Pelagius I. papa Sapaudo episcopo Arelatensi, quid secum gratia Dei operata sit, iam ad eum pervenisse ratus, hac occasione reperta, scribit se optare, 'ut se mutuo frequenter alloquio refoveant'. 556
556 Iul. 4.

Codd. 1 (fol. 36), 2 (fol. 39'), 3 (fol. 71)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 22; Sirmond, Conc. I, 303. — Mansi, Conc. IX, 721; Migne, Patrol. lat. LXIX, 401. — Jaffé, Reg. 940 (620).

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO[b] PELAGIUS.

Quae nobiscum omnipotentis Dei gratia[c] fuerint[d] operata, ad caritatem tuam credimus fuisse perlatum: pro qua re ad vos destinari convenerat, ut visitatione communi magno invicem gaudio frueremur. Nos tamen fraternae memores caritatis[e], praesentium portitorum occasione reperta, officium fraternae salutationis impendimus, optantes[f], ut alterna in timore Domini caritate viventes, mutuo frequenter refoveamur alloquio.

Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Data IV. Nonarum Iuliarum anno XV. post consulatum Basili[g] viri clarissimi[h].

47.

Pelagius I. papa Sapaudo episcopo Arelatensi, acceptis eius per Felicem virum honestum litteris, de incolumitate episcopi gavisus, significat, papae imaginem ab episcopo laudibus effusis depictam non praesentem suam, sed, Deo propitiante fortasse suam futuram esse, et nuntiat, se quibusdam clericis provinciae Arelatensis Romam profectis accepisse, quanto amore erga episcopum affecti sint; itaque illa occasione, qua epistolam Childeberto regi miserit, usus episcopum per legati sui os quandam novam rem (primariam potestatem ab episcopo Viennensi?) usurpatam esse denuntiantem certiorem facit, se hac re vehementer commotum esse, commendans episcopo, ut, si ab usurpatore nuntii delegentur, ipse quoque quendam mittat, qui eis obsistere possit, ne, epistola episcopi Arelatensis nihil suggerente, accusatoris officium papa suscepisse videatur, sed pro affectu, quem ei impendat, salva aequitate suo erga episcopum favore uti possit. *556 Sept. 16.*

Codd. 1 (fol. 36), 2 (fol. 40), 3 (fol. 71)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 23; Sirmond, Conc. I, 303. — Bouquet, Rec. IV, 71; Mansi, Conc. IX, 721; Migne, Patrol. lat. LXIX, 401. — Jaffé, Reg. 941 (621).

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS[b].

Fraternitatis vestrae grata nobis conloquia, Felice viro[c] honesto deferente, suscepimus: quibus recensitis[d], communi Domino ac Deo nostro[e] insufficientes gratias egimus, quia incolomitatem[f] dilectionis tuae, quae nobis est desiderabilis[g], earum[h] testificatione cognovimus.

Ea autem, quae in nostris laudibus facundia oris vestri disseruit[i], quanquam vos congruentem vobis rem fecisse manifestum sit —, nos tamen nihil nostrum ex

46. a) XLV *1. 3.* b) u *superscr. 3.* c) *in fine* m *eras. 2.* d) n *superscr. 2:* fuerit *1. 3.* e) per *interp. 2.* f) *post* op *superscr.* t *3.* g) *tertiam litteram* i *videtur postea adscr. 3.* h) vindarissimi *pro* viri clarissimi *2.*

47. a) XLVI *1. 3.* b) g *ex* b *corr. 2.* c) vero *2.* d) recensetis *2.* e) non *3.* f) in columitatem *2.* g) *om. 1.* h) eorum *3.* i) di *ex* de *corr. 1.*

556 omnibus, quae dicta sunt, agnoscentes, verecundiam magis incurrimus, illud doctissimi viri ad animum perducentes, qui dixit: 'Sicut vera laus ornat, sic falsa castigat'; multum enim vitae nostrae ac morum verba caritatis vestrae mensuras excedunt[a]. Optamus[b] tamen, ut sanctorum omnium precibus[c] et vestris orationibus faciat nos Deus tales existere, quales vos esse ex bona voluntate pinxistis.

Atque ideo salutantes debito caritatis affectu, indicamus, nos, inventa ante hoc[d] parvum tempus occasione quorundam[e] de provintia vestra Romam venientium, tanto amoris vestri fervore fuisse succensos, ut inpatienter ferremus huiusmodi oportunitatem silentio praeterire. Scribentes namque gloriosissimo communi filio, regi Childeberto, etiam ad caritatem tuam litteras, quales sub brevitate[f] temporis potuimus[g] dictare, transmisimus.

Quedam autem nobis, sicut scripsistis, proprio ore[h] litterarum vestrarum in compendio portitor intimavit, que nos non mediocriter[i] permoverunt, ammirantes nimium, qua ratione tam nova res fuerit usurpata; et necesse habemus esse[k] solliciti, ut, si quis venerit, non facile nobis tamquam ignaris subripere[l] aliquid videatur. Melius tamen fraternitas tua facit[m], si, cognoscens[n] illos, quos suspicamini, ad nos esse venturos, etiam[o] vos personam instructam ex omni parte dirigitis[p], que eis possit obsistere; quia, cum epistola vestra nihil de causa[q] contineat, si hic, qui nobis modo ex voluntate vestra verbo suggessit, tunc aput[r] nos nequeat inveniri, videbimur[s] nos accusatoris[t] officium suscepisse. Nam si[u] a tua caritate persona dirigitur, nostrum est, et pro affectu, quem[v] vobis impendimus, et pro rei gestae novitate, salva aequitate[w], conpetentem illi[x], quem dilectio tua miserit, praebere favorem.

Deus te incolumem[y] custodiat, frater carissime.

Data XVI.[z] Kalendas Octobres anno XV. post consulatum Basili[a] viri clarissimi.

48.

Pelagius I. papa Childebertum I. regem litteris per Rufinum virum magnificum allatis nuntiantem, in provinciis Galliarum quosdam dicentes, a papa contra fidem catholicam aliquid commissum esse, semina scandalorum sparsisse, certiorem facit, de quibusdam capitulis extra fidem agitatis non disserens, appulsus ad regis et Galliae episcoporum animos sanandos, se omnes anathematizare, quicumque a fide per Leonem papam epistolis suis praedicata et per Calchedonense concilium accepta declinaverit, et adhortatur, ne credat fabulis et litteris aut suo nomini, quamdiu Constantinopoli fuerit, suppositis aut nunc sine nomine missis: Nestorianos enim Constantinopolitanos esse auctores. Ut diu Constantinopoli tribulationes passus sit, sola Theodora augusta effectum esse, quoniam, ea vivente, quicquid in ecclesiasticis rebus movebatur, suspectum habuerit, imperatore dogma Leonis et Calchedonensis synodi fidem retinente. De reliquiis perorans nuntiat, se tam beatorum apostolorum quam sanctorum martyrum per servos monasterii Lirinensis

a) u *ex* a *corr.* 2. b) obtamus 2. c) e *ex* ae *corr.* 2. d) *alterum* hoc *praemissum del.* 3. e) *ita corr. ex* eorundam 2. f) subrevitatem *1.* g) ptuimus *1.* h) propriore *1.* i) *corr. ex* mediocreter 2. k) *om. 1. 3.* l) subrepere 2. m) fecit *1:* faciet *3.* n) cognosens *3.* o) et *3.* p) dirigatis *3.* q) *alterum* de causa *praemissum del. 3.* r) apud *2. 3.* s) videbimus 2. t) i *ex* e *corr. 2:* sa *superscr. 3.* u) quodsi *pro* nam si *1. 3.* v) quod 2. w) salvequietate *1.* x) *om. 3.* y) incolomem *3.* z) XV. *2:* XI. *3.* a) basilii *2: tertiam* i *postea adscr. 3.*
[a) l. 21]

prius misisse et nunc petitas Bono subdiacono tradidisse, qui eas Sapaudo episcopo (Arelatensi) deferret. 556

556 *Dec. 11.*

Codd. 1 (fol. 36'), 2 (fol. 40'), 3 (fol. 73)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 26; Sirmond, Conc. I, 304. — Bouquet, Rec. IV, 71; Mansi, Conc. IX, 722; Migne, Patrol. lat. LXIX, 402. — Jaffé, Reg. 942 (622).

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ADQUE[b] PRAECELLENTISSIMO, CHILDEBERTO[c] REGI, PELAGIUS[d] EPISCOPUS.

Rufinus[e] vir magnificus, legatus excellentiae vestrae, nobis dixit, eo quod et in provinciis Galliarum quidam semina scandalorum sparserint[f] dicendo, aliquid[g] contra fidem catholicam, quod Deus[h] non patietur, admissum. Et quamvis a transitu dive memoriae[i] Theodore augustae nullas de fide questiones eclesia Dei in partibus Orientis, Deo miserante, formidet, sed quedam[k] capitula extra fidem fuerint agitata, de quibus longum est, ut epistolari[l] possint conplecti sermone, hoc[m] breviter secundum ammonitionem praefati magnifici viri Rufini, ad sanandum animum vestrum vel omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum[n] in Gallie regionibus consistentium, faciendum esse perspeximus, dicentes, anatematizare[o] nos et alienos ab eterne[p] vite praemiis iudicare, quicumque ab illa fide, quam beate recordationis papa Leo in suis epistolis praedicavit, et quam Calchidonense[q] concilium sequens[r] eundem praesulem[s] edita definitione suscepit, in una sillaba aut in uno verbo vel in sensu erravit vel erraverit aliquando, aut declinavit vel declinaverit aliquando.

Quibus se ita habentibus, non attendat[t] celsitudo vestra nec fratres nostri, episcopi, fabulas eorum hominum[u], qui scandalis delectantur. Quoniam haec ipsa ita contigerunt[v], ut[w], cum pater vester, clementissimus imperator, omnium heresum[x] quae Constantinopoli[y] episcopos suos et ecclesias cum magnis reditibus[z] et vasorum diversitate usque ad tempora imperii eius habuerunt[a], everterit et, sublatis basilicis eorum atque reditibus[z] omnibusque aliis rebus, catholicis tradiderit — hi ergo, qui in ipsis[b] erroribus remanserunt, conglobati sunt in unum et agunt vehementer, qualiter ecclesiam catholicam scindant atque perturbent[c]. Nam et hic[d] in Italia[e], quamdiu nos in Constantinopoli[f] fuimus[g], de nomine nostro cartas mittebant, dicendo, quasi nos dixerimus, fidem catholicam fuisse corruptam; nunc vero etiam contra nos afferunt hic[h] cartas tacitis nominibus, ut nesciatur, quis[i] eas misit; sed sic faciunt christiani, qui in Constantinopoli[k] sunt, dum eos constet non[l] esse christianos: maxime tamen Nestoriane hereses[m] homines pro eo, quod Nestorius duas naturas in Christo separatas quidem et divisas astruxerit[n], fraudulenter moliuntur dicere, se non[o] longe ab intellectu esse Calchedonensis[p] synodi et papae Leonis, dum Nestorium pro eo, quod divisas duas naturas assereret, ipso dogmate beati papae Leonis constat esse damnatum.

Haec breviter insinuanda esse excellentiae vestrae curavimus, ut ille[q] ardor fidei vestrae et unitatis amor non alicuius perversi hominis fabulas aut carthas[r] superfluas permittat attendi[s]: quia et hic simplices aliquos episcopos et nescientes prima elementa

48. a) XLVII *1. 3.* b) atque *2. 3.* c) childiberto *2.* d) *inter* u *et* s *eras.* s *1.* e) rofinus *3.* f) sparserunt *3.* g) quid *1. 3.* h) dominus *1. 3.* i) morae *1.* k) quę clam *3.* l) epistulari *2.* m) *superscr.* c *3.* n) coepiscopum nostrum *1.* o) anathemazare *2;* anathematizare *3.* p) aeternae *corr. ex* aeterni *2.* q) chalchidonensis *1;* chalchidoneuse *3.* r) *in margine scr. 3.* s) praesolem *2.* t) adtendit *2.* u) homini *1.* v) contegerunt *2.* w) *om. 1.* x) omnes haereses *3.* y) constantinopolim *2. 3.* z) revitibus *1.* a) *ita corr. ex* habuerint *2.* b) impiis *pro* in ipsis *1.* c) ent *ex* ant *corr. 1.* d) *ex* hic *corr.* huc *3.* e) italiam *3.* f) constantinopolim *2;* m *in fine del. 3.* g) sumus *1.* h) huc *3.* i) qui *3.* k) constantinopolim *2.* l) *ita corr. ex* nunc *2.* m) heresis *2. 3.* n) adstruxerit *2.* o) *om.* se *1; om.* se non *3.* p) calchidonensis *3.* q) illa *2.* r) *post* t *del.* h *2;* cartas *3.* s) i *ex* a *corr. 1.* [a) l. 25]

556 fidei sollicitaverunt, ut nec rationem ipsam intellegant nec discernant, quantum sit bonum a fide catholica non errare, sed, si qua sunt alia, quibus crimen ab hereticis patitur sancta ecclesia, refutare. Quis enim patiatur, ut Nestorii vel sectatorum eius blasphemias pro eo[a], quod duas naturas in Christo separatas[b], id est[c] divisas esse astruxerit[d], catholicae fidei existimet concordare?

Ut autem nos[e] diu tribulationes[f] Constantinopoli[g] pateremur, illa res fecit, quam breviter superius tetigimus: quoniam, vivente augusta, quicquid in ecclesiasticis causis movebatur, suspectum habuimus; nam pater vester, clementissimus imperator, et beati papae[h] Leonis docmata[i] et Calcidonensis[k] synodi fidem nullo modo umquam patitur violari.

Reliquias vero tam beatorum apostolorum, quam sanctorum martyrum iam quidem per servos Dei monasterii Lyrenensis[l] dereximus; sed et nunc, quas legati vestri poposcerunt, nos misisse signamus, deputantes hominem Bonum subdiaconum[m] ex clero ecclesiae nostrae, a quo usque ad[n] fratrem et coepiscopum[o] nostrum[p] Sapaudum, iubente Domino, deferantur[q].

Data III. Iduum[r] Decembrium[s] anno XV. Basili[t] viri clarissimi.

Per Rufinum legatum.

Pelagius, misericordia Dei episcopus[u] ecclesiae catholicę urbis[v] Rome, exemplariae[w] epistolae nostrae subscripsimus[x].

49.

Pelagius I. papa Sapaudo episcopo Arelatensi nuntiat, se regi Childeberto petenti beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum martyrum reliquias per Bonum subdiaconum suum usque ad eum (Arelate) transmittere, adhortans, ut eas per fide dignos, occasione oblata, sibi remittat. Poscenti episcopo (ut potestatem primatialem confirmet) se non nisi eius litteris acceptis satisfacturum esse significat mandatque Placidum patricium, genitorem eius, commovendum, ut ipsi reditus e possessionibus ecclesiae Romanae exactos aut per suum hominem aut per Bonum tradat, cum desperata sit Italiae praediorum condicio, et huius pecuniae parte saga, tunicas, cucullos, colobia aliaque vestimenta distribuenda pauperibus empta, oportunitate navis inventa, Romam mittat. Hortatur, ut Anastasium, fratrem Pauli ecclesiae defensoris, remittat. ***556 Dec. 14.***

Codd. 1 (fol. 37'), 2 (fol. 42'), 3 (fol. 75')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 21; Sirmond, Conc. I, 306. — Bouquet, Rec. IV, 72; Mansi, Conc. IX, 724; Migne, Patrol. lat. LXIX, 404. — Jaffé, Reg. 943 (623).

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS.

Quia legati[b] filii[c] nostri gloriosissimi, regis Childeberti, beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum martyrum reliquias poposcerunt, necesse habuimus, hominem Bonum subdiaconum[d] de clero nostro dirigere, qui eas usque ad fraternitatem tuam cum reverentia deportaret. Et ideo salutantes hortamur, ut, quęsita

---

a) id *2.* b) separatos *1.* c) idem *scr. explicate 1;* quidem et *pro* id est *2.* d) adstruxerit *2.* e) *om. 1.* f) o *ex* i *corr. 1.* g) constantinopolim *2.* h) pappa *1.* i) dogmata *2;* dogma *3.* k) calchedonensis *2;* calchidonensis *3.* l) lirenensis *2;* lirinensis *3.* m) subdiaconem *3.* n) *superscr. 3.* o) quo episcopum *1.* p) *om. 1. 2.* q) deferatur *3.* r) id *1. 2. 3.* s) decb *2;* decembr *3.* t) basilii *3.* u) episcopo *2.* v) orbis *2.* w) exemplaria *2.* x) suscripsimus *2.*

49. a) XLVIII *3.* b) *ex* legatis *corr.* legatus *1;* legatus *3.* c) *ita corr. ex* filie *1.* d) subdiaconem *3.*

occasione sive navis, sive terreno cum talibus personis, de quibus nulla periculi possit esse suspicio, ad nos eum, iuvante Domino, remittatis. 556.557

Ea autem, quę pro[a] honore caritatis tuę a nobis supradicti legati poposcisse noscuntur, parati sumus, Deo iuvante, concedere. Sed nisi litteras tuas de hac parte[b] acciperimus[c], sicut etiam decessores nostri postulantibus utique[d] tuis[e] decessoribus prestiterunt, superfluum iudicavimus ultro[f] transmittere: sed, mox ad nos, iuvante Domino, cum[g] de clero tuo cum litteris direxeris, si Dominus voluerit, et si vixerimus, promittimus, nos[h] esse facturus[i].

Praeterea[k] hortamur, ut viro magnificentissimo, filio nostro, patricio Placido, genitori tuo, dicas, ut, quod de pensionibus possessionum ecclesiae nostrę[l] collectum est, aut per suum hominem aut per harum[m] nobis dignetur dirigere portitorem: quia Italię praedia ita desolata[n] sunt, ut ad[o] recuperationem earum[p] nemo sufficiat. Et si possibile est, ut nobis de ipsis solidis saga tumentacia[q], quae pauperibus erogari possint, et tunicas albas aut cucullas vel colobia aut, si quae alię[r] species in provintia fiunt, quae pauperibus, ut diximus, erogari debeant, nobis exinde facite conparari[s] et, oportunitate navis[t] inventa, dirigite, ut maximas fraternitati tuae gratias referamus, dum huiusmodi sollicitudinem nostram providentia caritatis tuę relevari contigerit.

Hortamur etiam, ut Anastasium, fratrem Pauli defensoris ecclesiae nostrae[u], ad nos faciatis occurrere.

Deus te incolumem[v] custodiat, frater carissime.

Data XIX. Kalendas Ianuarias[w] anno[x] XV. post consulatum Basili[y] viri clarissimi.

50.

Pelagius I. papa Sapaudo Arelatensi episcopo nuntiat, se ei, quod antiquitus factum esse ecclesiae Romanae scrinia testentur, per universam Galliam sedis apostolicae vices iniunxisse, ita ut ad instar papae in Galliarum partibus primi sacerdotis locum obtinens, quicquid ad gubernationem vel dispensationem ecclesiastici status gerendum sit, servatis patrum regulis et sedis apostolicae constitutis, divinum iudicium considerans dispenset; pallii missi usum episcopo iam carnali generatione praeclaro concedit indicatque, nulli clerico licere sine formata eius ex quacumque Galliarum parte longiores petere regiones; Flavianum diaconum et Nestorium subdiaconum laudat, qui epistolas Arelatensis sui episcopi detulerunt et hoc papae responsum referunt. 557 *Febr. 3.*

Codd. 1 (fol. 38), 2 (fol. 43'), 3 (fol. 77)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 18; Sirmond, Conc. I, 307; Saxius, Pontif. Arelat. p. 128. — Bouquet, Rec. IV, 72; Mansi, Conc. IX, 725; Migne, Patrol. lat. LXIX, 405. — Jaffé, Reg. 944 (626).

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS.

Maiorum nostrorum, operante Dei misericordia, cupientes inherere vestigiis et eorum actus[b] divino iuvamine in omnibus imitare[c], caritati tuae per universam Galliam sanctae sedis apostolicae, cui divina[d] gratia praesidemus, vices iniungimus: hoc enim

---

a) *superscr. 3.* b) per te *pro* de hac parte *1. 3.* c) acceperemus *2;* acceperimus *3.* d) *om. 1.3.* e) *ante* t *eras.* s *2.* f) ultra *1. 3.* g) *om. 1. 2.* h) non *1.* i) facturos *2.3.* k) propterea *3.* l) *in margine adscr. 3.* m) poenarum *pro* per harum *1.* n) desolati *1.* o) *superscr. 3.* p) eorum *3.* q) tumentia *1; in marg. signum correctoris in 2: quid sibi velit vocabulum nescio.* r) quas alias *2.* s) ari *ex* eri *corr. 2.* t) *ita corr. ex* magis *1.* u) *om. 1. 3.* v) incolomem *3.* w) ian̄. *2;* iun̄ *3.* x) ianuarias anno *litteris quae vocantur Merowingicis scripta in 1.* y) *tertiam litteram* i *postea adscr. 3.*

50. a) XLVIIII *3.* b) u *ex* o *corr. 2.* c) imitari *2. 3.* d) divinae *2.*

557 antiquitatis memoria docet, hoc ecclesiae Romanae testantur scrinia, a sanctis patribus et decessoribus nostris tuis decessoribus esse concessum[a], ut illius stabilis petrę[b] [Cf. Matth. 16, 18.] sempiterna soliditas, super[c] quam dominus salvator noster propriam fundavit ecclesiam, a solis ortu usque ad occasum primatus sui apicem successorum[d] suorum auctoritate [2. Cor. 10, 13. 14.] tam per se quam per[e] vicarios suos firmiter obtineret. 'Nos autem', sicut dicit beatus apostolus, 'non in inmensum gloriabimur[f], sed secundum mensuram regulae, quam[g] mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos; nec enim[h] quasi[i] non pertingentes ad vos superextendimus[k] nos'. Sic[l] ergo, participata[m] sollicitudine, sanctam Dei universalem ecclesiam nostri per Dei gratiam rexere maiores. Hinc est, quod et nos fraternitati tuae huiusmodi curas iniungimus, ut sedis nostrae vicarius institutus[n] ad instar nostrorum[o] in Galliarum partibus primi sacerdotis[p] locum optineas[q] et, quicquid[r] ad gubernationem vel dispensationem[s] eclesiastici[t] status gerendum[u] est, servatis patrum regulis et sedis apostolice constitutis, divini iudicii consideratione dispenses[v] talemque te in custodiendis canonibus sancta conversatione demonstres, qualem tanti loci[w] decet esse vicarium.

Memor sententiae[x] beati Pauli apostoli, qua Timotheum discipulum sollicitus [1. Tim. 5, 21.] magister informat dicens: 'Testor coram Deo et Christo Iesu et electis angelis eius, ut hec custodias sine preiudicio, nihil faciens in aliam partem declinando' — utere igitur[y], carissime frater, auctoritatem[z] pontificis et pastoris mansuetudine[a] per[b] nos tibi locum vicarii[c] apostolicae sedis divinae[d] gratiae largitate concessum, quia, licet [Cf. 1. Petr. 1, 17.] apud Dominum[e] non sit acceptio personarum, tuam tamen caritatem etiam carnali generatione constat esse praeclaram: et ideo convenit, ut quantum[f] in te Dominus multiplicia bona largitus est, tanto te[g] in sacerdotalibus actibus probitate morum ex- [Luc. 12, 48.] ibeas[h] clariorem: scriptum est enim: 'Cui commendaverunt[i] multum, plus petent[k] ab eo'.

Usum quoque pallii[l] tibi alacriter affectioseque concedimus, pariter etiam pallium dirigentes, ut in tanti loci fastigio constitutus praeclaro quoque habitu decoreris, sciturism[m] omnibus eclesiastici gradus hominibus, nullum[n] habere[o] licentiam sine formata tue caritatis ex quacumque Galliarum parte longiores petere regiones, ne prohibita praesumentes ipsi se[p] proprio privare videantur officio.

Haec igitur per Flavianum diaconum et Nestorium subdiaconum eclesie tuae, per quos epistolas tuas[q] accepimus, scribenda esse curavimus, in quorum etiam conversatione laudabile tue caritatis agnovimus institutum[r].

Deus te incolumem[s] custodiat, frater carissime.

Data III. Nonas Februarias anno XVI.[t] post consulatum Basili[u] viri clarissimi.

a) concessu *1.* b) stabili speciae *2.* c) supra *3.* d) successorem *1.* e) *om. 2.* f) m *ex* t *corr. 2;* gloriamur *3.* g) qua *3.* h) *superscr.* nec enim *2.* i) *add.* qui *3.* k) supraextendimus *1.* l) si *1.* m) partitipata *1.* n) us *ex* is *corr. 2.* o) nostrum *1. 3.* p) is *ex* es *corr. 2.* q) obtineas *2. 3.* r) quiquid *1.* s) dispositionem *1.* t) ci *superscr. 3.* u) *priorem litteram* e *superscr. 1.* v) *ante* es *litteram eras. 1.* w) *sequitur spatium quattuor litterarum erasarum in 1.* x) sentie *1.* y) ut erogetur [a) l.19] *pro* utere igitur *1. 3.* z) auctoritas *3.* a) mansuetudo *3.* b) pro *1.* c) *post* vica *tertia pars lineae vacua relinquitur, ita ut* rii apostolicae sedis divinae *omittatur in 1.* d) sicut et decessoribus tuis noveris *pro* apostolicae sedis divinae *3.* e) deum *1 et superscribens 3.* f) quanto *3.* g) *om. 3.* h) exhibeas *2. 3.* i) commodaverunt *3.* k) petant *3.* l) *ita corr. ex* pallei *2.* m) sciturus *3.* n) nullam *2. 3.* o) haberi *3.* p) ipse si *1.* q) *iteratum del. 3.* r) instutum *3.* s) incolumen *1;* incolomem *3: ita plerumque.* t) XV *2;* XI *3.* u) basilii *2.*

51.

Pelagius I. papa Childeberto I. regi nuntiat, se post illas, quas legati eius detulerunt litteras, eius epistola per nuntios Sapaudi Arelatensis episcopi accepta, de salute eius certiorem factum gratias Deo retulisse et petenti satisfacientem Arelatensi episcopo per litteras datas vices suas palliique usum concessisse, 'quia, inquit, in scrinio ecclesiastico huiusmodi exempla repperimus, quibus ostenditur, Arelatensibus episcopis a sanctae recordationis decessoribus nostris haec fuisse collata', petitque, ut ecclesiam Arelatensem vicaria potestate solam in Gallicanis regionibus instructam defendat et conservet. 557

(557 Febr. 3.)

Codd. 1 (fol. 38'), 2 (fol. 44'), 3 (fol. 79)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 20; Sirmond, Conc. I, 308; Saxius, Pontif. Arelat. p. 130. — Bouquet, Rec. IV, 73; Mansi, Conc. IX, 726; Migne, Patrol. lat. LXIX, 406. — Jaffé, Reg. 945 (627).

DOMINO[b] FILIO MERITO GLORIOSISSIMO ATQUE PRECELLENTISSIMO, CHILDEBERTO REGI, PELAGIUS EPISCOPUS[c].

Excellentie vestre litteras post illas, quas legati vestri detulerunt, etiam per eos, quos frater et coepiscopus noster Sapaudus ad nos direxit, reverenter accepimus: et salutis vestrae, que nobis semper optanda est, cognoscentes indicia, gratias divine pietati retulimus, exorantes[d] clementiam eius, ut vos[e] annis pluribus dexterae suae protectione servet[f] incolumes. Vices[g] autem nostras praefato consacerdoti nostro Sapaudo[h] secundum petitionem vestram direximus, usum pallii[i] pariter concedentes: quia in scrinio eclesiastico huiusmodi exempla repperimus, quibus ostenditur, Arelatensibus[k] episcopis a sanctae recordationis decessoribus nostris haec fuisse conlata. Propterea salutantes cultu regalibus infulis[l] debita, postolamus[m], ut ita eum atque ecclesiam eius gratia excellentiae vestrae tueatur ac foveat, ne, quem per vices nostras augeri, propiciante Domino, postulastis[n], in aliqua parte cuiquam Gallicanorum sacerdotum vel cuiuslibet ordinis ecclesiastici personae, quod non oportet, contemptibilis habeatur, et in eo[o] auctoritati[p] sanctę[q] sedis[r] apostolicae ingenio[s] vestro, qui pro eo suffragatores acceditis, quod absit, videatur in aliquo derogari.

Incolumem[t] excellentiam[u] vestram[v] Deus noster[w] custodiat, domine fili gloriosissime atque[x] praecellentissime.

52.

Pelagius I. papa, miratus, quod geruli litterarum regis nuntiaverint, Childebertum I. contra canones Sapaudum episcopum Arelatensem, 'cuius ecclesia in regionibus Gallicanis primatus privilegio et sedis apostolicae vicibus decoratur', petenti episcopo cuidam ab eo ordinato iudicandum se praebere iussisse, hortatur, ut, 'si quid

---

51. a) L *3.* b) domno *2.* c) *om. 1. 3.* d) exortantes *1.* e) *post* vos *tertia pars lineae vacua relinquitur, ita ut* annis pluribus dexterae suae protectione *desit in 1.* f) *ante* servet *add.* tue *1;* largiflua pietate sua conservet *pro* annis pluribus dexterae suae protectione servet *3.* g) litteras *1. 3.* h) sabaudo *3.* i) pallei *2.* k) arelatensis *1.* l) u *corr. ex* o *2.* m) postulamus *2. 3.* n) postulatis *3.* o) ea *3.* p) s *in fine del. 1;* auctoritatis *2;* auctoritate *3.* q) *superscr. 1.* r) sedi *3.* s) etgenio *1. 2 (in marg. signum correctoris), 3.* t) p incolumem *1;* perincolomem *3.* u) excellentissimum *1.* v) vestrum *1.* w) nostrorum *2.* x) *lacuna in 2.*

557 *tale factum est, congrua satisfactione celeriter amputetur[1], neque quicquam in futurum contra regulas ecclesiasticas petentibus concedatur.* (*557 Febr. — Apr.*)

Codd. 1 (fol. 39), 2 (fol. 45), 3 (fol. 80)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 25; Sirmond, Conc. I, 308. — Bouquet, Rec. IV, 73; Mansi, Conc. IX, 726; Migne, Patrol. lat. LXIX, 406. — Jaffé, Reg. 948 (630).

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECELLENTISSIMO, CHILDEBERTO REGI, PELAGIUS EPISCOPUS[b].

Cum celsitudini vestrae multa dona misericordia divina contulerit, pro amore tamen, quem ecclesiae eius sinceriter exhibitis[c], fecit vos multis regnantibus clariores, quoniam inter alias regni vestri curas pro tranquillitate sanctae ecclesiae praecipuam sollicitudinem vos certum est exhibere.

Quae cum ita sint, miramur, quia[d], quantum nobis praesentium portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi[e] vobis, ut[f] Sapaudum fratrem et coepiscopum nostrum, Arelatensis civitatis antistitem, cuius ecclesia in regionibus Gallicanis[g] primatus privilegio et sedis apostolicae vicibus decoratur, ad petitionem episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis episcopi, quod nulla ecclesiastica lege vel ratione conceditur, iudicandum iuberetis[h] occurrere; cum[i], ipso de conculcato loci sui praeiudicio conquerente[k], illum, qui usurpavit, necesse sit de inlicita praesumptione[l] culpari.

Pro quibus christianitatis vestrae confidentia freti, paterno studio postulamus, ut, si quid tale factum est[m], congrua satisfactione celeriter amputetur[n], nec ullum sui exemplum in perturbatione ecclesiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur.

Et huiusmodi causis sollicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra ecclesiasticas regulas petentibus concedatis; quia, quod bene cognitum est religiosę[o] menti vestrae, non aliter Deo nostro recte potest regalis[p] devotio famulari, nisi providentia eius ecclesiasticorum ordinum servetur[q] integritas[r].

Incolumem[s] excellentiam[t] vestram[u] Deus noster[v] custodiat, domine[w] fili[x] gloriosissime ac[y] praecellentissime[z].

53.

Pelagius I. papa Sapaudo episcopo Arelatensi, occasione Petri Romani negotiatoris Arelatem profecti usus, litteris datis et suam salutem nuntiat et, ut, opportunitate oblata, de episcopi salute certior fiat, se cupere significat; in eadem epistola rescripta ut edoceatur, quid Childebertus ipse rex, episcopus ceterique Galliae episcopi de confessione fidei sua per diaconum et subdiaconum Arelatenses ad regem missa sentiant, hortatur. Commendat episcopo eiusque patri, magnificentissimo viro Placido patricio, illos Romanos, qui illuc hostilitatis metu confugerunt, et ut vestimenta a Placido emenda pro egestate et nuditate Romae effecta ad Portum Romanum mittantur flagitat. 557 *Apr. 13.*

Codd. 1 (fol. 39'), 2 (fol. 46), 3 (fol. 81)[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 559, n. 10; Sirmond, Conc. I, 309. — Bouquet, Rec. IV, 74; Mansi, Conc. IX, 727; Migne, Patrol. lat. LXIX, 407. — Jaffé, Reg. 947 (629).

---

52. a) LI *3.* b) *om. 1. 3.* c) exhibetis *2. 3.* d) *add.* et *3.* e) subrepi *2.* f) *om. 1. 3;* et *2.* g) callicanis *3.* h) *ex* iuberetis *corr.* iuberetur *2.* i) ut *1. 2. 3.* k) conquirente *3.* l) *ante* t *superscr* p *1.* m) est tale factum *3.* n) *priorem litteram* t *superscr. 1.* o) relegiosi *2.* p) a *ex* u *corr. 2.* q) servet *3.* r) integritatem *3.* s) incolumen *1;* incolomitatem *3.* t) excellentia *1;* excellentiae *3.* u) vestra *1;* vestrae *3.* v) nos *2.* w) domino *2;* i *superscr. 3.* x) filii *1.* y) astg *1;* auguste *3.* z) excellentissime *1.*

53. a) LII *3.*

DILECTISSIMO FRATRI SAPAUDO PELAGIUS. 557

Tanta nobis est circa personam tuae fraternitatis affectio, ut nullas occasiones transire silentio patiamur. Denique veniente illuc Petro huc[a] negotiatore, praesentia curavimus ad fraternitatem tuam scripta dirigere, desiderantes, ut de incolomitate quoque tua[b] vecissim datis oportunitatibus agnoscamus. Atque ideo salutantes fraterno caritatis amore, indicamus, propitiante Domino, circa nos omnia prospera geri, et hortamur, ut, si epistola, quam per diaconum atque subdiaconum fraternitatis tuae ad excellentissimum filium nostrum, Childebertum regem, direximus, in qua de institutis beatissimorum patrum nostrorum fidem catholicam nostro per Dei gratiam sermone deprompsimus, tam ipsi gloriosissimo[c] regi quam caritati tuae vel aliis fratribus et coepiscopis nostris placuit, rescripto[d] tue caritatis celerius agnoscamus.

Preterea commendamus specialiter dilectioni tuae Romanos, qui illic[e] ostilitatis[f] metu confugerunt, ut solacium fraternitatis[g] tue in continentia[h], qualem peregrinatio eorum posscit[i], inveniant; quos etiam filio nostro, magnificentissimo viro, patricio Placido[k], genitori tuo, ex nostra persona volumus commendari, ut in sua continentia recognoscant, quantum apud caritatem tuam eis commendatio nostra profuerit.

Sed et illud ad commemorationem tue fraternitatis adducimus, ut, sicut[1] iampridem scripsimus, vestes, que pauperibus erogentur, id est cucullas et tunicas atque saga de id[m], quod pro pensionibus eclesiasticarum possessionum nobis domnus filius noster Placidus directurus erat, conparari faciatis, et ad Portum Romanum, Deo propitiante, dirigere, quatinus[n] sollicitudinem nostram ex parte aliqua relevetis; quia tanta egestas et nuditas in civitate ista est, ut sine dolore et angustia cordis nostri omines[o], quos honesto loco natos idoneos noveramus, non possumus aspicere.

Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Data Idibus Aprilibus[p] anno XVI. Basili viri clarissimi[q].

54.

Pelagius I. papa Childeberto I. regi per Rufinum virum magnificum petenti, ut aut significet, Leonis I. papae tomum se per omnia conservare, aut confessionem fidei propriis verbis compositam mittat, et profitetur, Leonis tomum pro catholicae fidei assertione conscriptum se custodire, et propriis verbis fidei confessionem componit, qua quattuor conciliorum et memorati pontificis definitiones se sequi dicit; quibus uberius expositis, regem adhortatur, ut id agat, ne illic scandala seminantes, sicut in partibus istis facere conabantur, episcopos vel creditas eis plebes ad dissensiones exagitent. *(557 Apr.)*

Codd. 1 (fol. 40), 2 (fol. 46'), 3 (fol. 82')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 559, n. 13; Sirmond, Conc. I, 310. — Bouquet, Rec. IV, 74; Mansi, Conc. IX, 728; Migne, Patrol. lat. LXIX, 408. — Jaffé, Reg. 946 (628) et 908[1].

DOMINO FILIO GLORIOSISSIMO ATQUE PRAECELLENTISSIMO, CHILDEBERTO REGI, PELAGIUS EPISCOPUS.

Humani[b] generis salvator ac dominus discipulos suos docens ait: 'Non est voluntas patris vestri, qui in caelis est, ut unus saltim pereat de pusillis'; de quibus nec scan- Matth. 18,14.

a) vobis *1;* urbis *3.* b) *om. 1. 3.* c) gloriosissime *1.* d) rescriptio *1.* e) illuc *3.* f) hostilitatis *2. 3.* g) fraternitati *2.* h) et continentiam *1. 2. 3.* i) poscit *2. 3.* k) d *ex* t *corr. 3.* l) *in margine adscr. 3.* m) eo *3.* n) quatenus *2. 3.* o) homines *2. 3.* p) aprili *1.* q) *om.* viri clarissimi *3.*
54. a) caput LIII *3.* b) i *ex* o *corr. 2.*

1) *Cf. quae ad ep. LVI. disserui.*

557 dalizari quemquam sine magni asserit conparatione supplicii. Cum igitur etiam de
Cf. Matth. 18, 6. pusillis ista forma praecepti sit, quanto nobis studio ac labore satagendum est, ut pro[a]
auferendo suspicionis scandalo obsequium confessionis nostrae regibus ministremus,
Cf. Rom. 13, 1. quibus nos etiam subditos esse sanctae scripturae praecipiunt?

Veniens etenim Rufinus vir magnificus, legatus excellentiae vestrae, confidenter
a nobis, ut decuit, postulavit, quatinus[b] vobis aut beatae recordationis papae Leonis
tomum[c] a nobis per omnia conservari significare debuissemus, aut propriis verbis
nostrae confessionem fidei distinare[d]. Et primam quidem petitionis eius partem, quia
facilior fuit, mox ut dixit, implevimus; meque in omnibus praedicti[e] praesulis[f] tomum[g]
pro catholicae fidei assertione conscriptum, Deo propitio, custodire, manus nostrae
ad vos professione signavimus. Ut autem nullius deinceps, quod absit, suspicionis
resideret[h] occasio, etiam illam aliam partem, quam memoratus vir inlustris Rufinus
ammonuit, facere maturavi, scilicet propriis verbis confessionem fidei, quam tenemus,
exponens. Definitiones quoque de eadem catholica fide, quae in quattuor sanctis con-
ciliis statutae[i] sunt, sed et memorati pontificis, quae[k] universalis semper tenuit ac
tenet[l] ecclesia, nos cum[m] Dei auxilio tenere atque defendere praesenti ad excellen-
tiam[n] vestram conloquio intimandum necessario iudicavi[o].

Credo igitur in unum Deum patrem et filium et spiritum sanctum: patrem scilicet
omnipotentem, sempiternum, ingenitum; filium vero ex eiusdem patris substantia vel
natura genitum ante omne omnino vel temporis vel aevi[p] cuiusquam initium, id est[q]
omnipotentem, aequalem, consempiternum et consubstantialem[r] genitori; spiritum quo-
que sanctum omnipotentem, utrique, patri scilicet ac filio, aequalem, consempiternum
atque consubstantialem, qui ex patre intemporaliter procedens, patris est filiique[s]
spiritus; hoc est tres personas sive tres subsistentias[t] unius essentiae sive naturae,
unius virtutis, unius operationis, unius beatitudinis atque unius potestatis, ut trina sit
Matth. 28, 19. unitas et una sit trinitas iuxta vocis dominice veritatem dicentis: 'Ite, docete omnes
gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti'. In nomine, inquit[u],
non nominibus, ut et unum Deum[v] per indistinctum divinae essentiae nomen osten-
deret et personarum discretionem suis demonstratam proprietatibus edoceret; quia, dum
tribus unum deitatis nomen est, equalitas ostenditur personarum; et rursus equalitas
personarum[w] nihil extraneum, nihil accedens in eis permittit intellegi: ita ut et unus-
quisque eorum verus perfectusque sit Deus, et omnes tres simul unus verus perfectus-
que sit Deus[x], videlicet ex plenitudine divinitatis nihil minus in singulis, nihil am-
plius intellegatur in tribus.

Ex ac[y] autem sancta et beatissima atque consubstantiali trinitate credo atque
confiteor unam personam, id est filium Dei pro salute humani generis novissimis tem-
poribus descendisse de celo, nec paternam[z] sedem nec mundi gubernacula relin-
quentem; et, superveniente in beata virgine Maria sancto spiritu, atque obumbrante
ei virtute Altissimi, eundem verbum ac filium Dei in utero eiusdem sanctae virginis
Marię clementer[a] ingressum et de carne eius sibi unisse carnem anima rationali
et intellectuali animatam; nec ante creatam esse carnem, et postea supervenisse filium
Prov. 9, 1. Dei; sed, sicut scriptum est, 'sapientia edificante[b] sibi domum', mox carnem in utero
virginis, mox verbi[c] Dei carnem factam, exindeque sine ulla permutatione aut[d] con-

---

a) *superscr. 3.* b) quatenus *2.* c) *post* t *eras.* h *2.* d) destinare *2. 3.* e) *in margine adscr. 3.* f) praesolis *2.* g) *post* t *eras.* h *2.* h) resederet *2.* i) ae *ex* a *corr. 3.* k) quas *3.* l) *ita corr. ex* tenent *3.* m) sancto *3.* n) e *superscr. 3.* o) *quod superscr. 3:* fides papae pelagii, *in margine legitur in 1.* p) *om. 1. 3.* q) idem *scr. explicate 2;* de omnipotente *pro* id est *3.* r) cumsubstantialem *1.* s) quoque *pro* que *3.* t) *ita corr. ex* substantias *2.* u) inquid *2.* v) dominum *3.* w) *superscr. corrector* et rursus equalitas personarum *in 2.* x) *om.* et — deus *1. 3.* y) hac *2. 3.* [a) l. 40] z) patriam *1. 3.* a) clementer *1. 3.* b) aedificante *corr. ex* aedificavite *2.* c) e *ex* o *corr. 2.* d) atque *1.*

versione verbi carnisque nature verbum ac filium Dei factum hominem, unum in utraque natura, divina scilicet et humana, Christum Iesum Deum[a] verum eundemque verum hominem processisse[b], id est natum esse, servata integritate maternae virginitatis: quia sic eum virgo permanens genuit, quemadmodum[c] virgo concepit. Propter quod eandem beatam virginem Mariam Dei genetricem verissime confitemur: peperit enim incarnatum Dei verbum. 557

Et ergo unus atque idem Iesus Christus verus filius Dei et idem ipse verus filius hominis, perfectus in deitate et idem ipse perfectus in humanitate, utpote totus in suis et idem ipse totus in nostris: sic per secundam[d] nativitatem summens[e] ex omine[f] matre[g], quod non erat, ut non desisteret esse, quod per primam, qua ex patre natus est, erat. Propter quod cum ex duabus et in duabus manentibus, indivisis inconfusisque credimus esse naturis: indivisis quidem, quia[h] et post assumptionem naturae nostrae unus Christus filius Dei permansit et permanet; inconfusis autem, quia sic in unam personam atque subsistentiam adunatas credimus esse naturas, ut[i], utriusque proprietate servata, neutra converteretur in alteram. Ac propterea, sicut saepe diximus, unum eundemque Christum esse verum filium Dei et eundem ipsum verum filium hominis confitemur, consubstantialem patri secundum deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem[k] absque peccato: passibilem carne[l], eundem ipsum inpassibilem deitate.

Quem sub Pontio Pylato[m] sponte pro salute nostra passum esse carne[n] confitemur, crucifixum carne[n], mortuum carne, resurrexisse tertia die, glorificata et incorruptibili[o] eadem carne, et conversatum[p] post resurrectionem cum discipulis suis ac multis[q] modis evidenter eis ostendisse sui corporis veritatem et quadragesimo[r] die, videntibus eisdem discipulis, ascendisse in caelos, sedere etiam ad dexteram patris. Quem[s] credo et confiteor secundum testificationem angelorum, sicut ascendit in caelos, ita venturum iudicare vivos et mortuos.

Omnes enim homines ab Adam usque ad consummationem saeculi natos et mortuos cum ipso Adam eiusque uxore, qui non ex aliis parentibus nati sunt, sed alter de terra, alter[t] autem de costa viri creati sunt, tunc resurrecturos[u] esse confiteor et adstare ante tribunal Christi, 'ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, 2. Cor. 5, 10.
sive bona sive mala'; et iustos quidem per largissimam gratiam Dei, utpote vasa misericordie in gloriam praeparata, eterne vite[v] praemiis donaturum, in societate videlicet angelorum absque ullo iam lapsus sui metu[w] sine fine victuros; iniquos autem arbitrio voluntatis propriae vasa ire apta in interitum permanentes, qui viam Domini aut non agnoverunt aut cognitam diversis capti praevaricationibus reliquerunt, in poenis eterni atque inextinguibilis ignis, ut sine fine ardeant, iustissimo iudicio traditurum[x].

Haec est igitur fides mea et spes, que in me dono misericordie Dei est, pro qua maxime paratos esse debere beatus Petrus apostolus praecepit[y] ad respondendum Cf. 1. Petr. 3, 15.
omni poscenti nos rationem.

Nunc convenit excellentiam vestram pro fervore eiusdem fidei, quam vos in corde habere gaudemus, peculiarem curam per universas Gallie vestrae regiones inpendere, ne illic scandala seminantes, sicut in partibus istis facere conabantur, frontis sue procacia[z] inpellente discurrant et aliquos fratres et coepiscopos nostros vel creditas

a) *ita corr. ex* dominum *2.* b) *inter* procesis *et* se *locus rasus in 1.* c) *superscr.* e *2.* d) misericordiam *3.* e) *inter* su *et* mens *videtur* i *eras. 2;* sumens *3.* f) homine *2. 3.* g) mater *2.* h) quam *2.* i) et *1.* k) silimilem *3.* l) carnem *1.* m) pilato *2. 3.* n) carnem *1.* o) in *superscr. 2.* p) *initio* in *eras. 2.* q) multi *3.* r) quadragensimo *2.* s) quae *1.* t) altera *3.* u) surrecturos *1.* v) virtutae *2.* w) metuo *1.* x) *in* tradituros *corr. (in marg. signum correctoris) 2.* y) praecipit *1. 3.* z) procacitate *3.*

557.556 eis plebes ad dissensionis[a] exagitent: quia, dum recte fidei non sint, dolore oppressionis suae, ut se ad nutrienda scandala chatholicis[b] familiares efficiant, etiam rectam fidem se simulant vindicare maxime aput[c] eos, qui fraudes ipsorum et dolos ignorant. Sed Deus, qui gloriam vestram contra inimicos pacis eclesiastice misericorditer hoc tempore praeparavit, prestet vos ita sollicitos et circumspectos[d] existere, ut non praevaleant sacrosancte[e] eclesiae in illis partibus loliorum suorum semina maligna iactare.

Incolumem[f] excellentiam vestram Deus noster custodiat, domine[g] fili gloriosissime[h] atque excellentissime.

55.

Pelagius I. papa Gaudentium, Maximilianum, Gerontium, Iustum (Volaterrensem), Terentium (Lunensem?), Vitalem, Laurentium (Florentinum?) episcopos per Tusciam annonariam constitutos, acceptis eorum per Iordanem ecclesiae defensorem litteris, miratus, quod, secundum plebis iudicium ab universali ecclesia inter sacra mysteria nomen papae reticentes divisi, divisionem consensu papali firmari cupiant, adhortatur, ut et alios pro fide ipsius, qua quattuor illa concilia Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Calchedonense se amplecti profitetur, a prava intentione revocatos unitati ecclesiae reddant, et ipsos, si quis scrupulum aliquem superesse credat, se edocendos ad papam conferant. *556 Apr. 16.*

Codd. 1 (fol. 41'), 2 (fol. 50), 3 (fol. 87')[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 31. — Mansi, Conc. IX, 716; Migne, Patrol. lat. LXIX, 397. — Jaffé, Reg. 939 (619).

DILECTISSIMIS FRATRIBUS GAUDENTIO, MAXIMILIANO[b], GERONTIO, IUSTO, TERENTIO, VITALI ET LAURENTIO PER TUSCIAM ANNONARIAM PELAGIUS.

Directam a vobis relationem, defensore[c] eclesiae nostre Iordane deferente, suscipientes satis mirati sumus, ita vos apostolice[d] auctoritatis oblitos, ut divisionem vestram ab universali eclesia meo etiam volueritis, quod absit, consensu firmari, et, quos decuit[e] popularem ignorantiam sacerdotali doctrina conprimere[f], in contumeliam sedis apostolice plebis velle sequi iudicium. Nec ista[g] dicentes[h] iniuriam nostram dolemus, quibus, donante Domino, propositum est, in mansuetudine subportante[i] omnia fraterne pacis vincula[k] custodire; sed, sicut diximus, divisionem vestram a generali eclesia, quam tolerabiliter ferre non potero, vehementer stupeo. Cum enim beatissimus Augustinus dominice sententie memor, qua fundamentum eclesie in[l] apostolicis sedibus collocavit, in schismate[m] esse dicat[1], quicumque se a[n] praesulis[o] earundem sedium auctoritate vel communione suspenderit, nec aliam esse manifestet[p] eclesiam, nisi que in pontificibus apostolicarum sedium est solidata[q] radicibus, quomodo vos ab universi orbis communione separatos[r] esse non creditis, si mei[s] inter

a) dissensiones *2. 3.* b) catholicis *2. 3.* c) apud *2. 3.* d) *post* circum *superscr.* m *aut* in *2.* e) intra sacrasancte *3.* f) perincolumem *1. 3.* g) domino *2.* h) e *videtur ex* ae *corr. 2.*

55. *Hanc epistolam et sequentem esse appendicem, supra p. 4 significatum est.* a) LIII *1*; caput LIIII *3.* b) maximilliano *3.* c) defensor *2.* d) apostolica *2.* e) docuit *1.* f) conprimare *2.* g) *ita corr. ex* usto *2.* h) c *superscr. 2.* i) subportantem *2.* k) vinculo *2. 3.* l) i *1.* m) h *del. 2*; scismata *3.* n) *om. 2.* o) praesulem *2.* p) manifestet esse *1. 3.* q) o *ex* i *corr. 2.* r) separatis *1.* s) me *1.*

1) *quo loco reperire non potui.*

sacra mysteria secundum consuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno apostolice sedis pro successione[a] episcopatus[b] praesenti tempore videtis consistere firmitatem? 555.556

Sed ne apud vos forte vel apud greges, qui vobis commissi sunt, de fide nostra aliqua possit remanere suspicio, hoc dilectionem vestram certissime nosse desidero[c], me illam, donante Domino, custodire fidem, quam sacra[d] apostolorum doctrina constituit, quam Nicene synodi firmavit auctoritas, quam Constantinopolitane, Ephesene primae et Calchedonensis sanctarum[e] synodorum[f] explanavere sententiae, nec quicquam de praefatarum[g] synodorum[f] definitionibus vel imminuisse me aliquid vel auxisse aut in aliquo[h] permutasse, sed omnia, Deo propitio, que ab illis de fidei puritate conscripta sunt, inviolabiliter custodire, anathematis nihilominus[i] iudicio subdens, quisquis ad[k] suprascriptarum[l] quattuor synodorum fidem vel ad[m] beatissimi[n] Leonis, praesulis apostolice sedis, thomum, qui in[o] Calchedonensi[p] est synodo confirmatus, aliqua ex parte vel infirmandum quoquo modo vel in dubium, quod absit, deducendum aliquando consenserit.

Hac igitur dilectio vestra fidei nostre professione munita, ignorantiam ominum[q], sicut sacerdotes decet, in spiritu mansuetudinis edocere festinet et a prava intentione modis omnibus revocare atque unitati eclesiae reddere. Quodsi quis forte etiam post haec aliquem sibi superesse credit[r] scrupulum, ab insano tumultu desinens ad nos magis venire festinet, ut ex his, que dubitat, rationabili satisfactione percepta, letus, Deo propitio, cognita veritate, universali reformetur ecclesiae[s]. Nos enim secundum apostoli[t] sententiam 'parati sumus ad satisfactionem omni poscenti nos rationem[u] de 1. Petr. 3, 15.
ea, que in nobis est, spe[v]', quia in nullo nos a sanctis patribus, custodiente nos divina gratia, cognoscimus deviasse.

Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Data XVI.[w] Kalendarum[x] Maiarum[y] anno XV. post consulatum Basili[z] viri clarissimi.

56.

Pelagius papa ad sedandos hominum rumores per eos, qui zelum Dei cum scientia habentes his explicationibus non indigeant, omnibus christianis etiam fide parvulis notum fieri vult, fidem suam adnexam (sed isti epistolae ademptam) commemorans, se et quattuor concilia Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Calchedonense, Leonem Calchedonensis synodi auctorem imitando retinere et canones per epistolas Caelestini, Xysti, Leonis, Hilari, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdae, Iohannis, Felicis, Bonifatii, Iohannis alterius, Agapiti promulgatos custodire, ita ut omnes, quos illi damnaverunt, ipse quoque habeat damnatos, et quos illi receperunt, praecipue venerabiles episcopos Theodoretum et Ibam, ipse inter orthodoxos veneretur. (555. 556.)

Codd. 1 *(fol. 42, fragmentum finiens:* confidimus liberandos*),* 2 *(fol. 51'),* 3 *(fol. 89')*[a].

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 556, n. 33. — Mansi, Conc. IX, 717; Migne, Patrol. lat. LXIX, 399. — Jaffé, Reg. 938 (618) et 908[1].

---

a) per successionem *1. 3.* b) eps̄ *1.* c) *ita corr. ex* desiderio *2.* d) *in margine adscr. 3.* e) *in margine adscr. 3.* f) synodarum *2.* g) praefatorum *1; ita corr. ex* praefatorum *3.* h) u *superscr. 2.* i) *post* nihil *eras.* h *2.* k) vel *2.* l) *ita corr. ex* supra scripturam *2.* m) a *2.* n) habeatissimi *pro* ad beatissimi *1; ita corr. ex* beatissimo *2.* o) *om. 1. 3.* p) calchidonensi *3.* q) hominum *2. 3.* r) *post* credit *eras.* i *2.* s) eclesia *1.* t) apostolicam *1. 3.* u) ratione *3.* v) fide *3.* w) XV. *1. 3.* x) k̄l. *1. 3.* y) mart. *1;* mār. *3.* z) basilii *3.*

56. a) LIIII exempła epistolae *1;* caput LV exempła epistolę *3.*

1) *Fidei confessionem sub hoc numero enumeratam non esse Vigilii sed Pelagii I. (cf. Reg. II, 695 ad n. 908) et huic epistolae desumptam, p. 82 n. 1 expono.*

555.556

PELAGIUS EPISCOPUS UNIVERSO POPULO DEI.

[Cf. Act. 9, 15.] Vas electionis, beatissimus Paulus apostolus, cum de Iudeis in Christo necdum credentibus loqueretur, zelum eos Dei habere professus est, sed, ne ex hoc sine culpa [Rom. 10, 2.] esse crederentur[a], consequenter adiecit: 'sed non secundum scientiam', ut eos necessarie[b] per doctrinam a Deo sibi creditam ostenderit[c] emendandos. Quod testimonium nostro[d] etiam tempori convenire, caritas vestra non ambigit[e]; quia, etsi zelum Dei in quorundam mentibus esse depraeendimus[f], in hoc tamen, quod suspicionibus quibusdam sine notitia veritatis se concusserunt atque concutiunt et, quod se a visceribus[g] unice matris eclesiae nefaria animositate discerpunt[h], sine scientia eos esse non dubium est. Et possimus quidem totius[i] cause rationem ad sedandos rumores hominum, divina nobis cohoperante[k] misericordia, fiducialiter explicare, nihilque contra fidem patrum contraque quattuor synodorum firmitatem ullatenus esse temtatum[l], lucidissimis approbationibus[m] demonstrare, magisque id actum, ut memoratarum synodorum[n] firmitas contra omnes inimicos inmobili soliditate consisteret; sed, quia hoc his, [Cf. 1. Cor. 3, 2.] qui lacte potius, quam solido cibo nutriendi sunt, necessarium esse non duximus, ut, [Cf. 1. Cor. 2, 6.] sicut memoratus doctor gentium dicit, inter perfectos loquenda sit sapientia, hoc interim, quod etiam parvulis[o] abunde sufficiat, ad notitiam omnium deferendum esse perspeximis. Id autem est, ut fidem meam adnexa subter professione definiam, in qua, Deo propitio, et rectam[p] me apostolorum doctrinam[q] et patrum inherere[r] vestigiis evidenter appareat, ut per vos, qui zelum Dei etiam cum scientia[s] possidetis[t], ceteris innotescat, quos, hoperante[u] Domini nostri gratia, non sine vestra mercede ab inrationabili divisionis suae malo confidimus liberandos[v] [1].

De sanctis vero quattuor conciliis, id est Niceno[w] trecentorum decim[x] et octo, Constantinopolitano centum quinquaginta, Epheseno primo ducentorum, sed et de[y] Calcedonensi[z] sexcentorum triginta, ita me, protegente divina misericordia, sensisse et[a] usque ad terminum vitę me[b] sentire toto animo et tota virtute profiteor, ut eas in sanctae fidei defensione et damnationibus heresum atque hereticorum, utpote sancto firmatas[c] spiritu, omnimoda devotione custodiam; quarum firmitatem, quia universalis ecclesiae firmitas est, ita me tueri ac defendere profiteor, sicut eas decessores meos defendisse non dubium est; in quibus illum maxime et sequi et imitari desidero[d], quem Calcidonensis[e] synodi auctorem novimus extitisse; qui suo congruens nomini, [Cf. Apoc. 5, 5.] eius se membrum, qui de tribu Iuda leo extitit, vivacissima fidei sollicitudine evidenter

a) credentur *1. 2.* b) necessariae *2.* c) ostenderet *2.* d) nostrum *2.* e) ambiget *2.* f) deprachendimus *2. 3.* g) viscelribus, l *ex parte eradens 1.* h) e *superscr. (inter* discer *et* punt *locus rasus) 1.* i) i *superscr. 2.* k) cooperante *2. 3.* l) temptatum *2. 3.* m) ap *in* ad *corr. 2.* n) synodarum *2.* o) parvolis *2.* p) rectae *ex* recta *corr. 3.* q) doctrinae *ex* doctrina *corr. 3.* r) inhrere *1.* s) conscientia *pro* cum scientia *1. 2.* t) possideatis *2.* u) operante *2. 3.* v) *addens* finit *quae sequuntur om. 1; in 2 hic legitur:* in isto loco fidem quam domno childeberto destinavit habet scriptam. quam si quaternis giras *[lacuna]* folios novem et secundo *[lacuna]* in capud incipit. credo igitur in unum deum patrem et filium et spiritum sanctum. et leges et deum patrem legaris. id sequitur; *lineam vacuam reliquit 3.* [a) l. 26] w) nicena *2.* x) decem *3.* y) *om. 2.* z) calcedonensis *2;* calchedonensi *3.* a) *om. 3.* b) meae *3.* c) firmitas *2.* d) *ita corr. ex* desiderio *2.* e) calchedonensis *3.*

1) *Quae in codice 2 inveniuntur si ita intelliguntur:* 'In isto loco fidem, quam domno Childeberto destinavit, habet *(sc. haec epistola)* scriptam; quae, si quaternionis gyras [huius] folia novem, in secunda [columna] in capite incipit: Credo igitur in unum Deum patrem et filium et spiritum sanctum — et leges et Deum patrem laudabis. Id sequitur' — *nescio an demonstrent, iam in codice archetypo hic fidei confessionem Pelagii, quae supra p. 78 expressa est, omissam fuisse. Quodsi eandem confessionem Pitra in libro suo qui inscribitur: 'Spicilegium Solesmense' tom. IV, p. XII e codice Voss. lat. q. 122 profert addens, quae in hac epistola leguntur (p. 82 De sanctis vero — ecclesia Dei p. 83), codicem ei propositum (cum codicibus nostris 1 et 3 concordantem) ad hanc epistolam non iam laceratam referendum esse verisimile est.*

ostendit. Similem igitur suprascriptis sinodis reverentiam me semper exhibiturum 555.556 esse confido et, quicumque ab eisdem quattuor conciliis absoluti sunt, me esse ortodoxos habiturum, nec unquam in vita mea, Deo nos in omnibus protegente, aliquid de sanctae et vere praedicationis eorum auctoritate minuere[a].

Sed et chanones[b], quos sedes apostolica suscepit, sequor et veneror et, Deo adiuvante, defendo, nec me ab hac professione reticere aut discedere aliquando promitto. Epistolas etiam beatae recordationis papae Caelestini[c], Xysti[d] et prae omnibus beati Leonis nec non etiam successorum eius Hilari[e], Simplici[f], Felicis, Gelasi[g], Anastasi[h], Symmachi[i], Hormisde[k], Iohannis, Felicis, Bonifacii[l], Iohannis alterius et Agapiti pro defensione fidei catholicae et pro firmitate suprascriptarum quattuor synodorum et contra hereticos tam ad principes quam ad[m] episcopos vel quoslibet alios per Orientem et Illiricum[n] atque Dardaniam aliasque provincias diversis temporibus missas inviolabiliter, adiuvante Christo Deo[o] nostro, me custodire profiteor et omnes, quos ipsi damnaverunt, habere damnatos et, quos ipsi receperunt[p], praecipue venerabiles episcopos Theodoretum[q] et Ibam, me inter ortodoxos[r] venerari.

Haec est igitur fides mea et spes, quae in me dono misericordiae Dei est; pro qua maxime paratos nos esse debere, beatus Petrus praecipit, ad respondendum omni Cf. 1. Petr. 3, 15. poscenti nos rationem[1]. Cum hac professione me vivere[s] opto, cum ipsa ante tribunal Christi adsistere; per hanc a peccatis meis absolvi me credo et ad[t] dextram[u] gloriae divina misericordia deportandum. Quicumque autem aliud senserit, crediderit, praedicaverit, hunc anatimatizat[v] sancta et universalis ecclesia Dei.

Deus vos incolumes[w] custodiat, filii dilectissimi[x].

---

a) auctoritatem inuere, m *ab* auctoritate *per lineam separans 2;* auctoritatem invenire, *lineolam* m *significantem eradens 3.* b) canones *3.* c) cęlestini *3.* d) sixti *3.* e) hilario *2; tertiam* i *in fine eras. 3.* f) simplicii *3.* g) gelasii *3.* h) anastasii *3.* i) symmachi *3.* k) hormisdę *3.* l) bonefacii *3.* m) *in margine adscr. 3.* n) iliricum *3.* o) domino *3.* p) *corr. in* reciperunt *2.* q) theodoricum *3.* r) os *ex* us *corr. (in marg. signum correctoris) 2.* s) vivero *2.* t) a *2.* u) dextris *2.* v) anathematizat *3.* w) incolomes *3.* x) *add.* amen *3.*

1) *Sententia repetita est ex ep. LIV. (supra p. 79).*

II.

EPISTOLAE VIENNENSES SPURIAE.

Seriem epistolarum Viennensium confictarum e binis Pii I. et Victoris I., singulis Cornelii, Silvestris I., Zosimi, Leonis I., Symmachi, Agathonis, Iohannis VI. sive VII., Constantini I., Gregorii II., Zachariae, Stephani II., Pauli I., Hadriani I., Leonis III., Paschalis I., Eugenii II., duabus Nicolai I., singulis Sergii III. et Leonis IX., binis Gregorii VII. et Urbani II., singulis Paschalis II. et Calixti II. paparum compositam ut ederem, codices duos tantum repertos adhibui, qui (a v. cl. Augusto Molinier Parisiensi collati) sunt:

P 1 = Codex Parisinus latinus 2282 saeculo XII. inc. scriptus,

P 2 = Codex Parisinus latinus 12768 saeculo XVII. scriptus.

Sed cum utroque una sola epistola praebeatur — illo Zachariae, hoc Iohannis —, eos libros, quos e codicibus amissis epistolas Viennenses hausisse constat, in usum nostrum convertere necesse erat; e quibus totam seriem tradunt:

B = Veteris Floriacensis bibliothecae regiae laevum xyston, auctore Iohanne a Bosco, anno MDCV. compositum (p. 22—80),

L = Histoire de l'antiquité et saincteté de la cité de Vienne en la Gaule Celtique par Jean le Lièvre, quae anno MDCXXIII. conscripta est (p. 65—332).

Sex epistolas: binas Pii I. et Victoris I. et singulas Cornelii et Silvestris I. expressas habet:

C = Histoire de la sainte église de Vienne par Claude Charvet, anno MDCCLXI. edita (p. 795—798).

Tres: Pii I. et Cornelii epistolas porrigit:

M = Sacra bibliotheca sanctorum patrum illustrata per Margarinum de la Bigne anno MDLXXV. (tom. I, p. 63).

Binas: Paschalis I. et Eugenii II. dant:

A = Acta Sanctorum ordinis sancti Benedicti edita a Iohanne Mabillon anno MDCLXVIII. (saec. IV, part. II, p. 566. 567),

G = Essai historique sur l'abbaye de Saint-Barnard et sur la ville de Romans par Giraud (tom. I, Preuves: Cartulaire de l'église Saint-Barnard de Romans, p. 22. 23).

Singulas Hadriani I. papae litteras afferunt:

H = Hugonis Flaviniacensis chronicon (MG. SS. tom. VIII, p. 344),

R = Cartulaire de Saint-Vincent de Mâcon par Ragut (p. 19).

Quibus libris exemplaria proposita ubi et qualia fuerint exquirentem Iohannes a Bosco solus in epistola laevi xysti dedicatoria docet, et se auxilio Iohannis Leporis (i. e. Jean le Lièvre) — 'lepore atque benevolentia I. Leporis sacri sodalis primariae aedis Viennensis piissimi fundi huius fundamenta sum adeptus' (p. 1) — e coenobio sancti Petri Viennensis epistolas accepisse — nam 'Viennensis ecclesiae amplitudinem', inquit (p. 3), 'religiosus admodum archimandrita atque praeclarus antistes Arelatensis Petrus Laurentius propensissimo animo, communicatis mecum incredibili benevolentia clarissimi coenobii sancti Petri Viennensis, cui dignissime praeest, archivis, mirum in modum evexit atque provexit' — et antea Petrum Villarium archiepiscopum Viennensem, cui illud quod vocatur laevum xyston dedicatum est, ipsum quoque primariam suae ecclesiae potestatem tractasse, ita tamen ut non omnia quae ad eam attinent exposita essent — 'etsi in tuis', archiepiscopum affatus (p. 2), 'illis mellitis atque auratis, quae ad clerum Viennensem inscripsisti, operibus iamiam quaedam scripseris, quae huic fundo ornatum conferant, non tamen perpolivisti aut perscripsisti'. Itaque cum archiepiscopum in suo libello documenta proferentem epistolas quasdam Viennenses attulisse verisimile sit, est, cur omnia, quae Iohannes a Bosco in margine adnotat, ex hoc libello desumpta esse, non modo opineris, sed etiam tibi persuadeas, quia cum Iohannem le Lièvre in suo libro nihil aliud fecisse, nisi ut Petri Villarii commentarios transcriberet, vir cl. F. Z. Collombet in suo libro qui inscribitur 'Histoire de la sainte église de Vienne' tom. III, p. 271 testatur, tum eundem Iohannem le Lièvre a Iohanne a Bosco in margine adscripta in ipsis suis epistolis habere manifestum est.

Quodsi in multis locis a Iohanne a Bosco discrepantes Iohannes le Lièvre et Claudius Charvet eadem scribunt et ille unius saltem epistolae exemplar primarium se in archivis ecclesiae Viennensis vidisse adserit (p. 329), hic autem et item quae ultimae translatae sunt epistolas secundum exemplaria primaria et sex illas primas latine expressas 'ex perantiquis Viennensis ecclesiae membranis' se edidisse significat (p. 795), hoc ita intelligendum videtur, ut Iohannes le Lièvre vel potius Petrus Villarius et Claudius Charvet ipsis primariis exemplaribus libro cuidam fortasse infixis — citatur enim a Claudio Charvet etiam: 'ex archiv. eccl. Vienn. lib. no I L' — usi esse iudicentur, praesertim cum Villarium archiepiscopum imprimis ad archiepiscopalia archiva primariis exemplaribus, ut decet et par est, instructa se contulisse probabile sit, Iohannes a Bosco autem, coenobium sancti Petri Viennense fontem nominans, cartularium quod dicunt e primariis exemplaribus conscriptum sibi vindicasse putetur.

Quae licet ita sint, tamen Iohannem le Lièvre praecipue quas medias exhibet Iohannes a Bosco epistolas ad verbum recepisse, et inde apparet, quod quaedam, quae Iohannes a Bosco inter errata correxit, incorrecta reddidit, neque mirandum est, quia nescimus, an Villarius in commentario suo non raro fragmenta sola epistolarum protulerit, ita ut Iohannes le Lièvre Iohannem a Bosco, qui integras habebat, sequi maluerit. Quamobrem si quis investigat, quidnam scriptum fuerit in exemplaribus primariis, quae cum aliis codicibus in maxima illa rerum publicarum commutatione saeculo XVIII. combusta esse, vir cl. Collombet (tom. III, p. 357) narrat, id solum primarium putet, quod et Iohannes le Lièvre et Claudius Charvet consentientes tradunt.

Reliqui libri et codices, quorum R ex H, P 2 ex B aut eius codice descripti videntur, utrum ad exemplaria primaria an ad cartularium referendi sint, ideo non diiudicans, quod eorum auctores propositas epistolas pro suo arbitrio permutasse suspicandum est, recte atque ordine fecisse mihi videor, quod editionem secundum L et C, tum secundum B institui.

In epistolis Viennensibus conficiendis id actum esse, ut, epistolis Arelatensibus refutatis, penes archiepiscopum Viennensem solum potestatem Galliarum primariam inde a temporibus apostolorum usque ad saeculum duodecimum fuisse demonstraretur, totamque

earum seriem saeculo undecimo exeunte et duodecimo ineunte, Guidone archiepiscopo Viennensi incitante, confictam esse, in secunda parte commentarii mei qui inscribitur 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' (Neues Archiv vol. XV, p. 9 et seqq.) accuratius exposui.

Data mense Octobri anni MDCCCLXXXVIII.

Wilhelmus Gundlach.

1.

140?-155? ***P****ius I. papa, in domo ab Euprepia sorore ei donata iam commorans, Vero episcopo Viennensi indicat, presbyteros ab apostolis educatos cum ceteros tum Timotheum et Marcum mortuos esse, eumque, ut illos et Paulum Petrumque cruci fixum imitetur, admonet; quid praedicans evangelium profecerit, ut edoceatur ab episcopo Roma Viennam in senatoriam urbem profecto petit et salutes Soteris et Eleutherii presbyterorum nuntians addit de Cherintho haeresiarcha. (140?—155?)*

Edd. de la Bigne, Bibl. patr. I, 63 (M); a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 22 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 65 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 795 (C). — Mansi, Conc. I, 677; Migne, Patrol. graec. V, 1125. — Jaffé, Reg. 45 (XLII).

PIUS EPISCOPUS[a] VERO FRATRI SALUTEM[b].

Antequam Romam[c] exisses, soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, titulum domus suae pauperibus assignavit: ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes missas[d] agimus. De te autem, superbeate, postquam ad senatoriam urbem Viennam[e] perrexisti, quod[f] factum sit, nosse cuperemus[g] et, si[h] sementem evangelii iam sparseris, audire multum desideramus.

Presbyteri illi, qui ab apostolis educati usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum Dei[i] partiti sumus, a Domino vocati in cubilibus aeternis clausi tenentur. Sanctus Timotheus[k] et Marcus per bonum certamen transierunt. Vide, frater, ut illos imiteris sequendo neque vinculis mundi illigeris; festina palmam perseverabilem cum sanctis apostolis tenere, quam per multas passiones Paulus suscepit et Petrus, cui crux caritatem Christi tollere non potuit.

Salutant te Soter[l] et Eleutherius[m], digni presbyteri; saluta fratres, qui tecum vivunt in Domino. Cherintus, primarches satanae, multos avertit a fide.

Gratia Christi habitet in corde tuo. Amen[n].

1. a) *add.* Romanus *M.* b) fratri Iusto episcopo s. *pro* Vero fratri salutem *M.* c) Roma *M.* d) missae *in margine ut in exemplari proposito scriptum add. B.* e) Viennensem *M.* f) quid *M.* g) cupimus *M.* h) ut *M.* i) fidei *M.* k) Thimoteus *L.*; Timotheus *M.* l) Sother *B. L.* m) Eleutherus *M.* n) *om. M.*

2.

Pius I. papa Iusto episcopo Viennensi gaudere se de martyrum obitu per Athalum sibi nuntiato significat et post Veri mortem episcopo senatoriae urbis Viennae constituto de recta episcopatus fungendi ratione consulit et cum alios tum Pastorem presbyterum, munere dato, mortuos esse sibique revelatum, celeriter se vitam finiturum esse, nuntiat. 110?-c.199

(110? — 155?)

Edd. de la Bigne, Bibl. patr. I, 63 (M); a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 24 (B); le Lievre, Hist. de Vienne p. 73 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 795 (C). — Mansi, Conc. I, 678; Migne, Patrol. graec. V, 1126. — Jaffé, Reg. 46 (XLIII).

PIUS EPISCOPUS[a] FRATRI IUSTO EPISCOPO[b].

Athalus[c] epistolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis ineffabile[d] faciens de triumpho eorum; qui dixit nobis, sanctum Verum, collegam nostrum, victorem de mundi principe triumphasse, te[e] vero apud senatoriam urbem Viennam[f] eius loco a fratribus episcopum[g] constitutum[h] et colobio episcoporum vestitum[i]. Vide, ut ministerium, quod accepisti, in Domino impleas; cura autem sanctorum[k] corpora sicut membra Christi[l], quemadmodum curaverunt apostoli Stephanum; carceres sanctorum visita, ne aliquis tepescat in fide; martyria sancta spiritu sancto proba et[m], ut perseverent in fide[n], incitator insiste; presbyteri et diaconi non ut maiorem, sed ut ministrum Christi te observent; plebs universa tua sanctitate[o] protegatur.

Fratres nostri, quos per Athalum[p] recognosces, de tiranni saevitia iam liberati requiescunt in Domino. Pastor presbyter[q] titulum condidit et digne in Domino obiit. Revelatum mihi esse scias, collega beatissime, citius me finem huius vitae facturum; unum flagito: in communione sta et mei ne obliviscaris.

Salutat te senatus pauper Christi apud Romam constitutus; saluta omne collegium fratrum, qui tecum sunt in Domino.

3.

Victor I. papa Dionysium episcopum Viennensem docet, non decima quarta luna cum iudaeis, sed decima quinta usque ad vigesimam primam Pascha esse celebrandum, monetque, ut de hac re omnes Galliarum presbyteros certiores faciat. Eubulum, qui hanc epistolam defert, episcopo commendat. *(189 — c. 199.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 24 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 75 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 796 (C). — Mansi, Conc. I, 704; Migne, Patrol. graec. V, 1488. — Jaffé, Reg. 75 (LXV).

VICTOR EPISCOPUS DIONISIO[a] VIENNENSI EPISCOPO SALUTEM.

Sicut sancta fraternitas tua[b] a presbyteris, qui apostolos in carne viderunt, erudita est, qui et ecclesiam usque ad tua tempora rexerunt: non decima quarta luna cum iudaeis, sed decima quinta usque ad vigesimam primam Pascha catholica ecclesia celebravit; non enim iam umbram, sed veritatem, quae[c] umbra legis celabatur, quaerit. Hanc doctrinam Romae Petrus et Paulus instituerunt, ut in azimis sinceritatis et veritatis Pascha ageretur. Qui enim cum iudaeis Pascha agere volunt, quid nisi umbram

---

2. a) *add.* Romanus *M.* b) *add.* s. *M.* c) Attalus *M.* d) inaestimabile *M.* e) tu *M.* f) Viennensem *M.* g) *om. M.* h) constitutus *M.* i) vestitus *M.* k) *interpon.* martyrum *M.* l) Dei *B. M.* m) *om. M.* n) *add.* eis *M.* o) sanctitate tua *M.* p) Attalum *M.* q) presbyter Pastor *M.*

3. a) Desiderio *B.* b) sua *B. L.* c) quia *L.*

189-c.199 diligunt, ut agni carnes non in veritate, sed in umbra figurante manducent? Nec
Ioh. 1, 29. audiunt Ioannem Baptistam clamantem: 'Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata
mundi'. Scis, frater beatissime, opus totius pietatis sexta feria et decima quinta[a]
Ioh. 19, 30. luna perfectum, quando in cruce clamavit is, per quem factus est mundus[b]: 'Consum-
matum est', et vincente luce umbrae mortis superatae aufugerunt, et in spem nostrae
Matth. 27, 54. salutis centurio confessus est: 'Filius Dei erat iste'. Numquam[c] Petrus cum iudaeis,
Act. 2, 38. postquam illis dixit: 'Poenitentiam agite', quia sanguinem iusti fudistis, nos Pascha
celebrare docuit; nusquam Paulus, qui, ut Christum[d] lucrifaceret, observationes illas
Cf. Philipp. 3, 8. legis arbitratus est ut stercora. Collega beatissime, Christi ecclesiam non in umbra,
Cf. Matth. 16, 18. sed in veritate supra solidam petram fundatam doceamus, ut audiamus cum apostolo
Matth. 16, 17. Petro: 'Beatus es, Simon[e] Ioannis, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater
meus, qui in coelis est'.

Per tuam ergo fraternitatem presbyteri[f] Galliarum incitentur[g], ut observent Pascha non cum iudaeis negatoribus Christi, sed cum sequacibus apostolorum praedicantibus veritatem Christi.

Salutat te collegium fratrum; saluta fratres, qui tecum versantur in Domino.

Eubulus[h], qui epistolam fert Viennam de collegio nostro, tecum vivere et mori paratus est, quem suscipe in Domino Iesu Christo. Vale.

4.

Victor I. papa Paracodam episcopum Viennensem post Dionysii mortem constitutum adhortatur, ut per ecclesias sibi commissas doceat, Orientali ecclesia ab Occidentali propter Pascha celebrandum disiuncta, a decima quinta luna Pascha esse agendum.

(189 — c. 199.)

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 26 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 79 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 797 (C). — Mansi, Conc. I, 705; Migne, Patrol. graec. V, 1489. — Jaffé, Reg. 76 (LXVI).

VICTOR EPISCOPUS FRATRI PARACODAE EPISCOPO SALUTEM.

Collega noster Dionisius[a] dormiens te nobis socium in ecclesia Christi reliquit.
Vide[b], frater, orientalem ecclesiam propter celebritatem[c] Paschae ab occidentali dis-
iunctam[d]; placuit ergo nobis, apostolorum sectatoribus, vestrae humanitati[e] scribere, ut,
2. Cor. 5, 17. secundum quod scriptum est: 'Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia', non
Matth. 4, 16. tenebras sequamur, sed lucem, ut audiamus[f] prophetam: 'Populus, qui sedebat in
tenebris, vidit lucem magnam'. Sic[g] haec[h], collega in Domino, doce per ecclesias tibi
1. Cor. 5, 7. commissas, a decima quinta luna Pascha agendum, ut dicat nobis apostolus: 'Pascha
Ephes. 5, 8. nostrum immolatus est Christus', et: 'Fuistis aliquando[i] tenebrae, nunc autem lux in
Domino'.

Unanimitas fraterna te in Domino salutat[k]. Vale.

---

a) *om. L. C.* b) mundus factus est *C.* c) nusquam *B.* d) decem *B. L. C.* e) Symon, *addens* filius *B.* f) presbyteris *B.* g) literae mittantur *pro* incitentur *B.* h) Eubolus *B.*

4. a) Dyonisius *B.* b) vides *B.* c) celebrationem *B.* d) *add.* esse *B.* e) unanimitati *B.* f) advertamus *B.* g) propterea frater *B.* h) et *B. L.* i) *om. B.* k) *add.* fratres, qui apud te Viennae versantur, de nobis in Domino salutans *B.*

5.

Cornelius papa Lupicino archiepiscopo Viennensi nuntiat, Romae praefectum ad christianos opprimendos institutum esse, eumque monet, iam pluribus fratribus martyrio coronatis, omnes exhortetur in Christum credentes, ut in fide sua perseverent. 251-335

(251—253.)

Edd. de la Bigne, Bibl. patr. I, 63 (M); a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 27 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 91 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 797 (C). — Mansi, Conc. I, 829; Migne, Patrol. lat. III, 839. — Jaffé, Reg. 116 (XC).

CORNELIUS EPISCOPUS[a] FRATRI LUPICINO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[b] SALUTEM.

Scias, frater beatissime[c], aream dominicam vento persecutionis acerrime commoveri et edictis imperatorum christianos ubique tormentis variis affici: nam in urbe Roma praefectus[d] ad hoc constitutus est. Unde neque[e] publice neque in cryptis notioribus missas agere christianis licet. Adhortetur[f] ergo[g] caritas vestra[h] omnes credentes in Christum, ne timeant eos, qui occidunt corpus, sed potius eum, qui habet corpus et animam potestatem[i] perdendi. Iam plures fratrum martyrio coronati sunt. Ora, ut perficiamus cursum nostrum nobis a Christo[k] revelatum.

Vale, frater, in Domino et saluta omnes, qui nos amant in Christo.

6.

Silvester I. papa omnibus episcopis per Gallias et Septem Provincias constitutis indicat, si quis clericus ex qualibet Galliarum parte aliquo proficiscatur, suscipi non posse, nisi epistola formata a metropolitano Viennensi episcopo munitus sit, Paschasio autem bene merito eiusque successoribus episcopis Viennensibus hoc privilegium ita condonatum esse, ut Septem Provinciae: Viennensis, Narbonensis prima et secunda, Aquitanica prima et secunda, Novempopulana, Alpes Maritimae ad eos pertineant. *(314—335.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 27 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne, p. 107 (L); Charvet, Hist. de Vienne p. 798 (C). — Migne, Patrol. lat. VIII, 848. — Jaffé, Reg. 177 (CXXXIV).

SILVESTER PAPA UNIVERSIS EPISCOPIS PER GALLIAS ET PER SEPTEM PROVINCIAS[a].

Placuit apostolicae sedi, ut, si quis ex qualibet Galliarum parte sub quolibet ecclesiastico gradu ad nos venire contendit vel ad alia terrarum loca ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi metropolitani Viennensis formatas acceperit, quibus sacerdotium suum vel locum ecclesiasticum quem habet scriptorum eius adstipulatione perdoceat[b]: quod ea gratia statuimus, quia plurimi se episcopos, presbyteros sive ecclesiasticos simulantes — quia[c] nullum[d] documentum formatarum extat, per quod valeant confutari[e] — in nomen venerationis irrepunt et indebitam[f] venerationem promerentur. Quisquis igitur, fratres carissimi, praetermissa supradicta formata, sive ille episcopus[g] sive presbyter sive diaconus aut in gradu inferiori[h] constitutus, deinceps ad nos venerit, sciat se

5. a) *add.* Romanus *M.* b) episcopo *C. M.* c) charissime *M et in marg. ut in exemplari proposito datum add. B.* d) imperator *M.* e) *om. M.* f) exhortetur *B. L. M.* g) itaque *B. L. M.* h) tua *L.* i) potestatem corpus et animam *C.* k) Domino *B. M.*

6. *Falsarium epistolam I. seriei Arelatensis — Jaffé, Reg. 328 (123); cf. supra p. 5 — imitatum esse perspicuum est.* a) *add.* salutem *C.* b) perduceat *B.* c) *om. C.* d) *interp.* tamen *C.* e) *in marg. not.* confirmari *ut in exemplari proposito scriptum B;* confirmari *L. C; add.* et *C.* f) indebitamque *pro* et indebitam *C.* g) *add.* sit *B.* h) inferiori gradu, *notans in margine* in suo *exemplar propositum exhibere B.*

314-450 suscipi omnino non posse. Quam auctoritatem ubique nos[a] misisse manifestum est, ut cunctis his regionibus innotescat, id, quod statuimus[b], omnem in modum[c] esse servandum. Si quis autem haec salubriter constituta temerare praesumpserit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum.

Hoc autem privilegium formatarum fratri et coepiscopo Paschasio et posteris eius meritorum illius speciali contemplatione concessimus. Provinciae vero septem ad Viennensem ecclesiam pertinentes, sicut Romanus catalogus testatur, hae sunt: Viennensis, prima: Narbonensis prima, quae est [Narbone][d], secunda: Narbonensis secunda, quae est Aquis, tertia; Aquitanica prima, quae est Biturix, quarta; Aquitanica secunda, quae est Burdegala, quinta[e]; Novempopulana, quae est Auxia, sexta atque Alpes maritimae, quae est Ebrudunum[f], septima. Valete.

7.

Zosimus papa Simplicio Viennensi archiepiscopo, quamquam Arelatensi episcopo, cuius legatus ante Viennensem venerit, propter reverentiam sancti Trophimi tres provincias subegerit, antiquam potestatem concedit: ita ut secundum Taurinensis synodi decretum viciniores intra provinciam civitates sibi vindicet, quoad causa accuratius cognita sit; addit de Lazaro episcopo a se damnato. *417 Oct. 1.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 29 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 113 (L). — Migne, Patrol. lat. XX, 704. — Jaffé, Reg. 335 (CLXXXI).

ZOZIMUS EPISCOPUS SIMPLICIO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO SALUTEM.

Revelatum nobis est, qualiter in Taurinensi synodo causas tuae diocesis[a] prosecutus fueris. Et licet Arelatensi episcopo, antequam legatus tuus venisset, propter reverentiam sancti Trophimi[b] ius et pontificium super tres provincias habere scripserimus, tamen, si ita est, ut scripta tua nobis missa continent, interim, usque dum lucidius ventiletur, potestatem antiquam tibi manere permittimus: ut, sicut in Taurinensi gravissimorum episcoporum synodo pacis consilio decretum est, viciniores tibi intra provinciam civitates vendices, donec plenius rei ordinem caritas apostolica prosequatur [1].

Lazarum indebite episcopum, criminatorem fratris, ordinatum scias nostro iudicio esse damnatum.

Data sub die Kalendarum Octobris, Honorio XI. et Constantio consulibus.

8.

Leo I. papa, arrogantia Hilarii Arelatensis episcopi compulsus, episcopis per Gallias et Viennensem provinciam constitutis significat, Viennensi archiepiscopo privilegium et ius antiquum redintegratum esse, quod apostolica benignitate ad Arelatenses episcopos ex parte translatum fuerit. *450 Ian. 6.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 30 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne, p. 120 (L). — Mansi, Conc. VI, 431; Migne, Patrol. lat. LIV, 1237. — Jaffé, Reg. 446 (CXCIV).

a) nos ubique *C.* b) constituimus *C.* c) *in marg. adnot. B, pro* omnem in modum *in exemplari proposito* omnibus *scriptum esse.* d) *addendum videtur.* e) *om. B.* f) Ebredunum *C.*
7. a) dioeceseos *B.* b) Throphimi *L.*

1) *Conc. Taur. can. II: Mansi, Conc. III, 861.*

DILECTIS[a] FRATRIBUS PER GALLIAS ET VIENNENSEM PROVINCIAM EPISCOPIS CONSTITUTIS LEO EPISCOPUS. 450-680

Quali pertinacia Hilarius Arelatensis episcopus iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Unde et iustum esse videmus, ut, quia principis apostolorum magnam in iudiciis moderationem, quam in potestate per vicarios suos semper exhibet, Arelatensis episcopus non expectavit, a privilegio suae civitatis submotus humili loco discat, quod in magno gratis munere praedecessorum nostrorum concesso tenere noluit: sitque redintegratum Viennensi archiepiscopo privilegium et ius antiquum, quod apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit civitatem, ut tali severitate Hilarius coercitus discat non temere transgredi terminos antiquos canonica prolatione fundatos.

Data VIII.[b] Idus Ianuarii, Valentiniano augusto IIII. et Anieno consulibus.

9.

Symmachus papa omnibus episcopis per Gallias constitutis nuntiat, se, quod Leo papa decreverit, de controversia inter Viennensem et Arelatensem episcopos exorta confirmare. *(498—514.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 33 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 137 (L). — Jaffé inter Reg. hanc epistolam non enumerat; cf. quod inter Addenda et Corrigenda II, 694 ad n. 765 declaratur.

SIMMACHUS PAPA OMNIBUS EPISCOPIS PER GALLIAS CONSTITUTIS.

Cunctas inter ecclesias Galliarum ob praecipuas Viennensem et Arelatensem extitit controversia. Quae vero a praedecessore nostro beatae recordationis Leone papa super hac parte ordinata sunt, ecclesiae Romanae fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea, quae semper est veritatis aemula, sibi aliquid vendicare queat[a] oblivio, et prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere[b] nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo papa dudum, recognitis allegationibus partium, deffinivit paroechiarum numerum vel quantitatem Viennensi et Arelatensi sacerdotibus deputatam, et nos praecipimus nullius usurpatione transcendi. Valete.

10.

Agatho papa per Donatum presbyterum de Romana synodo Viennam redeuntem Edicto Viennensi archiepiscopo refert, concilio apud Constantinopolim habito (Macharium) Antiochenum episcopum ob errorem damnatum eiusque loco Theophanium episcopum ordinatum esse: quod omnibus Galliarum episcopis nuntiandum mandat.

679/680 Febr. 28.

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 39 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 163 (L). — Jaffé, Reg. 2113 (CCLXXXIX).

---

8. a) dilectissimis *B.* b) *in marg. adnot. B: 'alias III', ut in quodam exemplari suo proposito scriptum.*

9. *Haec epistola ex epistola XXV. seriei Arelatensis — Jaffé, Reg. 765 (478): cf. supra p. 36 — exscripta est.* a) possit *L.* b) edere *L.*

679-715 AGATHO EPISCOPUS SANCTO EDICTO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO.

Presbyter tuus Donatus in synodo, ubi centum pene episcopi residebant, Romae de sanitate tua nos laetificavit, cui rem gestam apud Constantinopolim, sicut legati nostri detulerunt, sanctitati tuae deferendam dedimus: ubi reperies Antiochenum[a] episcopum pro errore suo damnatum. Haec tu, frater beatissime, cum percurreris, omnibus Galliarum episcopis legenda et cavenda ac tenenda transmitte; scias autem loco eius Theophanium episcopum ordinatum.

Data pridie Kalendas Martii, piissimo Constantino augusto.

11.

Iohannes VI. sive VII. papa Edaldum Viennensem archiepiscopum requirentem de ratione missae celebrandae in ecclesiis diversis diversa instruit monetque, ut Romanum morem sequatur; concedit ei pallium per Foelicem presbyterum eius translatum et e capillis sancti Pauli aliquot mittit, a cuius discipulo (Crescente) ecclesia Viennensis fundata sit. (701—707.)

Cod. P 2 (fol. 155).

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 40 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 164 (L). — Mansi, Conc. IX, 760. — Jaffé, Reg. 2146 (CCXCI).

IOANNES EPISCOPUS EDALDO[a] VIENNENSI ARCHIEPISCOPO.

De officiis missarum, de quibus in litteris vestris requisistis, siat caritas vestra, quia varie apud diversas ecclesias fiant, aliter enim Alexandrina ecclesia, aliter Hierosolymitana[b], aliter Ephesina, aliter Romana facit. Cuius morem et instituta debet servare ecclesia tua, quae fundamentum sancti habitus ab illa sumpsit.

Venerabilis[c] pallii usum per sanctum presbyterum vestrum[d] Foelicem tibi destinavimus, nolentes te privari antiquo beati Petri munere; simul mittentes de capillis sancti Pauli, ut esset[e] ecclesiae vestrae[f] illius intercessione solatium, per cuius discipulum suscepit primum religionis honorem.

Benedictio[g] apostolorum vos ab imbre malignorum custodiat[h].

12.

Constantinus I. papa Eoaldo Viennensi archiepiscopo petenti per archidiaconum quendam Viennensem sanctorum reliquias: de spongia et de vestimentis Domini, de vinculis apostolorum, de sartagine aerea Maccabaeorum, de cineribus sancti Iohannis Baptistae venerandas mittit. (708—715.)

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 42 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 179 (L). — Jaffé, Reg. 2151 (CCXCVII).

10. a) Anthiochenum *L.*

11. a) Eoaldo *P 2.* b) Ierosolymitana *P 2;* Hierosolimitana *L.* c) *in marg. adnot. B* venerandi *ut in quodam codice suo proposito scriptum;* venerandi *P 2.* d) et filium nostrum *pro* presbyterum vestrum *P 2.* e) sit *P 2.* f) *om. P 2.* g) Et alia manu *praem. B; pro* Et alia manu: Benedictio *exhibet* Te illius manus et omnium *P 2.* h) *add. in marg.* valete *ut pro quodam exemplari sibi proposito B.*

CONSTANTINUS EPISCOPUS EOALDO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO. 708-742

Reliquias ecclesiae tuae, sicut rogasti, per archidiaconum tuum destinavi: de spongia Domini, de vestimentis Domini, de vinculis apostolorum, de sartagine aerea Machabeorum, de cineribus sancti Ioannis Baptistae: quae omnia capsella argentea clausimus et sub signaculo sanctitati tuae transmisimus. Rogamus, ut eo studio venerentur, quo de munere beati Petri ad sanctitatem tuam transmissa esse noscuntur.

Iesus[a] Christus te, frater, sanctificando custodiat.

13.

Gregorius II. papa et pro litteris statum ecclesiae Gallorum laudantibus et pro muneribus inter peregrinos et captivos distribuendis Austroberto Viennensi archiepiscopo gratias agit; petit, ut Bonifacium rudibus gentibus episcopum designatum principibus Francorum commendet, et auctoritatem ecclesiae Viennensis a praedecessoribus suis firmatam ipse quoque corroborat. *719 Aug. 31.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 42 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 181 (L). — Jaffé, Reg. 2158 (CCXCVIII).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AUSTROBERTO REVERENDISSIMO FRATRI, SANCTAE VIENNENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO.

Desiderabiles literas vestrae sanctitatis accepi, in quibus indicastis, statum ecclesiae catholicae pietate firmum apud ecclesiam Gallorum manere. Beati enim Petri fides in soliditate fundata est, quae illuc plena manavit ac sincerissima, domino Deo nostro cooperante, persistit nec ullis errorum moribus suffunditur. Munera, quae misistis in odorem suavitatis peregrinis et captivis Deo offerenda, gratanter quasi benedictionem suscepimus et indigentibus Christi sustentationem praebuimus. Ipse dominus noster Iesus Christus, qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Cf. Matth. 16, 18.

Reverendum fratrem Bonifacium rudibus gentibus episcopum designavimus, quem vestra caritas principibus Francorum insinuare non gravetur, ut legationem nostram adimpleat.

Auctoritatem ecclesiae vestrae, quam venerabiliter usa a beato Petro promeruit quamque usque nunc praedecessoribus meis firmantibus retinet, et roborare cupimus et ut inde decoretur ecclesia vestra volumus et apostolico dono praeoptamus.

Data pridie Kalendas Septembris, imperante piissimo Leone augusto anno III.[a] regni eius.

14.

Zacharias papa Austrobertum Viennensem archiepiscopum per Clementem presbyterum de turbatis provinciae suae ecclesiis conquestum consolatur, etiam Romanorum fines devastari a Langobardis commemorans; mittit acta synodi die XXII. Martii mensis Romae habitae et scribit de episcopis per pecuniam ordinatis corripiendis et concedit dal-

---

12. a) Et alia manu *praem. B.*

13. a) tertio *B. L; interp.* imperii *B.*

742-757 *maticam Viennensi ecclesiae, quoniam ab ipsa apostolica et doctrinam fidei et habitus sacerdotalis morem acceperit.* *742 Mart. 7.*

Cod. P 1 (fol. 192').

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 43 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 182 (L). — Mansi, Conc. XII, 352; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 956. — Jaffé, Reg. 2258 (CCC).

ZACHARIAS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO FRATRI[a] AUSTROBERTO, SANCTAE ECCLESIAE VIENNENSIS[b] ARCHIEPISCOPO.

Venit ad nos presbyter Clemens missus a sanctitate vestra, referens nobis a concussione gentium turbatas ecclesias provinciae vestrae. Unde et nos valde tristes effecti sumus. Sed quid sanctitas vestra de talibus miratur, cum omnia praedicta a Domino esse in evangelio cognoscat: 'Abundabit', inquit, 'iniquitas et refrigescet
Matth. 24, 12. caritas multorum'? Nam et Langobardi[c], quorum saevitia ubique crevit, ita nostros
Cf. Jerem. 50, 17. fines[d] devastant, ut, sicut de rege Babylonis propheta dicit, exossaverint[e] nos[f].
Cf. Eccle. 7, 14; Ezech. 4, 17. Consideremus Dei iusta iudicia[g] et contabescamus[h] iniquitatibus nostris.

Caeterum XI.[i] Kalendas Aprilis synodum Romae fecimus, cuius exemplar dilectus presbyter noster vestrae sanctitati portabit.

De episcopis vero per pecuniam ordinatis hoc vobis rescribimus, ut, si utiles sunt, pro tali facto severissime corrigantur[k], non tamen penitus deiciantur a suo ordine doleantque semper[l].

Dalmaticam[m] usibus vestris misimus, ut, quia ecclesia vestra ab hac sede doctrinam fidei percepit et morem habitus sacerdotalis, ab illa etiam percipiat decorem honoris.

Data Nonis Martii, Constantino augusto, anno imperii eius I[n].

15.

Stephanus II. papa Proculo Viennensi archiepiscopo de afflicta ecclesia Viennensi 'perantiqua' et 'Romano senatui peculiariter cara' condolet nuntiatque et principibus Francorum se scripsisse, ut ecclesia in potestatem metropolitanam integra restitueretur, et ipsum eius 'privilegia antiqua cana reverentia firmata' servare. *(752—757) Iun. 24.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 44 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 184 (L). — Jaffé, Reg. 2385 (CCCXIV).

STEPHANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, FRATRI PROCULO, ECCLESIAE SANCTAE VIENNENSIS ARCHIEPISCOPO.

Lectis literis tuis de afflicta Viennensi ecclesia valde dolui, non solum quod eadem perantiqua, sed quod etiam Romano senatui peculiariter cara extitit. Misi autem pro restauratione eius literas principibus Francorum, ut, sicut metropolitano iure pollebat, ita rebus vacuata non minueretur; de nostra autem auctoritate scias

---

14. a) *om.* reverentissimo fratri *B. L.* b) Viennensis ecclesiae *B. L.* c) Longobardi *B. L.* d) *om. P 1.* e) exossaverunt *B. L.* f) *om. P 1.* g) iudicia iusta *L.* h) in *interp. P 1.* i) *om. L;* XI[mo] *P 1.* k) corrigant *P 1.* l) De episcopis — doleantque semper *om. B. L; quae sequuntur omnia desunt in P 1;* se per *[pro* semper*]* quod illicite in tanto ordine ab eis commissum est. Deinceps tamen videat vestra prudentia, ne talis haeresis in provincia vestra locum habeat. *interp. Mansi quo auctore celans.* m) dalmatiam, *sed in marg.* dalmaticam *adnot. B;* dalmaticum *L.* n) primo *B. L.*

tibi auctoritatem veterum servari, nec umquam privilegiis antiquis cana reverentia firmatis ecclesiam Viennensem posse vacuari. 752-775

Deus te incolumem custodiat.

Data per manum Georgii notari et scriniarii sanctae sedis apostolicae VIII. Kalendas Iulii.

16.

Paulus I. papa a (Proculo) Viennensi archiepiscopo de ecclesia eius deminuta certior factus petit a Carolo rege, ut eam 'quae apostolorum collegam Crescentem magistrum habere meruit', paparum privilegiis exornatam cum in possessionem tum in dignitatem pristinam restituat. (757—767.)

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 45 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 185 (L). — Jaffé, Reg. 2367 (CCCXIII).

DOMNO PIISSIMO ET SERENISSIMO AC TRIUMPHATORI, FILIO CAROLO REGI, PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Humanae substantiae universitas, hoc visibili mundo diffusa, vestrae serenitatis cum pollet tranquillitate, clarius rutilat atque viget ecclesiarum etiam vigor sanctarum: quia ea semper perficere cupitis, quae salutaris et beneficae operationis existunt. Pro quo immensas indesinenter omnipotenti Deo referimus grates, qui vos ad augmentum catholicae fidei conservare dignatur atque tutamen. Sciat igitur clementia vestra, Viennensem archiepiscopum de nudatione ecclesiae suae nobis scripta misisse, dicens, se antiqua[a] ecclesiae ipsius gloria expoliatum: et, cum fuerit inter claras ecclesias clarissima, prae caeteris humilior rebus iam invenitur. Conspiciat ergo sapientia vestra, quam alte de privilegiis praedecessorum nostrorum haec eadem ecclesia adornata floruerit, quam semper et venerabilem tenuerunt et de munere apostolico venerabiliter extulerunt: quae apostolorum collegam Crescentem magistrum habere meruit et de integritate fidei gloriari. Pro qua re neque dignum est, ut aut dignitate praestita careat aut rebus suis tenuata dehiscat. Servetur ergo honos[b] a patribus magnis ecclesiis concessus, utantur privilegiis suis diuturnitate roboratis, nec ullo modo solvatur, quod per tot curricula annorum manet indissolubile; non transgrediantur normam in limitibus ecclesiarum fixam, quas posuerunt patres nostri. Si honorem Deo dantes haec passi non fueritis, crescet vobis temporale regnum cum mercede sempiterna.

Dextera divinae clementiae suo vos semper umbraculo protegat et omnium cervices vestris conterat sub pedibus atque conculcet.

17.

Hadrianus I. papa Berterico Viennensi archiepiscopo nuntiat, se a Carolo rege Romae Pascha celebrante impetrasse, ut 'archiepiscopalis dignitas per octoginta annos a Francis conculcata' restitueretur; quare constituens, ut 'habeat unaquaeque metropolis civitates sibi subditas, quas beatissimus Leo post Calchedonensem synodum singulis metro-

16. a) antiquae *B.* b) honor *B.*

775 *politis distinxit', ecclesiae Viennensis 'privilegium quod a temporibus beati Leonis habuit', redintegrat.* *775 Ian. 1.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 46 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 186 (L); Hugonis Flav. chron. MG. SS. VIII, 344 (H); Ragut, Cartul. de Mâcon p. 19 (R) (Saint-Julien de Balleure, Antiquités de Mascon p. 272; Severtius, Chronol. histor. Lugdun. II, 26). — Bouquet, Rec. V, 595; Mansi, Conc. XII, 847; Migne, Patrol. lat. XCVI, 1215. — Jaffé, Reg. 2412 (CCCXVII).

ADRIANUS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, SANCTO[b] FRATRI[c] BERTERICO[d], VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[e].

Dilectus filius ac gloriosus, illustris[f] Carolus Francorum[g] rex et[h] patricius Romanorum, Romam ingressus[i], Pascha Domini apud sanctum Petrum nobiscum egit. Ubi inter alia monuimus eum de metropolitanorum honore et de civitatibus, quae laicis hominibus traditae erant, et quia iam[k] archiepiscopalis[l] dignitas[m] per octoginta annos a Francis esset conculcata. Cum haec et his[n] similia gloriosus rex audiisset, promisit ante corpus beati Petri[o], quod omnia ad ordinationem[p] nostram emendaret[q]. Unde placuit nobis, ut omnibus archiepiscopis[r] auctoritatem literarum nostrarum[s] mandaremus[t], ut, sicut ab[u] antiquis privilegiis singulae metropolitanae urbes fundatae sunt, ita permaneant[v], et habeat unaquaeque metropolis civitates sibi subditas, quas beatissimus[w] Leo[x] post Calcedonensem[y] synodum singulis metropolitis[z] distinxit[a]. Nec praeterea[b] praeiudicium ulla metropolis[c] patiatur, si alicui suffraganeorum aut nos aut praedecessores nostri[d], rogantibus piis ducibus Francorum[e], pallium largiti sumus[f]. Nec debet ecclesia ullum damnum[g] sustinere, si per sexaginta aut per[h] septuaginta aut[i] octoginta aut[k] eo amplius annos incuria[l] quorumcumque[m] praesulum et vastationibus[n] barbarorum dignitatem antiquam ac[o] Romanorum antistitum firmitate roboratam perdidit et amisit, quando innumeris pene annis illa, disponente spiritu Dei[p], usa fuerit. Auctoritate igitur beati Petri principis apostolorum[q] singulis metropolitanis[r] antiquo more potestatem suam reddidimus et filium nostrum, gloriosum et inclitum regem[s], ante corpus beati Petri inde rogavimus, ut antiquam potestatem[t] omnes metropolitani[u], qui in regno eius sunt[v], haberent[w]. Ideo[x] hanc epistolam auctoritatis nostrae omnibus misimus, quam[y] et tu[z] haberes per tuum clericum, qui orationis gratia ad sanctum Petrum venerat[a]. Voluimus[b] etiam[c], ut[d] cognosceres[e], ecclesiae tuae suum privilegium, quod a temporibus[f] beati[g] Leonis habuit, integre esse reformatum.

Data Kalendis Ianuarii, imperante piissimo augusto Constantino anno X., et a Deo[h] coronato rege piissimo[i] Carolo, anno I.[k] patriciatus eius.

17. a) Hadrianus *B.* b) *om. H. R.* c) *om. H. R.* d) Bertherico *H. R.* e) episcopo *H. R; add* salutem *H. R.* f) et illustris ac religiosus filius noster *pro* filius ac gloriosus illustris *H. R.* g) *om. H. R.* h) *om. R.* i) venit et *pro* ingressus *H. R.* k) *om. H. R.* l) episcopalis *H. R.* m) *interp.* fere *H. R.* n) alia *R.* o) *interp.* apostoli *H. R.* p) emendationem *H. R.* q) venirent *H. R.* r) *interp.* et episcopis *H. R.* s) nostrarum litterarum *R.* t) mitteremus *H. R.* u) *om. H. R.* v) maneant *H. R.* w) beatus *H. R.* x) *add.* et alii predecessores et successores ipsius *H. R.* y) Calchi-
[a) l.18] donensem *H.* z) metropolitanis *H;* metropolis *R.* a) disiunxit *R.* b) propterea *H. R.* c) ulla metropolis praeiudicium *H. R.* d) praedecessor noster *H. R.* e) Francorum ducibus *H. R.* f) simus *R.* g) *interp.* sui ordinis inde *H. R.* h) *om. H. R.* i) septuaginta aut *om. R.* k) et *H. R.* l) iniuria *H.* m) quorumdam *R.* n) vastatione *H. R.* o) aut *L;* et *H. R.* p) spiritu Dei disponente *H. R.* q) apostolorum principis *H.* r) metropolis *R.* s) *interp.* Karolum *H. R.* t) dignitatem *H. R.* u) omnis metropolis *R.* v) qui in regno eius sunt *om. H. R.* w) haberet *R.* x) De quo *R.* y) *interp.*
[a) l.30] ut *H.* z) *interp.* ut *R.* a) per tuum clericum — venerat *om. H. R.* b) *interp.* ut *H.* c) et *H. R.* d) *interp.* tu *H.* e) nosceres *R.* f) tempore *H. R.* g) *add.* papae *H. R.* h) annuente Deo *pro* anno X et a deo *R.* i) piissimo rege *H. R.* k) primo *B. L. H. R.*

18.

Leo III. papa rogatus a Volferio Viennensi archiepiscopo nuntiat ei cunctisque episcopis per Viennensem provinciam constitutis, se petente Carolo imperatore Galliarum episcopis iura confirmasse, ita tamen ut ad ecclesiam Viennensem etiam provincia Alpium Graiarum pertineat, additque de suis angustiis. 800-817

800 – 814 Iul. 15.

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 47 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne, p. 188 (L). — Migne, Patrol. lat. CXXIX, 971. — Jaffé, Reg. 2533 (CCCXXIV).

LEO EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VOLFERIO VIENNENSI ARCHIEPISCOPO ET CUNCTIS EPISCOPIS PER VIENNENSEM[a] PROVINCIAM CONSTITUTIS.

Petente inclito ac triumphatore filio Carolo augusto et invictissimo imperatore, more praedecessorum nostrorum Galliarum episcopis sua iura firmavimus; pro quo etiam presbyterum tuum ad nos direxisti, ut tibi antiqua privilegia roboraremus. Scias autem nos ab eorum institutionibus nolle deviare et, quae illi ecclesiae tuae contulerunt, nos velle inconcussa servare. Et licet Tarentasiae[b] episcopus aliquibus oppidis videatur praelatus, tamen provincia Alpium Graiarum ditioni Viennensis[c] ecclesiae submissa, sicuti a praedecessoribus nostris confirmatum est, manebit; nec debet episcopus supradictae provinciae humilitatis viam in subditione maioris contemnere, cum constet eum gratia muneris aliquibus praelatum excellere.

Quanta autem ab impiis passi sumus, te ignorare non dubitamus. Unde propter beatum Petrum tu tuique nobis faveatis, ne malignorum iniquitas valeat, rogamus et apostolica reverentia monemus.

Data XV. mensis Iulii, imperante piissimo augusto Carolo Magno imperatore a Deo coronato.

19.

Paschalis I. papa gavisus, Barnardum ecclesiam Viennensem gubernandam suscepisse, pallii usum ei Viennensique ecclesiae utpote ab apostolis fundatae maiorum more condonat commonitoque omnia privilegia, quae eius ecclesiae antea a papis concessa sunt, confirmat. *817 Dec. 5.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 49 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 197 (L); Mabillon, Acta Sanctorum, saec. IV, part. II, p. 566 (A); Giraud, L'abbaye de S. Barnard I, Preuves p. 22 (G). — Mansi, Conc. XIV, 375; Migne, Patrol. lat. CII, 1088. — Jaffé, Reg. 2549 (1937).

PASCHALIS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO FRATRI BARNARDO, SANCTAE VIENNENSIS ECCLESIAE[b] ARCHIEPISCOPO[c].

Quia sanctitatem tuam in ecclesia Viennensi gubernationem suscepisse cognovimus, in domino Deo nostro plurimum inde gaudemus. Unde apostolica vice monemus, ut in custodia gregis Dei studium tuae dilectionis prudenter invigilet.

Pallii usum, quem ad sacerdotalis officii honorem et ad ostendendam unanimitatem[d], quam cum beato Petro apostolo[e] universus[f] grex dominicarum ovium, quae

18. a) Viennensi *L.* b) Tharentasiae *L.* c) Viennensi *L.*

19. a) reverendissimo *L.* b) ecclesiae Viennensis *A. G.* c) *add.* diebus vitae tuae tantummodo *A.* d) humanitatem *A.* e) apostolo Petro *A.* f) *om. L.*

817.824 ei commissae sunt, vim[a] habere non dubium est, ab apostolica, sicut decuit, sede[b] poposcisti, ipsum igitur tibi Viennensique tuae ecclesiae utpote ab eisdem apostolis fundatae[c] maiorum more libenter indulsimus[d] ad ostendendam in te tuamque ecclesiam eiusdem sedis apostolicae caritatem; utque[e] secundum morem ecclesiae[f] eo utaris benigne designamus, fraternitatem tuam necessario commonentes, ut creditae tibi ecclesiae opus ita Deo favente exequi studeas, ut, adepta[g], cuius ornaris officio[h], dignitate[i], et probitate morum et vivacitate sollicitudinis et custodita[k] integritate fidei amplius studeas adornari.

Omnia etiam privilegia, quae tuae pridem concessa sunt a praedecessoribus nostris ecclesiae, volumus inconvulsa[l] tibi et successoribus tuis permanere.

Scriptum per manum Theophilacti[m] notarii et scriniarii in mense Decembris, indictione X. Bene valete.

Data[n] per manum Georgii bibliothecarii sanctae sedis apostolicae, Nonis Decembris[o], imperante domino[p] piissimo[q] augusto Ludovico a Deo coronato magno[r], pacifico[s] imperatore, eius imperii[t] anno IV.[u] et patriciatus eius III[v].

20.

Eugenius II. papa, de quadam causa interrogatus, Barnardum Viennensem archiepiscopum docet, ei bono secundum caput DXI. legis Iustinianae 'non solum in legatis et rebus exterioribus, sed etiam in hereditatibus sacris' praescriptionem quadraginta annorum valere, et eius ecclesiae privilegia a papis antea concessa redintegrat. 824 Iul. 8.

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. lacv. xyst. p. 50 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 198 (L); Mabillon, Acta Sanctorum, saec. IV, part. II, p. 567 (A); Giraud, L'abbaye de S. Barnard 1, Preuves p. 23 (G). — Mansi, Conc. XIV, 414; Migne, Patrol. lat. CV, 643. — Jaffé, Reg. 2563 (1948).

EUGENIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO FRATRI BARNARDO, ARCHIEPISCOPO VIENNENSI[a].

Congaudeo valde[b], quoniam, licet in aliquibus detentus, tamen pro magno[c] apostoli Petri amore nostroque[d] literae vestrae sanctitatis nobis redditae sunt, per quas mire cognovimus, qualem erga nos exercere caritatem desideratis. Unde immemor nostri fore non debes[e], quia tuae dilectionis affectus in visceribus nostris[f] resedit. Et ideo quocumque loco fueris profectus ad rem ecclesiae tuae peragendam, optamus, ut clavigeri te Petri dextera circumtegat atque gubernet.

De causa, frater carissime, quam nobis per vestras syllabas intimare curastis, hoc exinde[g] scire vos[h] volumus, quia, quantum potuimus, recursu lectionis illam in scriniis nostris investigavimus et, quicquid[i] post auctoritatem Romanam[k] in Iustiniana

a) *om. A. G.* b) sede sicut decuit *A. G.* c) *hic* ecclesie *iteravit G.* d) concessimus *A.* e) ut *A. G.* f) tuae *interp. A. G.* g) et adeptam *pro* ut adepta *A.* h) studio *B. L.* i) dignitatem *A.* k) custoditae *A. G.* l) *ita ex* inconversa *corr. inter errata B;* inconversa *L.* m) Theophylacti *A.* n) Datum *L.* o) nonas decembris per manum Georgii bibliothecarii sedis apostolice *G.* p) nostro *interp. A. G.* q) principe *interp. A.* r) et *interp. A. G.* s) pio *A.* t) eius imperii *om. A. G.* u) quarto *A;* tertio *G.* v) tertio *A;* anno quarto *G.*

20. a) Barnardo reverentissimo et sanctissimo archiepiscopo *A. G.* b) vobis *interp. A. G.* c) totius orbis *interp. A. G.* d) vestroque *G.* e) *ita corr. inter errata ex* debet *B;* debet *L. A.* f) *om. L.* g) ex iis *A.* h) *om. G.* i) quid *A.* k) Romani *A.*

etiam lege[a] comperimus, tuae sanctitati per nostros apices intimamus. In capitulo[b] DXI[c], eiusdem legis ita invenimus[d] [1], ut praescriptio[e] quadraginta annorum venerabilibus locis competenter aptetur, neque viginti vel etiam triginta annorum praescriptio religionis[f] domibus opponatur, sed sola quadraginta annorum curricula non solum in legatis et rebus exterioribus, sed etiam in haereditatibus sacris valeat: ex quo per auctoritatis nostrae seriem, quam vestrae dirigimus caritati — ut, si causa ita est, quemadmodum vestra nobis denunciavit epistola, vestrae ecclesiae eam concessam non dubitetis. 824. 861

Similiter vestrum plane privilegium[g] vobis redintegratum, quod praedecessores nostri vestrae sedi concesserunt, cognoscatis: neque enim aliud nos velle debemus, quam quod illi irrefragabilibus regulis firmaverunt.

Deus omnipotens vestrum semper et ecclesiae vestrae ab hostibus honorem custodiat.

Scriptum per manum[h] Agathonis[i] notarii et scriniarii in mense Iulio, indictione XV.

Bene valete.

Data[k] VIII. idus Iulii per manum Georgii bibliothecarii sanctae sedis apostolicae, imperante domno[l] piissimo augusto Ludovico, imperii eius anno XI[m].

21.

Nicolaus I. papa Adoni Viennensi archiepiscopo nuntiat, se ei pallium concessurum esse, sed, priusquam concessum habeat, quattuor conciliis oecumenicis recognitis, quam celerrime dicat, quid de quinto et sexto conciliis sentiat, statutaque synodi Romae mense Martio habitae observanda et confratribus, archiepiscopis, suffraganeisque eius proponenda mandat. *(861.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 53 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 207 (L). — Mansi, Conc. XV, 469; Migne, Patrol. lat. CXIX, 796. — Jaffé, Reg. 2693 (2032).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO[b] ET SANCTISSIMO ADONI VIENNENSI CONFRATRI NOSTRO ARCHIEPISCOPO.

Sanctioni et institutioni cononicae obtemperantes, vestrae dilectionis apices destinare curastis, quibus cordi apostolico laetitiam dedimus, licet eisdem perlectis moerore affecti fuerimus eo, quod quatuor synodos observantes, quintam et sextam praetermiseritis. Nam in petitione pallii vobis annuimus; verumtamen, istiusmodi occasione nacta, non fuerat postulatio vestra implenda, nisi recensita intentione directae scripturae cognovissemus, vos per omnia tenere velle, quod sancta dogmatisat ecclesia. Ideoque volumus pariterque sanctitatem vestram rogamus, ut sub omni celeritate dirigatis, qualiter vos[c] de ipsis quinta et sexta synodis sentiatis.

Gratia sancti spiritus adhortante atque adiuvante, in mense Martio pro diversis ecclesiae utilitatibus synodum Romae celebravimus; ubi etiam quaedam capitula statuimus ipsaque vestrae sanctitati custodienda seu confratribus vestris, archiepiscopis, per vos transmittenda direximus et, suffraganeis vestris ut hoc instruatis observare, hortamur.

---

a) lege etiam *A.* b) cap. *B. L.* c) XI quingentesimo *A. G.* d) *cetera desunt in A.* e) descriptio *B. L.* f) religiosis *G.* g) et privilegium vestrum plane *G.* h) manus *G.* i) Agatonis *L.* k) Datum *G.* l) domino *L et interponens* nostro *G.* m) IV., *sed in marg. adnot.* undecimo *B*; a Deo coronato magno pacifico imperatore anno XI. *pro* imperii eius anno XI. *G.*

21. a) Nicholaus *B.* b) reverendissimo *L.* c) *ita corr. inter errata ex* nos *B;* nos *L.*

1) *Codex Iustinianus l. VIII, c. 39 (Krueger-Mommsen, Corpus iuris civilis II, 311 et seqq.).*

22.

867.908 *Nicolaus I. papa Adoni archiepiscopo privilegia Viennensis ecclesiae a beato Leone et reliquis papis concessa confirmat, ita ut et per Septem Provincias archiepiscopus Viennensis 'vices papae agens conventus synodales indicat et iura ecclesiastica iuste et regulariter definiat', et 'iuri Viennensis ecclesiae septém civitates: Gratianopolis scilicet, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Genava et Tarantasia perpetuo subiectae maneant ita et Maurienna'; additque specialiter de Tarantasiensis ecclesiae episcopo et de illi subiectis episcopis.*
(867 Iun. 13.)

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 53 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 208 (L). — Migne, Patrol. lat. CXXIX, 1015. — Jaffé, Reg. 2877 (CCCXLV).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO[b] ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO, ADONI ARCHIEPISCOPO.

Decretum perpetuum Viennensis ecclesiae, quod reverenter petiit sanctitas tua a sede apostolica et humiliter expostulavit, ut privilegium antiquum a patribus nostris et praedecessoribus Viennensi sacrae sedi renovaremus, auctoritas huius sanctae sedis, quia digna res petebatur, non abnuit. Sicut ergo ab antecessoribus nostris, beato scilicet Leone vel a reliquis, pene ad nostra tempora tuis antecessoribus praestitum est largitione apostolica, ut ad privilegium Viennensis ecclesiae Septem Provinciae pertinerent, in quibus praesul ipsius vices nostras agens conventus synodales indiceret et iura ecclesiastica iuste et regulariter definiret: et iuri Viennensis ecclesiae septem oppida vel civitates, Gratianopolis scilicet, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Geneva et Tarentasia[c] perpetuo subiectae manerent ita et Mauriana, nunc noster praesulatus futuris temporibus firmum et inconvulsum durare praesenti decreto constituit et, ut ad potestatem et ditionem Viennensis metropolis pertineant, inviolabiliter definivit.

Neque tamen propterea Tarentasiensis[d] ecclesiae pontifex ius sibi collatum perdat — quia nec hoc Viennensis archiepiscopus primas ipsius a nostra auctoritate postulavit — ut in aliquibus oppidis sibi commissis non ordinet et ad se, cum opportunum viderit, non advocet; sed sub iure Viennensis[e] archiepiscopi ita se positum semper sciat, ut per dispositionem illius omnia haec agat et ad synodum ipsius vocatus pariter cum ipsis sibi concessis occurrat et, quantum ad generalem observantiam attinet, nihil praeter auctoritatem Viennensis praesulis definire praesumat; sitque humiliter subditus, sicut ab antecessoribus nostris salubriter institutum est, Viennensi ecclesiae, ut liberius dignitatem suam a nobis sibi concessam postmodum habeat[f] et tenere praevaleat: ne, si aliter fecerit aut praesumpserit, non solum concessa amittat, sed etiam propter inobedientiam durius damnatus in futurum humilietur.

23.

Sergius III. papa Alexandro Viennensi archiepiscopo cum omnia ecclesiae Viennensis bona et iura tum privilegium, 'quod speciale beatissimus papa Silvester super Septem Provincias fecit ecclesiae', confirmat, ita tamen ut etiam 'Mauriennensis ecclesia, quam Guntramnus rex per consensum apostolicae sedis cum omnibus pagis suis subiectam iure perenni sanctae Viennensi fecit ecclesiae, ita una cum ecclesia Segusiana et ecclesiis de eadem valle ad eam pertinentibus et cum omnibus pagis' Viennensi ecclesiae subiectae permaneant. *908 Iun. 18.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laer. xyst. p. 57 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 220 (L). — Migne, Patrol. lat. CXXXI, 978. — Jaffé, Reg. 3544 (2719).

22. *Falsario propositum erat illud privilegium genuinum, quo Nicolaus I. papa Adonem metropolitam quattuor oppidorum: Gratianopolis, Valentiae, Genavae, Tarantasiae confirmat — Jaffé, Reg. 2876 (2178).*
a) Nicholaus *B.* b) reverendissimo *L.* c) Tharentasia *L.* d) Tharentasiensis *L.* e) Viennensi *B*; Vienn. *L.* f) habere *B.*

SERGIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ALEXANDRO, SANCTAE VIENNENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO ET PER TE ECCLESIAE TUAE IN PERPETUUM. 908

Cum magna nobis sollicitudine insistit cura, pro universis Dei ecclesiis ac piis locis vigilare, ne aliquam necessitatis iacturam sustineant, sed magis propriae utilitatis stipendia consequantur. Ideo convenit nos, pastorali tota mentis integritate eorundem venerabilium locorum maxime[b] stabilitatis integritatem procurare et sedulo eorum utilitatibus subsidia conferre, ut Domino et Deo nostro omnipotenti id, quod pro eius sancti nominis honore etiam et[c] laude atque gloria divinae maiestatis venerabilibus certum est nos contulisse locis, sit acceptabile et nobis ab eius locupletissima misericordia dignum huiusmodi pii operis in sidereis conferatur arcibus remuneratione perpetua.

Igitur quia petiit sanctitas tua, ut sanctae Viennensi ecclesiae, cui Deo auctore praeesse videris, privilegium firmaremus, inclinati precibus tuis, per huius nostri privilegii paginam tibi tuaeque iam dictae ecclesiae Viennensi[d] roboramus atque perpetua stabilitate firmamus, quaecumque ad dignitatem sacerdotii tui pertinent, seu quae in facultatibus et possessionibus tua habere vel habuisse ecclesia videtur tam in parrochiis quam in suffraganeis episcopis, et cum omnibus clericis integram tibi concedimus potestatem, eo scilicet firmato privilegii iure, quod speciale beatissimus papa Silvester[e] super Septem Provincias tuae fecit ecclesiae; cum omnibus itaque, quae a praedecessoribus nostris tuis collata sunt praedecessoribus, idem privilegium inconcussum atque inviolabile tuae ecclesiae permanere in perpetuum[f] censemus. Consuetudines aut quae annualiter persolvi tuae debent ecclesiae tam a suffraganeis quam de omnibus ecclesiis infra diocesim[g] tuam constitutis iubemus et apostolica censura praecipimus absque mora et excusatione expleri. Res omnes, quascumque habere aut habuisse videtur Viennensis[h] ecclesia, seu familias et servos utriusque sexus in quibuscumque territoriis et locis, sive a regibus sint[i] sive a piis hominibus illi concessae, aeternali iure possidere eas[k] tibi tuisque successoribus confirmamus. Et quae admodum largiter[l] Guntramnus rex ecclesiam Maurianensem per consensum apostolicae sedis cum omnibus pagis suis subiectam iure perenni sanctae Viennensi fecit ecclesiae[1], ita una cum ecclesia Segusiana et ecclesiis de eadem valle ad eam pertinentibus et cum omnibus pagis integram[m] eam illi subiectam esse firmamus, interdicentes, ut nullus umquam, cuiuscumque sit dignitatis vel ordinis homo, te vel successores tuos aut tuam ecclesiam sua dignitate in aliquo minuere praesumat; sed ita omnes fideles hanc nostram apostolicam admonitionem observare praecipimus, ut servata reverentia honoris benedictionem habeant nostrorum apostolorum et nostram et ex hinc sanctorum canonum, vel, cum instituta illibata permaneant, nobis lucri potissimum praemium a conditore omnium Deo conferatur. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu praesumpserit his, quae a nobis ad laudem Dei pro salute tuae sanctae Viennensis ecclesiae statuta sunt, refragari aut in quoquam transgredi, sciat se anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et eius atrocissimis pompis atque Iuda traditore domini nostri Iesu Christi aeterni incendii supplicio concremandum deputatum. At vero qui pio intuitu observator et in omnibus extiterit custodiens huius nostri apostolici constituti ad cultum Dei respiciens, benedictionis gratiam a misericordissimo domino Deo nostro multipliciter consequatur et vitae aeternae particeps effici mereatur.

---

23. *Arenga et finis formulae sunt eaedem, quibus Sergius IV. papa in quodam privilegio — Jaffé, Reg. 3985 (3042) — usus est.* a) reverendissimo *L.* b) maximae *L.* c) *om. L.* d) Viennensi ecclesię *B.* e) Sylvester *B.* f) imperpetuum *B.* g) diocecesim *B.* h) Viennensis videtur *B.* i) sint a regibus *B.* k) eis *L.* l) *om. B.* m) integrum *B. L.*

1) *'Auctoritatem' spuriam, qua Guntramnus rex ecclesiam Mauriennensem episcopo Viennensi subdidit, inter schedas Iacobi Sirmond repertam praebet Mansi: Conc. IX, 921; cf. v. Hefele, Conciliengesch. III², 35 et quae in commentarii mei secunda parte (Neues Archiv l. c.) exposui.*

908. 1077 Scriptum per manum Sergii scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Maio, indictione XI. Bene valete.

Data XIV. Kalendas Iulii per manum Stephani primicerii defensorum sanctae sedis apostolicae anno, Deo propitio, pontificatus domini Sergii III. pontificis et universalis papae in sacratissima sede beati Petri apostoli quinto.

24.

Leo IX. papa Leodegario Viennensi archiepiscopo, quae papa Silvester primus et eius successores concesserunt, privilegia confirmans praecipit, ut 'praedia et bona et munitiones, quae Romanorum imperatores et Francorum atque Burgundiae reges ecclesiae dederunt', permaneant eique Galliarum per Septem Provincias episcopi oboediant. 1048—1054 Mai. 11.

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 68 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 301 (L). — Migne, Patrol. lat. CXLIII, 786. — Jaffé, Reg. 4285 (CCCLXXXIV).

LEO EPISCOPUS SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE VENERABILI CONFRATRI LEODEGARIO, VIENNENSI ARCHIEPISCOPO, ET PER TE ECCLESIAE TUAE IN PERPETUUM.

Privilegia ecclesiae tuae, quae papa Silvester primus et eius successores, nostri videlicet praedecessores, concesserunt, et nos statuimus. Praedia et bona et munitiones, quae Romanorum imperatores et Francorum atque Burgundiae reges ecclesiae tuae dederunt, auctoritate Dei et sancti Petri et nostra firma esse praecipimus; similiterque Galliarum per Septem Provincias episcopis praecipimus, ut, sicut praedecessoribus tuis auctoritate sanctae Romanae ecclesiae ipsi aut praedecessores eorum paruerunt, obediant quoque et tibi, quoniam oportet iussu beati Petri per Clementem, ut unaquaeque gens recognoscat per suos episcopos, quis inter eos sit primus.

Data per manum[a] Petri sacri Lateranensis palatii cancellarii V. Idus Maii.

25.

Gregorius VII. papa de simoniaca haeresi conquestus clerum et populum Viennensis ecclesiae adhortatur, ut canonice ordinatum episcopum suum Warmundum ita adiuvare studeant, ut 'cuncta, quae iuris sunt ecclesiae suae, teneat et, quae violenter ei ablata sunt, recuperet, nominatim abbatiam sancti Barnardi'. (1077.)

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 68 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 305 (L). — Bouquet, Rec. XIV, 609; Migne, Patrol. lat. CXLVIII, 732. — Jaffé, Reg. 5025 (CCCXCVIII).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CLERO ET POPULO VIENNENSIS ECCLESIAE, QUIBUS PRO MERITIS ET DEVOTIONE DEBETUR, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Non solum vobis, sed omni pene mundo manifestissime notum est, quod per multa iam tempora symoniaca haeresis ecclesiam Dei suis callidis machinationibus perturbavit et adeo[a] in eam invaluit violenter, ut quasi fera belua, quod equidem est,

24. a) manus *B.*
25. a) ideo *L.*

per crudeles suos ministros suis iam morsibus dilaniando prope contriverit. Unde nos, qui nutu divinae dispositionis ac providentia divinae clementiae, licet non nostris meritis, in vertice tamen universalis ecclesiae speculatores existimus, ad defendendam libertatem matris nostrae sanctae ecclesiae nec debemus nec possumus animum cohibere vel linguam: scriptum est enim: 'Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine', hoc est: qui prohibet linguam suam a correptione carnalium[a]. Nos quidem semina loquendo veritatem in terris cordium servorum Dei iactare studebimus, ipse autem, qui veritas est, messem ad fructum maturitatis, ut sibi placet, enutriat. 1077 Ierem. 48, 10.

Vobis quidem modernis temporibus adeo maturum ac laudabilem fructum concessit, ut non solum nos, sed universa ecclesia pabulo tantae eruditionis[b] saginata congaudeat. Quis non laetetur, canonice et per omnia iuxta normam ecclesiasticae institutionis in ecclesia Dei virum religiosum atque prudentem ordinari episcopum? Habetis quidem ex dono divinae propiciationis ordinatum Warmundum bonum et iustum episcopum, studete ergo sic sibi in omnibus obedientiam exhibere et pro timore divini nominis et reverentia apostolicae sedis, cuius auctoritate hoc actum est, cuncta, quae iuris sunt ecclesiae[c] vestrae, sicut ipsa ecclesia antiquitus tenuit, tenere et, quae violenter sibi ablata sunt, eum[d] recuperare[e] iuvare, nominatim autem abbatiam sancti Barnardi[1], quatenus ipsum Deum possitis exinde habere propitium et beatum Petrum vobis debitorem faciatis, ut in praesenti et futura vita suum vobis auxilium impertiri dignetur.

26.

Gregorius VII. papa Warmundo Viennensis ecclesiae 'utpote a beatissimis apostolis Petro et Paulo fundatae' archiepiscopo, se praecipue ecclesias primarias fovere significans, primatum Septem Provinciarum: Viennensis, Aquitanicae utriusque, Novempopulanae, Narbonensis utriusque, Alpium Maritimarum, a Leone, Nicolao aliisque papis concessum confirmat, ita ut Romani pontificis vices agens conventus synodales indicat et iura ecclesiastica definiat; ad eiusdem ecclesiam ut septem civitates: Gratianopolis, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Tarantasia, Genava, Maurienna, interim pertineant, dum, cui undecim aliae tribuendae sint, diiudicatum sit, Nicolai et Leonis paparum decreta renovans constituit corroboratque cum archidiaconiam Salmoriacensem et abbatias sancti Petri foris portam Viennae sitam et infra eandem urbem sancti Andreae et sancti Theuderii et canonicis saecularibus regularibusque, vicario apostolicae sedis Hugone Diensi episcopo suadente, instructam ecclesiam Romanensem, tum omnia privilegia et praedia vel bona, quaecumque ecclesiae Viennensi data vel reddita sunt. *1077 Mart. 6.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 71 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 309 (L). — Migne, Patrol. lat. CXLVIII, 731. — Jaffé, Reg. 5024 (CCCXCVII).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, WARMUNDO VENERABILI FRATRI, VIENNENSI ARCHIEPISCOPO ET PER EUM IPSIUS SUCCESSORIBUS ET VIENNENSI ECCLESIAE IN PERPETUUM.

Cum ex apostolicae sedis moderamine, cui Deo auctore praesidemus, omnium quae usquam sunt ecclesiarum curam gerere et earum iustitiam conservare debeamus[a],

---

a) *om.* hoc est — carnalium *B.* b) *om. B.* c) eccles. *L.* d) ea *L.* e) *interp.* et *L.*
26. a) debemus *L.*

1) *De abbatia sancti Barnardi cf. Essai historique sur l'abbaye de Saint-Barnard et sur la ville de Romans par Giraud passim et quae in commentarii mei secunda parte exposui (l. c.).*

1077 praecipue tamen illis nos convenit invigilare, ut et de ipsarum iuribus, quod modo forte diminutum est, in reliquum inviolabiliter custodiatur, omnem nostram sollicitudinem exhibere, quae principales ac speciales filiae sanctae sedis apostolicae et appellantur et existunt et aliarum primatum continent ecclesiarum.

Certum quippe est, Viennensem ecclesiam huius sedis concessione super Septem Provincias primatum tenere, ipsam Viennensem, Bituricam, Burdegalam, Auxionensem quae appellatur Novempopulanam[a], Narbonam, Aquensem et Ebrudunum, in quibus Viennensi archiepiscopo iuxta Nicolai[b] decretum Romani pontificis vices agere, conventus scilicet synodales indicere et iura ecclesiastica iuste ac regulariter apostolica auctoritate concessum est definire. Hoc utique in privilegiis eidem ecclesiae a sanctissimis praedecessoribus nostris collatis habetur; hoc quoque in privilegio beatae memoriae Leonis papae continetur, ex quo liquet privilegio et aliis quam pluribus et his auctenticis, supradictas Septem Provincias ad[c] Viennensis ecclesiae privilegium[d] utpote a beatissimis apostolis Petro et Paulo fundatae iuste et rationabiliter pertinere. Et ut ad potestatem eiusdem ecclesiae secundum antiquam auctoritatem catalogi decem et octo pertineant, definitum est, ut septem oppida vel civitates, Gratianopolis[e] videlicet, Valentia et Dia, Alba Vivarium, Tarentasia[f], Geneva, Maurienna, Viennensi ecclesiae interim subiectae permaneant, donec quae residuae sunt certius discussae et plenius ventilatae sub potestate Viennensis ecclesiae redigantur. Porro Tarentasiam[g] ita semper sub primatu Viennensis ecclesiae permanere decernimus, sicut a sanctis patribus Leone et Nicolao noscitur confirmatum.

Praeterea de Salmoriacensi[h] archidiaconia[1] unum nobis intimasti: consecrationes vel ordinationes et quicquid ad pontificale pertinet officium, sicut tuus praedecessor Leodegarius et alii praedecessores firmius obtinuerunt, ita tibi tuisque successoribus absque ulla inquietatione seu diminutione obtinere concedimus. Sed et abbatiam sancti Petri foris portam Viennae sitam[2] et infra eandem urbem sancti Andreae abbatias, unam monachorum[3] et alteram[i] sanctimonialium[4], necnon abbatiam sancti Theuderii[5], quam idem venerabilis confessor aedificavit, iuri Viennensis ecclesiae per omnia subiectas esse non dubium est. In Romanensi quoque ecclesia[6], quamvis se faciat nostrae libertatis, visis tamen imperatorum praeceptis, tam in secularibus quam regularibus canonicis per consilium vicarii nostri Hugonis, Diensis episcopi, inibi ordinatis tibi tuisque successoribus in omnibus omnem potestatem habere apostolica auctoritate decernimus.

Quoniam igitur, dilectissime frater, qui divina dispositione eiusdem ecclesiae regimini praees, tua veneranda religiositas ab apostolica sede humiliter postulavit, ut antiqua privilegia a sanctis praedecessoribus nostris sacrae sedi Viennensi[k] tradita confirmaremus, quoniam res digna petebatur, tuae[l] dilectioni[m] cum eiusdem ecclesiae debita caritate libenter annuimus. Privilegia igitur et praedia vel bona, quae a beato Silvestro[n], Leone et Nicolao et ab eorum successoribus vel a Romanorum imperatoribus seu Francorum vel Burgundiae regibus ecclesiae tuae sunt data vel

---

a) Novem Populana *B.* b) Nicholai *B.* c) *ita corr. inter errata ex* de *B;* de *L.* d) privilegiis *L.* e) Grationopolis *B. L.* f) Tharentasia *L.* g) Tharentasiam *L.* h) Salmoniacensi *L.* i) aliam *L.* k) Viennae *B.* l) tui *B.* m) dilectione *B.* n) Sylvestro *L.*

1) *Libellum, quo Hugo Gratianopolitanus episcopus de iniuria sibi inlata a Guidone archiepiscopo Viennensi pagum Salmoriacensem (comté de Salmorenc) sibi vindicante conqueritur, edidit Marion: Cartulaires de l'église cathédrale de Grenoble (Collection de doc. inéd. sur l'hist. de France, I[e] série) p. 49; cf. quae in commentarii mei secunda parte disserui (l. c.).* 2) *Cf. Gall. christ. XVI, 151.* 3) *Cf. Gall. christ. XVI, 172.* 4) *Cf. Mémoires pour servir à l'histoire de l'abbage royale de Saint-André-le-Haut de Vienne par Charvet, publiés par Allut.* 5) *Cf. Gall. christ. XVI, 161.* 6) *Cf. supra p. 103 n. 1.*

reddita, confirmamus et apostolica auctoritate praesenti privilegio corroboramus, ex parteque Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis praecipimus, ut futuris temporibus deinceps firma[a] et inconvulsa permaneant et incommutabiliter consistant. Si quis autem huius privilegii nostri sanctionem violaverit, nisi resipuerit et digna satisfactione emendaverit, sit extorris a regno Dei et digna excommunicatione damnatus, ab ecclesia Dei efficiatur extraneus perpetuaeque subiaceat maledictioni. 1077. 1088

Data per manum Petri cancellarii II[b]. Nonas Martii anno dominicae incarnationis MLXXVII., indictione XV., anno pontificatus domini Gregorii VII. papae octavo[c].

27.

Urbanus II. papa (Gunthardo) Valentino, (Guidoni) Genavensi, (Cononi) Mauriennensi, (Hugoni) Gratianopolitano, (Bernardo?) Diensi, (Iohanni) Vivariensi episcopis universoque clero et populo Viennensis ecclesiae electum se esse indicat et archiepiscopum Viennensi ecclesiae 'per tot annorum curricula' orbatae constituendum praecipit, cum omnia bona tum ecclesias Romanensem et beati Petri de Campania auferri vetans. *(1088.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 74 (B); le Lièrre, Hist. de Vienne p. 314 (L). — Bouquet, Rec. XIV, 689. — Jaffé, Reg. 5350 (4019).

URBANUS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VENERABILIBUS EPISCOPIS ET CONFRATRIBUS VALENTINO, GENAVENSI, MAURIANENSI, GRATIANOPOLITANO[b], DIENSI ET VIVARIENSI ET UNIVERSO CLERO ET POPULO VIENNENSIS[c] ECCLESIAE SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Nolumus latere fraternitatem vestram, nos sola gratia Dei, nullis nostris praecedentibus meritis, ab unanimi et universali catholicorum consensu ad Romanam ecclesiam ac Romani pontificatus culmen electos. Unde, quoniam, ut scriptura testatur: 'Frater fratrem adiuvans civitas munita et fortis', rogamus vos et obsecramus Prov. 18, 19. in domino Iesu Christo, ut tam pro nobis quam pro vestra sancta matre[d], Romana ecclesia, incessanter Dominum exoretis, quatenus, quod eius nutu inchoare potuimus, universis inimicorum obstaculis superatis, ad dignos sibique placentes effectus perducere valeamus.

Nos autem pro certo sciatis ecclesiam vestram multum diligere eamque inter caeteras nostrae providentiae commissas ecclesias magno amoris voto cupere honorare. Quoniam igitur iam diu vestra metropolis pastore cognoscitur destituta, apostolica vobis praeceptione mandamus, ut eidem ecclesiae, quantocius poteritis, aptum et idoneum pastorem eligere procuretis. Tanta enim dilatio magnum detrimentum, magnam animarum solet adferre perniciem. Canonica etiam auctoritate cautum esse nostis, quod ultra tres menses episcopo suo ecclesia vacare non debet: quanto igitur minus per tot annorum curricula?

Et quoniam solitum est, in spatio, quo vacat ecclesia, a nonnullis irreligiosis bona eius ac beneficia diripi, apostolica hoc omnimode auctoritate interdicendum mandamus, hoc quoque specialiter praecipientes, ut ecclesia Romanensis et ecclesia beati Petri de Campania, quae sub iure ac ditione Viennensis ecclesiae antiquitus fuisse

---

a) *om. L.* b) secundo *L.* c) VIII. *B. L.*

27. a) *add.* secundus *L.* b) Grationopolitano *B.* c) Viennensi *L.* d) sancta matre vestra *B.*

1088-1118 noscuntur, eidem ecclesiae quiete permaneant, et nulla magna parvaque persona vel ipsas ecclesias vel earum bona aliquatenus auferre vel molestare praesumat. Non tantum autem haec, sed omnia Viennensi[a] ecclesiae absque alicuius personae molestatione seu diminutione quieta et illibata permanere sub sui pontificis iure apostolica auctoritate decernimus.

Obtemperantes vos iussionibus nostris omnipotens Dominus benedicat.

28.

Urbanus II. papa clero et ordini monastico necnon nobilibus et plebi Viennae consistentibus (Guidonem) archiepiscopum laudatum ex Italia Viennam revertentem commendat et 'quicquid honoris, quicquid dignitatis antecessores ipsius Viennensi ecclesiae contulerunt' confirmat praecipiens, ut bona, quae Ataldus praepositus dissipavit, restituantur. *(1089.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 75 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 316 (L). — Bouquet, Rec. XIV, 691. — Jaffé, Reg. 5421 (4048).

URBANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTIS FILIIS, CLERO ET ORDINI MONASTICO NECNON NOBILIBUS ET PLEBI VIENNAE CONSISTENTIBUS, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Beati Petri filium, nostrum autem fratrem venerabilem atque carissimum archiepiscopum vestrum, venientem ad nos congrua reverentia et debita dulcedine caritatis excepimus. Quia vero antehac nobis facie ignotus extiterat, morum honestatem et indolis eius egregiae volentes industriam experiri, nobiscum eum aliquamdiu propensiori affectione duximus detinendum. Gratias autem Deo, quia[a] in eo et scientiae saporem et honestatis odorem bonum invenimus! Morum igitur eius maturitate, industriae probitate animique prudentia plurimum delectati, eum iam de caro cariorem, de familiari familiariorem[b] effecimus, adeo ut dehinc non tamquam[c] Gallum, sed tamquam Romanum in Romana curia censeamus. Unde et revertentem ad vos nostris literis prosecuti caritati vestrae attentius[d] commendamus, ut, qui per se vobis carus hactenus et venerabilis habitus est, per nos deinceps carior et venerabilior habeatur.

Nos enim cum pro generalis aequitatis debito tum[e] pro speciali eius dilectione, quicquid honoris, quicquid dignitatis antecessores nostri Viennensi[f] ecclesiae contulerunt, Domino largiente, firmum perpetuumque servabimus. De bonis autem ecclesiae vestrae, quae Ataldus praepositus[1] dissipavit, ut in eiusdem archiepiscopi manus restituantur, omnino praecipimus. Si qui vero contumaciter bona eadem retinere praesumpserint, apostolicae profecto iustitiae sentient ultionem. Neque enim Viennensem ecclesiam antiquis bonis minuere, sed per Dei gratiam conservare et augere, iustitia dictante, disponimus.

Omnipotens Dominus potentiae suae dextera interius vos exteriusque custodiat.

29.

Paschalis II. papa Guidoni Viennensi archiepiscopo, Leonis, Nicolai, Urbani paparum decreta repetens, concedit, ut Gratianopolis, Valentia, Dia, Alba Vivarium,

a) Viennae *B.*

28. a) *interp.* et *L.* b) familiarem *L.* c) tantum *L.* d) attenius *L.* e) *om.* pro generalis aequitatis debito tum *L.* f) Viennae *B.*

1) *De Artaldo praeposito (1033 – c. 1089) cf. Gall. christ. XVI, 135.*

Genava, Maurienna Viennensi ecclesiae tamquam metropolitanae, Tarantasia autem tamquam primariae permaneant, et abbatias tam intra quam extra urbis Viennensis moenia sitas ceteraque bona et privilegia confirmat et, quomodo pallio corroborato dignum se praestet, exponit. 1099-1118 *(1099—1118.)*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. lacr. xyst. p. 76 (B): le Lièvre, Hist. de Vienne p. 320 (L). — Mansi, Conc. XX, 1046. — Jaffé, Reg. 6596 (4861).

PASCHALIS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FRATRI GUIDONI, VIENNENSI ARCHIEPISCOPO EIUSQUE SUCCESSORIBUS CANONICE SUBSTITUENDIS IN PERPETUUM.

Potestatem ligandi atque solvendi in coelis et in terra beato Petro eiusque successoribus, auctore Deo, principaliter traditam illis ecclesia verbis cognoscit, quibus Petrum Dominus allocutus est: 'Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis'. Matth. 16, 19. Ipsi quoque et propriae firmitas et alienae fidei confirmatio, eodem Deo auctore, praestatur, cum ad eum dicitur: 'Rogavi pro te, ut non Luc. 22, 32. deficiat fides tua, Petre, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'. Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri residere videmur in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni ecclesia ad interni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat et oculi nostri Cf. Ps. 16, 2. videant aequitatem.

Tuis igitur, frater carissime Guido, iustis petitionibus annuentes, sanctam Viennensem ecclesiam, cui auctore Deo praesides, apostolicae sedis auctoritate munimus. Mansuro itaque in perpetuum decreto, scilicet[a] Gratianopolis, Valentia, Dia, Alba, quae et Vivarium dicitur, Geneva, Maurienna sanctae Viennensi[b] ecclesiae tamquam metropolitanae iure perpetuo debeant subiacere. Porro Tarentasiam ita semper sub primatu Viennensis ecclesiae permanere decernimus, sicut a sanctis praedecessoribus nostris Leone, Nicolao atque Urbano noscitur constitutum.

Abbatias quoque tam intra quam extra urbis Viennensis moenia sitas tuae fraternitati regendas disponendasque committimus. Praeterea statuimus, ut, quaecumque praedia, quaecumque dona vel a Romanis imperatoribus vel a Burgundiae regibus tuae ecclesiae data vel reddita sunt, quaecumque hodie possidet sive in futurum iuste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Ad haec tam supranominatorum praedecessorum nostrorum quam et caeterorum catholicorum sedis apostolicae pontificum privilegia de iure seu possessione Viennensis ecclesiae edita nos quoque praesentis decreti auctoritate firma integraque perpetuo permanere decernimus.

Pallio ad missarum tantum solemnia illis solummodo diebus uti fraternitas tua meminerit, qui tuis praedecessoribus Romanae[c] auctoritate ecclesiae concessi sunt: cuius te volumus per omnia genium[d] conservare. Huius enim indumenti honor humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis, si quando adveniunt, inveniatur cum iustitia erecta, amica bonis, perversis contraria, nullius umquam faciem pro veritate loquentis[e] premens, misericordiae operibus iuxta virtutem substantiae insistens et tamen supra virtutem insistere cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis pie saeviens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate severitatis iustae censuram non deserens. Haec est, frater carissime, pallii dignitas; quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Fraternitatem tuam supernae miserationis dignatio per tempora longa conservet incolumen.

Scriptum per manum Petri notarii regionarii sacri palatii.

---

29. *Huic epistolae privilegia paparum Urbani II. — Jaffé, Reg. 5569 (4167) — sive Paschalis II. — Jaffé, Reg. 6088 (4535) — proposita videntur.* a) licet *B.* b) Viennae *B.* c) Rom. *L.* d) *in marg.* gremium *adnot. B;* gremium *L.* e) loquente *B. L.*

30.

1120 *Calixtus II. papa Petro decano et canonicis sive clericis Viennensis ecclesiae a se antea administratae nuntiat, se eorum ecclesiae ut primariae octo provincias: Viennensem, Aquitanicam utramque, Novempopulanam, Narbonensem utramque, Alpes Maritimas et Graias, ita ut Viennensis archiepiscopus Romani pontificis vices agens synodales conventus indicat et negotia ecclesiastica definiat, eidemque ut metropolitanae sex civitates: Gratianopolim, Valentiam, Diam, Albam Vivarium, Genavam, Mauriennam, corroborasse et archidiaconiam Salmoriacensem, abbatias quattuor, quinque ecclesias vel ab ipso papa consecratas triaque castra confirmasse et concessisse, ut ante Viennensem archiepiscopum per provinciam suam crux deferretur neque ulli legato de ecclesia Viennensi iudicare liceret, nisi cardinali vel alii de Romana provincia, qui a Romani pontificis latere dirigitur.* *1120 Febr. 25.*

Edd. a Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. p. 78 (B); le Lièvre, Hist. de Vienne p. 329 (L). — Bouquet, Rec. XV, 235; Mansi, Conc. XXI, 191. — Jaffé, Reg. 6822 (4989).

CALIXTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTIS FILIIS, PETRO DECANO ET CANONICIS SIVE CLERICIS VIENNENSIS ECCLESIAE[a] TAM PRAESENTIBUS QUAM FUTURIS IN PERPETUUM.

Etsi ecclesiarum omnium cura nobis ex apostolicae[b] sedis administratione immineat, Viennensi tamen specialius convenit caritatis studio providere. Ipsa enim primum, disponente Deo, sollicitudini nostrae commissa est, et ad eius regimen nos episcopalis gratiam consecrationis accepimus. Et communis igitur et singularis dilectionis debito incitati, matrem vestram, filii in Christo carissimi, sanctam Viennensem ecclesiam diligere, honorare et beati Petri patrocinio decrevimus[c] confovere[d].

Omnem itaque dignitatem et omnem munitionem ac liberalitatem, quam vel per auctentica praedecessorum nostrorum Silvestri[e], Nicolai, Leonis, Gregorii et caeterorum Romanorum pontificum privilegia vel per imperatorum, regum, principum et caeterorum fidelium largitionem concessam obtinet, nos quoque, auctore Deo, concedimus et praesentis privilegii pagina confirmamus, ut videlicet super Septem Provincias primatum obtineat: super ipsam Viennensem, super Bituricam, Burdegalam, Auxitanam, quae Novempopulana[f] dicitur, super Narbonam, Aquensem et Ebredunensem, et in eis Viennensis archiepiscopus Romani pontificis vices agat, synodales conventus indicat et negotia ecclesiastica iuste canoniceque definiat. Porro illa sex oppida vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Geneva, Maurienna, in eius tamquam in proprii metropolitani obedientia et subiectione permaneant. Tarentasiensis[g] autem archiepiscopus, licet aliquibus habeatur ex apostolicae sedis liberalitate praelatus, Viennensi archiepiscopo tamquam primati suo subiectus obediat.

Sane in Salmoriacensi[h] archidiaconia[1] consecrationes vel ordinationes et quicquid ad pontificale officium pertinet Viennensis ecclesia praeter alicuius inquietationem seu diminutionem habeat. Abbatia quoque sancti Petri foris portam Viennae sita et infra eandem urbem abbatiae[i] sancti Andreae, una monachorum, altera sanctimonialium, abbatia sancti Theuderii et abbatia sanctae Mariae de Bonavalle[2], quae, praestante Deo, nostris sumptibus et nostris est fundata laboribus, in iam saepe dictae Viennensis

30. *Initii verba notariis paparum usitata v. g. in Lucii II. papae privilegio — Jaffé, Reg. 8707 (6124) — leguntur, alia quaedam ex epistolis Viennensibus XXVI. (supra p. 103) et XXIX. (supra p. 106) repetita sunt.*
a) eccles. *L.* b) apostol. *L.* c) decernimus *L.* d) *add.* libertatem *L et in marg. B.* e) Sylvestri *B.* f) Novempopulitana *B.* g) Tharentasiensis *L.* h) Salmoracensi *B. L.* i) abbatia *B.*

1) *Cf. supra p. 104, n. 1—6.* 2) *Hodie Bonneraux cf. Gall. christ. XVI, 207.*

ecclesiae iure ac subiectione persistant. in ipsa etiam Romanensi ecclesia, quamvis 1120 Romanae se faciat libertatis, visis tamen praedecessorum nostrorum privilegiis et imperatorum praeceptis, tam in secularibus quam et in[a] regularibus clericis et canonicis inibi ordinatis vel ordinandis pontifices Viennenses omnem habere decernimus potestatem, similiter in ecclesia beati Donati et beati Valerii et in ecclesia beati Petri de Campania et beatae Mariae de Annoniaco[1]. Castra praeterea, quae per nos recuperata sunt vel acquisita, scilicet Pompeiacum[2], Saxeolum[b][3] et castrum de Malavalle, Viennensi ecclesiae in perpetuum confirmamus. Coemeterium vero, quod dominus praedecessor noster sanctae memoriae[c], Paschalis papa, circa beati Mauricii ecclesiam consecravit, liberum esse sancimus[d], ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salvo nimirum propriae iure parrochiae.

Ad haec pro ampliori Viennensis ecclesiae[e] dilectione ante Viennensem archiepiscopum per provinciam suam crucem deferri concedimus et Viennensem ecclesiam alicui subiacere legato nisi cardinali vel alii de Romana provincia, qui a Romani pontificis latere dirigitur, prohibemus. Porro in ecclesiis, quas in Viennensi episcopatu post assumptum apostolicae sedis ministerium consecravimus, Viennensis archiepiscopus eandem, quam habuerat ante, interdicendi et[f] ordinandi habeat potestatem. Sane infra claustri ambitum, ubi clericorum mansiones continentur, nullus omnino laicorum deinceps habeat mansionem, aut assultum vel rapinam facere seu corporalem cuilibet audeat iniuriam irrogare.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae confirmationis vel concessionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini nostri redemptoris Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis sentiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Calixtus catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Valentiae V. Kalendas Martii, indictione XIII., incarnationis Dominicae anno MCXX.[g] pontificatus autem domini Calixti II. papae anno secundo[h].

---

a) et in *om. L.* b) Sasserllum *B.* c) *om.* sanctae memoriae *L.* d) sanximus *L.* e) eccles. *L.* f) ac *B.* g) MCXII. *L.* h) II. *B.*

1) *Hodie Sainte-Claire d'Annonay cf. Gall. christ. XVI, 213.* 2) *Prompaeciacum (Mont Arnaud), cf. Marmet, Hist. de Vienne II, 111.* 3) *Sospolium (Mont Salomon), cf. Marmet l. c.*

III.

EPISTOLAE AUSTRASICAE.

Epistolae Austrasicae uno codice manuscripto traduntur: Vaticano, inter Palatinos numero 869 signato, cui saeculo XV. inscriptum est: 'Codex sancti Nazarii requiescentis in monasterio Laurissensi'. In eius prima parte (fol. 1—30) epistolae saeculo IX. a duobus librariis scriptae sunt, quorum alter folia 9' (mediam partem), 10, 16 (mediam partem), 16' perfecit; sed haec exarata a duobus correctoribus immutata sunt: in epistolis I. et IV. non multo post a priore (a) et per omnes epistolas saeculo XI. a posteriore (b), hoc potissimum consilio ut vocabulorum formae aevo Merowingico propriae emendarentur. Quod nunc, quid cuique manui tribuendum sit, discerni et declarari potest, debetur viris b. m. Ludovico Bethmann et Paulo Ewald, qui codicem contulerunt cum Marquardi Freheri editione principe 'Corpori Francicae historiae veteris et sincerae' (Hanoviae 1613) p. 182—212 inserta, quae sola e codice ipso parata est; Andreas du Chesne enim in libro suo, qui inscribitur 'Historiae Francorum scriptores coaetanei', nihil aliud fecit, nisi ut Freheri editionem recenseret.

In nova editione instituenda id egi, ut et verba prisca restituerem et explicare conarer, quomodo, quae minus lucide dicta sunt, melius intellegi possent.

Epistolas Austrasicas, quarum priore parte (epp. I.—XXIV.) vitae et mores episcoporum Austrasicorum illustrantur, quarum altera parte epistolae (XXV.—XLVIII.) Childeberti II. regis Austrasiae et Mauricii imperatoris de Langobardis delendis scriptae continentur, a notario quodam Childeberti II. regis, ut videtur, Mettis, in urbe regia Austrasiae, sub finem saeculi VI. collectas esse, ut essent exemplaria artis dictandi studiosis proponenda, uberius exposui commentariolo meo, cui inscribitur: 'Die Sammlung der Epistolae Austrasicae', in Actis nostris, quae vocantur 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde', vol. XIII, p. 365—387 edito.

Data mense Octobri anni MDCCCLXXXVIII.

Wilhelmus Gundlach.

INCIPIT CAPITULATIO.

I. Epistula domni Remedii episcopi ad domnum Chlodoveum regem.
II. Item epistula domni Remedii episcopi ad domnum Chlodoveum regem.
III. Epistula domni Remedii episcopi ad Heraclium, Leonem et Theodosium episcopos.
IV. Epistula domni Remedii episcopi ad Falconem[a] episcopum.
V. Epistula Floriani ex monasterio Romeno ad domnum Nicecium episcopum.
VI. Epistula Floriani servi Christi ad Nicecium archiepiscopum.
VII. Epistula domni Nicetii episcopi ad Iustinianum imperatorem.
VIII. Epistula domni Nicetii episcopi ad Hlodosuindam reginam.
IX. Epistula Germani episcopi ad domnam Brunchildam reginam.
X. Epistula domni Aureliani episcopi ad domnum Theodobertum regem.
XI. Epistula domni Mapini episcopi ad domnum Nicetium episcopum.
XII. Epistula Dinamii ad amicum.
XIII. Epistula Gogoni ad Chamingum ducem.
XIV. Epistula Furtunati ad domnum Magnericum episcopum.
XV. Epistula domni Mapini episcopi ad domnum Vilicum episcopum.
XVI. Epistula Gogonis ad Trasericum.
XVII. Epistula Dinamii ad domnum Vilicum papam[1].
XVIII. Epistula domni Theodoberti regis ad Iustinianum imperatorem.
XIX. Item epistula domni Theodoberti regis ad Iustinianum imperatorem.
XX. Epistula domni Rufi episcopi ad domnum Nicetium episcopum.
XXI. Epistula Gogonis ad Petrum papam.
XXII. Epistula Auspici episcopi ecclesiae Tullensis ad Arbogastem comitem Treferorum.
XXIII. Epistula directa ad domnum Nicetium episcopum.
XXIV. Epistula Hildiberti regis ad Mauricium imperatorem.
XXV. Epistula Brunihildis reginę ad Mauricium imperatorem.
XXVI. Epistula Brunihildae reginę ad Athanagildo regi nepoti.
XXVII. Epistula Hildiberti regis Athanagildo regi.
XXVIII. Epistula Brunihildae ad Anastasiam augustam[b][2].
XXIX. Epistula Hildiberti regis ad Iohannem episcopum.
XXX. Epistula Hildiberti regis ad Honoratum appocrisiarium.
XXXI. Epistula Hildiberti regis Domitiano episcopo.
XXXII. Epistula Hildiberti regis Theodorom magistro.
XXXIII. Item ad Iohannem questorem.
XXXIV. Item ad Megatam curatorem.

a) *litterae tres* falconem *incipientes ab eo, qui s. XI. codicem correxit, positae sunt in loco raso; erasarum litterarum prima erat b earumque spatium amplius, quam quod nunc continet* fal. b) *indices epistolarum XXIV.—XXVIII. in locis rasis.*

1) *Epistola Theodebaldi regis ad Iustinianum imperatorem data, quam expressam habemus in codice, in indice iam omissa, singulis epistolarum numeris, qui sequuntur, unum addas velim.* 2) *Cum hanc epistolam in codice subsequatur eadem aliter adumbrata, aliter adumbratae autem ipsi quoque numerus adscriptus sit, singulis epistolarum numeris iam duo addendi sunt.*

XXXV. Item epistula Hildiberti regis Paulo patrem imperatoris.
XXXVI. Epistula Hildiberti regis Italicae patriciae.
XXXVII. Item epistula Hildiberti regis Venantio patricio.
XXXVIII. Item epistula imperatoris[1] ad Hildibertum regem.
XXXIX. Epistula Romani[1] ad Hildibertum regem[2].
XL. Item dicta Furtuna ad filium[a] imperatoris.
XLI. Item epistula ad augustam de nomine Hildiberti[3].
XLII. Ad patriarcham Constantinopolitanum[4].
XLIII. Item ad imperatorem epistula[5].

1.

486? *Remigius (Remensis) episcopus Chlodoveum I. regem de obitu Albochledis sororis consolatur neque dolori regni causa indulgeat hortatur; excusat, quod propter hiemis asperitatem non ipse venerit, sed litteras miserit per Maccolum presbyterum, quem commendat. (ante 486?)*

Edd. Freher, Corpus p. 184. — du Chesne, Franc. SS. I, 849; Bouquet, Rec. IV, 51; Mansi, Conc. VIII, 178.

DOMINO INLUSTRO MERITIS, CHLODOVEO REGI, REMEGIUS EPISCOPUS

Angit me et satis me angit[a] vestrae causae tristitia, quod gloriosae memoriae germana vestra transiit[b] Albochledis[6]; sed consolari possumus, qui[c] talis de hac luce discessit, ut recordatione magis suscipi debeat, quam lugeri[7]. Illius enim vitae fuit, quod adsumpta credatur a Domino, quae a Deo electa migravit ad caelos. Vivit vestrae
Cf. Ps. 126, 5. fidei, et, si est conspectus, desiderio receptae[d] Christus implevit, ut benedictionem virginitatis acciperet, quam[e] sacrata non est lugenda. quae flagrat in conspectu Domini flore virgineo, quo scilicet et corona tecta, quam pro virginitate suscepit. Absit, ut
Cf. 2. Cor. 2, 15. a fidelibus lugeatur, quae bonus Christi odor esse promeruit, ut per eum, cui placet, auxilium posse[f] conferre poscentibus. Dominus[g] meus, repelle de tuo corde tristitiam; animo rite conposito, regnum sagacius gubernare[h], erectiora sumentes studio serenitatis consilia. Laetum cor[i] membra conforta; meroris torpore discusso, acrius invigilabitis ad salutem: manet vobis regnum administrandi[k] et, Deo auspice, properandi[l]. Populorum caput estis et regimen sustinetis: acerbitatem[m] ne te videant in luctu affici, qui per te felicia videre consueverunt. Esto ipse tuae animae consolator: vigo-

---

a) folium *c.*

1. a) *ita velim Gregorium secutus pro* satagit, *quod habet c.* b) transiit *in loco raso.* c) quia *corr. b.* d) *ita corr. a,* recepta *b; quid initio scriptum fuerit, perspici non potest.* e) *ita corr. a.* f) *ita corr. a,* posset *b.* g) domine *corr. b.* h) gubernate *corr. a.* i) laeto corde *corr. b.* k) administrandum *corr. b.* l) procurandum *corr. b.* m) acerbitate *corr. b.*

1) *id est exarchi.* 2) *Hic Mauricii imperatoris epistola, quae XLII. codicis est, omissa, numeris ceterarum epistolarum iam tres subiciendi sunt.* 3) *Epistola a Brunechilda regina, non a Childeberto rege data est.* 4) *Hic epistola ad Mediolanensem episcopum directa non enumerata, epistolae sequenti numerus XLVII. adscribendus est.* 5) *Epistolae, quam ultimam codicis legimus, ratio non habetur.* 6) *Gregor. Hist. Franc. II, 31:* Baptizata est et soror eius *(sc. Chlodovei)* Albofledis, quae non post multum tempus migravit ad Dominum. *De tempore quo Chlodoveus baptizatus sit, vide quae ad ep. II. notari.* 7) *Huius epistolae fragmentum* (Anget me et satis me anget vestrae causa tristitiae, quod bonae memoriae germana vestra transiit Albofledis; sed consolare possumus, quia talis de hoc mundo migravit, ut suspici magis debeat quam lugere) *Gregorius Hist. Franc. (II, 31) inseruit.*

rem illius providentiae continens[a] ingenita[b], ne tristitia candorem tuae menti subducat. De eius praesentem transitum[c], quae choris est iuncta virgineis, ut credendo[d], rex gaudet in caelo. 486? 512

Salutans gloriam vestram, et commendo familiarem meum presbyterum Maccolum, quem direxi.

Quaeso, ut tantis habeatis ignoscere, qui, quod occursum debui, exhortatoria distinare verba praesumpsi. Tamen per harum baiolum si iubetis, ut vadam, contempta hiemis asperitate, rigore[e] neglecto, itineris labore calcato, ad vos, auxiliante Domino, pervenire contendam.

2.

Remigius (Remensis) episcopus Chlodoveum I. regem Belgica secunda provincia potitum de recte regendi ratione exhortatur. *(486?)*

Edd. Freher, Corpus p. 184. — du Chesne, Franc. SS. I, 849; Bouquet, Rec. IV, 51; Mansi, Conc. VIII, 345.

DOMINO INSIGNI ET MERITIS MAGNIFICO, HLODOVEO REGI, REMEGIUS EPISCOPUS[a][1].

Rumor ad nos magnum[b] pervenit, administrationem vos Secundum Belgicae[c] suscepisse. Non est novum, ut coeperis esse, sicut parentes tui semper fuerunt: hoc inprimis agendum, ut Domini iudicium a te non vacillet, ubi tui meriti, qui per industriam humilitatis tuae ad summum culminisque pervenit[d][2], quia, quod vulgus dicitur, [ex fine][e] actus hominis probatur. Consiliarios tibi adhibere debes, qui famam tuam possent[f] ornare. Et beneficium tuum castum et honestum esse debet, et sacerdotibus tuis[g] debebis deferre et ad eorum consilia semper recurre[h]: quodsi tibi bene cum illis convenerit, provincia tua melius potest constare. Civos[i] tuos erige, adflictos releva, viduas fove, orfanos nutre[k], si potius est, quam erudies, ut omnes te ament et timeant. Iustitia ex ore vestro procedat, nihil sit sperandum de pauperes[l] vel peregrinis, ne magis dona aut aliquid accipere vellis: praetorium tuum omnibus pateatur, ut nullus exinde tristis abscedat. Paternas quascunque opes possides, captivos exinde liberabis et a iugo servitutis absolvas: si quis in conspectu vestro venerit, peregrinum se esse non sentiat. Cum iuvenibus ioca, cum senibus tracta, si vis regnare nobilis iudicare[m].

3.

Remigius (Remensis) episcopus, quinquaginta tres annos episcopatu functus, procacitatem Heraclii (Parisiensis sive Senonensis), Leonis, Theodosii (Autissiodorensis)

---

a) continetis *c*, continens *corr. b.* b) ingenitae *corr. b.* c) praesente transitu *corr. b.* d) credo *corr. b.* e) vigore *c.*

2. a) *epistolae s. XIV. superscriptum est:* Utinam sic hodie esset mens regibus et sacerdotibus. b) magnus *Freh.* c) secundae belgicae *emendavit Bethmann;* secundum bellice *c; in margine:* r(equire). d) *an* pervenisti? e) ex fine *add. Freh.* f) possint *corr. b.* g) honorem *add. b.* h) recurrere *corr. b.* i) cives *corr. b.* k) nutri *corr. b.* l) pauperibus *corr. b.* m) iudicari *corr. b.*

1) *Post pugnam Suessionensem, qua Chlodoveus finibus a Syagrio administratis sive provincia Belgica II. potitus est, epistolam scriptam esse, in commentariolo meo (Neues Archiv XIII, 380. 381) exposui.* 2) *Cf. Neues Archiv XIII, 381. 382.*

c. 500?-533 *episcoporum de accepto Claudio presbytero criminoso obiurgantium confutat: neque pro Claudio se intercessisse, nisi ut ille poenitentiae servaretur, et illum (Chlodoveo I.) rege auctore presbyterum fecisse; addit de Celso quodam, Claudii sectatore, restituendo. (512.)*

Edd. Freher, Corpus p. 185. — du Chesne, Franc. SS. I, 849; Bouquet, Rec. IV, 52; Mansi, Conc. VIII, 608.

DOMINIS VERE SANCTIS ET MERITIS, BEATISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS HERACLIO, LEONI ET THEODOSIO REMEGIUS EPISCOPUS.

1. Cor. 13, 8. Paulus apostolus in epistula sua loquitur: 'Caritas numquam excedit'. Quae, ut tales ad me litteras mitteretis, in vestris sensibus non resedit. Nam pro Claudio fudi simplicem precem, quem vos non presbyterum scribitis, ut in me indignationem vestri pectoris proderitis. Illum non abnego graviter deliquisse; sed vos aetati meae, etsi non meritis, decuerat detulisse, quod, propitia divinitate, sit dictum: Quinquaginta et tribus annis episcopali sede praesedeo, et me appellavit tam procaciter nemo. Dicitis: 'Melius vos fuisse non natos'. Hoc mihi fuerat oportunum, ne audissem transgressoris obproprium. Ego Claudium presbyterum feci, non corruptus praemio, sed praecellentissimi regis testimonium, qui erat non solum praedicator fidei catholicae, sed defensor. Scribitis: 'Canonicum non fuisse, quod iussit; summo fungamini sacerdotio'. Regionum praesul, custus patriae, gentium triumphator iniunxit. Tanto in me prorupistis felle commoti, ut nec episcopatus vestri detuleritis auctori. Rogavi, ut Claudius, sacrilegii perpetrator, paenitentiae servaretur. Legimus namque, legimus,
Cf. Ion. c. 3. quod excidium caelesti denuntiatione praedictum evaserint per paenitentiam Ninivitae, quam Iohannis, praecursor Domini, in evangelio praedicavit, ut, regnum adpropinquante
Cf. Matth. 3, 2; Luc. 13, 5. caelorum, ea populi agerent, ne perirent. In Apocalypsin angelis ecclesiarum scribitur
Cf. Apoc. 2, 22. ex praecepto domini salvatoris, ut, quae digne minus egerant, paenitentiae satisfactione corrigerent. De iracunda[a] dictione sanctitatis vestrae intellego, quod lapsum non miseramini post ruinam; sed magis velle vos video, ne convertatur et vivat, cum
Ezech. 18, 23; 33, 11. Dominus dixerit: 'Nolo mortem morientis, sed ut convertatur et vivat'. Hoc nos expedit sequi, hanc Domini voluntatem non praetermittere, sed tenere, quia nos posuit non ad iracundiam, sed ad hominum curam et servire pietati potius, quam furori. Ponitis in epistula vestra, quod Celsus quidam, qui Claudio credidit, quod abductus, et utrum vivat aut sit mortuus ignoratis, atque huius inquisitorem me esse praecipitis et nescitis, si in saeculo aut si ad inferos sit quaerendus, et res suas a me vultis restitui, quas sublatas fuisse non novi: inpossibilia praecipitis, ut impia peragatis. Annorum numerum me esse scribitis iubeleum, inridentes potius, quam pro dilectione gaudentes, cui, vinculo caritatis inrupto insinceriter, a vobis nec parcitur nec defertur. Explicit.

— —

4.

Remigius (Remensis) episcopus Falconem (Leodicensem) episcopum increpitat, quod in Mosomagensi loco, cuius ecclesia ad metropolim Remensem pertineat, ordinationes et exactiones fecerit. (c. 500?—533.)

Edd. Freher, Corpus p. 186. — du Chesne, Franc. SS. I, 850; Bouquet, Rec. IV, 53; Mansi, Conc. VIII, 609.

3. a) iracundia c.

DOMINO VERE SANCTO ET IN CHRISTO BEATISSIMO FRATRI, FALCONI EPISCOPO, REMEGIUS EPISCOPUS. c.500?-533

Quantum conperui[a], rebus gestis probavi. Prius curae beatitudine[b] tuae fuit, ut mihi inferres iniuriam, quam salutationem deferres. O adveniens principium, quod dedisti, ut laederes episcopos ante me, quam episcopum te viderem! Nimium cito pinnis tenerolis[c] evolasti levitate animi, non maturitatis consilio. In ipso siquidem tui episcopatus exordio ius ingredi temptas alienum, qui adhuc tuum verecunde debueras introire. Fas ergo fuit, ut inlicitis ordinationibus tuis a te credideris occupandam loci Mosomagensis ecclesiam[1], quam metropolitani urbis Remorum[d] sub ope Christi sua semper ordinatione rexerunt. Adhuc, arbitror, tua nescis et iam aliena pervadis. In quam igitur cum levitas feceris, presbiteros consecraris, archidiaconos institueris, primicerium scolę dares militiaeque lectorum, non quaeror, quod me consilio inter ista non videris. Utinam te vidisses. Si enim canones tua sanctitas ignorabat, satis praeproperum fuit, ut transgrederes[e], antequam disceres. At vero ecclesiarum statuta si noveras, tanto gravius tantumque periculosius incipientia[f] tua priscorum magnificorumque pontificum decreta calcavit. Cave, qui aliena praesumis, ne, quod habere videris, amittas[g]. Cum facte ordinationis iura non constent, quo potissimum consilio sacerdotalis officii tyrocinia defensabis, si temerariae transgressionis admissum pertinacia vel inpotentia vis tueri? Maioris discrimis[h] erit, antequam[i] sanctionem fuisse violatam, quam laus sit, loco stare contra canonem[k], quos creasti. Sed quid de eorum loquar ordinibus, quos a beatitudine tua non licuit promoveri? Plus illud est, quod, si iuxta maiorum statuta severitatemque discutimur, non minus, quam status illorum, vester veniet episcopatus in dubium. Dominus in evangelio dicit ad Petrum: ‘Simon Ioh. 21, 15.
Iohannis, diligis me? Et Petrus: Etiam Domine, tu scis, quia amo te’. Cui bis terque a Domino sub hac responsione praecipitur: ‘Pasce oves meas’. Ego, quia oves Christi ibid.
pascere omnimodis inperitus, alimonia caelestis ubertate non possum; tu, qui es sacris eruditionibus eruditus, eas, quae mihi, Domino iubente, traditę sunt, ut pascas, admoneo, ut invadas, inhibeo. Age semper, ut te digna comitentur ecclesiae, quam divina dispensatione meruisti praesidendum; deserui et pro salutem[l] gregis dominici sollicitus pastor invigila. Utinam mediocritati meae ista subpeterent, quae in nomine Domini habere vos cupio. Sed quia desunt meae vel creditę, mihi sunt obsequia salvatoris: salvari mercennario non requiro. Iohannis in Apocalypsis septem quippe Cf. Ioh. 10, 12. 13.
angelis suis conpraehendit et unicuique scribit ecclesiis[2]. Facta igitur merita, quae praepositis qua probata, corrigenda castigat[3]. Cum ergo sub vocabulo angeli tradatur actionis forma pontificii, doleo super tuae praesumptionis audacia, ut iura permutes vetera novus, cauta temerarius, divina terrenus. Audiant nos, audiant, quos elegeris sacerdotes, sacerdotes tui ipsi nos audiant. Creatoris, confido, sententiam non pro te, sed in te a iudicantibus proferendam. Quis enim pro sensus sui probitate non inprobet, cum contra ecclesiae regulam prorupisse, qui debuerat ecclesiae regulam custodire[m]? Mandas, ut audio, colonorum tibi tributa portari, et praecipitis, ut reditus deferantur agrorum. Datur intellegi, quod ecclesiae rem, non ecclesiam concupisti.

4. a) ui *in* i *corr. b.* b) beatitudini *corr. b.* c) pennis tenerulis *corr. b.* d) *ita corr. b;* romorum *c.* e) transgredereris *corr. b.* f) insipientia *corr. b.* g) *ita corr. b;* omittas *c.* h) *ita corr. a.* i) *ita corr. a.* k) canones *corr. b.* l) salute *corr. b.* m) *in margine s. XIV. adscriptum est:* Hodie fit.

1) *Mosomagensem locum, nunc Mouzon, longe alium esse ac illum Momociacensem, cuius episcopos Theomastum (Gloria confess. c. 52) et Sigimundum (Hist. Franc. IX, 29) Gregorius nominat, Longnon (Géogr. de la Gaule p. 621) significat.* 2) *Cf. Apoc. 1, 20:* Septem stellae angeli sunt septem ecclesiarum, *et 1, 4 (inscriptionem):* Iohannes septem ecclesiis quae sunt in Asia. 3) *intellegendum videtur: Facta igitur, merita, quae ut probata praeponitis, corrigenda (declarans) castigat.*

c.500?-552 quando sollicitus exquisitor exposcis, quae ego, ad quem iure veniebant, remisi potius quam quaesivi. Nolo, te lateat, levitas atque presbiteros, contra ordinem quos fecisti, ab ordine iam remotos. Perpendi enim, quos a me non decebat admitti, quos a te non licuerat ordinari. Heu a quantum me cultus tui propositus reppulisti, dum mavis perperam gerere, quam foedera fraterna servare! Obtaveram[a] namque, ut clarus permansisses, quia factus fueras ut sacerdos. Sed si mentem tuam cura ista non tangit, ego tamen pro sinceritate profiteor, quod animum non minus angit, a te inexcusabiliter erratum, quam me fuisse contemptum. Explicit.

5.

Florianus, abbas monasterii Romeni, Nicetium episcopum (Trevirensem) implorat, ut cum beatae memoriae viris Ennodio Ticinensi episcopo, patre suo 'ex lavacro', Caesario Arelatensi episcopo, magistro suo, Theodato abbate et praecessore, item praeceptore suo, sancti confessoris Ambrosii gratiam sibi expetat et pro Datio (Mediolanensi) episcopo suo exoret; quod concessum sibi nuntiet. (551/552.)

Edd. Freher, Corpus p. 187. — du Chesne, Franc. SS. I, 851; Bouquet, Rec. IV, 66; Migne LXXII, 917.

DOMINO SUO NICETIO PAPAE FLORIANUS EX MONASTERIO ROMENO[1].

Benedicitur una trinitas, Deus noster, qui vos pontificalibus meritis pontificale locavit in vertice, ut non beatitatem dignitas, sed beatitudo praecederet dignitatem: nec inmerito, cum ab ineunte pueritia dominicis militaveritis in castris, ut illuc totius et validius disceritis, quibus iaculis intellegibilis ille prosternitur, Amalehc scilicet, quoniam et ipse victor est nomine. Sic enim estis, Deo praesule, institutis coenobialibus eruditi, ut per mare[a] saeculi sine secularibus fluctibus inoffenso vestigio transiretis
Exod. 15, 1 (21). et triumphalem hymnum cum Moyse merito concinnentes: 'Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorem proiecit in mare'. Sic individuus comes Heliae, ut nequaquam deserens altiora, quo humilitate conscenderas, unde cum apo-
Cf. Matth. 17, 2; Luc. 9, 28. stolis in montem glorificatum aspiceres dominum salvatorem. Quia igitur tanta sanctimoniae vestrae praerogativa suffultat, quaeso, ut pro me, qui inpetrastis, oretis; quoniam Deus praescius futurorum, qui fecit quae ventura sunt, sciens me sanctorum solacia indigere vivorum, ut bonus dominus praeparavit auxilia. Vide ergo, quantis adiutoribus uteris, cum me coeperis obsecrare sanctae memoriae domnum Ennodium, pontificem Ticinensis ecclesiae, qui generosi sanguinis nobilitatis humilitate praevexit ad gloriam, ut in caelestis patriae senator fieret, et ibi senator, cuius inconparabilem doctrinae facundiam non solum testatur occidens, sed et oriens instructa miratur, Nestoriae fulmen, Euticis extinctor, gloriosam dominam meam inviolabilemque Mariam christotocon[b] et theotocon[c] apostolica auctoritate perdocuit: ipse ergo meus est pater ex lavacro, quem credo apud eternum patrem per filium intervenire pro filio. Sed et coronae vestrae socium, beatae memoriae domnum Caesarium Arelatensem episco-

a) optaveram *corr. b.*
5. a) manere *c.* b) christocon *c.* c) theodocon *c.*

1) *Monasterium Romenum in dioecesi Mediolanensi situm esse, ex eo apparet, quod Florianus Datium Mediolanensem suum episcopum appellat (cf. Neues Archiv XIII, 379); itaque quod dicit Oltrocchi (Ecclesiae Mediol. hist. p. 276), Floriani monasterium nunc esse 'Roman-Moustiers in Valdensi pago et dioecesi Aventicensi seu Lausanensi', non recipio.*

pum, qui vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orfanorum, pastor egentium, qui tanti census effusionis nihil perdidit, catholicae regulam disciplinis dictis factisque demonstrans — ipse igitur mihi Latinis elementis inposuit alfabetum — sed et hunc pro famulo discipuloque suo inpetrare confido. Addo et tertium inparem quidem dignitate, sed meritis coaequalem, sanctae memoriae Theodatum abbatem meum et archimandritam, saeculi huius inimicum, cui crucifixus est mundus, templum vere dignissimum trinitatis, plenum reverentiae christianitatis, ex placida bonitate mitissimum, ieiuniis castigatum, orationibus refectum, puritate mundissimum, qui mihi sacras exposuit scripturas et flores tenerę lanuginis ipse suscepit, qui pro filio et discipulo successoreque suo, licet indigno, non ambigo, quod laus[a] exoret. Vincunt ergo, domine mi, tanti iusti orationem peccatorum. Igitur quia conversatio vestra in caelis est, sicut dicit apostolus: 'Vestra autem conversatio in caelis est', orate cum his et rogate illum meum sacratissimum confessorem Ambrosium, quatenus me ut peculiarem famulum tueatur, ut proprium civem foveat, ut familiarem alumnum eruat, quoniam apud dominum Iesum, quod oraverit, exorabit. Quocirca salutationis obsequium famulanter insinuans, praecor, ut pro beatissimo viro, domino meo Datio episcopo[1], fratre vestro, semper oretis. Aequum est enim, ut pro eo, quem monasterii saepta sacrarunt successorem, etiam confessorum successor egregius beatorum exorare non desinas. Et hoc, si dignum ducitis, supplicamus, ut beatitudinis vestrae sospitatem parvitatem nostram faciatis, sicut petimus, certiorem[b]. Explicit.

c. 550-552

Phil. 3, 20.

6.

Florianus, abbas monasterii Romeni, a Nicetio (Trevirensi) archiepiscopo petit ut ea misericordia impulsus, qua confluentes de toto orbe captivos redimat, Theodebaldum regem adhortetur, ut servis eius Romanis insulae Lariensis, quae Christopolis dicitur, iureiurando promissa omnimodis serventur. *(c. 550.)*

Edd. Freher, Corpus p. 188. — du Chesne, Franc. SS. I, 852; Bouquet, Rec. IV, 67.

DOMINO MERITIS BEATISSIMO ET APOSTOLICO PATRI, NICETIO ARCHIEPISCOPO, FLORIANUS SERVUS CHRISTI.

Egregiam vestrae sanctitatis famam audivimus, quae ubique celeberrimo sermone vulgatur. Unde gratias agimus bonorum omnium largitori Deo, qui te talem oportuno praevidit in tempore, quando confluentes de toto orbe captivi tranquillissimum te portum salutis inveniunt. Captivos enim redemis, obpressos sublevas, saturas esurientes, pusillanimes consolaris. His ditatus mercibus Maximianam Paulinianamque beatitudinem promereris, qui angelicam vixerunt vitam in saeculo; haec[a] te loco suo dignissimum propagaverunt heredem, quorum fidem atque constantiam vestra nobis sanctimonia repraesentat. Quapropter salutationis obsequium famulanter insinuans, precor per eum, qui vos sacravit, ut pro me, humillimo peccatore, innumerabilibus malis adflicto, divinam clementiam iugiter inploretis. Illud autem suppliciter quaeso, ut domno filio vestro, gloriosissimo regi Teodebaldo, insulam Lariensem[2], quae Christo-

a) laetus *coniecit Freh.* b) *ita coniecit Freh.;* successorem *c.*
6. a) hii *corr. b.*

1) *Datius episcopus cum Vigilio papa annis 551 et 552 Constantinopoli propter controversiam quae vocatur Trium Capitulorum a Iustiniano imperatore captus retinebatur.* 2) *Postea a Langobardorum temporibus (cf. Pauli Hist. Langob. IV, 3, VI, 19 etc.) usque ad hunc diem Comacina appellatur.*

c. 550. 565 polis dicitur[1], plurimum commendetis, ut Romanis servis eius sacramenta, quae data sunt, omnimodis conserventur, ut regnum ipsius Deus augeat et defendat. Quia vero
Luc. 5, 31. 'non egent, qui sani sunt, medicum, sed qui male habent', iterum vos iterumque rogabo,
Ps. 31, 10. ut me, me, quae[a] seva mundi istius procella mortificat, quoniam 'multa flagella peccatoris', tua, domine, oratione vivificat[b], ac vobis pro me impetrantibus prophetica polli-
1. Reg. 2, 6. citatio[c] conpleatur, quae ait: 'Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit': quatenus misericordissimę trinitati et beatitudini vestrę perpetuas referre gratias mereamur. Rogo vos per dominum nostrum Iesum Christum, ut pro me sic oretis, ut sentiam et merear per Deum consolari. Explicit.

7.

Nicetius (Trevirensis) episcopus Iustinianum imperatorem, qui Nestoriana et Eutychiana haeresi imbutus effecerat, ut orthodoxi persecutione vexarentur, exhortatur, ut et ad meliorem frugem se recipiat et a persecutione desistat. *(ante 565.)*

Edd. Freher, Corpus p. 189. — du Chesne, Franc. SS. I, 852; Bouquet, Rec. IV, 78; Mansi, Conc. IX, 767.

DOMINO SEMPER SUO, IUSTINIANO IMPERATORE, NICETIUS CUM SUIS HUMILIS, SED MISERICORDIA DOMINI EPISCOPUS.

In novissimis temporibus iam, ut sermo evangelicus praedixit, prospicimus et, cum tempus nostrum semper sit paratum, tamen finem, ut scribtura denuntiavit, venire
Luc. 12, 37. sentimus. 'Sed beatus ille homo, quem, cum venerit Christus, invenerit ipsum vigi-
Ioel 2, 31. lantem'. 'Sol convertetur in tenebras' ab oriente, id est ab alto, hoc est a vita sancta.

In integro mundo splendebas ut sol, et, cum omnes inde gratia Domini rectores ecclesiae, cuncti consilii ipsius gauderimus[a], devulgante fama ex lapsu vestro, quem
Cf. Ps. 146, 6. numquam pervenire debuimus, contristati et humiliati usque in terra sumus. Dulcis noster Iustiniane, qui[b] te sic decepit, qui[b], ut talia prosequeris[c], suasit? qui[b], ut Christum purum hominem fateris[d], docuit? qui[b], ut in Iudae consortium te transcri-
Ioh. 16, 28. beres, circumvenit? qui[b], ut illum, qui dixit: 'Ego a patre exivi et veni in hunc mundum', per circumcisionem, per baptismum, per passionem ut cresceret, te docuit? qui[b], ut conmissus[e] non habebas, adre[pens][f] oppressit? qui[b], ut[g] patres, quo[h] venerare[i] debuisti, ad caedes, ad diversis[k] cruces mitteres, provocavit? qui[b], ut illa, propter quod Christus crucifixus est et apostoli omnes pertulerunt, distrueres[l], provocavit? qui[b], ut, quod iam semel, bis et tertio ad omnes rectores[m] ecclesiae condemnatum fuerat, vel adoraris[n], commonuit? Nestorii et Euticii, ut diximus, iam anathematizata quotiens[o] sectavit[p], te de ipsa interemeres[q], quis imperavit? Ille, ille, qui Adam ut contingeret arborem vitae suasit, qui studio suo mortem adinvenit, circumvenit, qui

---

a) quem *corr. b.* b) *ita corr. b;* vivificavit *c.* c) *ita corr. b;* pollitatio *c.*

7. a) gauderemus *corr. b.* b) quis *corr. b.* c) prosequaris *corr. b.* d) fatearis *corr. b.* e) qui cor miserum *ex* conmissus *corr. b.* f) arte repente *corr. b.* g) quod *in c. iam sequens eliminandum videtur.* h) quos *corr. b.* i) venerari *corr. b.* k) diversas *corr. b.* l) destrueres *corr. b.* m) ab omnibus rectoribus *corr. b.* n) odoraris *c;* adorare *corr. b.* o) atque quotiens *add. in marg. b.* p) secta, ut *corr. b.* q) interimeres *corr. b.*

1) *'Ex hoc novo Christopolis nomine eidem insulae indito', inquit Oltrocchi (Ecclesiae Mediol. hist. p. 330, 331), 'suspicor, christicolas omnes, qui in planitie et urbe Comensi eo tempore degebant, ut tutiorem se in locum reciperent, illuc confugisse, ut efferatam Alemannorum e proximo per Alpes Rhaeticas minitantium iram et barbariem atque ethnicam superstitionem effugerent.'*

Iudam, cum Christum purum hominem fecit et pro homine tradidit, in ignem, quem 565.568? preparavit Deus diabulo et angelis eius, misit. Dulcis et dulcis noster Iustiniane, Cf. Matth. 25, 41. rememorare, quae promisisti, cum baptizatus es, quid per singula te credere dixisti: Unum filium manentem in duabus substantiis cum patre et spiritu sancto, non duos Christos testasti[a]. Cum excessisti, quid fecisti? quid tibi praeparasti? Discute et bene te prospice et vides, si non in loco perditionis te obligasti. Adhuc si vis, vivis; si vis, revertendo gaudis[b]. 'Convertimini, inquid[c], ad me, et convertar ad vos.' Patres, Zach. 1, 3. a quibus benedictionem expectare debuisti, in exilio[d] transmissisti. Te, cum in ultima aetate tua percomponere et coniungere[e] ad redemptorem tuum debuisti, ipse te, non alter, sed tu et te et tuos decepisti. Cum Lactantius[f], ut dicit presbyter[g], loca sancta per Gallias propter Domini misericordiam visitaret, ante nos apparuit, quae legis, deprecavimus et per Iesum Christum redemptorem nostrum coniuravimus[h].

Ergo litteras[i] praesentem[k] Deum nostrum coniuramus insuper et contestamus, ut et tu revertaris et, quantos perire suasisti in horrenda persecutione[l], revertere provoceris[m]; quod si non feceris, sit iudex ille inter nos et te, sed quantum citius, cui tu honores tulisti et purum hominem fecisti, cum legisti: Ego et pater unum Cf. Ioh. 14, 10. 11 (17, 21). sumus, sed talis pater qualis et filius, quia ita pater ut filius; quoniam verum est, quomodo ad circumcisionem veniendo, ad baptismum, ad martyrium meliora reprobatur, qui Deus et creator omnium esse convincitur. Festina, festina, sed protinus. Nam si te sic ultimus dies invenerit, qualis nunc hodie appares, discenderis in inferiora Cf. Ps. 62, 10. 11. terrae, et ad partes vulpium eris. Laetetur sancta ecclesia de regressu tuo, quia vehementer luget de excessu tuo. Gaudere nos in ultimo saeculo positos facias, quos lugere post laetitiam de perditione tua fecisti. Ne dicas vel in corde tuo: Feci, feci, vici, vici. Victus es et vinctus, sed inde, unde filius diabuli[n] et inimicus iustitiae. Nam notum tibi sit, quod tota Italia, integra Africa, Hispania vel Gallia coniuncta nomen tuum cum deperditione tua plorant, anathematizant. Et si non, quae docuisti, distruxeris et publica voce clamaveris: Erravi, erravi, peccavi; anathema Nestorii, anathema Euticis! cum ipsis te ad supplicia sempiterna tradidisti. Salutamus plurimum, coniurantes per patrem et filium et spiritum sanctum, per illum, qui in unum trinus paret et in tribus unus agnoscitur, ut te de horrenda secta et abominabili persecutione[o] removas et illos, qui te suadente in ipsa ceciderunt, ad meliorem viam venire studeas. Explicit.

8.

Nicetius (Trevirensis) episcopus litteris per legatos Langobardorum revertentes e Francorum regno missis Chlodosuindam laudatam reginam, exemplo Chrodechildis uxoris Chlodovei regis usus, obsecrat, ut coniugem Alboinum, regem Langobardorum, Arianum ad fidem orthodoxam convertat et, quomodo id efficiat, instruit. (ante 568?)

Edd. Freher, Corpus p. 190. — du Chesne, Franc. SS. I, 853; Bouquet, Rec. IV, 76; Mansi, Conc. IX, 769.

DOMINĘ CLEMENTISSIMAE IN CHRISTO FILIAE, HLODOSUINDĘ[a] REGINĘ, NICETIUS PECCATOR.

Cum legatos vestros per Francorum reges, germanos tuos, ire conspicimus, de prosperitate vestra solliciti sumus; sed illa inde audimus, quod semper sonare etiam

---

a) testatus es *corr. b.* b) gaudes *corr. b.* c) inquit *corr. b.* d) exilium *corr. b.* e) te *interp. b.* f) lactantius *corr. b.* g) presbyter ut dicit *corr. b.* h) *in c. intermissio verborum facta.* i) litteris *corr. b.* k) praesentibus *corr. b.* l) *ita corr. b;* prosecutione *c.* m) provoces *corr. b.* n) diaboli *corr. b.* o) prosecutione *c.*

8. a) hlodoindę *c.*

568? et sonare confitemur, quam magna, quam alta, quam laudabilis, quam utilis, quam humana vel munifica, quomodo de pauperes[a] sollicita, quomodo de religione[b] astuta, quomodo in cuncto populo prae conversatione splendida: ille hoc concedat, qui tibi spiritum sapientiae et intellectus iam dedit.

Gaudemus ex hoc, gaudere nos ,Christus faciat de Alboeno rege, quem habes, et de felicitate sua triumphare. Stupentes sumus, cum gentes illum trement, cum reges venerationem inpendent, cum potestates sine cessatione laudant, cum etiam ipse imperius[c] ipsum praeponit, quod animae remedium non festinus requirit. Scriptum [Matth. 6, 33.] legimus: 'Quaerite primum regnum Dei et omnia bona adponentur'. Qui sic, quemadmodum ille, fulget fama, miror, quod de regno Dei et animae suae salute nihil investigare studet, sed illos recipit, illis quiescit[d], qui potius animam in gehenna[e] perdunt, quam ad viam salutis adducant. Duos deos esse praedicant, alium in deitate patrem, alterum in deitate, sed pro creatura filium, cum scriptura dicat: Ego [Cf. Oseae 13,4; Deut. 4, 35.] sum salvator, 'et non est alius praeter me'.

Te, domna Hlodosoinda, per tremendum diem iudicii coniuro, ut hanc epistulam et bene legas et bene illi, sed[f] frequenter exponere studeas et ut ipsi[g] interroges: Qui[h] est salvator? Patrem dicunt esse salvatorem, an filium (quoniam duos esse, cum unus est, et alius non est, denuntiant)? Si dicent filium: Ergo pater salvator non est. Et si dixerint patrem: Ergo filius non est salvator, quia salvare, quoniam salvator non est, nullum potest. Si dixerint: Duo sunt salvatores, istud [Cf. Ioh. 17, 21.] scriptum numquam invenient, nisi: Ego et pater unum sumus, hoc est pater in filio et cum filio et filius in patre et cum patre.

Deus prae magnitudine videri ab oculo humano non potest, quia[i] tantum grandis, [Cf. Ps. 17, 12.] tantum fulgens, tantum etiam igneus[k]. Legimus: In circuitu caeli et terrae tabernaculum eius; quod etiam prae ista magnitudine et splendore ab homine videri non potest, expraessit[l] de se, quem semper habuit apud se, qui latibulum sibi de carne [Ps. 17, 12.] fecit, et ideo scriptura dicit: 'Posuit tenebras latibulum suum', et ideo[m] in evangelio [Ioh. 1, 1. 14.] ait verbum Dei, quem[n] Iohannis[o] dicit: 'Quod[p] in principio erat, verbum caro factum[q]', et quod de Maria erat, sic illum[r] ad se adiunxit[s], ut esset unum. Et per[t] scriptura[u] [Ps. 49, 2.] dixit: 'Ex Sion species decoris eius', hoc est: homo[v] in Deo transibit. In evangeliis [Ioh. 16, 28.] ipse dixit: 'Ego ex patre exivi et veni in hunc mundum'. In quadragesimo septimo [Ps. 47, 14.] psalmo dixit: 'Distribuite gradus eius' — eius dixit, non eorum, quoniam unus esse, sed nec solus apertissime scitur — 'ut enarretis in progenie altera'. Nam in die resurrectionis nec narrare nec parere poterit, qui trinitatem in unitate non crediderit, [Apoc. 4, 8.] et pro eo omnis militia angelorum per singulos dies clamat: 'Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth' — non tres sancti, sed ter sanctum dixit dominum Deum Sabaoth: sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus; unus sanctus, sicut unus domi- [Ioh. 1, 27; cf. Apoc. 1, 4. 8; 4, 8.] nus. Unde et Iohannes evangelista dixit: 'Ipse est, qui est et qui erat et qui venturus est, salvator'. Si pernominavero, gradi[w] esse videntur: cum patrem audis, [Ioh. 14, 28.] nomine autem[x] maior esse videtur, et ideo dixit: 'Pater maior me est': sed nomine tantum: in deitate autem evidentissime per Christum et per apostolos eius unus esse [Ioh. 14, 8.] agnoscitur; quia ipse, cum a discipulo interrogatur[y]: 'Domine ostende nobis patrem', [Cf. Ioh. 14, 9.] et ille: Me vides et de patre interrogas? Vides, quia in trinitate invocatur et in una, in[x] deitate esse invenitur: cum patrem audis, sine filio esse non credas; cum audis

a) pauperibus *corr. b.* b) regione *c.* c) *an* imperator? d) adquiescit *corr. b.* e) gehennam *corr. b.* f) et *corr. b.* g) ipsum *corr. b.* h) quis *corr. b.* i) qui *corr. b.* k) est *add. b.* l) expressit *corr. b.* m) ideoque *ex* et ideo *corr. b.* n) quod *corr. b.* o) iohannes *corr. b.* p) quia *corr. b.* q) est *add. b.* r) illud *corr. b.* s) iunxit *corr. b.* t) *ita corr. b;* pro *c.* u) scripturam *corr. b.* v) *ita corr. b;* enimo *c.* w) gradus *corr. b.* x) *delevit b.* y) interrogaretur *corr. b.*

filium, cum patre esse non dubites[a]; nec dubites tres in personis. nam unus in deitate 568?
esse agnoscitur: et ideo ad discipulos suos dixit: 'Ite, baptizate in nomine patris et Matth. 28,19.
filii et spiritus sancti' — in nomine dixit, non in nomina[b], quia in[c] una deitate[d] dixit,
non tres. Spiritus autem sanctus separari non potest, quoniam inde[e] esse scitur gratia
Dei: de[f] donum Dei esse cognoscitur. ab ipso spirant bona omnia, sicut apostolus
dixit: 'Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia'. Et hinc propheta dixit: Rom. 11, 36.
'Tu solus altissimus', sed 'solus altissimus in omni terra' salvator. Iesu Nave ipsum Ps. 82, 19; cf. Luc. 1, 32.
conspicit[g] et ideo[h] dixit: 'Noster es an adversariorum?' Ille autem respondens ait: Ios. 5, 13.
'Ego sum, qui sum, et alius praeter me non est'. Abraham, qui dicitur amicus Dei Exod. 3, 14; Deut. 4, 35.
et probatur, tres vidit et unum credidit, cum tres adorat: trinitatem, sicut dixi, commemorat; cum uno in domo[i] intrare deprecatur, unam potestatem esse denuntiat. Nam Moysi quotiens adque quotiens dixit: 'Ego sum, qui sum, et alius praeter me non est'.

Quid nos ire per singula[k]? Ad duodecim discipulos, quos habuit et habet[l], veniamus, quia[m] ipsi Gothi hodie ipsis venerationem inpendent[n] et reliquiis eorum, sed furt[ive][o] tollent, sed nihil ibi habent, quia fidem[p] eorum ad nulla re praesumunt. Quid est, quod[q] in basilicas eorum, ubi[r] corpora ipsorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid est, quod nihil ibidem praesumere audent, nisi furtive, ut canes a foris, animas decipent[s], cum illos suos fideles rex Alboenus[t] ibidem mittat[u] et ad domni Petri, Pauli, Iohannis vel reliquorum sanctorum limina perducat? Ibidem missas facere, si audent, deliberent: sed non audent[v], quia domni Petri discipuli non apparent et contrarii Christi esse probantur: quia, quod per crucem ipse redemit, distruere infelices inveniuntur. Qua causa venena eorum talis rex et talis aetas percipit.

Hic si iubet ad domnum Martinum per festivitate sua[w], quod[x] undecima[y] dies facit November[1], ipsos mittat, et ibi, si audent, aliquid prȩsumant, ubi caecos hodie inluminare[z] conspicimus, ubi surdis[a] auditum et mutis[b] sanitatem recipere. Nam quid dicam de leprosos[c] aut de alios[d] quam plures[e], qui quanta et quanta[f] debilitate percussi sunt, ibidem per singulos annos — sed per singulos annos alii et alii — sanantur? Et[g] fortasse dicunt: Confingunt vel caecos. Quia caeci a nativitate esse videntur, quid dicunt, cum inde inluminatos conspicimus et ad propria, Deo miserante, sanos reverti videmus? Nam quid dicam adhuc de domni Germani[2], Hilari[h][3] vel Lupi[4] episcopis, ubi tanta mirabilia hodie apparent, quantum nec dicere verbis valeo: ubi tribulantes, id est demonia habentes, in aëra suspensi torquuntur et dominos, quos dixi, esse confitentur? Numquid in ecclesias eorum sic faciunt? Non faciunt, quia Deum et dominos sanctos ibi habitare non sentiunt: daemon daemonem non exorcizat; nam ubi sancti habitant, daemon vagari[i] non dimittitur. Ideo fit, ut locus, ubi Deus est, ostendatur. Quid de domno Remegio[5] et domno Medardo[6] episcopis, quos tu, credo, videres[k]? Non possumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere.

a) non credas — non dubites *ita in margine add. b.* b) nominibus *corr. b.* c) *delevit b.* d) unam deitatem *corr. b.* e) unde *corr. b.* f) inde *corr. b.* g) conspexit *corr. b.* h) et ideo *in margine add. b.* i) unum in domum *corr. b.* k) necesse est *in margine add. b.* l) et habet *delevit b.* m) *ita corr. b;* qui *c.* n) ent *in* unt *corr. b.* o) furtim *ex* furt *corr. b.* p) quia fidem *in loco raso posuit b.* q) *interp. b.* r) vel *c;* et *corr. b.* s) decipiunt *corr. b.* t) alboinus *corr. b.* u) sibi demittat *ex* ibidem mittat *corr. b.* v) *ita corr. b;* vadent *c.* w) festivitatem suam *corr. b.* x) quam *corr. b.* y) undecim *c.* z) illuminari *corr. b.* a) surdos *corr. b.* b) mutos *corr. b.* [a) l. 26] c) leprosis *corr. b.* d) aliis *corr. b.* e) plurimis *corr. b.* f) quantacunque *ex* quanta et quanta *corr. b.* g) sed *corr. b.* h) hilarii *corr. b.* i) vacari *c.* k) vidisti *corr. b.*

1) Depositionem eius *(beati Martini)* III. Idus Novembris esse cognoscas: *Gregor. Hist. Franc. II, 14.* 2) *S. Germanus episcopus Autissiodorensis.* 3) *S. Hilarius Pictavensis episcopus.* 4) *S. Lupus Tricassinorum episcopus.* 5) *S. Remigius Remensis episcopus.* 6) *S. Medardus Veromandensis, Noviomensis, Tornacensis episcopus.*

568?575 Audisti, ava tua[a], domna bone memoriae Hrodehildis, qualiter in Francia venerit, quomodo domnum Hlodoveum ad legem catholicam adduxerit[1]; et, cum esset homo astutissimus, noluit adquiescere, antequam vera agnosceret. Cum ista, quae supra dixi, probata cognovit, humilis ad domni Martini limina[2] cecidit et baptizare *se sine mora promisit[b], qui baptizatus quanta in hereticos Alaricum[3] vel Gundobadum[4] regum[c] fecerit, audisti; qualia dona[d] ipse vel filii sui[e] in saeculo possiderunt[f], non ignoratis.

Talis ornatus, talis vir, qualis Alboenus rex esse dicitur, talis fama, quem mundus sic preponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendum viam salutis apparet? Deus bone, qui es sanctorum gloria et omnium salus, tu te in illum mitte. Et tu, domna Hlodosuinda, cum verbum facis, solacium tribue, ut omnes de tale[g] stella, de tale[g] gemma sic gaudeamus, qualiter Deo placere possimus. Saluto tantum, quantum valeo; deprecor, ut otiosa non sis: incessanter clama, incessanter canta. Audisti
1. Cor. 7, 14. dictum: 'Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem'. Nam scias: prima salus, prima remissio est, qui converti fecerit peccatorem ab errore suo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes; rogo, ut sic agas, ut et gentem Langobardorum fortem super inimicos facias et nos de salute tua vel viri tui gaudere concedas. Explicit.

9.

Germanus (Parisiensis) episcopus Brunechildam reginam — ut ferat opinio plebis incusantis — Sigebertum regem coniugem ad quasdam Galliae partes bello delendas instigantem admonet, ut regis animum a feritate revocet et quid profecerit rescribat; commendat legatum suum Gundulfum eiusque verbis fidem habendam esse dicit.

(575.)

Edd. Freher, Corpus p. 192. — du Chesne, Franc. SS. I, 855; Bouquet, Rec. IV, 80; Mansi, Conc. IX, 871; Migne, Patrol. lat. LXXII, 77.

DOMINĘ CLEMENTISSIMAE ATQUE PRAECELLENTISSIMAE ET NOBIS SEMPER PIISSIMAE DOMNE ET IN CHRISTO SANCTE ECCLESIAE FILIAE, BRUNEHILDAE REGINE, GERMANUS PECCATOR.

1.Cor.13,6-8. Quia 'caritas congaudet veritati et omnia sustinet et numquam excedit', propterea et[a] contribulato corde, sed[b] ex intima animi dilectione audemus[c] suggerere[d]: Eo tempore, quando minus[e] erat numerus populi christiani et cum Dei auxilio licebat rese-
2. Cor. 6, 2. dere quietum, cum apostolo dicebant: 'Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis'; ex[f] contrario tam funestos et luctuosos ante oculos habentes dies, flentes
Cf. 2. Petr. 3, 7. 10 dicimus: Ecce dies tribulationis et perditionis nostre adveniunt: ve nobis, quia pecca-
(Gen. 35, 3); cf. Matth. 18, 7. vimus. Si nos iste non conterruissent amaritudines et tribulationes et corpori exiguissent[g] infirmitatem, per nosmet ipsos vestrę debuimus occurrere pietati, quia, si fas dici non

---

a) ab via tua *corr. b.* *) *altera manus scribere incipit in folio 9'.* b) *nescio an* permisit *legendum sit; cf. p. 119 n. l et o, p. 120 n. t.* c) reges *corr. b.* d) bona *corr. b.* e) eius *corr. b.* f) possederunt *corr. b.* g) tali *corr. b.*

9. a) ex *corr. b.* b) et *corr. b.* c) vobis *interp. b.* d) quia *add. b.* e) minor *corr. b.* f) e *corr. b, praemittens* nunc. g) exhibuissent *corr. b.*

1) *Cf. Gregor. Hist. Franc. II, 29—31.* 2) *i. e. in Turonica civitate; cf. Neues Archiv XIII, 382 n. 1 et quae disserui de Chlodovei baptismo in commentarii mei: 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' tertia parte: Neues Archiv l. c.* 3) *Alaricus II. rex Wisigotorum; cf. Gregor. Hist. Franc. II, 37.* 4) *Gundobadus rex Burgundionum; cf. Gregorii Hist. Franc. II, 32. 33.*

est, singulariter et vestre[a] dilectioni[b] in nostro gestamus pectore et unice de vestrę 575 praesentiae[c] spiritali desiderio sitientis[d], sicut cultores et peculiares filii Dei, ambientissime[e] vivere atque proficere in omnibus piae optamus; sed quicumque hominem in animam diligit, si minus oculis carnalibus eum valet intuere, quae ad animae et corporis vel prosperitatem[f] pertineat[g] et[h] salutem, omnimodis vel litterario officio reticere non debet.

Vulgi verba iterantes, quae nos maxime terrent, vestrae pietati in notitiam deponimus, quae ita disseminat — eloquentium ora detrahuntur —, quasi vestro voto, consilio et instigatione domnus gloriosissimus Sigibertus rex tam arduae hanc vellit perdere regionem. Non propterea haec dicimus, quasi a nobis credatur; sed supplicamus, ut nulla occansio tribuatur dicendi, unde vobis tam maximum et periculosum generetis blasphemium. Licet haec regio *iam caruisse felicitatem et perditionis nostrae concludamur terminum, sed de misericordia non desperabamus divinam adhuc ultionis suspendendi manum, dum emendationis expectatur remedium, si non dominaretur intentio, qua mortem operatur, 'cupiditas, quae radix est omnium malorum', ira- [Cf. 2. Cor. 7, 10.] cundia, quae sensum aufert prudentiae. Salvator noster, passionis suae perspiciens [1. Tim. 6, 10.] inminere tempus, dixit: 'Vae homini, per quem scandalum venit'. Quod ore proprio [Matth. 18, 7.] detestavit, inpune non posse manere credimus, omnibus clamamus, omnes conscientiae suae cogitationes et actiones consideret[i] et caveat[k], ne cum Iuda proditore huius condemnationis sortiatur[l] iudicium. Deo sufficit nosse: optabam aut pro ipsis mori, ut illi viverent, aut ante aeorum[m] interitum quocumque casu vitam finire, ut nec eorum nec regionis cerneremus interitum. Sed alter ab alterutrum excusatione utitur, et nullus ex ipsis ante Dei oculos ponit iudicium neque aliquid Dei reservat potestati iudicandum, nec credent se iam sub Dei esse notitiam[n]. Quia a nullo audire[o] meremur, vobis et ideo supplicamus, quia, si illi regnum perdiderint, nec vos nec filii vestri magnum possidebitis triumphum. Ad hoc vos haec regio suscepisse gratuletur, ut per vos salutem, non interitum percipere videatur. In hoc populi restinguitis verba, si mitigatis furorem, si Dei facitis expectare iudicium. In veritati suggero, si meam humilem non dispicitis supplicationem, adhuc de votorum vestrorum gaudetis[p] plenitudine. Propterea haec dolens scribo, quia video, qualiter praecipitantur et reges et populi, ut Dei incurrant offensam. Ita legimus: Quicumque in brachii sui fortitudine [Cf. Isai. 30, 2.3; Iob 22, 8.] speravit, antea confusionem quam victoriam promeruit; quicumque adminiculum[q] [Dan. 3, 40.] gentes[r] sibi adiuvare[s] posse confidit, antea periculum mortis quam salutem promeruit; quicumque propter copiam auri et argenti elevatur[t] in superbiam, antea desolationis [Cf. Deut. 17, 20 (8, 13).] obprobrium sustinebit, quam suae cupiditatis consulissit[u] aviditate[v]. Ipse iudex aeternus [Cf. Ps. 68, 8.] nunc iudicat, perpetuam iudiciariam possidet potestatem: non corrumpitur praemiis et[w] [Cf. Ioh. 5, 27; 1. Mac. 1, 14.] aspicit ad vota impiorum, sed considerat cogitationes cordium 'et reddet unicuique [Cf. Amos 5, 22. Cf. Luc. 9, 47.] secundum opera sua'. Inhonesta victoria est fratrem vincere[1], domesticos domos [Matth. 16, 27.] humiliare et possessionem a parentibus constructam evertere; contra semetipsos pugnant suamque felicitatem exterminant: de sua perditione gaudet accelerans inimicus[x].

---

a) vestri *corr. b.* b) dilectionem *corr. b.* c) vestra praesentia *corr. b.* d) sitientes *corr. b.* e) vos *interp. b.* f) *ita corr. b;* posteritatem *c.* g) pertinent *corr. b.* h) vel *corr. b.* *) *prior manus denuo scribere incipit in folio 11.* i) considerent *corr. b.* k) caveant *corr. b.* l) sortiantur *corr. b.* m) eorum *corr. b.* n) notitia *corr. b.* o) audiri *corr. b.* p) gaudemus *corr. b.* q) adminiculo *corr. b.* r) gentis *corr. b.* s) adiuvari *corr. b.* t) elevantur *c.* u) consuluisset *corr. b.* v) aviditati *corr. b.* w) aut *corr. b.* x) *ita corr. b;* inimicis *c.*

1) *Cf. quae Germanus, Gregorio testante, Sigiberto regi dixit:* Si abieris et fratrem tuum interficere nolueris, vivus et victur redis; sin autem aliut cogitaveris, morieris *(Hist. Franc. IV, 51).*

546-575 Qua fide et ex quo animo, qua devotione haec scribimus, Deo sufficit nosse, ut vobis bona futura praeparetis, et nos cum Deo absolutos esse vel paululum sentiamus. Sed
Isai. 58, 1. quia sacerdotibus praeceptum est: 'Ut tuba exalta vocem tuam et adnuntia populo meo opera eorum', ergo, piissima domna, intellegite mysterium et cavete exemplum. In principio duobus fratribus . . . .[a] erat mundus. Unus ex ipsis, Cain, fratricidium perpetravit et usque septuplum punitionis sententiam suscepit. Ioseph fratres sui per invidiam vendiderunt et postea servituti ipsius subiugati sunt. Saul sanctum David per invidiam nitebatur occidere, ipse postea in eum misericordiam exercuit. Abessalon fratrem interfecit, patrem e regno voluit removere, et, qualem suscepit interitum, nulli habetur incognitum, praecipue quoque David propheta dicente:
Ps. 36, 9. 'Quoniam, qui nequiter agunt, exterminabuntur; qui vero expectant Dominum, ipsi
1. Ioh. 3, 15; Ioh. 12, 35. hereditabunt terram'; apostolus clamat: 'Qui odit fratrem suum, homicida est et in
Matth. 5, 9. tenebris ambulat et nescit, quo vadat'; salvator denuntiat: 'Beati pacifici, quoniam
Ioh. 14, 27. filii Dei vocabuntur; pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'. Ubi est pax et caritas, ibidem est Dei pietas. Legimus per Hester reginam populo fuisse concessam salutem. In hac parte et vestram ostendite prudentiam et fidei vestrę salubritatem adque perfectionem, ut et domnum regem a Dei revocetis offensam, et populum a parte sua vivere liceat quietum, donec iudex aeternus consuetam discernet[b] iustitiam; quia evidentissime omnibus patet: Qui caritatem fraternam postponit, dispicit consortium, non adquiescit veritati; omnes prophetę contra ipsum loquuntur, omnes apostoli ipsum detestantur, et Deus omnipotens ipse, quod constituit, iudicavit[c].

Praemissa salutatione[d] obsequia supplicamus, ut latorem praesentium, servum vestrum Gundulfum, commendatum habeatis et, quae per eodem[e] verbo mandamus, absque hesitatione credentes recipiatis et implere non dispiciatis et elaboretis, qualiter de vestra salute nobis gaudia praeparetis. Illud petimus, ut per vestrae pietatis rescripto[f] ex omnibus iocundare[g] mereamur. Explicit.

10.

Aurelianus (Arelatensis) episcopus Theodebertum I. regem adulatur et exhortatur. (546—548.)

Edd. Freher, Corpus p. 193. — du Chesne, Franc. SS. I, 857; Bouquet, Rec. IV, 63.

DOMINO INCLITO ET UBIQUE GLORIOSISSIMO ADQUE IN CHRISTO PIISSIMO DOMNO ET FILIO, TEUDEBERTO REGI, AURELIANUS EPISCOPUS.

Licet tam sera scriptorum officia iustissime trepidatio comitetur, tamen nequaquam, reor, sermo evasa offensione iudicabitur, si apud aures clementiae sola tantum devotione animi perpendatur: hinc praecipue, quod ambientibus cunctis celsitudinem vestram nec metum[a] trahunt ex privilegio culminis nec repulsam metuunt de praeiudicio tarditatis. Vestra enim erectio ita sollemnis est, ut etiam humilium amore tangatur, ac dignitatum cumulum onerata fastigia vernolarum adhuc rudium primitivis cultibus praesumantur. Novis namque nunc studiis in obsequia religiosi principis in-

---

a) *spatium decem fere litterarum relictum; an* tantum commissus *supponendum?* b) discernat *corr. b.* c) indicabit *corr. b.* d) *ita corr. b;* selavatione *c.* e) eundem *corr. b.* f) rescriptum *corr. b.* g) iocundari *corr. b.*

10. *Ex hac epistola Aureliani, qui se ipsum regi* exiguam portionem obsequii vestri *nominat, colligendum est, Arelatem Theodeberto Austrasiae regi tunc subiectam fuisse; cf. Neues Archiv XIII, 379.* a) *ita corr. b;* tum *c.*

formamur et cum testimonio perfectae dilectionis ad praesentiam sacratae mentis ad- 546-548 mittimur. Haec ergo ex parte amoris nostri fiduciam, princeps obtime, metieris, cum ministeriis tuis nec territi pro tarditate subtrahimur nec verecundia pauperis ingenii refraudamur. Suscipe igitur benigne devotionis studio tyrocinia famulantum et gremio veniȩ largioris expande supplicibus: quia, cum omnes generaliter bono cordis incliti perfruantur, nos tamen, etsi exigua portio obsequii vestri, plenitudinem nobis principalis indulgentiae ad integrum vindicamus. Etenim, cum de te loquimur, adest gratia, etsi eloquentia deest, et solo ornatui nostro materia sufficit, quamquam doctrina non adsit. Quae cum ita sint, praeclara indolem laudis vestrae votis potius celebrabo quam litteris: quoniam semper, quae sunt maxima, conscientiam potius requirunt quam[a] linguam, digniusque committunt pectoris iudicio quam sermonis. Ac perinde non mihi in votis hoc commemorandum est, quod tempora caelebrant, sed quod aeternitas probat: religiosam potius actionem taxavimus, quae documentis evidentior est facta quam linguis, nec minus invicta meritis quam triumphis, cuiusque iam effectui laudabili velociora sunt exempla quam nuntia. Ideoque tropheis titulisque saecularibus sufficit loquacitas orbis. Multum namque tuis onusta virtutibus currit fama: cum pondere et veris opinionibus iam adsueta, de te tantum didicit non mentiri. Praetereo generis tui stimma sidereum: taceo et illud, quod unicus sceptris, multiplex populis, gente varius, dominatione unitus, solidus regno, diffusus imperio. Illud tamen, quod stilo rerum magnitudo suggerit, non tacebo. Dicam igitur, quod ortum moribus transcendisti, quod originalium culminum celsitudines gloriosa[b], descendens per natalium lineas, praecessisti. Didicisti itaque, quam sit arduum excelsa conscendere, et docuisti, quam magnum sit in sublimibus humilitatem servare. Quae de primis prima dicenda sunt, quae potissimum de cumulo praesumenda? Quid, inquam, potius aut prius dicimus[c], misericordiam in miseris, temperantiam in subiectis, affluentiam in donis, consilium in dubiis, constantiam in adversis? Cedant, si qua sunt mandata litteris; facta priscorum supergrederis, antiquitatem exemplis, tempora meritis; maximus dominio, quia magnus in voto; felix conscientia, cum pius in vita; macte restauratur vetustatis, novitatis inventor, in illis maturus, in istis iucundus; absentes beneficiis respicis, gratia praesentes inlustras; circumseptus amore omnium, dilatatus opinione cunctorum; simul apud te, cum sis quietus, triumphas; in hoc gloriosus factus, dum ostendis in divitias regni non tam habere quam vincere dominantem: adfirmant[d] et caelestibus aptum efficiunt. Multiplica igitur cotidianis operibus et profectibus indefessis gratiam, quam Deus contulit, mens meruit, mundus agnovit. Supergredere crescendis spatia feliciter, vincendo te ipsum: quia in conspectu maiestatis aeterne accepturus es praemia absque praetio. Nunc in temporariis finem tollas mercedibus laborandum, tantum eris magis debitor, quantum copiosius accepisti, et tantum erit reddenda ratione magis periculum, quantum amplius regnum. A christiano principe inestimabilis ratio Deo reddenda est. Cogita semper, sacratissime praesul, diem iudicii, diem terroris inenarrabilis, diem furoris Domini, diem remunerationis iustorum, diem aeternae laetitiae et perpetuae poene, diem ubi damnatio non accipiet terminum, nunc iocunditas habet occasum[e], diem, inquam, illum, ubi omnes angeli, principatus et potestates de expectatione iudicii contremescent, ubi non erit discretio natalium, sed meritorum, ubi non servus et liber, pauper et potens, sed omnia et in omnibus Christus, ubi acceptio personarum non Cf. 2. Paral. 19, 7. fiet, ubi divitiae non proderunt, nisi praemissȩ, ubi etiam et cogitationes cordium discutiendȩ sunt. In hac itaque die, quam memoravimus, faciat vos Deus omnipotens post longissima tempora ac felicia sceptra variis exornatum virtutibus et summa

a) in *interp. b.* b) *an* gloriosas? c) *sequitur* in *eras.* d) talem te omnes *ante* adfirmant *interponendum videtur.* e) nunc — occasum *videtur mendose interpositum esse.*

546-c.550 remuneratione dignos venire, ubi et pro vobis et pro omnium vestrorum profecto accipiatis coronam. Ostendatis ibi opera[a] misericordie, iustitiae, concordiae, pietatis, mansuetudinis, humilitatis et in his omnibus centenę plenitudinis, cum hic impleveritis salubriter numerum, illuc recipiatis in perpetuo fructum.

Deus omnipotens vitam felicitati vestrae ad praesidium et consolationem multorum longissimis temporibus protegere et conservare dignetur. Explicit.

11.

Mapinius (Remensis) episcopus, cum a Theodebaldo rege ad synodum in urbe Tullensium die I. mensis Iunii celebrandam evocatus venire propter causam non declaratam noluisset, iam certior factus, de molestiis actum fuisse Nicetii, Nicetio (Trevirensi) episcopo absentiam suam excusat. (c. 550 Iun.)

Edd. Freher, Corpus p. 194. — du Chesne, Franc. SS. I, 858; Bouquet, Rec. IV, 68; Mansi, Conc. IX, 147.

DOMINO SANCTO ET IN CHRISTO BEATISSIMO FRATRI, NICETIO PAPAE, MAPINIUS EPISCOPUS.

Marc. 3, 24. Evangelicae lectionis doctrina testatur: 'Regnum in se divisum stare non posse'. Si hoc de mundi amatoribus et in terrena cupiditate manentibus recte et non inmerito credatur, indubitanter rectius de sacerdotum personis sentitur, si discordantibus votis ac studiis inter se dividi conprobentur. Aut qua fiducia conditori nostro, qui nos in unitate conpages, quod est corpus suae deitatis, vivere praecepit, praeces oblaturi sumus, si nos vicissim mutua caritate seponimus? ut quodam loco deificus sermo Cf. Prov. 18, 19; 2. Reg. 22, 8; 2. Tim. 2, 19. docet: Studere nos convenit, ut frater, fratri adiuvans, sicut civitas munita et fortis inconcusso fundamine stare posset, scilicet ut unius fratris mestitia omnes aequanimiter conpatiendo participemus mutuisque nos laboribus sublevemus.

Pro qua re, piissime ac multum diligende domne et frater, indicamus, nos litteras filii nostri, domni regis Theodobaldi, excipisse, ut in Tullensium urbem die Kalendarum Iuniarum adesse deberem; et, nullam causam evocationis declarantes, reciprocante pagina indicavimus, nos illic accedere[a] non debere, quia causam condicionemque nos constabat ignorare; iteratis scriptis edocuit, beatitudinem vestram, dum aliquos Francorum pro zelo divini timoris corripit ac pro incestis condicionibus a communione[b] ecclesiastica removit, scandala seu anxietates multimodas sustinere. De qua re non mediocriter ingemescimus, quod nos relatione vestra scire non feceritis, utrum ex canonica lectione damnantur, an pro pastorali diligentia de mediocris reatibus corrigantur. Licet nihil novi vos de his rebus invenire posse cognoscimus, quod prisca patrum sollertia non potuit repperire, tamen absurdum esse videtur, ut a nobis recipiantur, qui a vobis secundum seriem canonum ecclesiastica severitate abdicantur. Novimus enim, si scienter hoc gerimus, quod criminibus aliorum miscamur; si ignoranter, reatui non subdamur. Quapropter salutantes caritatem debitam, indicamus simulque suademus, ut nos in omnibus participes tam tribulationum vestrarum incommodis quam prosperitatum commodes fieri studeatis. Nam nos mediante capite nostro, quod est Christus, nullis adversitatibus a vestra anxietate divellimur, nullisque asperitatibus a vestra caritate conpellimur, dividimur. De qua re si tam praesumptiosi non

---

a) operam *c.*

11. *Cf. quae de Nicetio et de hac epistola adnotavit Bruno Krusch: SS. rer. Merov. I, 733 n. 1.*

a) *ita ex* accendere *corr.* b) communitione *c.*

c. 550. c. 580?

existimus, indicare praesumimus: Decuerat, ut vestra consolatio pro huiusmodi condicionibus potius quam regiae vocationis nos conserere debuisset, quia pari modo, si nobis aliquid similem, quod in posterum arbitramur posse fieri, contigisset, statim ad vestram fraternitatem scripta direxeramus, ut nos congruo tempore vel locum coram positi videremus. Quamquam parere nos regiis praeceptis in bonis rebus et conveniat et libeat, tamen non vestris minus scriptis studio caritatis, non supplicio dirigamur[a] dispectionis, quia amaritudo vestra dulcedo nostra esse non poterit, nec abiectio vestra absque nostra deiectione constabit, et veneratio vobis debita inpensa a nobis non dinoscitur procul posita. Adque utinam, ut praefati sumus, caritate suadente ac pagina decurrente vestra, nobis patefieret: docuistis[b] animorum molestiam, cognoveramus, utrum conpatimur molestiis vestris an delectamur: nam tacente, ut ipsi scitis, divina[c], sola loquente viro humanitas intellegere potest. Hoc tamen plenius noverit vestra perfectio, si ad nos iterata scripta domni regis ante quinque vel sex dies Kalendarum Iuniarum pervenisset: in die praefata praesentiam humilitatis nostrae in locum habueratis constitutum. Explicit.

12.

Dinamius (dux) amico cuidam gaudere se de acceptis litteris significat eumque ut pergat scribere hortatur. *(c. 580?)*

Edd. Freher, Corpus p. 195. — du Chesne, Franc. SS. I, 859; Migne, Patrol. lat. LXXX, 25.

EPISTULA DINAMII AD AMICUM.

Quantum aestifero solis ardore defesso vel longinqui itineris[a] vastitate quassato gelida limpha, dum ariditatem temperat, restinguit desideria sitientes, ita mihi vestrarum epistularum elocutio, cum incolomitatis vestrae indicia rettulit, gaudiorum incrementa nutrivit; quia, quotiens crebra recordatione dulcia affectionis vestrae vota commemoro, desideria pectoris publicare suspiriis non desisto, pro eo, quod ille corporali fraudatur intuitu, qui de cordis non absentatur arcano. Idcirco officium sospitatis plenissimo caritatis iure persolvens, spero, ut, quotiens aditum temporum difficultas diversa praestiterit, semper exiguitatem meam vestrorum apicum elocutio desiderata confortat[b], quousque cum divino auxilio, animorum devotione suppleta, mutuis inter nos laetamur[c] aspectibus, qui numquam indivisis affectionibus sequestramur.

13.

Gogo, nutricius Austrasiae regis, cumulatus muneribus Chamingo duci gratias refert nuntiatque, se a rege (Sigeberto?) pluribus, quam ab illo iuvene promissum sit, honoribus amplificari. (Versus, quos adnexos commemorat, amissi sunt.) *(ante 575?)*

Edd. Freher, Corpus p. 195. — du Chesne, Franc. SS. I, 859; Bouquet, Rec. IV, 70.

---

a) dirigantur *c.* b) decrevistis *c.* c) *an* divinitate?

12. *Dinamium esse illum rectorem Provinciae, quem Gregorius (Hist. Franc. VI, 7. 11; IX, 11) nominat, verisimile est; quis sit amicus eius, accurate exquiri non potest; sed cum, Dinamium Massiliae positum et Fortunatum apud Austrasiae regem commoratum litteras inter se dedisse et accepisse, Fortunatus ipse (Carm. VI, 9. 10) ostendat, est, cur amicum illum esse Fortunatum opineris; cf. Neues Archiv XIII, 369.* a) *Omnes litterae superscriptionis et primae lineae extremum vocabulum* itine *comprehendentis in locis rasis.* b) confortet *corr. b.* c) laetemur *corr. b.*

c. 568 — 575?

DOMINO SUO, CHAMINGO DUCI, GOGO.

Ita in arcano pectoris vestrae dulcedinis affectus includitur, ut nequaquam absens esse a me aliquatenus iudiceris, qui semper intuitu interiore conspiceris. Nec valet interiacentium terrarum longinquitas diversa videre, quos, dudum est, quod antiqua caritas individuis dilectionis nexibus dinoscitur sociasse. Non tamen me in aliquo vastitas tenebat itineris, si ad vos videndos praestaret licentię[a] liberalitas principalis, ut quantitatem vestri corporis, quam exterior errat oculis, tenaci conplexu avidus ambiret affectus, et integram gratulationem animi laetitiam conperet[b], dum ille tandem adstaret coram positus, qui a me dinoscitur esse indivisus. Ergo nihil mihi de vobis aliut, patrone dulcissime, cum in alternis provinciis resedemus[c], longinquitas temporum, nisi corporalem fraudat aspectum. Sed et ipsa intrinsecus decora vi pectoris forma conspicitur, cum affectuosis motibus recordatione sepissima figuratum. Idcirco reddens munia sospitatis, ingentes gratias refero, quod me totiens oneratis conlatione munerum, quem multum antique dignatione reddetis honoratum. Illud tamen, auxiliante Domino, relatione veridica vobis gaudiis promulgatus adnuntio, quod tantum assiduae erga nos[d] gratia regii amoris accumulat, ut pollicitatio, quae in iuvenili aetate facta est, assiduis successibus amplietur. Et licet in tuis laudibus me inparem esse sentiam, adtamen amoris inpulsu tardum promovisse dinoscor ingenium, et, in cuius laudem vix sufficere poterat eloquentia Maroniana, praeco inperitiae meae audacia praestabit ingressum. Sed in his versiculis subter adnixis, quos amore solemni trepidantibus digitis exaravi, et diligentis affectus ostenditur et ignorantis rusticitas propalatur. Explicit.

14.

Fortunatus poeta Magnerici (Trevirensis) episcopi, qui Nicetio magistro mortuo successit, virtutes celebrat gratiamque petit. *(c. 568.)*

Edd. Freher, Corpus p. 196; Brower, Antiq. Trev. III, 11 (III, 13); Acta Sanct. Iul. VI, 190. — du Chesne, Franc. SS. I, 860; Leo, Fortunati opp. p. 291 (L).

DOMINO SANCTO, MERITIS APOSTOLICIS PRAEDICANDO IN CHRISTO PATRI, MAGNERICO PAPAE, FURTUNATUS HUMILIS[a].

Culmen honorificum, patrum pater[b], arcesacerdus[c],
  Pontificale decus, proficiente gradu
Quem fidei titulo[d] mercis[e] erexit in altum
  Ecclesiaeque capud distribuente Deo,
Discipulae egregii, bone Magnerice, Niceti,
  Nominis auspicium[f] magne canende tuo[g],
Clare sacro merito, tanto informante magistro,
  Quem reparas operum fructificante loco:
Cuius opime sequax sancta et vestigia servans,
  Rite minister agens, ecce magister ades.

13. *Gogonem, quem nutricium Childeberti II. regis Gregorius (Hist. Franc. V, 46) nominat,* gratia regii amoris *gloriatum, non Childebertum dicere, sed fortasse Sigebertum, patrem eius, exposui Neues Archiv XIII, 369 et 370 n. 1 (et 378); de hoc Chamingo duce nihil reperire potui; cf. ibidem p. 370.* a) licentę *c;* licentiae *corr. b.* b) caperet *corr. b.* c) resedimus *corr. b.* d) vos *corr. b.*

14. *De Magnerico cf. MG. SS. VIII, 159. 160 et SS. rer. Merov. I, 332. 351. 367.* a) *pro inscriptione superscr.* De Magnerico Trevirensi episcopo *L.* b) pate *c.* c) arcesacerdos *corr. b;* archisacerdos *L.* d) titulus *L.* e) meritis *L.* f) auspicio *L.* g) tui *L.*

Auctorisque[a] pii successor dignus haberis. c.540-c.568
Heredisque[b] sui frugi parensque manes[c].
Crevit post obitum pater et te crescere fecit,
Dum capit ille polum, tu capis arce locum.
Grex alitur per te vice praecessoris, alumne,
Nec sua damna dolet, dum tua lucra tenet.
Fratribus optandus, iocundus honore ministris,
Carius et populis pastor amore places.
Te panem esuriens, tectum hospis[d], nudus amictum,
Te fessus requiem, spem peregrinus habet.
Haec faciens, intende magis, venerande sacerdus[e],
Ut commissa tibi dupla talenta[f] feras.
Pro Furtunato exorans quoque, dulcis amator,
Spem mihi dans veniae, sit tibi palma, pater. Explicit.

15.

Mapinius (Remensis) episcopus Vilici (Mettensis) episcopi officium praedicans et exoptans, ut ad sexagesimum annum vitam perducat, petit, ut edoceatur, quanti stent in eius regione porci. *(c. 540—550.)*

Edd. Freher, Corpus p. 196. — du Chesne, Franc. SS. I, 860; Bouquet, Rec. IV, 69.

DOMINO SUO, VILICO PAPAE, MAPINIUS EPISCOPUS.

Felicem beatumque te, beatissime pater, omnes unianimiter praedicamus, cui superna pietas huiusmodi tribuit intellectum atque benignitatis affectum, ut singulari caritate perfectione vivere conproberis. Licet sancto Petro hoc a Domino dicto legamus: 'Pasce oves meas', sed ad cunctos, qui sacerdotalem funguntur officium, pertinet (Ioh. 21, 17.) praesens sententia. Tu vero cunctos supergrediens dulcedine singularis, qui non solum oves tibi commissas pascere cerneris, sed aliarum ovium sacerdotes melliflua perfectione atque diliciarum ubertate saginare non desinis. Testis est ille perscrutatur[a] (Cf. Apoc. 2, 23.) renis et cordis, quod non adsentaturię ista, sed veridica a nobis adsertione conscribi. Quodsi te conditor redemptorque noster usque ad sexagenarium numerum annorum, ut exoramus, provexerit, eris cunctis praecipuus et reliquis sacerdotibus anteponendus, ut cuncti, qui vitę tuae instructione proficiunt, se doleant te deesse et se post vivere ingemescant. Salutantes igitur amore debito, amore sollicito praecantes — gratias cum sedula relatione laudesque referentes — pro nobis misericordis Domini misericordiam exorare non desistas. Quapropter rogamus, ut nobis caritas vestra indicare dignetur, quantos solidos et ad conparandos porcos in illis partibus dirigamus, quia constat nobis donum a vobis muneris locum[b] conlatum[c], si hoc beneficium vobis ordinantibus fuerit repertum. Explicit.

a) *ita corr. b;* auctoresque *c.* b) *ita corr. b;* heredesque *c.* c) manet *c.* d) hospes *corr. b;* hospes *L.* e) sacerdos *corr. b;* sacerdos *L.* f) *ita corr. b;* telenta *c.*

15. *Ad Vilicum scripsit Fortunatus libri III. carmen 13; cf. etiam VI, 8.* a) perscrutator *corr. b.* b) loco *corr. b.* c) collatum *corr. b.*

16.

542-581 *Gogo (Childeberti II. regis nutricius) sapientiam Traserici (Tullensis) episcopi laudibus efferens concedit, eius, qui indigena sit, consilium de quadam re datum praestare quam cuiusdam alieni immerito consulti, cuius dictio barbarum sapiat.* (c. 565—581.)

Edd. Freher, Corpus p. 197. — du Chesne, Franc. SS. I, 861; Bouquet, Rec. IV, 70.

EPISTULA GOGONIS AD TRASERICUM.

Augmen[a] ingenii vestri non veraciter excusatis, cum affluentiam dictionum ostendetis: nec mirum ducimus, ut inde ubertas verborum procedat, in quo salubritatis scientia exabundat. Nam difficile valet quicumque vacuare conditum, quem ad ministrandum diffusio reddidit cotidiana repletum, et nescit[b] arescere[c] tellorem circius[d], ubi fluminis gignitur ortus. Ergo dum scientiam[e] nostram falsis laudibus adornatis et parentali affectu ostendetis, eo[f] magistra institutione inscium castigatis, quatenus illum possetis[g] ad verum provocare praeconium, qui vestris cupit iudiciis parere, per meritum. Et quamlibet circa saurina[h] nemorum succisa purgetis, nostra quoque pectora sermone dialectico aperuistis. Utrasque enim res vobis ad laudem facitis pertinere, cum agriculis culturam et nobis praeparatis in epistulis lectionem. Praecipua est itaque, divinitate propitia: minime necessarium, secundum quod scribitis, ad alienos requirere, quod per proprios vates aliis possumus fenerare — quoniam poetis datur indutia peregrinis prudentiam monstrari insignem —, cum te incola regio nostra unicum meruit habere doctorem. Neque enim vituperonum[i] usurpatio extergit sapientiam, quam in vos institutio priscorum et singularis natura fundavit. Quid igitur facturus sum? provocavi laticem, quem necdum in responsis sustinere valeo decurrentem. Sed haec unda inrigua et inperitum ebromat[k] sensum et conponit barbarum dictatorem, qui potius apud Doderenum didicit gentium linguas discerpere, quam cum bone memoriae Parthenio obtinuisse rethorica dictione. Qua de re salutans plurimum, optans, ut inter nos praemia cotidiana discurrant, Deo propitio, gaudiorum. Explicit.

17.

Dinamius (dux) Vilico (Mettensi) episcopo excusans tardatam hanc suam epistolam nuntiat, se quae sibi imperata essent fecisse, et suppliciter mandat, efficiat, ut ipse favore regis (Theodeberti sive Theodebaldi, ut videtur) usus revocetur, et grates pro muneribus missis agit. (542—568.)

Edd. Freher, Corpus p. 197. — du Chesne, Franc. SS. I, 861; Bouquet, Rec. IV, 69; Migne, Patrol. lat. LXXX, 25.

DOMINO SEMPER PECULIARE SUO, VILICO PAPAE, DINAMIUS.

Vereor quidem, ne pro huius tarditate libelli reus vestri exsistam imperii, sed si solito pietatis arbitrio mearum amaritudinum pondus inspicitis, necessitati protenus[a] indulgetis. Ut valui, tamen implere, quae praecepistis, intendi, quoniam non dubites,

---

16. *De Gogone cf. ep. XIII.; quibus annis Trasericus vixerit, incertum est; sed errare videtur vir cl. Guillaume, qui (Hist. de Toul I, 159) eum temporibus Theoderici I. regis episcopum fuisse arbitratur.* De oratorio Trasarici, *ut videtur, eiusdem scripsit Fortunatus carmen 13 libri II.* a) augmentum *corr. b.* b) noscit *c.* c) arescit *c.* d) circinus *c.* e) sciam *c.* f) et *corr. b.* g) possitis *corr. b.* h) *locus corruptus: de sarmentis vel surculis succisis agi videtur; an* quaelibet circaeā ut ima? i) vitupiorum *c.* k) depromat *corr. b; quid sibi velit vocabulum nescio.*

17. *De Dinamio cf. ep. XII., de Vilico ep. XV.* a) protinus *corr. b.*

*beatissime pontifex, quod iam me tibi reddidit perpetua sedulitate subiectum unicae caritas imperium. Sed mirum hoc esse non censeo, dum te in omnium pectoribus sic devinctum esse confido. Nam eatenus vos remuneratione superno diversa beneficii largitate praerogativa generalis amplificat, ut in vobis esse probetur ingenitum, quidquid ubique radiat praetiosum. Et dum generosa naturalium[a] dignitas[b] decoratur, humilitate plus nobili[c] totum te tribuit libertati. Quo fit, ut caritatis splendor, qui intra vestri pectoris arcana inmensi luminis claritate praeradiat, etiam corporis serenitatem ostendat, et ita sit cordis speculum gratia, quae renitet in vultu. Pro qua re universitas se certatim vestro conciliari affectu desiderat, dum omnes conscius amor invitat. Quam magis ego invicem mei famulatus verborum gaudeo iura praemittere, donec et, recuperatis viribus, rebus merear respondere. Idcirco fenus humillime sospitatis inpendens, depraecor, ut iugiter me in divinis oraculis, quem receptum dignatio retinet, intercessio vestra commendet, et omnibus, quibus necessarium inspicitis, per quos etiam regis auribus deferatur, meam necessitatem adserite vel celerem reditum optinete, ut indulto suffragetis patrocinio, quem inpenso fovetis affectu. De transmissis vestris exeniis ancipiti[d] meditatione suspensor[e], utrum me referre grates oporteat, an silere, quoniam, qui non valet implere praeconium, digne vitat affectum. Non tamen credit coronę vestrae magnitudo sufficere, quod in urbe, cui praeestis, non desinit universis inmensa largitas ministrare, nisi ut illos stipendiis donetis propriis, qui moenibus inhabitant alienis: sicut me, quem humanitas vestra obtata infestatione persequitur, quam, dum non valui coactus effugere, devotus videor excipisse. Unde tamen licet ariditas subsistat ingenii, tamen poterat suffragii propago praetendi, nisi quod inibi epistula terminum habuit, quod spatium carta negavit. Explicit. 542-568

18.

Theodebaldus rex Iustiniano imperatori, qui per Iohannem et Missurium legatos regi in solio patris (Theodeberti) posito gratulatus munera miserat, gratias agit et, conviciis imperatoris reprehendentis decessorem dilutis, amicitiam petitam condonat.

(547.)

Edd. Freher, Corpus p. 198. — du Chesne, Franc. SS. I, 862; Bouquet, Rec. IV, 58.

DOMINO INLUSTRO[a], INCLITO TRIUMPHATORI AC SEMPER AUGUSTO, IUSTINIANO IMPERATORE, THEODOBALDUS REX.

Accedentibus ad nos legati vestri[b], Iohannis[c] et Missurius[d], non mediocriter laetificati suscepimus, dum eorum relationem felicitatem imperii vestri divinitate fundatam crescere et permanere cognovimus inconcussam. Salutantes igitur, serenitati[e] vestro[f] debito indicamus, munera vestra praefatis deportantibus eo a nobis excepta animo, quo a vobis affectu constat fuisse transmissum. Ideoque tam pro largitate muneris quam pro delectatione animorum, quam indicastis vobis praestitam pro eo, quod nos[g] in solium genitoris nostri[h], ut dignum erat, superna potentia resedere[i] praecepit, inexsolubilem gratiarum actionem inpendimus. Illud namque inter omnia valde animis nostris molestiam generavit, quod tantum ac talem principem ac diversarum

*) *altera manus rursus scribere incipit in folio 16.* a) natalium *corr. b.* b) dignitate *corr. b.* c) nobilem *corr. b.* d) ancipati *c.* e) suspendor *corr. b.*

18. a) illustri *corr. b.* b) legatis vestris *corr. b.* c) iohanne *corr. b.* d) missario *corr. b.* e) serenitatem *corr. b.* f) vestram *corr. b.* g) vos *corr b.* h) vestri *corr. b.* i) *ita corr. b;* reserere *c.*

534-547 *gentium domitorem post mortem pagina decurrentem videmini lacerari, qui vivens imperatoribus ac regibus vel gentibus universisque fidem inmaculatam promissasque semel amicitias firmis[a] condicionibus conservavit et, pro christianae religionis intuitu, non, ut scribitis, loca sacrosancta distituit, sed magis pagana[b] consumpta excidio suis, Christo auctore, temporibus in meliore culmine revocavit. Nam qualem praefatus princeps, in cui[c] vos obprobrio tanta dixistis, cunctis gentibus fidem servavit, innumerabilium triumphorum, Deo volente, victoriis declaratur. Amicitias nostras, quas delectabiliter requiritis, stabiliter. rogamus[d], studeatis, et, quod[e] melius foedere inviolabili permaneant, ab animis vestris, nullis intercedentibus causis, absistant[f]. Explicit.

19.

Theodebertus I. rex a Iustiniano imperatore litteris die XXII. mensis Septembris acceptis tria milia militum Bregantino patricio auxilio mittere iussus, per Andream comitem (Constantinopolim) revertentem moram et legatione imperatoris omni spe tardius profecta et ratione ab Andrea declaranda excusat et promittit, si imperatoris legati ad se redierint, omnia expedita fore. *(534—547 Sept. Oct.)*

Edd. Freher, Corpus p. 198. — du Chesne, Franc. SS. I, 862; Bouquet, Rec. IV, 59.

DOMINO INLUSTRO ET PRAECELLENTISSIMO DOMNO ET PATRI, IUSTINIANO IMPERATORE, THEODEBERTUS REX.

Litteras gloriae vestrae, Andrea comite veniente, suscepimus, quibus indicare dignamini, tria milia virorum in solacium Bregantini patrici[1] dirigere deberemus. Sed moram huius rei legatio vestra[a] fecit — et ratio aliqua, quam per ipsum vobis verbo mandavimus, intercessit — quae ad nos tardius, quam speravimus aut vestra excellentia scripserat, pervenit, quam X. Kalendas Octobris[b] ad nos per .. accessisse[c] gloria vestra cognoscat. Et ideo, ipso Andrea revertente, amorem nostrum erga imperium vestrum, ut profectus communis habuerit, interveniente caritate, custodire, Deo adiuvante, disponimus, ita ut, cum legatarii vestri ad nos pervenerint, et omnia pro utilitate communi a nostris partibus, Deo auspice, fuerint confirmata, rebus evidentibus, quomodo vos diligamus, adprobatur. Explicit.

20.

Theodebertus I. rex litteris Iustiniani imperatoris transmissis per Theodorum et Salomonem legatos interrogatus exponit, regno suo fines Thuringiorum et Nortsuavorum et Saxonum et Euciorum et totam Franciam et Italiae Pannoniaeque partes contineri. *(534—547.)*

Edd. Freher, Corpus p. 198. — du Chesne, Franc. SS. I, 862; Bouquet, Rec. IV, 59.

*) *prior manus scribere incipit in folio 17.* a) *ita corr. b;* furis *c.* b) paganorum *corr. b.* c) cuius *corr. b.* d) habere *interp. b.* e) quo *corr. b.* f) obsistant *c.*

19. a) nostra *c.* b) kal. octob. *c.* c) peraccessisse *c;* peraccepsisse (?) *corr. b; aliquid excidisse videtur.*

1) *De hoc Bregantino patricio nihil exquirere potui.*

DOMINO INLUSTRO ET PRAECELLENTISSIMO DOMNO ET PATRI, IUSTINIANO IMPERATORE, THEODEBERTUS REX. 534-c.550

Theodorus vir expectabilis cum Solomonem pariter veniens[a], litteras, quas imperii vestri clementia distinavit, integra animi caritate et devotione suscepimus, quia, cum de nobis curam geritis, sic latius per diversas gentes adque provincias Dei amatam amicitiam propagamus. Id vero, quod dignamini esse solliciti, in quibus provinciis habitemus aut quae gentes nostrae sint, Deo adiutore, dicione[b] subiectę: Dei nostri misericordiam[c] feliciter subactis Thoringiis et eorum provinciis adquisitis[1], extinctis ipsorum tunc tempore[d] regibus, Norsavorum itaque[e] gentem[f] nobis placata maiestate[g][2], colla subdentibus edictis ideoque, Deo[h] propitio, Wesigotis[3], incolomes[i] Franciae, septentrionalem plagam Italiaeque[k][4] Pannoniae[l][5] cum Saxonibus, Euciis[6], qui se nobis voluntate propria tradiderunt, per Danubium et limitem Pannoniae usque in oceanis litoribus custodiente Deo dominatio nostra porrigetur. Et quia scimus, augustam celsitudinem vestram de profectu catholicorum, sicut etiam littere vestrae testantur, plena animi iucunditate gaudere, ideo est, quod secundum voluntatem vestram, quae Deus nobis concesserit, simplici relatione mandamus, desiderantibus animis exoptantes, ut felicibus[m] gloria vestra ita valeat, ut antiquam retroactorum principum amicitiam conservetis, et gratiam, quam sepius promittitis, in communi utilitate iungamur. Explicit.

21.

Rufus (Taurinensis) episcopus Nicetio (Trevirensi) episcopo artifices Italicos optatos, presbytero Amabili duce, mittit conquestus, quod non iam ut antea eius praesentia frui possit; rogat, Sunnovecho et Catellioni diaconis salutem dicat. (c. 550.)

Edd. Freher, Corpus p. 199. — du Chesne, Franc. SS. I, 863; Bouquet, Rec. IV, 75.

DOMINO SEMPER SUO ET APOSTOLICO DOMNO ET PAPAE NICETIO RUFUS EPISCOPUS.

Dum suavissimis pietatis vestrae imperiis plena devotione famulari contendo, harum portitores artifices, de partibus Italiae accitus et sacramentorum legationi securitate traditus, ad vos, Domino ducente, transmisi. Ad quos praesentandos venerationi vestrae fratrem meum, Amabilem presbyterum, distinavi. Salutem ergo humillimam et omnem suavitatis dulcedinem vinculis conligatam persolvens, suggero, mihi multum divinitus prestitum, dum in occursum vestrum me ambulasse congaudeo, ut tantum decus ornatumque ecclesiae, sanctitate summum, caritate benignum, humilitate egregium, puritate praeclarum, claritate praecipuum, ubertate purum, puritate serenum,

---

20. a) veniens pariter *corr. b.* b) dicioni *corr. b.* c) misericordia *corr. b.* d) temporis *corr. b.* e) *delevit b.* f) gentis *corr. b.* g) maiestas *corr. b.* h) subdidit deoque *ex* subdentibus edictis ideoque deo *corr. b.* i) wisigotis qui incolebant *corr. b.* k) *delevit b.* l) pannoniam *corr. b.* m) profectibus *add. b.*

21. *De Rufo cf. Gregor. lib. in gloria mart.: SS. rer. Merov. I, 497 et quod Krusch n. 6 adnotavit; de Nicetio cf. ep. XI.*

1) *Cf. Gregor. Hist. Franc. III, 4. 7.* 2) *De his Suavis agunt Gregorius Hist. Franc. V, 15, Paulus Hist. Langob. II, 6, Fredegarius Chron. c. 15 (ad a. 594); in Ann. Mettens. commemorantur* fines Saxonum, quos Nordosquavos vocant *(SS. I, 330 ad a. 748): Zeuss, Die Deutschen und die Nachbarstaemme p. 362.* 3) *Cf. Gregor. Hist. Franc. III, 21. 23.* 4) *Cf. Gregor. Hist. Franc. III, 32 et Paul. Hist. Langob. II, 2.* 5) *Theodebertum regem Pannoniae partibus potitum esse, alias non relatum est.* 6) *Eucios eosdem ac Iutas esse docet Zeuss (Die Deutschen etc. p. 146. 501).*

c. 550.568? humilitate largum, largitate munificum, pietate laudabilem, scientia laudandum — humilis vestrae conspectibus Deus noster praeceperit non fraudari. Quae omnia dum recordor, amplius mihi, dum elongans absentor, quam gaudii fecerat, meroris ingessit. Hoc tantum consolationis remansit, quod vos intra arcana pectoris mei, quamlibet carcereo pectoris habitaculum, integre tamen recludens, me congaudeo consolari. Nam tantum iam desiderio cogor, ut me nec itineris longinquitas, nec viarum vasta contritio, nec labentium aquarum congesti moles, nec sevientium indisciplinatorum timenda iniuria reteneat; ni[a], si fieri possit, pinnifero vellim volatu vestris adstare conspectibus, ut sanctis obtutibus praesentatus, advolutus genibus manibusque deosculatus[b] — ut non minus mihi et modo, quam antea conlatum[c] fuerat, Christo praestante, gauderem, et, dum cum famulis meis, quos vestrae congaudeo eruditioni dulcatos, vobiscum pariter laetabamur, dum mero temporalis excludebatur laetitia, spiritalis, ipso adiuvante, excoleretur. Sed quia ad praesens, quod opto, implere non possum, fruantur vel illi assiduae et longo tempore, quod pro vestris meritis vel sua habere meruerunt benignitate, et nos, si non meremur praesentia vel nuntio currente de vobis, ipso propitiante, laetemur [alloquio. Fiat][d] enim divina potentia, ut, qui vos talem pontificem iussit institui, pro omnium profectu usque ad summum senectutis iubeat culmen perduci. Omnes sancto lateri vestro adherentes, praecipuae conservos meos, Sunnoveho et Catellione diaconos, si propitii permittetis[e], salutari rogo.

In sanctis orationibus vestris mei meminisse dignemini, domine sancte et apostolicae sedis dignissime et meus peculiaris domne. Explicit.

22.

Gogus (nutricius Austrasiae regis) praedio quodam in dioecesi Petri (Mettensis) episcopi sito potitus, ab episcopo petit, ut illud in tutelam suam recipiat, et salutat episcopum eiusque clericos. *(568?)*

Edd. Freher, Corpus p. 199. — du Chesne, Franc. SS. I, 863; Bouquet, Rec. IV, 79.

DOMINO VERE SANCTO AC BEATISSIMO DOMNO ET PATRI, PETRO PAPAE, GOGUS.

Sedula dilectione ad vos vel eundem locum conpellor scribere, quo sacerdotali dignitate praecellitis, ubi nuper novus possessor esse promerui. Quod etiam divinę fuit dispensatio maiestatis, ut essem vobis oportunitate vicinus, quibus eram caritatis iure coniunctus, et alternis vicibus visitare deberem, quos videor in corde amore individuo retinere; eademque possessio, dum vestra residet defensio[a], iam unita in vestris praesidiis nos prumptus[b] esse sollicitat. Saluto igitur venerabiliter peculiarem pontificem, in quem apostoli Petri nomen radiat renovatum, quem decorat[c] speculandi diu gratia pastoris probitas ac dispensatoris humanitas. Saluto Iohannem, beati praecursoris de honore nominis coruscantem, rectorem domus ecclesiae singularem. Saluto Theodulfum, sacri Domitiani abbatis similem, de cuius sepulchrum[d] rosarum virgulta prodierunt, moribus insignem et vitae conversationis[e] sublimem. Saluto reliquos abbates, sanctis templorum liminibus conversantes. Saluto Flitomerem, qui sub praeteritum sacerdotem[f] actionem ecclesiae laudabiliter gubernavit. Saluto Mactaricum

a) nisi *c.* b) deosculatis *corr. b.* c) collatum *corr. b.* d) *spatium duodecim fere litteris relictum.* e) permittitis *corr. b.*

22. a) *ita corr. b;* defenso *c.* b) promptos *corr. b.* c) decorato *c.* d) sepulchro *corr. b.* e) conversatione *corr. b.* f) praeterito sacerdote *corr. b.*

archidiaconum, dignitate conspicuum, iniantem in reparationem ecclesiae, in utilitatibus vigilantem. Salutem Avolum, notarii eruditione fulgentem. Saluto Sindericum, psalmorum carmina in positionis ordine diluculo concinnentem. Saluto Theodosium, universorum auribus serenis cantibus lenientem. Salutem Theodemundum, amicis congruum, praesidium civium, fidei fundamentum. Sed nec illum insalutatum relinquo, cuius gressibus indesinenter sanctorum limina visitantur et nunc super Musellae litoribus praecelsa templi cernitur construxisse iam culmina, et de cuius doctrina regum sunt ornata palatia[1]. Per te enim, beatissime papa, saluto universam plebem pastorali vobis sollicitudine commendatam, qui, orationibus vestris obtinentibus, inlaesa erit, divinis obtutibus praesentanda. Explicit. c. 460.568?

23.

Auspicius Tullensis episcopus Arbogastem comitem Trevirorum designatum, filium Arigii, laudibus effert hortaturque, ut vitia sordium et avaritiae vitet Iamlychumque (Trevirensem) episcopum honoret. *(c. 460.)*

Edd. Freher, Corpus p. 200. — du Chesne, Franc. SS. I, 864.

EPISTULA AUSPICI, EPISCOPI ECCLESIAE TULLENSIS, AD ARBOGASTEM, COMITEM TREVERORUM.

Praecelso, expectabili his Arbogasti comiti
Auspicius, qui diligo, salutem dico plurimam.
Magnas caelesti Domino rependo corde gratias,
Quod te Tullensi proxime magnum in urbe vidimus.
Multis me tuis actibus laetificabas antea,
Sed nunc fecisti maximo me exultare gaudio.
Maior etenim solitus apparuisti omnibus,
Ut potestatis ordinem inlustrae[a] mente vinceres,
Cui ...[b] honor debitus maiore nobis gaudio,
Nondum delatus nomine, iam est conlatus meritis:
Plus est enim, laudabilem virum fulgere actibus,
Quam praetentate[c] lampadae fine scintille[d] lumine.
Sed tu, qui totis gradibus plus es[e], quam esse diceres[f],
Erit, credo, velocius, ut [laudem][g] reddant merita.

---

23. *Arbogastes primum Apollinarem Sidonium, ut videtur, consuluerat, sed ab eo ad Lupum et Auspicium episcopos dimissus erat:* multo opportunius, *inquit Sidonius (epp. IV, 17),* de quibuscumque quaestionibus tibi interrogantur incliti Galliarum patres et protomystae, nec satis positus in longinquo Lupus nec parum in proximo Auspicius, quorum doctrinae abundanti eventilandae nec consultatio tua sufficit. a) illustri *corr. b.* b) sic *vel* que *addendum videtur.* c) praetentare *c.* d) lampada sine scintillae *corr. b.* e) *ita corr. b;* es *c.* f) diceris *corr. b.* g) *addendum videtur.*

1) *Illum, quem non insalutatum relinquere vult Gogus, Nicetium Trevirensem episcopum esse, cum Fortunatus ille ab eo castellum ad Mosellam constructum esse commemoret, Freher opinatur. Illum salutatum non clericum Mettensem fuisse, ex eo apparere videtur, quod* de eius doctrina regum esse ornata palatia *praedicatur. Itaque cum, Nicetium gratia Austrasiae regum fructum esse ita ut ad intercedendum commoveretur, epistolis VI. et XXIV. demonstretur et, eundem aedificiis exstruendis operam suam studiumque navavisse, ex epistola XXI. iudicandum sit et a Fortunato, ipsum quoque cum templa (III, 11) tum castellum suum Mediolanum super Mosella construxisse (III, 12) confirmetur, verisimile est, Nicetium, cuius annus supremus definiri non potest, in urbe Austrasiae regum commorantem salutatum esse.*

c. 460

Clarus etenim genere, clarus et vitae moribus,
Iustus, pudicus, sobrius, totus inlustris redderis;
Pater in cunctis nobilis fuit tibi Arigius,
Cuius tu famam nobilem aut renovas aut superas.
Sed tuus honor eius est eiusque tibi permanet,
Et geminato lumine sic tu praelucis[a] omnibus.
Cuiusque nemo dubitet felicitati praestitum,
Ut superesset genetrix tibi, laudanda omnibus,
Quae te sic cunctis copiis replet et ornat pariter,
Ut sis habundans usibus et sis decorus actibus.
Congratulandum tibi est, o Trevirorum civitas,
Quae tali viro regeris, antiquis conparabilem;
De magno, credo, semine descendit tui nominis:
Certe virtutis eius est, ut Arbogastis legitur.
Scribantur in annalibus huius triumphi pariter,
Sicut et eius scripta[b] sunt, quem supra memoravimus.
Sed hoc addamus meritum huic, quem[c] vere maior est[d],
Quod Christi nomen invocat, religioni deditus.
Fuit in armis alacer ille antiquus, verum est;
Sed infidelis moritur et morte cuncta perdidit[1].
Hic autem noster strenuus, belligerosus, inclitus
Et, quod his cunctis maius est, cultor divini nominis.
Nunc autem, fili sapiens, quaeso, dignanter accipe
Tui cultoris paginam, quam ex amore porrigo.
Primum deposco, cupias conlatas tanta gratia
In te conserves integras et bonis multis afflues.
Unum repelle vitium: ne corda pura inquinet,
Quod esse sacris scribitur radix malorum omnium,
Cf. 1. Tim. 6, 10. Cupiditatem scilicet, que[e] in alumnos desaevit,
Nec saeva parcit rabiem, quorum amore pascitur.
Hos, inquam, semper devorat, famem edendum[f] perferens,
Et velut ignis additum[g] succensa crescit pabulum[h].
Sed haec non ita[i] dixerim, quod te hoc damnem crimine.
Tamen deposco diligens, ut nec scintilla vulneret[k],
Quam si forte inprovidus quandoque inescaveris:
Cito flagravit nimium augendum in incendium.
Tende per mundum oculos, cerne primates[l] saeculi
Aut interire cupidos aut in periclis vivere.
Conradunt, quaerunt, iniant velut rapaces[m] avidi:
Et haec nec ipsi possident, sed nec relinquunt posteris.
Tamen non generaliter ista de cunctis dixerim,
Sed ut paucorum dedecus[n] sit multis emendatio[o].
Tu autem, vir eximiae, iudex multorum providus,
Tui repente pectoris secreta iudex perspice.

---

a) vel praecluis *in marg. notavit b.* b) scripti *corr. b.* c) qui *corr. b.* d) *ita corr. b;* maiorem *c.* e) *ita ex* quem *corr.* f) edendam *corr. b.* g) addito *corr. b.* h) pabulo *corr. b.* i) non *repetiit c.* k) vulnere *c.* l) *ita corr. b;* primate *c.* m) sagaces *c;* vel canes *in margine add. b.* n) *ita corr. b;* deditus *c.* o) *ita coniecit Freher;* emanatio *c.*

1) *De Arbogaste pagano cf. Gregor. Hist. Franc. II, 9.*

Huius si ullam senseris parvam veneni guttulam, c. 460. 561
Dulce perfunde oleo, ne serpat in visceribus.
Nec hoc ignoras oleum pro tui sapientia,
Quod est cunctorum pauperum mercatum elemosinis.
His te exerce studiis, haec cuncta bona perage,
Ut mea tibi maneant et perseverent gaudia;
Nam parum esse noveris, si quisquam nulla[a] rapiat
Et obdurato pectore[b] sua recludat[c] miseris:
Non multum sibi consulit, qui sic evitat rabiem
Cupiditatis, ut simul incurrat avaritiae.
Nam ista duo crimina, velut cognata[d] genere
Et geminata specie, nimis coniuncta permanent.
Haec qui sectantur miseri hoc unum distat vitium,
Quod unus horum malus est et ille alter pessimus.
Unde, mi cara dignitas, tu, quaeso, fili unicae,
Sic ab alienis abstine, ut tua sanctis tribuas,
Illudque super omnia memor in corde retine,
Quod te iam sacerdotio praefiguratum teneo:
Hanc, quaeso, servo gratiam et illis cresce meritis,
Ut praelocuta populi vox caelo sacra veniat.
Sanctum et primum omnibus nostrumque papam Iamlychum
Honora, corde dilige, ut diligaris postmodum.
Cui quidquid tribueris, tibi in Christo pręparas,
Haec recepturus postmodum, quae ipse seminaveris. Explicit.

24.

Quidam Nicetium (Trevirensem) episcopum theologum laudat, post longum tempus sedi suae redditum, eiusque orationi se commendat, ut gratia Domini et dominorum suorum fruatur. *(561.)*

Edd. Freher, Corpus p. 202. — du Chesne, Franc. SS. I, 865; Bouquet, Rec. IV, 76.

EPISTULA DIRECTA AD DOMNUM NICETIUM EPISCOPUM.

Humilitati meae coronam vestri apostulatus veniam dare dignetur, quia tanta fuit meae praesumptionis audacia, ut vobis domnis auderem per paginam inferre fastidium. Sed quia pietas et benevolentia[a] sanctitatis vestrae apud me exercitum non aufertur, ut meritum[b] gaudeam, quia[c] terrarum separamur spatium[d] vel litterarum sermonibus[e] studium coniungamus[f] caritatis affectu. Quis non gaudeat, in vobis angelicae[g] vultus aspicere? Quis non admiretur, fontem nobis lucidissimum[h] potentiae Domini ostendisse[i], per quem possent[k] scientia bonis operibus adimplere[l], ad cuius admoenitate[m] currentibus[n], multe generationes hominum[o] ad salutem gloriae per-

---

a) *ita ex* nullam *corr.* b) *ita corr. b;* pectora *c.* c) praecludat *corr. b.* d) *ita corr. b;* cognota *c.*

24. *Nicetii exsilium commemorat Gregorius in libro vit. patr. XVII, 2. 3.* a) bonevolentia *c.* b) merito *corr. b.* c) etsi *interp. b.* d) spatio *corr. b.* e) per *interp. b.* f) coniungamur *corr. b.* g) angelicos *corr. b.* h) *ita corr. b;* lucidissimom *c.* i) ostensum esse *corr. b.* k) posset *corr. b.* l) adimpleri *corr. b.* m) amaenitatem *corr. b.* n) currerent *corr. b.* o) ut *interp. b.*

561.584 venire?[a][1] Dignum[b] ergo nobis Dominus arborem palmarum fructibus adimplevit, ut nos de inferis revocaret: ostendit, cuius umbraculi protecti[c] salvemur, ad cuius bonę suavitatis faveat, quam mellis simul benedictionibus satiemur[2]. Laudari non sufficit vestrae sanctitatis imperium, quae non ex hominibus, sed ex Dei benedictione[d] comperimus. Gaudet[e] ergo patria, qui talem meruit post tenebras accipere lumen, gaudet et terra donis caelestibus iucunditate repleta. Quis non potuit sub tuae defensione auxilium[f] ibi non esse prosperum[g], ubi intercessio sanctitatis remedium consecuta est, quod iam videbatur in disperatione redacto? Fluvius Musellae congratulatur, vos post tempora revidere[h], qui ante adventum vestrum se homines[i] commanentes gaudia[k] exultatione praeferre non cessant[3]. Multa tamen fuerant, quod[l] de vestra clementia fama praeclarari debuerat, sed quia in itineris labebatur et portitorem vehementissimum festinabat[4], date prolixitati veniam, quod non potui omnia brevitate conplecti. Saluto igitur domnum meum, si praesumptio non offendit et apostolicam benedictionem iugo montium[m] erectam Hierusalem illius caelestis gloria consecuta es. Praecor, ut me, servulum vestrum, orationis vestrarum assiduitate foveatis, per quam intercessionem possumus gratiam Domini et dominorum nostrorum[5] feliciter adimplere. Explicit.

25.

Childebertus II. rex, foedere pacto, ad Mauricium imperatorem, sicut ei per eius legatos praemissos pollicitus erat, Ennodium episcopum, Griponem spatharium, Radanem cubicularium, Eusebium notarium legat, qui viva voce ei aliquid declarent. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 202. — du Chesne, Franc. SS. I, 866; Bouquet, Rec. IV, 82.

DOMINO GLORIOSO, PIO, PERPETUO[a], INCLITO, TRIUMPHATORE AC SEMPER AUGUSTO, PATRI, MAURICIO IMPERATORE, CHILDEBERTUS REX.

Clementissime serenitati vestrae elegimus aduniri per foedera et illum, qui placet Domino, inpendere vobis[b] affectum pacatę gentis ex vinculo, quod proficisset communiter utrisque partibus expeditum pacis conpendium. Quapropter clementissime tranquillitati vestrae honore summi culminis vestri debito salutis officia[c] fiducialiter porrigentis[d], sicut legatariis vestris praediximus, ut nostros[e] dirigemus[f], divinitate

a) pervenirent *corr. b.* b) dignam *corr. b.* c) protectione *corr. b.* d) esse *interp. b.* e) *ita corr. b;* laudet *c.* f) promereri *interp. b.* g) prosperatum *corr. b.* h) iterum videre *corr. b.* i) ibi *interp. b.* k) gaudii *corr. b.* l) quae *corr. b.* m) *ita emendavit Freher;* mentem *c.*

25. *Ennodium, Griponem, Radanem, Eusebium legatos a Childeberto II. rege epistolis XXV.—XXXIX. instructos anno 584 Constantinopolim missos esse, ut eis cum Mauricio imperatore de capto Athanagyldo, filio sororis regis, liberando conveniret, exposui Neues Archiv XIII, 373. 374.* a) o *postea corr.* b) nobis *c.* c) *ita iam ante s. XI., ut videtur, corr.;* officio *c.* d) porrigentes *corr. b.* e) nostras *corr. b.* f) dirigeremus *corr. b.*

1) *i. v.: Quis non admiretur, potentiam Domini eum nobis fontem lucidissimum ostendisse, per quem multae generationes hominum scientia, qua bona opera efficiuntur, se adimplere, ad cuius amoenitatem currentes ad salutis gloriam pervenire possent?* 2) *i. v.: ostendit, cuius umbraculo protecti salvemur, ad cuius bonam suavitatem nobis faveat, ut, ea operante, simul melle benedictionum satiemur.* 3) *i. v.: Mosella fluvius ipse quoque sibi gratulatur, quod vos post tempora multa denuo conspicit; ubi ante vos advenientes homines, qui ibi remanserant, gaudium exsultatione prae se ferre non cessant.* 4) *i. v.: quia in horam, qua initium itineris constitutum erat, tempus labebatur et portitor vehementissime festinabat (iter inire).* 5) *Qui sint domini isti, nescio; anno 561, quo scripta est epistola, solum Sigebertum regem dici posse putes.*

propitia, implere deliberavimus adeo inlustro viro, sancto Ennodio, optimates[a] Griponem 584 spatarium, Radanem cubicularium[b] et Eusebio notario: quibus pro certis articulis aliqua vestro principatui verbo commisimus intimanda, quos integre reserantis[c], ad nos prospere remeantibus illud reddatis eloquiis, quod, inspirante Domino, proficiat res communis. Finit.

26.

Brunechildis regina, mater Childeberti II. regis, ad pactum faciendum hortata, Mauricio imperatori aliqua mandanda, sicut legatis eius promiserat, eis, qui perferunt hanc epistolam, defert. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 202. — du Chesne, Franc. SS. I, 866; Bouquet, Rec. IV, 83.

DOMINO GLORIOSO, PIO, PERPETUO[a], INCLITO, TRIUMPHATORE AC SEMPER AUGUSTO, MAURICIO IMPERATORE, BRUNICHILDIS REGINA.

Serenissimi principatus vestri clementia ad praecellentissimum filium nostrum, Hildebertum regem, directa pervenit epistula: significamus[b] nos[c] pacis dedisse consilium. Quapropter tranquillissimę pietatis vestrae debito tanti culminis honore salutis officia reverentissime persolventes, sicut legatariis partis vestrae promisimus, praesentium latores[d] ad clementiam vestram directi sunt[e], quibus de certis titulis vestrae serenitatis verbo proferenda conmisimus. His igitur benignissime ad tranquillitati vestrae receptis ac feliciter remeantibus, illud vestris agnoscere mereamur eloquiis, quod prosit rebus omnibus foederatis.

27.

Brunechildis regina Athanagyldo regi, filio suae filiae mortuae (Ingundis et Hermenegildi regis Wisigotorum), Constantinopoli collocato nuntiat, legatos ad imperatorem (Mauricium) missos esse, quibus, quid de ipsius condicione agendum sit, certior fieri possit. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 203. — du Chesne, Franc. SS. I, 867; Bouquet, Rec. IV, 89.

DOMINO GLORIOSO ATQUE INEFFABILI DESEDERIO[a] NOMINANDO, DULCISSIMO NEPOTI, ATHANAGYLDO REGI, BRUNEHILDIS REGINA.

Accessit mihi, nepus carissime, votiva magne felicitatis occasio, per quam, cuius aspectum frequenter[b] desidero vel pro parte relevor, cum directis epistulis amabilibus illis oculis repraesentor, in quo mihi, quam peccata subduxerunt, dulcis filia revocatur; nec perdo natam ex integro, si, praestante Domino, mihi proles edita conservatur. Quapropter dulcissime celsitudini vestrae salutantes officia devinctissime persolventes[c] et, ut me divina clementia de tua praecipiat innocentia gratulari ac refici, instanter exorans[d], significo, piissimo imperatore[e] per nostros legatariis[f] de quibusdam condicionibus aliqua verbo intimanda mandasse, per quos de his, quae disponenda sunt, poteritis agnoscere, si Christus propitius praeceperit dignanter implere. Finit.

a) optimate *c; sed post* optimate *una littera erasa videtur.* b) *ita corr. b;* cubiculum *c.* c) reserantes *corr. b.*

26. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) o *postea corr.* b) significans *corr. b.* c) nobis *corr. b.* d) latoribus *corr. b.* e) directis *c.*

27. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi. De Athanagyldo, Ingunde, Hermenegildo v. Gregor. Hist. Franc. VI, 40. 43, VIII, 18. 21. 28 et Paul. Hist. Langob. III, 21.* a) desiderio *corr. b.* b) ferventer *corr. b.* c) persolvimus *corr. b.* d) exoramus *corr. b.* e) imperatori *corr. b.* f) *ita corr. b;* legaturiis *c.*

28.

584 *Childebertus II. rex Athanagyldo regi, filio sororis suae (Ingundis et Hermenegildi regis Wisigotorum) Constantinopoli collocato nuntiat, legatos ad imperatorem (Mauricium) missos esse, quibus, quid de ipsius condicione agendum sit, certior fieri possit. (584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 203. — du Chesne, Franc. SS. I, 867; Bouquet, Rec. IV, 83.

DOMINO GLORIOSISSIMO ET UBIQUE PRAECELSO, DULCISSIMO NEPOTI, ATHANAGYLDO REGI, HILDEBERTUS REX.

Praesentis oportunitatis relevamur compendio, per quam, quod parentillae redhibemus ex affectu, saltim epistularum repraesentemus eloquio. Quapropter praecelsę gloriae vestrae salutis officia iure propinquitatis desiderabiliter exsolventes et confidenter optantes, ut de vestra nos laetificare incolomitate praecipiat, qui singulorum desideria et secretorum novit arcana, significandum curavimus, ad serenissimum principem Romanę reipublicae praesentium nos, Christo propitiante, pro communi utilitate laegatarum[a] direxisse, quibus praedicto augusto vel feliciter vos, gubernante Domino, praesentatis poteritis sollicite requirentes agnoscere, quid pro vestris condicionibus deliberare nos certum est et optare. Superest, ut effectum pacificatis partibus tribuat, humana consilia et rerum condita qui gubernat. Finit.

29.

Brunechildis regina Anastasiam imperatricem legatos ad imperatorem (Mauricium) missos esse edoctam hortatur, ut coniugi pactum faciendum suadeat. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 203. — du Chesne, Franc. SS. I, 867; Bouquet, Rec. IV, 83.

DOMINAE GLORIOSAE ATQUE INCLITĘ AUGUSTE ANASTASIE BRUNEHILDIS REGINA.

Serenissimę dominationi vestrae, quam, tribuente Domino, summo principe coniuge Romanam cognovimus rempublicam gubernare et praecipuo culmine subiectis illis partibus dominari, summa devotione salutis officia reverentissimae persolventes, significamus, praesentium legatarios praecellentissimi filii nostri, Hildeberti regis, ad vos causa communis utilitatis, si Christus effectum tribuit, fiducialiter direxisse, quibus, ut confidimus, dignanter receptis, et his, quae verbo mandavimus, patefactis, tali serenissimo principi ministrate consilio, per quod, dum inter utramque gentem pacis causa conectitur, coniuncta gratia principum subiectarum generent beneficia regionum. Finit[a].

30.[a]

Brunechildis regina Anastasiam imperatricem legatos ad imperatorem (Mauricium) missos esse edoctam hortatur, ut coniugi pactum faciendum suadeat. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 204. — du Chesne, Franc. SS. I, 867; Bouquet, Rec. IV, 83.

28. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) *ita corr. b;* lagatarum *c.*

29. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) *erasum est.*

30. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi. De hac epistola (XXX.), qua eadem dicuntur ac superiore (XXIX.), disserui Neues Archiv XIII, 377. 378.* a) *huius epistolae numerus, qui in codice Romanus Arabico cuique epistolae hic praescripto respondet, erasus est.*

Tranquillitatis vestrae supereminens dignitas, quae cursu prosperitatis vos extulit, 584
rempublicam felicissime regere, hortatur nos[a] efficaciter, si Christi[b] dictum placuerit, amicitiarum foedera propagare. Quapropter serenissime gloriae vestrę salutis officia reverentissimę persolventes, [significamus][c], praesentium legatarios nostros ad piissimi augusti vel vestram praesentiam fiducialiter communis utilitatis nos studio direxisse, quibus dignanter receptis, illud serenissimo principi adhibete consilii, quod utrisque gentibus pacis gratia sociatas[d] proficiat partibus, quas pariter sinceros[e] praestante Christo nectit affectus.

31.

Childebertus II. rex Iohannem (Constantinopolitanum) episcopum, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 204. — du Chesne, Franc. SS. I, 868; Bouquet, Rec. IV, 84.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICA SEDE COLENDO IN CHRISTO PATRI, IOHANNE EPISCOPO, HILDEBERTUS REX.

Beatissime vestrae sanctitati per cuncta currens opinio, quae prius implens orientem tot regiones pertransiit, qui sumus ab[a] septentrionem, ut ad nos usque pertingeret et operum vestrorum laudem nobis etiam longinque positis non taceret, conpellit nos ex gratia repraesentari per paginam, quos dividunt itinera et distantium locorum segregant intervalla. Quapropter apostolicae coronę ac beatę sanctitati vestrae venerabiliter salutantes officia porrigentes et, ut nos piis obsecrationibus memores iubeatis, poscentes, quia tota vestrae benedictionis adtentio laborat, quo fuerit pro concordia populorum, et nostris sedit animis cum principe Romano pacis amplecti commercium, praesentium nostros legatarios[b] ad partes illos[c] direximus, quibus pro utilitati communi vestrae gratiae praesentatis, si qua intimaverint, de iniunctis ita pia sollicitudine pertractetis, qualiter proficiat populis et prosit regionibus utrisque gentibus perpetualiter, praestante Domino, foederatis. Explicit.

32.

Childebertus II. rex Honoratum apocrisiarium, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 204. — du Chesne, Franc. SS. I, 868; Bouquet IV, 84.

INCIPIT AD HONORATUM APOCHRISARIUM.
CHILDEBERTUS REX FRANCORUM VIRO GLORIOSO HONORATUM[a].

Meritorum vestrorum clarificata praeconia, quibus enituistis, iactionis per gratiam ita vos inter concives magnos extulerunt in patria, ut recte vos Honoratus[b] ipsa prae-

a) et vos *corr. b.* b) christo *corr. b.* c) *interponendum videtur.* d) sociatis *corr. b.* e) sincerus *corr. b.*

31. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) ad *corr. b.* b) *ita corr. b;* legatorios *c.* c) illas *corr. b.*

32. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) honor ac m̄ *c;* honorato *corr. b.* b) honoratum *corr. b.*

584 ferant peregrina. Quapropter sanctae venerationi vestrae reverenter salutis officia persolvens et, ut nos sanctis intercessionibus commemorare dignemini, deposcentes: noverit beatitudo vestra, praesentium legatarios nostros, Domino prosperante, ad principem Romane reipublicae causa futurę concordię et communis utilitatis providentiam direxisse, qui cum vestrae sanctitati,, dum feliciter sibi demandata contulerint, ita, Christo mediante, pertractate consulte, ut inter utramque gentem consolidata pace, divinitate praesule, conpendia proficiant in communis. Finit.

33.

Childebertus II. rex Domitianum episcopum (Melitenensem, sed ut consanguineum imperatoris Constantinopoli commorantem), legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 204. — du Chesne, Franc. SS. I, 868; Bouquet, Rec. IV, 84.

DOMINO SANCTO SANCTISQUE VIRTUTIBUS PRAEFERENDO IN CHRISTO PATRI, DOMITIANO EPISCOPO, HILDEBERTUS REX.

Opinionis vestrae laus effusa praeconiis admonet nos, peculiariter vestrae sanctitatis amicitiis copulare. Quod cum fuerimus votis felicibus consecuti et nos obtineamus de oratione suffragium, vos etiam adquiritis multae caritatis augmentum. Qua de re beato apostolatui vestro venerabiliter salutis officia persolventes et[a], ut nos[b] sacris intercessionibus memores esse dignemini, fusa prece poscentes[c], notitiae vestrae deferimus, nos[d] praesentium latores, legatarios nostros, communi pro utilitate ad tranquillissimum Romane reipublicae principi[e] direxisse, qui placabiliter excepti, cum vestrae beatitudine ex nostra demendatione commissa sibi contulerint, illud administretis augusti[f] potestati consilium, quod utrisque partibus, propitiante Domino[g], proficiat communiter saluberrime foederatis. Finit.

34.

Childebertus II. rex Theodorum magistrum, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 205. — du Chesne, Franc. SS. I, 868; Bouquet, Rec. IV, 85.

CHILDEBERTUS REX FRANCORUM VIRO GLORIOSO, THEODORO MAGISTRO.

Praelati magisterii[a] dignitas excolenda, quae, licet per se magna sit, ut cognovimus, magis facta sit ordinatione praeclara, hortatur nos, amicitiis inseri, quos agnoscimus dignis actibus praedicari. Quapropter gloriosę magnificentiae vestrae salutis officia fiducialiter inpendentes[b] et de vestra incolomitatis stabilitate gaudentes[c], spera-

33. *Cf. quae ad ep. XXV. notari.* a) *ex* persolventes et *corr. b* persolvimus. b) nostri *corr. b.* c) et *interp. b.* d) *del. b.* e) principem *corr. b.* f) augustae *corr. b.* g) christo *corr. b.*

34. *Cf. quae ad ep. XXV. notari.* a) vestri *add. b.* b) impendimus *corr. b.* c) gaudemus *corr. b;* et, *quod verbo* gaudentes *additum erat, ab eo ipso, qui scripserat, deletum est.*

mus[a], ut[b], quoniam seniores parentes nostri, Francorum reges, cum tranquillissimo 584 Romane reipublice principe caritatis studia deliberaverunt excolere, quae[c] nos magis elegimus ampliare, praesentium legatarios[d] nostros studuimus ad praedictum augustum dirigere, cum aliqua ex mandatis sibi commissis tribuitis aditum conferendi. Ita salubri tractatu piissimo principi consilium ministrate, ut inter utramque gentem copulata caritate, quod possit prodesse communiter, per coniunctum[e] voluntatem[f] compendia consurgant in pace, et[g] fructus sit particeps, quicquid[h] consultissime[i] ipsis donatum fuerit in responsis. Finit.

35.

Childebertus II. rex Iohannem quaestorem, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 205. — du Chesne, Franc. SS. I, 869; Bouquet, Rec. IV, 85.

SIMILI PROLOGO AD IOHANNEM QUESTOREM, HOC EST CONSILIARIUM.

Gloriosae vestrae dignitatis insignia, quae vos extulerunt, magis actibus inlustrata faciunt: hinc[a] etiam a nobis praedicari[b] per gratiam, quos[c] sibi sociaverunt principis cauta consilia[1]. Idcirco gloriosae magnificentiae vestrae salutis officia copiosissimę persolventes, significamus, ad tranquillissimum principem Romane reipublice nos praesentium legatarios nostros communis utilitatis studio direxisse: qui si qua de negotio sibi iniuncto contulerint, ita deliberate serenissimo cum augusto, ut, dum inter utramque gentem pacis semina seritis et studia propagatis inmuniter, proficiat vestris nostrisque partibus felicissime, quod censitis.

36.

Childebertus II. rex Megantem curatorem, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. *(584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 205. — du Chesne, Franc. SS. I, 869; Bouquet, Rec. IV, 85.

SIMILI PROLOGO AD MEGANTEM CURATOREM.

Celsitudinis vestrae agnoscentes dignitatem meritis inlustratam, oportunum duximus, distinare vel litterarum conloquia, quorum per longa intervalla non adhibetur praesentia. Idcirco gloriosę magnitudini vestrae salutationis iura honorifice persolventes, significamus, praesentium legatarios nostros studio catholicę caritatis ad tranquillissimum principem Romane reipublicae devinctissime distinasse: quibus benigne receptis, cum sibi verbo demandata cum vestra magnificentia fideliter contulerint, illud pro utilitate utrorumque gentium augusto suggerite, ut pacificis[a] partibus gratulemus[b] pariter suae potestati vos consiliis adherere.

---

a) *del. b.* b) *del. b.* c) ideo *corr. b.* d) legatorios *c.* e) coniunctae *corr. b.* f) voluntatis *corr. b.* g) ut *corr. b.* h) quidquid *corr. b.* i) *ita corr. b;* sultissime *c.*

35. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) haec *corr. b.* b) placuit *interp. b.* c) qua vos *corr. b.*

36. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) pacificatis *corr. b.* b) gratulemur *corr. b.*

1) *i. v.: Gloriosa vestrae dignitatis insignia, ad quam vos elati estis, ipsas res a vobis gestas etiam illustriores reddunt; quare fit, ut a nobis quoque libenter praedicentur res vestrae, quibuscum se sociaverunt consilia a vobis principi caute data.*

37.

584 *Childebertus II. rex Paulum, patrem (Smaragdi) exarchi, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. (584.)*

Edd. Freher, Corpus p. 206. — du Chesne, Franc. SS. I, 869; Bouquet, Rec. IV, 86.

CHILDEBERTUS REX FRANCORUM VIRO GLORIOSO ATQUE PRAECELSO PAULO, HOC EST PATREM IMPERATOREM.

Praecelse potestati vestrae generosa praeconia, quae vos tantum extulerunt, divinitate propitia, ut de vestro germine procrearetur feliciter, qui gubernaret imperia, nobis prospere nuntiata provocat, ut, quos affectu columus[a], missis etiam epistolis ambiamus. Quapropter praecellentissimę gloriae vestrae prumpta caritatis salutis[b] officia dissolventes[c] et vestris amicitiis nos sincerissime committentes significare curavimus, praesentium[d] legatarios nostros ad tranquillissimum principem Romane reipublicę, si Dei dicto conplacet, causa communis utilitatis studiosissime distinasse; qui, Christo propitio, cum vobis sibi verba commissa detulerint, cum serenissimo augusto salubriter pertractate et, inter utramque gentem quae paci conveniunt, ad prospera feliciter deliberatione perducite, quatenus, qui in[e] vobis vestrisque societatem caritatis inlaesae requiremus[f], recipiamus in responsis de foederatis utrisque partibus, quod optamus. Finit.

38.

Childebertus II. rex Italicam patriciam, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. (584.)

Edd. Freher, Corpus p. 206. — du Chesne, Franc. SS. I, 870; Bouquet, Rec. IV, 86.

CHILDEBERTUS REX FRANCORUM INLUSTRO ATQUE MAGNIFICENTISSIMĘ ITALICAE PATRICIAE.

Gloriosae dignitatis vestrae ad nos feliciter opinione delata, votivum nobis extitit, quam praeferri fama cognovimus, ut commeantibus litteris amicabiliter inquiramus. Quapropter gloriose celsitudinis vestrae salutis officia praedicabiliter exsolventes et, ut de vobis iugiter prospera cognoscere valeamus, optantes, notitiae vestrę deferimus, praesentium legatarios nostros ad serenissimum principem Romane reipublicae, si Domini dictu conplacet, utilitatis communis studio fiducialiter distinasse; qui cum caelesti favore vobiscum aliqua sibi mandata contulerint, illud impendatis[a] salubri consilii[b], quod, pacificatis utrisque gentibus, prosit regionibus pariter atque regnantibus, et habeat utraque pars vicissitudinarium de se sibi, Domino subministrante, solacium.

---

37. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) colimus *corr. b, ut videtur, unam litteram* i *eradens.* b) salutisque *corr. b.* c) solventes *corr. b.* d) praesentios *c.* e) a *corr. b.* f) illaesae requirimus *corr. b,* est, *quod interpositum est, eradens.*

38. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) impendite *corr. b.* b) consilio *corr. b.*

39.

Childebertus II. rex Venantium patricium, legatione ad imperatorem (Mauricium) nuntiata, adhortatur, pro virili parte id agat, ut e pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundent. (584.) 584.590

Edd. Freher, Corpus p. 206. — du Chesne, Franc. SS. I, 870; Bouquet, Rec. IV, 86.

CHILDEBERTUS REX FRANCORUM VIRO GLORIOSO, UBIQUE CELSIS LAUDIBUS PRAEFERENDO, VENANTIO PATRICIO.

Exigit a nobis tam generositatis vestrae quam actionis praeconia, ut alloquamur epistolis, amicitiis quos ambimus. Ideirco gloriosissime eminentiae vestrae salutationis iura devinctissimę persolventes et, quae incolomitati conveniunt, de vobis constanter optantes, vestrae cognitioni deponimus, praesentium nostros legatarios ad clementiam serenissimi principis distinasse, Romanam rempublicam gubernantes[a]; quibus, Christo praesule, praesentatis, cum amplitudine vestra si qua pro communi utilitate, pacatis utrisque gentibus, videbuntur conferre, ea ratione recipite, ut augusti[b] potestati a vobis inpenso consilio illud[c] decernantur, quae vestris nostrisque partibus unitis studio proficiant communiter et indissolubiliter in futuro. Finit.

40.

(Smaragdus aut Romanus) exarchus, ab Andrea certior factus, (Childebertum II.) regem promptissimo animo Francorum exercitum ad Italiam a Langobardorum dominatione liberandam misisse, hoc et principi suo (Mauricio) et augustae (Anastasiae) se detulisse regi nuntiat. Sed, Mutina, Altino, Mantua, Parma, Regio, Placentia oppidis expugnatis, Graecos adeo non Francorum subsidium obtinere potuisse, ut Henus, qui a rege viginti milibus militum praefectus prope Veronam moraretur, cum Autharit, rege Langobardorum, de pace egisset, priusquam Leudefredus, Olfigandus, Raudingus duces ab eius parte ad Graecos venissent. Quo facto, se non modo Autharit regem in oppido Ticino inclusum unitis copiis non oppugnasse, sed duces, exercitu invito, pace decem mensium composita, milites suos praeda oneratos deduxisse. Ita spe gentis Langobardorum delendae frustratus petit, ut rex, memor promissionis suae, opportuno tempore duces magis idoneos mittat et damna a Francorum exercitu exspoliatorum reficiat. (585 aut 590.)

Edd. Freher, Corpus p. 207. — du Chesne, Franc. SS. I, 870; Bouquet, Rec. IV, 87.

INCIPIT LITTERAS DE ROMANORUM IMPERATORE DIRECTAS AD DOMNUM[a] REGEM.

Cum bona omnia dignis operibus conferantur, quantum tibi pro amore orthodoxae fidei, quantum[b] pro intentione[c], quam geris, eripiendi christiani sanguinis, meritis tuis iure conlatum est, ut de solio, unde[d] alii summum decus percipiunt, vestra gloria ipsi regno ornamenta non solum de ineffabilibus dispositionibus vestris, sed de filiis et nepotibus ministravit! Scientes enim, quia divinitas celsitudinem vestram summis ad se colendum beneficiis provocavit, augere nos credimus studium,

---

39. *Cf. quae ad ep. XXV. notavi.* a) gubernantis *corr. b.* b) augustae *corr. b.* c) illa *corr. b.*

40. *Cf. et quae de hac epistola in commentariolo meo (Neues Archiv XIII, 374—377) disserui et quae ad ep. sequentem notavi.* a) childebertum *interp. b.* b) tantum *corr. b.* c) *ita coniecit Freher;* ereptione *c.* d) ad *interp. c.*

585.590 per quod regni vestri stabilitas maiora fundamenta suscipiat, ut filiorum et nepotum vita servetur et gloria regni, quae tibi duplicata videtur per filium, triplicata regnando nepotis muniatur. Dei mandata complendo.

Veniente itaque Andrea, viro magnifico, illa, quę nobis de christianitate vestra opinio vera detulerat, eius relatione cognoscendo maiora velut praesentes et videntes, quae narrabat, amplius quam pridem venerando coepimus exultare. Ex hoc ergo, quae ad mercedem anime vestrae pertinent, posci minime expectatis, sed magis vos credimus voluntatem petentium praevenire. Exposuit ergo nobis, quam prumptissimo animo vel devotione integra florentissimum Francorum exercitum ad liberationem Italię gloria vestra direxerat. Quae omnia de devotione et christianissima voluntate vestra vel instantia, qua desideratis Italiam liberari, clementissimo principi, meo domino, et sorori vestrae, serenissimę augustę, specialiter, sicut Andreas suprascriptus, vir magnificus, nobis rettulit, nunciavi.

Ante vero quam fines Italiae vestri duces ingrederentur, Deus pro sua pietate vestrisque orationibus et Motennensem civitatem nos pugnando ingredi fecit pariter et Altinonam et Mantuanam civitatem pugnando et rumpendo muros, ut Francorum videret exercitus, Deo adiutore, sumus ingressi: festinantes, ne gente nefandissimae Langobardorum se contra Francorum exercitum adunare liceret, et Heno[a] viro magnifico, in viginti milibus prope Veronensi civitate resedente, ad quem necessarium duximus sine mora diregere, sperantes ab eo, ut nos videremus in comminus et, quae essent utilia ad delendam gentem perfidam, disponeremus communi consilio. Sed, ut cognovimus, iam ad Autharit et Henus[b] suam legationem transmiserat, et de pace aliqua cum eo fuerat iam depectus, antequam ad me duces vestri venirent. Leudefredum tamen, Olfigandum et Raudingum, viros magnificos, duces ad nos direxit, quos, sicut decuit propter gratiam gloriae vestrae, cum omni honore suscipi, quibus etiam et munifici fuimus. Et hoc habuimus in tractatu, quia Auttharit se in Ticeno inclauserat aliique duces omnesque eius exercitus per diversa se castella reclauserat, ut nos cum Romano exercitu et dromonibus et Heno ab alia parte in vicino, sicut diximus, in viginti milibus resedente, ad obsedendum Autharit veniremus — eoque capto maxima pars fuerat adquaesitem victuriae — et tunc demum, si forte aliqua cum eis loquenda est, ut faciende essent, omnia prius ad vestram notitiam differrentur. Quam rem et Francorum florentissimus, credemus, quia facere volebat exercitus. Quibus autem modis eos rogabamus et ortabamur, epistularum exemplarebus vestra gloriosa christianitas poterit informari; dum nos contra inimicos Dei et communes sine ducum vestrorum consilio aliquid loqui vel agere non pertulemus, illi, sicut diximus, ab initio cum ipsis locutionem habentes, in omnibus nobis omissi, pacem cum ipsis decem mensuum facientes, habente revera et praedae cupiam, et salus dum comitaretur exercitum, pro suo ducis arbitrium sequente iam exercitum, subito discesserunt.

Et haec res qualem vobis et laudem et mercedem abstulit, considerare vos credimus et dolere[c]; quia, si adhuc modicum tempus sustinere voluissent vel audire, hodiae Italia a gente Langobardarum nefandissima libera habuit repperiri et universa nefandissimi Autharit regis ad vestram excellentiam habuerunt deferri, vestraque, etsi tardius fuerat, completa est promissio re vera, dum neque intra muros Langobardi totus se esse putabant nec[d] Francis praesumebant obsistere.

Unde salutationis officia cum honore dignissimo persolventes, speramus, ut vel nunc, sicut regni vestri christianitas habet cogitare, iubeatis de ereptione christiani sanguinis et de ecclesiarum reseratione pro eripiendis sacerdotibus, qui de eorum immolatione evadere[e] potuerunt, convenienti tempore dignos duces, qui praecepta

a) uno *c.* b) autharitechenus *c.* c) dolore *c.* d) ne *c.* e) *ita corr. b;* evadare *c.*

vestra impleant, et exercitum dirigere: ut, quam patri vestro fecistis, impleatur promissio, antequam gens ipsa nefandissima possit fruges collegere, maxime dum non solas, quas superius diximus, civitates, sed et alias, id est Parma, Regio adque Placentia est cum suis ducibus atque plurimis Langobardis, Deus sanctae Romanae reipublicae reparavit, ut in tanta talique mercede maxima partem, sicut coepit, regni vestri gloria consequatur. Praeterea quod ex se gloria vestra facere consuevit, implenda deposcimus, ut Romanus, quos praedavit Francorum exercitus, pro mercede vestra et filiorum ac nepotum vestrorum, relaxare praecipiates: quia et alia sunt in pactis posita sacramenta, est, ut captivi debent relaxari: et patris vestri, christianissimi principis, haec est intentio, ut cottidiae de animarum liberatione vobiscum mercedem adquirat. Finit. 585.590

41.

(Smaragdus aut Romanus) exarchus et Mutina, Altino, Mantua et Parma, Regio, Placentia oppidis imperio Romano restitutis, cum Gisoulfum, filium Grasoulfi ducis Histriae provinciae, in deditionem et Nordoulfi patricii homines compluresque civitates, Ossone auxiliante, ab eo subiectas acceperit, Childebertum II. regem, ut exercitum Romanis subsidio mittat, hortatur. *(585 aut 590.)*

Edd. Freher, Corpus p. 208. — du Chesne, Franc. SS. I, 871; Bouquet, Rec. IV, 88.

DOMINO EXCELLENTISSIMO ATQUE PRAECELLENTISSIMO CHILDEBERTUS[a] REGIS FRANCORUM ROMANUS.

Quantum christianitas regni vestri exquiret cottidiae, quid ad placandum Deum debeat exhibere, tantum de christianorum liberatione cogitare et facere excellentiam vestram confidimus, gratumque vobis esse, quod pro ipsorum remedio prosperitatem[b] divino fabore constat esse concessam, ut talia tantaque, Deo auctore, promissa tam manefesta Dei misericordia invitet praecellentiam vestram ad participandam mercedem et laudem maximum adquirendam. Olim autem vos audisse credimus de Motena[c], Altino atque Mantuanam civitates, quia sanctae sunt reipublicae reformate. Praecedentibus autem scriptis nostris designasse nos[d] meminimus, quia[e], dum ad obsedendum Parma vel Regio atque Placentia civitates proficisceremus, duces Langobardorum ibidem constituti, in Mantuana civitate nobis cum omni festinatione ad subdendum se sancte reipublicae occurrerunt. Quos posteaquam in servitio sancte reipublicae suscepimus, filios eorum in obsedato[f] accipientes, Ravenna[g] remeantes, in Histria[h] provincia[i] contra hostem Grasoulfi[k] deliberavimus ambulare. Quam provinciam venientes, Gisoulfus, vir magnificus, dux, filius Grasoulfi, in iuvennale aetate meliorem se patri cupiens demonstrare, occurrit nobis, ut cum omni devotione sanctae reipublicae se cum suis prioribus et integro suo exercitu, sicut fuit, subderet. Nam et gloriosus Nordoulfus patricius cum dominorum nostrorum gratia in Italia veniens, omnes suos homines ad serviendum serenissimis nostris dominis recollegit diversasque civitates cum Ossone viro glorioso et Romano suo exercitu nostro cum consilio reparavit. Et quia excel-

41. *Hanc epistolam anno 585 scriptam esse (cf. Neues Archiv XIII, 374), non statuendum est, nisi, in amputata inscriptione 'Romanum' idem significare, quod in superscriptione superioris (XL.) epistolae 'Romanorum imperator' (Smaragdus), concessum erit; sin autem 'Romanus' ille exarchus est, qui Smaragdo anno 589 vel 590 successit (cf. Paul. Hist. Langob. III, 26), epistola anno 590 composita est.* a) childeberto *corr. b.* b) praesperitatem *c.* c) montena *c.* d) vobis *corr. b.* e) quod *corr. b.* f) obsides *corr. b.* g) ravennam *corr. b.* h) historia *c;* histriam *corr. b.* i) provinciam *corr. b.* k) grasoulfum *corr. b.*

585.590 lentiam vestram[a] in eandem promissionem et devotionem, quam semel piissimis patribus vestris dominis promissistis, permanere non ambigimus, maxime dum displicuisse vobis constat, iussiones vestras non inplentibus ducibus fuissent reversos eosque in vestra iracundia constitutos, praecipiat excellentia vestra omni cum celeritate implere ea, quae patribus vestris, piissimis nostris dominis, promisistis, ut de effectu promissionis digna gratia augeatur, eoque tempore dirigantur, ut fruges cunctas inimicorum foris inveniant. Nobisque designare iubete, quibus itineribus vel quo tempore spectentur a nobis, sperantes prae omnibus, ut, dum feliciter Francorum exercitus discenderit, Romani, pro quibus auxilia vestra poscimus, in depraedatione et captivitate non perducantur, sed et eos, quos transacto tempore abstulerunt, relaxari et provinciae restitui iubeatis, ut preterita emendantes, quid in futuro custodire debeant, demonstretis; sed nec fabricas incendi praecipite, ut agnoscatur, quia[b] pro defensione Italiae auxilium christianae gentis habuimus. Finit.

42.

Mauricius imperator litteris Childeberti II. regis per Iocundum episcopum et Chotronem cubicularium missis respondens, regem denuo adhortatur, ut non verba faciendo, sed rem fortiter gerendo amicitiam cum imperatore initam praestet.

(585 aut 590.)

Edd. Freher, Corpus p. 209. — du Chesne, Franc. SS. I, 872; Bouquet, Rec. IV, 88.

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESU CHRISTI.
IMPERATORE CAESAR FLAVIUS MAURICIUS TIBERIUS, FIDELIS IN CHRISTO, MANSUETUS, MAXIMUS, BENEFICUS, PACIFICUS, ALAMANNICUS, GOTHICUS, ANTICUS, ALANICUS, WANDALICUS, ERULLICUS, GYPEDICUS, AFRICUS, PIUS, FELIX, INCLETI, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, CHILDEBERTHO, VIRO GLORIOSO, REGI FRANCORUM.

Litterę vestrae gloriae per Iocundum episcopum et Chotronem cubicularium nobis directe amicalem quidem voluntatem et paternum affectum circa nos atque sacratissimam rempublicam nostram conservare vos indicant: hoc, quod et per alios ligatarios multiplicibus verbis ad nostram pietatem conscriptum invenitur. Et mirum nobis videtur, si, rectam habere mentem atque priscam gentis Francorum et dicioni Romanae unitatem esse conprobatam adfirmans, nihil operis usque adhuc amicitiae congruum eminentia tua ostendens[a] visa est: dum in scriptis pollicita[b] atque per sacerdotis[c] firmata et terribilibus iuramentis roborata, tanto tempore excesso[d], nullum effectum perceperunt. Et si hoc ita est, quid per tanta spatia terrae atque maris inaniter sine responsu necessarios vestros ligatarios fatigatis, iuvenalis sermonis, qui nihil utilitatis induxerunt, iactantes? Nos tamen imperialem benevolentiam sequentis, et praefatos ligatarios vestros suscipimus[e], etiamsi non cognovimos, et cum veritate a te transmissus esse[f], atque his, quae nunciata ab eis sunt, placidis auribus intimantes[g], conpetens eis dedimus responsum, quod et per alios ligatarios vestros manifestum tuae gloriae iam factum est. Et optamus, vos, si amicitiam nostram appetere desideratis, valide atque incunctanter omnia disceptare et non solum dictionibus

a) *ita corr. b;* nostram *c.* b) *sequitur* de *deletum.*

42. *Cf. quae ad epp. XL. et XLI. notavi.* a) ostendere *corr. b.* b) *ita corr. b;* pollita *c.* c) sacerdotes *corr. b.* d) *ita corr.;* excelso *c.* e) suscepimus *corr. b.* f) etiamsi cognovimus eos cum veritate a te non transmissos esse *corr. b.* g) intendentes *corr. b.*

enarrare, sed enarrata viriliter, quomodo regem oportet, peragere atque similiter 585.590 nostram piam benevolentiam expectare. Dicit[a] igitur gloriam tuam, ea quoque, [que][b] in[c] scriptis inter nos placita sunt, vel etiam nunc ad effectum perduceret, ut per hanc occasionem magis magisque vestrae gentis unitas atque felicissimae nostrae reipublicae conficiatur et nulla inter nos contraversia oriatur. Non enim pro inimicitia memorate conventionis a nobis factae sunt, sed ut amicitia firma et inlibata[d] permaneat.

Per Manuhel.

Divinitas te servet per multos annos, parens christianissime atque amantissime.

Data Kalendis Septembris Constantinopoli, imperatore divi Mauricii Tiberii perpetus augustus et post consolatum eiusdem annis . . . .

43.

Childebertus II. rex litteris per Babonem et Griponem missis (Theodosium) filium Mauricii imperatoris obsecrat, ut (Athanagyldum) parvulum nepotem suum, Constantinopolim deiectum, tutela sua prosequatur. *(585.)*

Edd. Freher, Corpus p. 209. — du Chesne, Franc. SS. I, 873; Bouquet, Rec. IV, 89.

ITEM DICTA FURTUNA AD FILIO IMPERATORIS DE DOMNE NOMINE PER BABONE ET GRIPONE.

Hortatur fidei caelestis participata redemptio, ut apud illos quam maxime caritatis studia propagemus, pro quibus aequaliter discendere de caelo et pati dignatus est Christus. Certe cum hoc catholici desideranter elegimus, per quod magis divinitatis circa nos clementiam misericorditer inclinemus, et quia ad serenissimum atque piissimum patrem nostrum, genitorem vestrum, Mauricium imperatorem, utilitatis cummunis[a] pro condicione praesentium portitores, viros inlustros, illos[b], legatarios[c] direximus, pacem, quam optamus cum principe, adquirere cupimus perpetualiter cum herede: illud etiam poscentis, ut, quoniam parvulum nepotem nostrum vestrae dicione casus fortuitus ad urbem regiam[d] detulit, sicut suggestionem piissimo genitori vestro mandata verbo direximus, per qui vos non permittat misere orfanitatis incurrere nec sine parentibus annos pupillares transigere, sed[e], genitore superstite, illum ad iuventutem, quam senior princeps desiderat, sub patris blando tegmine vos praestet adulescere et, ipso sustentante, pervenire maturam iubeat ad aetatem, ac tam diu vobis patris non recedat tuitio, donec vos ipsi feliciter succedatis in regnum, ut, quicquid nos praesentes suggerere vel agere debueramus pro orfano, per vos obteneatur apud piissimum principem pro pupillo. Nec sentiat alterius miserae peregrinationis naufragium, quem per interventum vestrum parentalem redire depraecamur ad portum. Finit.

44.

Brunechildis regina, filium suum Childebertum II. regem in eam aetatem provectum esse, ut ipse cum imperatore (Mauricio) agere posset, gavisa et confessa, se aliquid

a) decet *corr. b.* b) *addendum videtur.* c) quae *corr. b.* d) *ita emendavit Freher;* inliciata *c.*

43. *Babonem et Griponem epistolis XLIII.—XLVI. instructos anno 585 Constantinopolim missos esse, demonstravi in commentariolo meo (Neues Archiv XIII, 375).* a) cummuriis *c.* b) *pro nominibus substitutum.* c) legaturios *c.* d) *ita corr. b;* regiom *c.* e) *ita corr. Freher;* sic *c.*

585 *inchoasse, quod perfectum gentibus catholicae fidei prodesset, obsecrat (Anastasiam) imperatricem per salutem Theodosii filii eius, ut (Athanagyldum) nepotem suum parvulum Constantinopolim casu depulsum sibi reddendum curet.* (585.)

Edd. Freher, Corpus p. 210. — du Chesne, Franc. SS. I, 873; Bouquet, Rec. IV, 89.

INCIPIT DE NOMINE DOMNAE AD IMPERATRICEM.

Accessit, augusta serenissima, Christo protegente, mihi tempus optabile, quo praedicator et amator vestri imperii, praecellentissimus filius meus, Childebertus rex[a], illam aetatem pertingeret, qua cum piissimo imperatore, vestro coniuge, causas utriusque gentis missis legatariis commune pro felicitate saluberrime pertractaret[b] et, quod esset utilius, annis robustioribus iuxta vota vestra per se, Deo adiuvante, firmius exerceret. Unde sicut praesentium latores, veneratores vestri, fedeles nostri, vobis verbo suggerere[c] poterunt, Deo auxiliante, a nobis optantibus aliquid est inceptum, et, si donat Christus auxilium, quod prosit[d] veris[e] chatholicis gentibus, bonae inchoationis[f] accedere optamus effectum. Et quia, augusta tranquillissima, casu faciente, parvuli nepotis mei didicit peregrinare infantia et ipsa innocentia annis teneris coepit esse captiva, rogo per redemptorem omnium gentium, sic vobis non videatis subtrahi piissimum Theodocium, nec ab amplexu matris dulcis filius separetur[g], sic vestra lumina semper exhilaret sua praesentia, simul et matris viscera augusto delectentur de partu: ut iubeatis agere, favente Christo, qualiter meum recipere merear parvulum, in amplexu refrigerentur[h] viscere[i], quae de nepotis absentia gravissimo dolore suspirant, ut, quę amisi filiam, vel dulce pignus ex ipsa, quod mihi remansit, non perdam, adusque[k] de morte geniti crucior, relever per vos cito nepote redeunte captivo: quatinus, dum me dolentem atque illum innocentem respicitis, et de Deo, qui est universalis redemptio, mercedem gloriae recipiatis, absoluto captivo, et inter utramque gentem per hoc, propitiante Christo, caritas multiplicetur et pacis terminus extendatur. Finit.

45.

Childebertus II. rex (Iohanni) patriarchae Constantinopolitano supplicat, id agat, ut (Mauricius) imperator (Athanagyldum) nepotem suum Constantinopolim delatum et patriae et parentibus restituat. (585.)

Edd. Freher, Corpus p. 210. — du Chesne, Franc. SS. I, 874; Bouquet, Rec. IV, 90.

AD PATRIARCAM CONSTANTINOPOLITANUM DE DOMNI NOMEN.

Gloriosi apostolatus vestri precellens opinio, quae sic[a] loca singula percurrens implevit, ut etiam ad nos Germaniam peragraret, ita nos conpulit devinctos vestrae fieri gratiae, ut optemus devoti[b], vestram sanctitatem pro nobis subplicibus fiducialiter exorare. Quapropter beatissimae coronae vestrae devotionem nostram sincerissimae commendantes ac, salutatione depensa, ut pro nobis redemptori gentium supplicare

44. *Cf. quae ad ep. XLIII. notavi.* a) *ita corr. b;* rem *c.* b) pertractarent *c.* c) *ita corr. b,* suggere *c.* d) *ita corr. b;* praesit *c.* e) *ita corr. b;* verisque *c.* f) *ita corr. b;* inquantionis *c.* g) *ita corr. b;* saparetur *c.* h) *post* refrigerentur *duae litterae erasae videntur.* i) inscere *c.* k) et quae *corr. b.*

45. *Cf. quae ad ep. XLIII. notavi.* a) sit *c.* b) devotio *c.*

dignemini, multipliciter obsecrantes, praecamur per Deum, qui vos ad multorum reme- 585
dium patres esse constituit omnium dignitatum, ut, quia casu contigit, nepotem nostrum parvulum duci in urbem regiam, de matrem deceptum, et ibidem detineri tam peregrinum quam orfanum, apud piissimum patrem nostrum augustum de eius absolutione, sicut est vestrae consuetudinis, dignabiliter laboretis, quatenus, dum ipse, vobis obtinentibus, meruerit patriae vel parentibus reddi, peregrinationis necessitatibus absolutus, ad liberandum obnoxium facias, quod Christi vecarius, et per hoc inter nos et Romanam rempublicam sit diuturnae pacis et quietis fructus, non terminus. Finit.

46.

Childebertus II. rex aetate provectus, ut ipse Christi rei proficiat, petit a Laurentio episcopo (Mediolanensi), curet Smaragdo, exarcho Ravennae constituto, mandandum, ut Francorum manui Langobardos proeliis temptanti auxilio sit, et promittit, (Babone et Gripone) legatis suis reversis, se proximo anno ad delendam Langobardorum gentem exercitum missurum esse. (585.)

Edd. Freher, Corpus p. 211. — du Chesne, Franc. SS. I, 874; Bouquet, Rec. IV, 90.

INCIPIT AD PATRIARCAM LAURENTIO DE DOMNI NOMEN.

Beatae opinionis ubique cursum meritis extendentes, certantes beatum martyrem aequiperare sicut nomine, sic mercede, ut per vos tutus hic ille redeat, cuius adepti estis vocabulo, qui sacrosanctae ecclesiae sic dispersit nomismata, ut census effusione per pauperes augmentaret talenta, ad nos usque bonum tanti operis devulgante, gratias referimus supernae clementiae, quae vobis illud contulit, quod multis hic est in munere et vobis singulariter futurae gloriae tempore proficiat ad mercedem. Quapropter sancto apostolatui[a] vestro salutationis officia dependentes, commendatione praelata, et, ut nos sacris intercessionibus vestris memoris esse dignemini, fiducialiter obsecrantes, speramus, ut, quia divina clementia ea nos aetate conroborat, ut catholicae parti nostra non desint solacia — iuxta votum Romanae reipublicae vel sacratissimi patris nostri imperatoris in Italiam direximus adversum gentem Langobardorum relegioni ac fidei iniquissimae perfidam —, vestra sollicitudine ad virum praecelsum Smaragdum Ravenna iubite celeriter nuntiare, ut et pars reipublicae, in quo per ipsum valet, solacium armatorum inferre super hostes festinet et, quantum Dominus praeceperit, quod potest in praesenti fieri, non moretur. Quod fuerit verti residuum, si Christo placuerit, adveniente anni futuri tempore optamus exercitum in causa dirigere, quatenus manus Domini gentem execrabilem, vobis exorantibus, dignetur elidere, quae iniuria sanctorum et morte suorum fidelium sanguinis effusione crudelitatis manus armavit; hoc etiam sperantes, ut ipsi praecelso Smaragdo de nostris ligatariis iubeatis pariter nuntiare, ut tam vestra quam eius ordinatione quam celeriter ad locum destinatum imperialis urbis festinent accedere et ad nos, Christo praesule, quae oportuna mandata sunt, renuntiantes velociter si qua restant, pacis studio, divinitate propitia, communiter[b] explicentur. Finit.

---

46. *Cf. quae ad ep. XLIII. notavi.* a) apostolotui *c.* b) communites *c.*

47.

581? 585 *Childebertus II. rex (Mauricium) imperatorem suppliciter adit, ut parentem suum, filium Scaptimundi, Constantinopoli commorantem sibi reddat. (584 vel 585.)*

Edd. Freher, Corpus p. 211. — du Chesne, Franc. SS. I, 874; Bouquet, Rec. IV, 91.

INCIPIT AD IMPERATORE DE DOMNO NOMINE.

Piissimę serenitatis vestrae benignitas nos invitat ad ea, quae nobis oportuna credimus, ut, fiducia cogente, vestris auribus intimemus. Et quoniam cognovimus, illum famulum vestrum, parentem nostrum, filium Scaptimundi apud vos[a] in urbe regia commorari, qua valimus praece devotissime supplicamus, per qui vestrum culmen Romanam rempublicam longa feliciter faciat seriae gubernari et sic desideria tranquillitatis vestrae de propria parentilla vel filiorum vita dignetur implere maiestas aeterna, ut ipsum vestrae tranquillitatis famulum ad nos relaxari praecipiatis venturum divinitatis intuitu vel retributionis futurę proventu, quatenus, cum hoc nobis supplicibus dignanter annuetis, exaltetis gloriam vestri nominis et mercedis. Finit feliciter[b].

48.

Childebertus II. rex a Grasulfo (Histriae duce) per Billulfum eius parentem invitatus, ut contra Langobardos rem fortiter gerat, ad pactum statim confirmandum paratum se esse per has litteras a Gogone dictatas dicit: si illi sit potestas, pecuniam pro certamine solvendam constituendi, ipse pactum litteris mandet, sin minus, legatos, quos omni potestate instructos missurum se esse imperator (Tiberius II.?) pollicitus sit, exspectet et facile congelatis fluminibus proficiscentes sine ulla mora ad se prosequatur; omnibusque compositis, se cum eo gentem Langobardorum debellaturum esse. (ante 581?)

Edd. Freher, Corpus p. 211. — du Chesne, Franc. SS. 1, 875; Bouquet, Rec. IV, 91.

INCIPIT DICTA GOGONE AD GRASULFO DE NOMEN REGIS.

Rem necessariam et valde partibus oportunam celsitudo vestra per Billulfo parenti vestro innotuit, quam oportet fixo ordine pro resecanda contumacia infestantium celeriter confirmare. Et licet piissimus imperator revertentibus laegatariis[a] nostris sacris principalibus indicavit, legationem suam confestim velle ipsorum e vestigio ad nos dirigere, quam diebus singulis et venturam credimus et votis ambientibus excipere exoptamus[b]; sed quia oportere tractatis ut nulla mora causa sustineat, adeo in vestro arbitrio hanc rem commisemus finienda. Una elegite de duabus, si vobis munit de parte reipublicae certa securitas, ut possitis necessaria placita figire[c] et promissa evolvere[d], iam de praesentiam certamine pecuniarum summa integra distinetur. His itaque omnibus adimpletis, instituite placito, et temptemus pariter Dei iniuria et sanguine parentibus nostris Romanis, Christo praesule, vindicare, ita ut in perpetuae pacis securitatem vel de reliquis capitulis, utriusque partibus oportunis intercurrentibus, in posterum terminetur. Ceterum si in vos vigor pontificii non consistit, ut iam de praesenti possitis haec omnia fiducialiter placiscere vel finire, sicut ordo rationabilis

---

47. *De Scaptimundi filio nihil exquirere potui; cf. Neues Archiv XIII, 377.* a) *ita corr. b;* nos *c.* b) feliter *c.*

48. a) *ita corr. b;* lagatariis *c.* b) et optamus *c.* c) fugire *c.* d) etvolvere *c.;* exolvere *Freh.*

exegit, de latere piissimi imperatoris procedant, cum quibusdam fortis causas fixis 581? terminibus roborentur; et, quatenus hiemalis tempus cursum navium serrat, per vos facile, si fuerit directa ligatio, in finibus nostris transponitur, ubi in ipsorum exceptione, sicut dignum est, praeparatur, ut nec in veniendo sit tarditas et celerius inter partes figantur placita oportuna, rogamus, ut talis eveniant, quibus sit potestas iuxta illa manu vel sensu, quod domnus imperator nostris ligatariis reddidit in responsis, cuncta placiscere vel finire. Et ne dicatur, quod pars nostra aliquam dilationem exhibeat, vos nulla mora protendite, et videamus perfecta deliberatione vel securitate de partibus reipublicae procedere, parati sumus, vobiscum contra adversus insurgere in vindicta, et locum requiremus et actibus cupimus ostendere, qualiter nos piissimus imperator se dignanter admittit, in numero recipiat filiorum. Finit.

IV.

COLUMBAE SIVE COLUMBANI ABBATIS LUXOVIENSIS ET BOBBIENSIS EPISTOLAE.

Ad septem epistolas soluta oratione a Columbano compositas edendas hi codices nobis praesto fuerunt:

T = Codex bibliothecae universitatis Taurinensis G. V. 38 saeculo X. scriptus: una epistola, quam habet codex, ab illustrissimo comite Carolo Cipolla Taurinensi collata est;

P 1 = Codex Parisinus latinus 16361 (Sorbon. 283) saeculo XII. scriptus: epistolam a Brunone Krusch inventam et in Actis nostris (Neues Archiv vol. X, p. 84) primum editam hic iterum typis exscribendam curavimus;

M = Codex Sangallensis 1346 saeculo XVII. a Iodoco Metzler 'ex manuscripto codice monasterii Bobbiensis litteris Hibernicis confecto' transscriptus exhibet sex epistolas.

Praeter hos codices adhibuimus editionem, quae in Maxima bibliotheca Lugdunensi (tom. XII, p. 24 et seqq.) exstat, ab Andrea Gallandi (Bibliotheca veterum patrum tom. XII, p. 345 et seqq.), a Benedicto Rossetti (Bobbio illustrato tom. II, p. 89 et seqq.), a I.-P. Migne (Patrologia latina tom. LXXX, p. 259 et seqq.) repetitam, principem Columbani epistolarum secundum alios ac enumeravimus codices, ut videtur, institutam:

F et S = 'Patricii Flemingi Collectanea sacra seu sancti Columbani Hiberni abbatis acta et opuscula nusquam antehac edita, partem ab ipso brevibus notis, partem fusioribus commentariis illustrata per Thomam Sirinum (Lovanii 1667)', ita ut quattuor illas, quas Flemingus adornavit, epistolas littera F, unam, quam Sirinus addidit, littera S significaverimus.

Ad quattuor carmina, quae Columbanus ad suos dedit, omnia primum (Insulae 1604) a Melchiore Goldast in libro, cui inscriptum est: 'Paraeneticorum veterum pars I.' (p. 47 et seqq.) publici iuris facta, tum deinceps a Patricio Flemingo (Collectanea sacra seu Columbani opusc. p. 167 et seqq.), ab editoribus Maximae bibliothecae Lugdunensis (tom. XII, p. 33 et seqq.), ab Andrea Gallandi (tom. XII, p. 357 et seqq.) a I.-P. Migne (tom. LXXX, p. 285 et seqq.) recepta, denuo edenda, his codicibus usi sumus:

B = Codex Berolinensis Diez B. Sant. 66 saeculo VIII. ex. scriptus, unum carmen praebens,

S 1 = Codex Sangallensis 273 saeculo IX. scriptus, quo tria carmina traduntur,

S 2 = Codex Sangallensis 899 saeculo X. scriptus, qui eadem quae S 1 habet,

Z = Codex Turicensis C. 78. 451 saeculo IX. ex. vel X. in. scriptus, quo solo quartum carmen (a v. cl. Geroldo Meyer von Knonau collatum) exhibetur. Qui codex quamquam praesto nobis est, tamen in editione efficienda illum Melchioris Goldast librum, quem supra protulimus, repudiare non licet; nam cum Goldast carmen quartum e duobus codicibus Sangallensibus expressum habeat — 'Vidimus', inquit p. 153, 'duo epistolae huius exempla, utrumque in nostri bibliotheca monasterii, unum bene antiquum, sed ἀνώνυμον, alterum haud magis vetustatis expers, at eo praestabilius, quod suo nobis indice auctorem ostendat; cetera tamen videas inter se congruere concorditer, ut alterum ex altero descriptum videatur' — et ex eius adnotationibus conici possit, codicem, quem vetustiorem significat, eundem esse ac Turicensem nostrum, omnia, quae ab hoc codice discrepantia apud Goldastum leguntur, e codice altero iam, ut videtur, amisso repetenda sunt; itaque ut distingueretur a duobus Sangallensibus, quos supra proposuimus,

S 3 iste Melchioris Goldast codex nominatus est;

P 2 = Codex Parisinus latinus 8303 (olim Colbert.) saeculo X. scriptus, in quo tria carmina (a v. cl. Hermanno Suchier tunc Parisiis commorante collata) inveniuntur,

M 1 = Codex Monacensis 6404 (Fris. 204) saeculo X. scriptus,

M 2 = Codex Monacensis 17208 (Scheftl. 208) saeculo XII. scriptus: duo carmina, quae eadem in utroque codice Monacensi leguntur, a v. cl. Henrico Simonsfeld Monacensi collata sunt;

V = Codex Vindobonensis 806 (Theol. 434) saeculo XII. scriptus, in quo duo carmina (a v. cl. S. Herzberg-Fränkel Vindobonensi collata) exstant.

Omnia Columbani carmina: et ad amicos data, excepto solo quarto, et epigramma in mulieres scriptum sententiasque, quae Monosticha vocantur, spuria esse, vir cl. G. Hertel (Zeitschrift für die historische Theologie vol. XLV, p. 396 et seqq.) exposuit; sed causas ab eo dictas refellentes, in Actis nostris (Neues Archiv vol. XV.) carmina, epigrammate solo remoto — at fortasse addendum illud carmen navale, quod Ernestus Dümmler in Actis nostris vol. VI, p. 191 edidit —, cum inter se coniuncta esse tum cohaerere cum ceteris Columbani litteris et libellis, Columbanum autem, qui in vetustissimo codice nostro auctor proditur, illum esse, qui monasteria Luxoviense et Bobbiense condidit, accuratius demonstrare studuimus. In eodem commentariolo plenius disseruimus, et quando quaeque epistola data et quid de quoque codice censendum sit. Unde satis eluceat, cur hanc editionem nostram conficientes in epistolis soluta oratione compositis codices T, P 1, M, in carminibus B, S 1, Z maxime secuti simus.

Data mense Martio anni MDCCCLXXXIX.

Wilhelmus Gundlach.

1.

595-600 *Columba auctoritate Anatolii ab Hieronymo laudati (Gennadiique) munitus, et morem Paschatis celebrandi Hibernicum defendens et rationem vicesimae primae aut secundae lunae a Victorio probatam acceptamque a Gallicanis episcopis papaque impugnans, Gregorium I. papam de hac re sententiam rogat commonitum, ne sancto Hieronymo obtrectans haereticus occidentales offendat. Interrogat de clericis simoniacis adulterisque et de monachis, qui invitis abbatibus 'aut laxantur aut ad deserta fugiunt'. Corporis infirmitate et cura suorum se impeditum esse dolens, quominus non tam Romam quam papam visat, petit a Gregorio, Regula eius pastorali lecta, ut suorum de Ezechiele commentariorum librum alterum commentariosque de Canticis canticorum sibi mittat et obscurum Zachariam prophetam perspicuum reddat. Implorat papam, ut procacitatem sibi condonans Deo supplicet; legatos suos commendat; responsum papae vetustatem Paschalis rationis proponentis iam a Candido praesignificatum refellit.* (595—600.)

Cod. M (pag. 109).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 157 (S). — Max. bibl. Lugd. XII, 31; Gallandi, Bibl. patr. XII, 345; Rossetti, Bobbio illustr. II, 89; Mansi, Conc. X, 206; Migne, Patrol. lat. LXXX, 259.

DOMINO SANCTO ET IN CHRISTO PATRI, ROMANAE[a] PULCHERRIMO ECCLESIAE DECORI, TOTIUS EUROPAE FLACCENTIS AUGUSTISSIMO QUASI CUIDAM FLORI, EGREGIO SPECULATORI, THEORIA UTPOTE DIVINA[b] CAUSALITATIS[c] PERITO[d] EGO, BARGOMA[e 1] (VILIS COLUMBA) IN CHRISTO MITTO SALUTEM.

Galat. 1, 3. 'Gratia[f] tibi et pax a Deo patre nostro et domino nostro[g] Iesu Christo.' Ligat[h] me, o sancte papa, hyperbolicus metus, ne[i] non sit interrogandum de Pascha, iuxta
Deut. 32, 7. illud canticum: 'Interroga patrem tuum, et annunciabit tibi, maiores tuos, et dicent tibi'; licet enim mihi, nimirum micrologo, illud cuiusdam egregium sapientis elogium, quod dixisse fertur quondam videns fronte pictam[k]: 'Non admiror artem, sed admiror frontem', ad te clarum a me vili scribendo, potest inuri, tamen tuae evangelicae humilitatis fiducia fretus tibi scribere praesumo et mei doloris negotium iniungo. Vanitas namque scribendi nulla est, ubi necessitas cogit quamvis maioribus scribi.

Quid ergo dicis de Pascha vigesimae primae[l] aut vigesimae secundae[m] lunae, quod iam, tui tamen pace dictum sit, non esse Pascha nimirum tenebrosum a multis comprobatur computariis[n]? Non latet enim, ut credo, efficaciam tuam, quantum Anatolius, 'mirae doctrinae vir', ut sanctus ait Hieronymus[2], cuius Eusebius Caesariensis episcopus in ecclesiastica excerpta[o] inseruit historia[3] — et sanctus Hieronymus in suo hoc idem de Pascha opus collaudavit catalogo[2] — de hac lunae aetate vitupe-

1. epistola ad sanctum gregorium papam super quaestione paschae et aliis *praem. M.* a) romano *S.* b) divinae *M.* c) castalitatis *M*; castulıtatis *S.* d) potito *emend. ex* posito *M*; potito *S.* e) bargma *M.* f) *ita emend. ex* gratias *S.* g) *om.* et domino nostro *S.* h) libet *M. S.* i) hyperbolicum tecum *pro* hyperbolicus metus ne *M. S; cf. infra* discendi studio semper maior metus accrescit. k) *ita M, notans in marg.: Bob.* contupictam; compte pictam *emend. ex* contupictam *S.* l) XXI *S.* m) XXII *S.* n) *ita M, notans in marg.: Bob.* cacalaenteris; calcalenteris *S.* o) excepta *S.*

1) *Bar-Iona chaldaicum significare pullum columbae a Maurinis monachis (Opp. Gregor. II, 1036 nota b) notatur; cf. quae Columbanus infra p. 169. 176 de suo nomine dicit.* 2) *Hieronymi opp. (ed. Vallarsi) II, 913 (Liber de viris illustribus c. 73); Migne, Patrol. lat. XXIII, 719.* 3) *Eusebii Hist. eccl. VII, 32; Migne, Patrol. graec. XX, 727—730.*

rando disputet[a]: qui contra Gallicanos primarios[b] de Pascha, ut ait, errantes horrendam[c] intulit sententiam[d]: 'Certe', inquiens[e], 'si usque ad duarum vigiliarum terminum, quod noctis medium indicat, ortus lunae[f] tardaverit, non lux tenebras, sed lucem tenebrae superant; quod certum est in Pascha non esse possibile[g], ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur, quia solemnitas[h] dominicae resurrectionis lux est, et non est communicatio luci[i] cum tenebris. Et si in tertia vigilia luna excanduerit, non est dubium, lunam vigesimam primam[k] vel vigesimam secundam[l] exortam esse, in qua verum[m] Pascha non est[n] possibile immolari. Nam qui hac lunae aetate Pascha definiunt possibile celebrari, non solum illud auctoritate divinae scripturae affirmare non possunt, sed et[o] sacrilegii et contumaciae crimen et animarum periculum incurrunt, dum affirmant, veram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum, quae omnibus tenebris dominatur'[1]. Nec non in sancti dogmatis legimus libro: 'Pascha id est solemnitas dominicae resurrectionis ante transgressum vernalis aequinoctii, decimae sextae[p] lunae[q] initium non potest celebrari'[2], ut scilicet aequinoctium non antecedat. Quod utique Victorius in suo transgressus est cyclo et per hoc Galliae iamdudum invexit errorem seu, ut humilius dicam, confirmavit inolitum. Quippe qua ratione utraque stare possunt, ut scilicet resurrectio Domini ante suam celebretur passionem, quod vel putari absurdum est, aut septem dies Domini[r] iussione in lege sanciti, in quibus tantum legitime Phase[3] Domini comedi mandatum est, qui a decima quarta[s] luna usque ad vigesimam[t] numerandi sunt, contra ius fasque[4] transcendantur? Luna enim vigesima prima[u] aut vigesima secunda[v] extra ius lucis est, utpote post medium noctis tunc temporis exorta, et, tenebris lucem superantibus, lucis solemnitas nefas est, ut aiunt, agi.

595-600

Cf. Exod. 12. 15.

Quare ergo tu, tam sapiens, nimirum cuius clarissima per orbem, ut antiquitus, sacri ingenii diffusa sunt lumina[w][5], Pascha tenebrosum colis? Miror, fateor, a te hunc Galliae errorem acsi scismaticum[x] iam diu non fuisse rasum; nisi forte putem, quod vix credere possum, dum eum constat a te non fuisse emendatum, a[y] te esse probatum. Aliter tamen et[z] honestius tua excusari potest peritia: dum forte notam subire times Hermagoricae novitatis, antecessorum et maxime papae Leonis auctoritate contentus es. Noli te, quaeso, in tali quaestione humilitati tantum aut gravitati credere, quae saepe falluntur; 'melior forte est canis vivus' in hoc problemate 'leone mortuo': vivus namque sanctus emendare potest, quae ab altero maiore emendata non fuerint. Scias namque, nostris magistris et Hibernicis antiquis philosophis et sapientissimis componendi calculi computariis Victorium non fuisse receptum, sed magis risu vel venia dignum quam auctoritate. Idcirco mihi timido, magis peregrino[a] quam sciolo, precor[b], tuae dirige fulcrum sententiae et mature[c] punctum tuae placabilitatis huic tempestati nos circumdanti compescendae transmittere non dedigneris; quia non mihi satisfacit post tantos quos legi auctores una istorum[d] sententia episcoporum dicentium tantum: Cum iudaeis facere Pascha[e] non debemus. Dixit hoc olim et Victor episcopus[6], sed nemo orientalium suum recepit commentum; sed haec[f] soporans spina Dagonis[7]

Eccle. 9. 4.

---

a) disputat *M.* b) rimarios *S.* c) horrendum *M.* d) dicens *add. M. S.* e) *eliminarit S.* f) hunc *M.* g) probabile *S.* h) solemnitas: *ita scr. ubique M.* i) lucis *M.* k) XXI *S.* l) XXII *S.* m) vestrum *M.* n) *om. M.* o) etiam *M.* p) XVI *S.* q) *om. S.* r) christi *M.* s) XIV *S.* t) XX *S.* u) XXI *S.* v) XXII *S.* w) flumina *M.* x) acsi scismaticum *om. M, addens in marg.: In Bob. inseritur* ac si scynthenium; ac si schynteneum *S.* y) apud *S.* z) *om. M.* a) peregrino magis *S.* [a) l. 33] b) *om. S.* c) matura *M; ita emend. ex* matura *S.* d) ista *M.* e) *in cod. omissum add. S.* f) hoc *S.*

1) *Anatolii canon paschalis: Krusch, Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie p. 319. 320; cf. Neues Archiv IX, 145.* 2) *(Gennadii) liber de dogmatibus ecclesiasticis: Migne, Patrol. lat. LVIII, 1000; cf. Neues Archiv IX, 124.* 3) 'Pascha ... hebraice dicitur Phase' *Hieronymi opp. (ed. Vallarsi) VII, 210; Migne, Patrol. lat. XXVI, 197.* 4) *Persii Sat. II, 73:* ius fasque. 5) *Vergil. Cu. 176:* Lumina diffundens. 6) *Romanae ecclesiae (189—c. 199); cf. Eusebii Hist. eccl. IV, 14: Migne, Patrol. graec. XX, 388.* 7) *Idolum est Philistinorum; cf. 1. Reg. c. 5.*

595-600 hoc imbibit bubum[1] erroris[a]. Qualis, rogo, haec tam[b] frivola et tam impolita, nullis scilicet divinae scripturae fulta testimoniis sententia: Cum iudaeis Pascha facere non debemus? Quid[c] ad rem pertinet[d]? Numquid iudaei reprobi Pascha facere credendi sunt nunc, utpote sine templo extra Ierusalem, Christo tunc figurato ab eis crucifixo? aut numquid ipsorum esse recte credendum est decimae quartae[e] lunae[f] Pascha, et non potius Dei ipsius instituentis Phase esse fatendum est scientisque solius ad purum, quo mysterio decima quarta[g] luna ad transcensum electa est[h]? Quod forte sapientibus et tui similibus aliquantulum praeluceat. Qui[i] hoc opponunt, licet sine auctoritate, Deo improperent, quare non sua praescientia antea tunc praecaverit iudaeorum contumaciam,
Cf. Exod. 12, 15 etc. ut, si nollet nos cum eis simul[k] Pascha facere, novem dies azymorum[l] in lege praeciperet, ut vel nostrae solemnitatis initium finem solemnitatis eorum non excederet? Nam si vigesima prima[m] aut vigesima secunda[n] Pascha celebrandum, a decima quarta[o] usque ad vigesimam secundam[p] novem dies computabuntur, septem scilicet a Deo praecepti et duo ab hominibus aucti. Quod[q] si licet hominibus augere per se aliquid divinae censurae, interrogo, ne forte videatur contrarium esse illi Deuteronomii sen-
Cf. Deut. 4, 2. tentiae: Ecce, inquit, verbum, quod tibi dico[r], ne[s] adicies[t] ad illud, neque auferes[u] ab eo.

Sed haec magis procaciter quam humiliter scribens[v], scio[w], euripum praesumptionis difficillimae me invexisse[x], enavigandum fore[y] ignotus[z]. Nec loci namque nec ordinis est, ut magnae tuae auctoritati aliquid quasi discutiendo inrogetur[a], et ridiculose te mei, nimirum Petri cathedram apostoli et clavicularii legitime insidentem, occidentales apices de Pascha sollicitent[b]. Sed tu[c] non tam[d] me vilem[e] in hac re, quam multos et defunctos et viventes haec eadem quae notavi firmantes magistros considerare debes, et quasi cum eis trahere colloquium te[f] crede; pie namque me scito, licet saltuatim et hyperbolice chilosum[2] os aperire. Tuum itaque aut excusa aut damna Victorium, sciens, si illum laudaveris, inter te et supradictum Hieronymum fidei futurum fore[g] negotium, qui nimirum Anatolium laudavit huic contrarium, itaque[h], qui unum secutus fuerit, alterum recipere non poterit. Tua itaque consideret vigilantia, ut in fide duorum[i] supradictorum auctorum[k] sibi invicem contrariorum probanda nulla sit inter te et Hieronymum in sententia promenda dissonantia, ne nobis[l] undique sint angustiae, ut aut tibi aut illi consentiamus. Parce in his[m] infirmis, ne scandalum diversitatis ostendas. Simpliciter enim ego[n] tibi confiteor, quod contra sancti Hieronymi auctoritatem veniens apud occidentis ecclesias[o] hereticus seu respuendus erit, quicumque ille fuerit[p]: ille[q] [3] enim per omnia indubitatam in scripturis divinis accommodant fidem. Sed haec de Pascha sufficiant.

Ceterum de episcopis illis quid iudicas, interrogo, qui contra canones ordinantur, id est quaestu — simoniacos et Gildas[r] auctor pestes scripsit[s] [4] —: Numquid cum illis

---

a) sed haec — erroris *omittens, omissa in marg. e cod. Bob. add. M.* b) *om. S.* c) quod *M.* d) *ita emend. ex* pertinent *S.* e) decima quarta *M;* XIV *S.* f) luna *M;* luna e *S.* g) XIV *M. S.* h) scientisque — electa est *om. M.* i) *ita emend. ex* quo *S.* k) *om. S.* l) azimorum *S.* m) XXI *S.* n) XXII *S.* o) XIV *S.* p) XXII *S.* q) sed *S.* r) do *S.* s) neque *S.* t) *ita corr. ex* adicias *M;* adicias *S.* u) auferas *S.* v) scribenti *M.* w) *om. M.* x) *pro* me invexisse: mihi nexuisse *M,* mihi nexisse *S.* y) forte *M, notans in marg.: Bob.* fore. z) irrogas *M;* irogus, *coniciens* ignorans *S.*
[a) l. 19] a) interrogetur *M.* b) sollicitant *M.* c) tamen *pro* tu *in cod. Bob. traditum elimin. M.* d) *om. M; suppl. S.* e) videlicet *M.* f) te trahere colloquium, *iam repetitum* te *eliminans S.* g) forte *M.* h) ita ut *pro* itaque *S.* i) tuorum *M.* k) auctorum supradictorum *S.* l) *ita emend. ex* vobis *M.* m) hoc *S.* n) *om. M.* o) *in* ecclesiam *corr. M.* p) quicunque ille fuerit *om. S.* q) illi *M.* r) giltas *S.* s) scripsistis *S.*

1) *bubum esse graecum βουβών, quod tumor significet, putat S (p. 163 nota n).* 2) *'an a χεῖλος labrum?' DUCANGE.* 3) *sunt ecclesiae occidentis.* 4) *Epistola Gildae: Gildas, De excidio Britanniae rec. Stevenson p. 74 et seqq.*

communicandum est? quia, quod gravius est, multi in hac provincia tales esse noscuntur: aut de aliis, qui in diaconatu violati, postea ad episcoporum gradum eliguntur[a]? Sunt enim, quorum in his novimus conscientias, et cum nostra parvitate id conferentes certum scire volebant, si sine periculo post hoc episcopi esse[b] possint, id est aut post gradum solidis emptum aut post[c] in diaconatu adulterium absconsum, tamen — dico cum clientelis[d 1] — adulterium: quod apud nostros magistros non minoris censetur esse facinoris. 595-600

Tertio interrogationis loco responde adhuc, quaeso, si non molestum est, quid faciendum est de monachis illis, qui pro Dei intuitu et vitae perfectioris desiderio accensi, contra vota venientes primae conversionis loca relinquunt et[e] invitis abbatibus, fervore monachorum cogente, aut laxantur aut ad deserta fugiunt. Vennianus[f 2] auctor Gildam[g] de his interrogavit, et elegantissime illi rescripsit, sed tamen discendi studio[h] semper maior metus accrescit.

Humilius et purius haec omnia et multo plura[i], quae epistolaris brevitas non admittit, per praesentiam interroganda erant, nisi corporis infirmitas et meorum cura comperegrinorum domi me vinctum [teneret cupidum][k] ad te eundi, ut illam spiritualem vivi fontis venam vivamque undam scientiae caelitus fluentis ac in aeternam vitam salientis[l] haurirem[m]. Et si animum corpus sequeretur, Roma iterum sui[n] rem sustineret contemptus, ut, quomodo, docto narrante Hieronymo[3], legimus, quosdam de ultimis Hispani[o] littoris finibus olim venisse Romam[p] et, mirum dictu, aliud extra Romam quaesisse, ita et ego nunc te, non Romam desiderans, salva sanctorum reverentia cinerum, expeterem; licet enim non me sapientem, sed esse sitientem fateor, hoc idem facerem[q], si vacarem[r].

Legi librum tuum pastorale regimen continentem, stilo[s] brevem, doctrina prolixum, mysteriis refertum: melle dulcius[4] egenti opus esse fateor; mihi idcirco sitienti tua[t] largire per Christum[u] precor opuscula, quae in Ezechielem miro, ut audivi, elaborasti ingenio. Legi Hieronymi sex in illum libros; sed nec medium exposuit. Sed si dignaris, aliqua nobis de tuis transmitte relectis[v] in civitatem[w], extrema scilicet libri exposita[5]; transmitte et Cantica canticorum ab illo loco, in quo dicit[x]: 'Ibo ad montem Cant. 4, 6.
myrrhae[y] et collem thuris'[z], usque in finem; aut aliorum aut tuis brevibus[a], deposco, tracta sententiis; et ut totam exponas obscuritatem Zachariae, absconsam propala, ut tibi occidentalis in his gratias agat caecitas. Importuna postulo et magna sciscitor, quis nesciat? Sed et tu magna habes[b], quia de parvo minus et de multo plus bene scis esse foenerandum.

---

a) *ita emend. ex* gradare leguntur *S*. b) episcopi esse *om. S, notans in marg.: deest aliquid quod sensum compleat.* c) *om. M.* d) cleantillis *M.* e) *om. M.* f) venicianus *M.* g) giltam *S.* h) *emend. in* studioso *S.* i) multa pulchra *M; ita emend. ex* multo pulchra *S.* k) *pro* teneret cupidum, *quod suppl. S,* retineret *in marg. add. M, notans: In Bob. non habetur haec vox* retineret. l) investigans *interp. M.* m) *iam del.* impediret *M;* haurire, *coniciens* possem *addendum S.* n) sui iterum *S.* o) heluini *M;* heulini *S.* p) quin *ex* ni *emendatum add. M; add.* in, *coniciens* dein *S.* q) facere *S.* r) si vacaret *emend. ex* sed vacare *S.* s) stylo *S.* t) tua sitienti *S.* u) per christum *om. S.* v) relictis *M. S coniciens* relectis. w) civitate *M.* x) mihi *add. M. S.* y) *ita emend. ex* murrae *S.* z) caeli *pro* collem thuris *M;* collem thuris *emend. ex* coeli *S.* a) brevis *S.* b) habens *S.* [a) l. 30]

1) *'Clientelas esse uxores, quas suscepturi sacrum ordinem aut religiosum statum legitime dimiserunt', S secundum Columbani de mensura poenitentiae librum (p. 164 nota q) exponit.* 2) *'Gildae intelligit synchronum sanctum Finnianum Cluainerardensem, sanctorum Hiberniae magistrum', notat S (p. 164 nota s).* 3) *In epistola quadam, quam reperire non potui, Hieronymum scripsisse:* de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus, *declarat S (p. 164 nota u).* 4) *Ovid. 5. Tr. IV, 29:* O dulcior illo Melle. 5) *Librum alterum Gregorii in Ezechielem prophetam commentariorum dici, 'quo visiones eius de Hierosolymitano templo et civitate continentur', putat S (p. 164 nota x).*

595-604 Rescribere te persuadeat caritas, exponere te[a] non impediat cartae asperitas, quia ira[b] in errorem furit[c], et honor debitus cordi est a me tibi dari; meum fuit provocare, interrogare, rogare; tuum sit[d], gratis accepta non negare, foenerari petenti
Cf. Ioh. 6, 31. talentum et[e] panem doctrinae, Christo praecipiente, dare. Pax tibi tuisque; meae indulge, quod sic audacter scripsi[f], rogo, procacitati, beate papa, et oro, ut pro me vilissimo peccatore vel semel in tuis sanctis orationibus ad communem dominum ores.

Persuperfluum puto[g] commendare[h] tibi meos, quos salvator quasi in suo nomine
Cf. Ioh. 11, 9. ambulantes recipiendos esse decernit.

Et si, ut audivi a sancto Candido tuo, hoc respondere volueris, temporis antiquitate roborata mutari non posse, manifeste antiquus error est: sed semper[i] antiquior est veritas, quae illum reprehendit.

2.

Columba synodum Gallicanorum episcoporum clericorumque sua causa (Cabilloni?) congregatorum, non modo controversiam de Paschate celebrando exortam diiudicaturam, sed etiam in aliis causis tractandis ecclesiae saluti futuram esse exoptans, commonet, ne humilitatis evangelicae obliviscatur: humilitate usi fore ut omnes ad concordiam revocentur, dimittentes illam Paschalem rationem, qua resurrectionem ante passionem fieri posse, et 'per tres tomos' (Gregorio) papae et 'brevi libello' Aregio episcopo (Lugdunensi) et 'tomo responsionis suae licet ante triennium scripto iam eis misso' demonstraverit; secundum patrium morem Anatolium se sequi malle quam Victorium confessus, se ipsum synodo deesse dicit, ne verbis cum eis contendat, supplicans, ut ipsum 'in his silvis' (Vosagi montis) duodecim annos commorantem amplius commorari patiantur; vita monachica laudata et praeceptis Iesu Christi ante oculos positis, orationibus eorum se commendat, omnes unius corporis membra esse declarans, et loquacitati et procacitati suae veniam petit. *(603 aut 604.)*

Cod. M (pag. 77).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 113 (F). — Max. bibl. Lugd. XII, 24; Gallandi, Bibl. patr. XII, 347; Rossetti, Bobbio illustr. II, 99; Migne, Patrol. lat. LXXX, 264.

DOMINIS SANCTIS ET IN CHRISTO PATRIBUS VEL FRATRIBUS, EPISCOPIS, PRESBYTERIS CAETERISQUE SANCTAE ECCLESIAE ORDINIBUS COLUMBA PECCATOR SALUTEM IN CHRISTO PRAEMITTO[a].

Gratias ago Deo meo, quod mei causa in unum tanti congregati sunt sancti de fidei et bonorum operum veritate tractaturi et, ut tales decet, per exercitatos sensus ad[b] discretionem boni ac mali de discutiendis iusto iudicio iudicaturi. Utinam saepius hoc ageretis; et licet iuxta canones semel aut[c] bis in anno pro tumultuosis huius aevi dissensionibus[d] semper sic servare vos non vacat, vel quam celerrime, quamvis rarius: potissimum hoc debuit vobis inesse studium, quo negligentes quique timorem haberent et studiosi ad maiorem provocarentur profectum. Ecce, inquam, Deo gratias, quod vel pro me de Pascha[e] discutiendo occasio vobis sanctae effecta est synodi[f]. Dominus noster Iesus Christus, ille princeps pastorum, praestet, ut ad suae ecclesiae

a) *om. S.* b) aera *S.* c) fuit *M. S.* d) si *M. S.* e) talentum foenerari petenti te *S.* f) *om. M.* g) *om. M.* h) commendari *S.* i) *om. M.*

2. ad patres synodi congregatae super observantia verae paschae epistola *praem. M.* a) *inscriptionem:* dominis — praemitto *om. M.* b) per *M.* c) et *M.* d) dissentionibus *F.* e) paschate *F.* f) synodus *F.*

utilitatem vestrum prosit concilium[a]; et ipse Deus, qui stare solet 'in synagoga deorum', [603-604] praesens inspiret corda suorum ad suam ex integro voluntatem sequendam ex virtute [Ps. 81, 1.] mandatorum, ut non de solo Paschae negotio, quod iam diu ventilatum ac diu varie a diversis auctoribus iudicatum est, tractetis; sed etiam de universis necessariis observationibus canonicis, quae a multis, quod gravius est, corruptae sunt, et, dum dies iudicii propior nunc est, quam tunc, aliquod[b] adhuc districtius evangelicae religionis et apostolicae traditionis consilium iniretis: si enim evangelica[c] mandata diligenter inquiratis, non miror, quod in eis aliquantulorum[d] moribus contraria inveniantur.

Sed sufficiat significasse, unumquemque ad sui redemptoris exemplum ac veri pastoris formam fore informandum, qui humilitatem primum praedicans septemque [Cf. 1. Petr. 5, 3.] beatitudines, primae paupertatis spiritus iungens, in tantum docuit hominem sua sequi [Cf. Matth. 5, 3.] vestigia, ut ad veram octavi diei circumcisionem iustitiam sequendo perveniret; quia beatitudo octava martyrio terminatur, eo quod non solum agendo iustus, sed etiam pro [Cf. Matth. 5, 10.] iustitia sustinendo martyr, regni nimirum caelestis cupidus, et[e] cum[f] similiter certantibus coronatur. Dum ergo sicut scriptum est: 'Qui dicit se in Christo credere, debet [1. Ioh. 2, 6.] et ipse ambulare, sicut et Christus ambulavit', id est et pauper et humilis et veritatem semper cum persecutione hominum[g] praedicans; et iterum: 'Qui volunt in Christo [2. Tim. 3, 12.] pie vivere, persecutionem patientur'; et quia 'fides sine operibus mortua est in semetipsa', [Iacob. 2, 17. 20. 26.] et Dominus fatuis sola fide contentis respondet: 'Quia non novi vos', et bene [Matth. 7, 23.] credentibus et: 'Domine, domine' dicentibus promisit, quod non intrabunt in regnum [Matth. 7, 21.] caelorum; et dum non possunt vel sui esse discipuli vel digni se, qui non renunciaverint omnibus, quae possident: unusquisque se consideret, etsi haec fixe complevit aut sustinuit, ne alienus sit a discipulis domini nostri Iesu Christi, quia non debet degener esse filius et discipulus magistro non debet contraria praedicare; 'qui enim [Ioh. 10, 1.] non intrat per ianuam in ovile ovium, ille fur est et latro', et qui fugit castigandi et resistendi vitiosis[h] laborem, mercenarius est, non filius semper in ecclesia mansurus. [Cf. Ioh. 10, 13.]

Haec idcirco breviter tetigi, ut, si volueritis, nos, quasi[i] inferiores, vos, patres, docere, hanc vocem veri pastoris et in opere et in ore semper[k] habeatis, quam suae agnoscunt oves: 'non enim audiunt vocem alienorum, sed fugiunt ab eo', cuius vocem [Ioh. 10, 5.] non agnoscunt, quae, nisi actualis sit, voci veri[l] non concordat pastoris. Nec poterit sermo efficaciter penetrare animos disciplinatorum ab ore prolatus mercenarii, hoc signum habens, quod ipse primus non audit, quod ab eo non auditur: et quod prior actibus contempsit magister[m], nudo non potest tradere verbo ad conservandi exemplum.

Simul igitur[n] omnes, sive clerici sive monachi, istos primum canones veros ac singulares domini nostri Iesu Christi simpliciter[o] compleamus et sic postea, tumore superbiae deposito, unum in reliquis scribere curemus[p]: Si omnes humiles simus et pauperes pro Christo voluntarii, qui 'pro nobis pauper factus est, cum dives esset', [2. Cor. 8, 9.] postea per humilitatem de terra vitiorum ac per voluntariam evangelicae admonitionis paupertatem diversis cupiditatibus depositis curisque mortalibus detrusis, velut amputatis dissensionis[q] ac discordiae causis, omnes filii Dei veram pacem et integram caritatem per morum similitudinem et unius voluntatis aequalitatem inter se invicem[r] habebunt. Multum namque nocuit nocetque ecclesiasticae paci morum diversitas et varietas traditionum: sed tamen, si, ut dixi, venena superbiae et invidiae vanaeque gloriae[s] per salvatoris nostri praeceptum, ad exemplum dicentis: 'Discite a me, quia [Matth. 11, 29.] mitis sum et humilis corde', et reliqua[t], humilitatis verae exercitiis curare primum

a) consilium *F.* b) aliquid *F.* c) ea *superscr. M.* d) aliquantorum *F.* e) *add.* aut *M. F*, *coniciens* et. f) non *M. F*, *coniciens* cum. g) *om. M.* h) vitiosis resistendi *F.* i) *om. M.* k) *om. F.* l) viri *F.* m) *om. M.* n) ergo *F.* o) similiter *F.* p) *om. F.* q) diversitatis *F.* r) *om. M.* s) vanae gloriaeque, *emendans ex* gloriaqua *F.* t) etc *pro* et reliqua *M.*

603-604 festinemus, sine ullo deinceps scandalo omnes perfecti, odio deleto, sicut discipuli
Cf. Ioh. 13, 35. domini nostri Iesu Christi nos invicem ex toto corde diligemus. Et si aliqua sit tra-
1. Cor. 11, 16. ditionum diversitas, sicut et de Paschate, dum non possunt humiles contendere, 'neque
talem consuetudinem habet ecclesia', dum cito veriora cognoscent, qui eodem proposito
eodemque desiderio veritatis cognoscendae[a] similiter quaerunt, quod rectius sequantur,
quando nemo vincitur nisi error et quando nullus in se, sed in Domino gloriatur:
quaeramus itaque simul, quaeso vos, o amantissimi patres ac fratres, et videamus,
qualis verior sit traditio: vestra, an fratrum vestrorum in occidente. Omnes enim
ecclesiae totius occidentis, sicut in tomo responsionis meae, quem vobis nunc misi, licet
ante triennium scriptum, indicavi, non respiciunt, ⌊non⌋[b] fieri debere resurrectionem
ante passionem, id est ante aequinoctium, Pascha et vigesimam lunam non excedunt,
ne sine auctoritate Veteris Testamenti sacramentum Novi Testamenti agant. Sed haec
alias; alioquin quod[c] quidem illi sentiunt de Pascha[d], sancto[e] papae per tres tomos
innotui, et adhuc sancto fratri vestro Arigio brevi libello hoc idem scribere praesumpsi.

Cf. Ephes. 6, 23. Unum itaque deposco a vestra sanctitate, ut cum pace et caritate meam com-
portetis insipientiam ac superbam, ut aiunt quidam, scribendi praesumptionem, quam
necessitas extorsit, non vanitas, ut ipsa probat vilitas; et quia huius diversitatis auctor
non sum[f] ac pro Christo salvatore, communi domino ac Deo nostro[g], in has terras
2. Tim. 4, 1. peregrinus processerim, deprecor vos per communem dominum, et per eum, 'qui iudi-
caturus est vivos ac mortuos', adiuro, si mereamini ab eo agnosci, qui multis dicet:
Matth. 7, 23. 'Amen dico vobis, quia numquam novi vos', ut mihi liceat cum vestra pace et caritate
Cf. Ephes. 6, 23. in his silvis silere et vivere iuxta ossa nostrorum fratrum decem et septem defunctorum,
sicut usque nunc licuit nobis inter vos vixisse duodecim annis, ut pro vobis, sicut usque
nunc fecimus, oremus, ut debemus. Capiat nos simul, oro, Gallia, quos capiet regnum
caelorum, si boni simus meriti; unum enim regnum habemus promissum et unam
Cf. 2. Tim. 2, 11. 12. spem vocationis in Christo, cum quo conregnabimus, si tamen prius hic cum eo pa-
tiamur, ut et[h] simul cum eo glorificemur. Ego scio, quod multis superflua videbitur
haec mea loquacitas; sed melius iudicavi, ut et vos sciretis, quae et nos hic tractamus
et cogitamus inter nos. Hi sunt enim nostri canones, dominica et apostolica mandata,
in his[i] fides nostra est; haec arma, scutum et gladius[k], haec apologia; haec nos move-
runt de patria; haec et hic servare contendimus, licet tepide; in his usque ad mortem
perseverare et oramus et optamus, sicut et seniores nostros facere conspeximus. Vos
vero, patres sancti, videte, quid faciatis ad istos veteranos pauperes et peregrinos
senes: ut ego arbitror, melius vobis erit, illos confortare, quam conturbare.

Ego autem ad vos ire non ausus sum, ne forte contenderem praesens contra
2. Tim. 2, 14. 1. Cor. 11, 16. apostoli dictum dicentis: 'Noli verbis contendere'; et iterum: 'Si quis contentiosus
est, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei'; sed confiteor con-
scientiae meae secreta, quod plus credo traditioni patriae meae, iuxta doctrinam[l] et
calculum octoginta quatuor[m] annorum et Anatolium ab Eusebio ecclesiasticae historiae
auctore episcopo[1] et sancto catalogi scriptore Hieronymo[2] laudatum Pascha celebrare,
quam iuxta Victorium nuper dubie scribentem et, ubi necesse erat, nihil definientem,
ut ipse in suo testatus prologo[3]: qui post tempora domni[n] Martini et domni[o] Hieronymi
et papae Damasi, post centum et tres annos sub Hilaro scripsit. Vos vero eligite

a) agnoscendae *F.* b) *addendum videtur.* c) quid *F.* d) de pascha *om. M.* e) sive, *coniciens* sancto *F.* f) sim *F.* g) *om. F.* h) *om. M.* i) *om. F* k) gladium *F.* l) do *[lacuna] F, notans: Abrasus est hic locus in codice.* m) LXXXIV *M. F.* n) dni *M*; d. *F.* o) domini *M*; d. *F.*

1) *Cf. p. 157 n. 3.* 2) *Cf. p. 157 n. 2.* 3) *Cf. Bucherius, De doctrina temporum commentarius p. 10.*

ipsi, quem sequi malitis[a], et cui melius credatis iuxta illud apostoli: 'Omnia probate, [603-604] quod bonum est tenete'. Absit ergo[b], ut ego contra vos contendam congrediendum, ut [1. Thess. 5, 21.] gaudeant inimici nostri de nostra christianorum contentione, iudaei scilicet aut heretici sive pagani gentiles: absit sane, absit: alioquin aliter inter[c] nos potest convenire, ut aut 'unusquisque, in quo vocatus est, in eo permaneat' apud Deum[d], si utraque [1. Cor. 7, 20.] bona est traditio: aut cum pace et humilitate sine ulla contentione libri legantur utrique, et, quae plus Veteri et Novo Testamento concordant, sine ullius invidia serventur. Nam si ex Deo est, ut me hinc, de loco deserti, quem pro domino meo Iesu Christo de trans mare expetivi, propellatis, meum erit, illud propheticum dicere: 'Si [Ion. 1, 12.] propter me haec tempestas est super vos, tollite me et mittite me in mare, ut commotio haec quiescat a vobis': vestrum tamen prius sit, more illorum nautarum naufragum conari eripere visceribus pietatis et ad terram navem trahere, sicut illi, licet ethnici[e], fecerunt, scriptura narrante: 'Et conabantur viri redire, inquit, ad terram et non pote- [ibid. 1, 13.] rant, quia mare ibat et exurgebat magis fluctus.' Postremo in calce dicti, licet praesumptuose suggero, ut, quia in via huius saeculi spatiosa et lata multi ambulantes currunt ad computa[f] arcta[g], si aliqui pauci inveniuntur, qui per angustam portam et arctam, [Cf. Matth. 7, 13. 14.] quae ducit ad vitam iuxta praeceptum Domini, gradiantur, potius a vobis ad vitam transmittantur, quam prohibeantur, ne forte et vos cum Pharisaeis sermo Domini sugillet dicentis: 'Vae vobis, scribae et Pharisaei, quia clauditis regnum caelorum ante [Matth. 23, 13.] homines', et: 'Nec vos intratis, nec sinitis introeuntes intrare'.

Sed dicet aliquis: Numquid nos non intramus in regnum caelorum? Quare non [Cf. Matth. 18, 3.] potestis iuxta gratiam Domini, 'si efficiamini sicut parvuli', humiles scilicet et casti, [ibid.] 'simplices et innocentes in malo, prudentes tamen in bono', placabiles et iram in corde [Rom. 16, 19.] non tenentes? Sed complere haec omnia mulieres saepe videntes et circa mundi facultates saepius rixantes et irascentes difficillime possunt. Idcirco nostri semel mundo renunciantes et causas vitiorum et[h] fomites iurgiorum in primis[i] amputantes, facilius nudos quam divites sermonem Domini posse complere, arbitrantur. Ante istas etenim[k] quatuor res regnum caelorum non intratur, sicut sanctus Hieronymus trium testis est et quarti Basilius, qui iuxta evangelici vim dicti mores exponunt infantium[1]. Infans enim humilis est, non laesus meminit, non mulierem videns concupiscit, non aliud ore, [Cf. Ps. 61, 5.] aliud corde habet. Quae, sicut dixi, melius servabit vacans et videns, quod Deus ipse sit dominus, quam universa[l] videns et audiens. Nullus[m] detrahat silentii bonis: nisi enim tepescant, secreti melius vivunt quam publici, excepta austeriore adhuc vita, quae maiorem haberet[n] mercedem; ubi enim durior pugna, ibi gloriosior invenitur corona. Ipsi contra[o] non credunt bonis secretis, ut sanctus ait Gregorius[2], qui publica mala non devitant. Inde sanctus Hieronymus haec sciens iussit episcopos imitari apostolos, monachos vero docuit sequi patres perfectos[3]. Alia enim sunt et alia clericorum et monachorum documenta, ea[p] et longe ab invicem separata. Unusquisque, quod arripuit, servet[4]; sed toti evangelium et utrique, acsi unius corporis membra una consonantia, Christum omnium caput sequantur per sua propria mandata, quae sunt ab eo ostensa in caritate et pace[q] perfecta esse. Quae duo perfici perfecte non possunt, [Cf. Ephes. 6, 23.] nisi a veris humilibus et ab unanimis[r], spiritalibus[s], Christi mandata complentibus,

a) malletis *F.* b) *om. F.* c) *om. M; add. coniciens F.* d) dominum *F.* e) etnici *F.* f) '*rectius* compita' *F.* g) ad computa arcta *om. M.* h) ac *F.* i) imprimis *F.* k) enim *M.* l) diversa *F.* m) multis *M.* n) licet *F.* o) ergo *F.* p) *om. F.* q) pace et caritate *F.* r) unanimiter *F.* s) spiritualibus *F.*

1) *Quo loco Hieronymus et Basilius istis quae sequuntur verbis utantur, exquirere non potui.* 2) *quo loco reperire non potui.* 3) Episcopi et presbyteri habeant in exemplum apostolos et apostolicos viros . . .; nos autem habeamus propositi nostri principes *etc.: Hieronymi opp. (ed. Vallarsi) I, 321.* 4) *Horat. Art. poet. 475:* Quem vero arripuit, tenet.

603-604 Domino ipso testante: 'Si diligitis me, mandata mea servate'; 'hoc est mandatum meum,
Ioh. 14, 15; 15, 12; 13, 35. ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos'; 'in hoc enim scient omnes, quia mei discipuli estis, si vos invicem diligatis'. Tunc ergo potest certa esse unio animorum[a] et pax et caritas per spiritum sanctum diffusa visceribus credentium, quando similiter mandata divina complere omnes desiderant: nam quanta sit dissimilitudinis in actualibus
2. Cor. 6, 6. studiis mensura, tanta erit pacis et caritatis inter imperfectos fictura. Ut ergo 'in caritate non ficta' nos invicem amemus, domini nostri Iesu Christi praecepta diligenter consideremus et intellecta complere festinemus, ut per suam doctrinam uno impetu fervoris nimii tota ad caelestia festinet ecclesia. Praestet hoc nobis sua gratuita gratia, ut omnes mundum horreamus[b] et illum solum amemus illumque cum patre et spiritu sancto desideremus, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

De caetero, patres, orate pro nobis, sicut et nos facimus, viles licet, pro vobis[c], et nolite nos a vobis alienos reputare; unius enim sumus corporis commembra[d], sive Galli, sive Britanni, sive Iberi, sive quaeque gentes. Ideo gaudeamus omnes gentes
Ephes. 4, 13. in cognitione fidei et agnitione filii Dei et festinemus omnes 'occurrere in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Iesu Christi', in quo nos invicem amemus, invicem laudemus, invicem emendemus, invicem invitemus[e], invicem oremus, ut cum eo regnemus invicem et exultemus. Date, quaeso, veniam meae loquacitati ac procacitati supra vires[1] laboranti, patientissimi atque sanctissimi patres quique et fratres.

3.

Columba 'pro tumultuosis gentium seditionibus interiacentium' et spe Romam visendi frustratus et identidem epistolas mittere prohibitus, 'apices', quibus et Gregorio b. m. papae et episcopis clericisque Gallicanis rationem Paschatis celebrandi Hibernorum, non Gallorum veram esse demonstraverit, iudicio synodi improbato, (Sabiniano) papae mittit et, fidem suam rectam esse ostendens, supplicat, ut, apicibus recognitis, suam Hibernicam Paschatis celebrandi rationem approbet et suos 'laborantes' in Gallia 'cum iudicio' manere sinat; orationibus papae se commendans, citat canonem II. concilii Constantinopolitani, quo ecclesiae apud barbaras gentes constitutae suis legibus uti iudicantur. *(604.)*

Cod. M (pag. 74).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 110 (F). — Max. bibl. Lugd. XII, 24; Gallandi, Bibl. patr. XII, 349; Rossetti, Bobbio illustr. II, 111; Migne, Patrol. lat. LXXX, 268.

DOMINO SANCTO ET IN CHRISTO APOSTOLICO PATRI, N.[a] PAPAE, COLUMBA PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM.

Iam diu omnes sedi[b] apostolicae praesidentes dulcissimos omnibus praesules fidelibus ac merito apostolici honoris reverendissimos patres visitare spiritu et consolari[c] cupiens, nunc usque votis pro diversis huius aevi fragoribus et tumultuosis gentium seditionibus interiacentium, acsi marina trabe[2] interclusus, satisfacere non potui, insuavi scilicet intransmeabilique non tam maris[d] visibilis quam intelligibilis dorso[3],

a) unanimorum *M.* b) horremus *F.* c) nobis *F.* d) cummembra *F.* e) visitemus *F.*
3. a) *om. F.* b) sedis *M.* c) consolare *F.* d) thetis *emend. ex* tuthis *F.*

1) *Horat. 1. Epist. XVIII, 22:* supra vires. 2) *Verg. Aen. IV, 566:* Iam mare turbari trabibus. 3) *Verg. Aen. I, 110:* Dorsum immane mari summo.

quod optime nostis, nobis opposito. Idcirco semel et bis satanas[a] impedivit portitores nostrorum ad beatae[b] memoriae[c] papam conscriptorum Gregorium olim apicum in subiectis positorum, qui tibi quoque offerendi discutiendique a nostra transmittuntur vilitate non tam superba, ut per verba demonstratur, diabolica praesumptione, quam nostrae regionis ritus observantis[d], quae calcarent[e], verae computationis necessaria probatione, dum non eosdem[f] terminos scandunt libri nostrae provinciae et istorum liber Gallorum, qui a nostris viris non recipitur per duo loca magistris, sicut in epistolis nostrae parvitatis, quantum potuimus, ad supradictum beatum papam, licet praesumptuose[g], indicare pro viribus studuimus. Itaque ne, si eadem iterarem, ad te quoque scribendo, fastidium potius generarem, quam ingenium probare utrorumque auctorum tibi, ut decet, reservarem: cum salutationum condignis officiis preces tantum ad te per dominum nostrum Iesum Christum et spiritum sanctum et per unitatem fidei nostrae, quae invicem est, qua unum patrem nostrum[h], qui est in caelis, ex quo omnia, et unum redemptorem nostrum, filium Dei, per quem omnia, et unum spiritum sanctum, in quo omnia, corde credimus et ore confitemur unum Deum[i] esse in trinitate et trinitatem in unitate, unamquamque scilicet[k] personam plenum dominum et totas[l] tres personas unum dominum, fundimus, ut nobis peregrinis laborantibus tuae pius[m] sententiae solatium praestes[n], quo, si non contra fidem est, nostrorum traditionem robores seniorum, quo ritum Paschae, sicut accepimus a maioribus, observare per tuum possimus iudicium in nostra peregrinatione. Constat enim nos in nostra esse patria, dum nullas istorum suscipimus regulas Gallorum, sed in desertis sedentes, nulli molesti, cum nostrorum regulis manemus seniorum, pro quibus defendendis sive ad vos, ut dixi, apostolicos patres, sive ad istos nostros vicinos fratres, nostros[o] in Christo patres scripsimus istas, quas haec cartula tibi commendat epistolas, ut, quia, dum meritis satisfacere non potuimus, utpote tumultuantibus potius quam ratiocinantibus, vestrae maturae[p] punctum auctoritatis postulamus, cum iudicio inter istos[q] possimus vivere cum ecclesiasticae pace unitatis, sicut sancti patres, Polycarpus scilicet[r] et papa Anicetus, sine scandalo fidei, immo[s] cum integra caritate perseverantes[t] — unusquisque, quod accepit[u], servans et in quo vocatus est permanens — docuerunt[1].

604-611

Cf. 1. Cor. 8, 6; Rom. 11, 36.

Cf. 1. Cor. 7, 20.

Vale, dulcissime in Christo papa, memor nostri[v] in sanctis orationibus iuxta sanctorum[w] cineres et in piissimis sanctionibus iuxta Constantinopolitanae synodi centum quinquaginta auctores, ecclesias Dei in barbaris gentibus constitutas suis vivere legibus, sicut edoctas a patribus, iudicantes[2].

4.

Columba de monasterio Luxoviensi expulsus et (usque ad Namnetum civitatem) deportatus monachos suos et Attalam discipulum suum adhortatur, illos, ut in persecutione concordes Attalae obtemperent, sive nunc praepositus, sive, Waldeleno cedens, se

a) sathanas *F.* b) bea. *M;* bonae *F.* c) memor. *M.* d) observantia *M;* observantiae, *coniciens* observantia *F.* e) non caret *pro* calcarent *M.* f) *ita corr. ex* eodem *M.* g) praesumptione *M.* h) *om. M.* i) *corr. ex* dominum *M;* dominum *F.* k) sanctam *M.* l) totam *M.* m) piae *F.* n) praestes solatium *F.* o) et *M.* p) maturo *M; ita emend. ex* mata *vel* mota *F.* q) iustos *F.* r) s. *M.* s) *om. M.* t) separantes *F.* u) *ita emend. ex* accipit *F.* v) et *interp. M.* w) ss. *M.*

1) *Eusebii Hist. eccl. IV, 14; V, 24: Migne, Patrol. graec. XX, 338, 507.* 2) *Canonem II. concilii Constantinopolitani (Mansi, Conc. III, 559) citari, p. 113 n. i notat F.*

610-611 *mortuo abbas esse vult, Attalam, ut iustus et mitis erga omnes et sua ipsius calamitate instructus cautus sit. Licet ipse gentibus evangelium praedicare cupierit, tamen, nuntio quodam accepto, animum suum ab hac re se revocasse dicit. Res suas adversas commiserantes consolatur, eas neque inauditas et tales esse contendens, quibus mercedem aeternam humiliter se gerentes adipiscantur, et certiores facit, iam navem, qua in Hiberniam transvehatur, paratam nuntiari, sed neminem esse, qui se fugientem retineat. Commonitis, ne in Britanniam migrent, nisi in summo rerum discrimine positi, sibique praepositum interim eligant, donec ipse eis providere possit, benedicit orantibusque se commendat.*

(610 aut 611.)

Cod. M (pag. 60).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 131 (F). — Max. bibl. Lugd. XII, 26; Gallandi, Bibl. patr. XII, 349; Rossetti, Bobbio illustr. II, 114; Migne, Patrol. lat. LXXX, 270.

DULCISSIMIS SUIS FILIIS DISCENTIBUSQUE CARISSIMIS, FRATRIBUS FRUGALIBUS, CUNCTIS SIMUL MONACHIS SUIS COLUMBA PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM MITTIT.

Ioh. 20, 19. 21. 'Pax vobis', sicut Dominus optans dixit discipulis suis, sit et salus et sempiterna
caritas. Haec tria tribuat vobis trinitas cum eo[a] et inter vos custodiat cum voto
meo. Studii mei magnitudinem erga salutis vestrae intuitum solus novit, qui dedit et
desiderium meum erga doctrinae vestrae profectum: sed quia iuxta sermonem Domini
Cf. Matth. 13, 21. orta est tribulatio et persecutio propter verbum, nulla nunc alia admonitio vobis con-
Cf. Matth. 13, 5. gruit, nisi ut caveatis, ne sitis terra illa petrosa, quae semina non potest sui tenuitate
Matth. 13, 21. cespitis accepta nutrire, ne et de vobis dicat Dominus: 'Orta autem tribulatione et
persecutione propter verbum continuo scandalizantur.' Nos ipsi scimus, quod cum
gaudio et fervore suscipimus[b] verbum Domini: Caveamus nunc, ne simus temporales.
Cf. ibid.; Marc. 4, 17. Hebr. 10, 36. 'Patientia nobis necessaria est', 'ut probatio fidei nostrae', sicut scriptum est, 'sit
1. Petr. 1, 7. pretiosior auro'. Scitote, quod[c] circa caduca contentio est[d]; circa regnum caelorum
enim[e], non est novum, quod[f] pugna sit et contentio circa regnum[g]. Neque speretis,
quod homines per se vos persequantur: daemones sunt in his, qui invident bonis vestris:
Cf. Ephes. 6, 13-17. contra quos arma Dei arripite, quae demonstrat apostolus, et viam facite in caelum,
iugulatis illis orationum ferventium acsi quibusdam sagittis. Quidquid enim cum fide
Act. 4, 32. et unanimitate[h] oraveritis, dabitur vobis: sed videte, ut 'unum cor et anima una' sitis[i],
ut mercede praesenti accipiatis, quidquid salutiferum petieritis a patre domini nostri
Iesu Christi nostroque communi omnium patre iuxta promissum Domini nostri dicentis:
Matth. 18, 19. 'Si convenerint duo ex vobis super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet
eis a patre meo, qui in caelis est.' Alioquin, si non unum velle et unum nolle[1] habetis, melius est, ut non simul habitetis. Ideo mando ego vobis, ut omnes, qui mihi ex corde volunt consentire et sensum agnoscunt meum et amant, sint cum vero sequace meo Attala, qui aut[k] sit ibi aut[k] post me velit venire, suae sit electionis; suo enim sensui animarum vestrarum periculum [notum est][l]: vos illi obedite. Sed si ille venire voluerit, Waldelenus[m] sit praepositus, quia cito, Deo auxiliante, poterit intelligere certum; sed interim cavete, ne sit inter vos, qui unum votum non[n] habet[o] inter vos, quicumque[p] ille fuerit: plus enim nobis nocuerunt, qui apud nos unanimes non fuerunt.

4. epistola consolatoria sancti columbani ad suos monachos, a quibus ipsum separavit furor theodorici et brunichildis *superscr. M.* a) cum eo *om. M.* b) *emend. in* suscepimus *F.* c) non *coniecit F.* d) et *M.* e) est *M. F.* f) ut *coniecit F.* g) circa regnum *mendose repetitum videtur.* h) unitate *M.* i) scitis *F.* k) an *coniecit F.* l) *addendum videtur.* m) valdolenus *F.* n) *om. F.* o) habeat *F.* p) *post* quicunque *delet* enim *M.*

1) *Sall. Cat. c. 20:* idem velle atque idem nolle.

Tu scis, amantissime Attala, qui sensui tuo onerosi sint: depone eos[a] continuo; 610-611 tamen[b] cum pace deponas et cum regulae unitate: tantum Libranum honora et semper tene Waldelenum[c]; si[d] illic sis[e] cum congregatione, bene illi Deus faciat, humilis fiat, et meum illi da osculum, quod[f] tunc festinans non habuit. Tu vero indolis imbuendae scis diu votum meum: si videris illic profectum animarum, sta ibi: si videris pericula, veni inde: pericula autem dico discordiae pericula: timeo enim, ne et illic propter Pascha sit discordia, ne forte, diabolo insidiante, vos alienare velint, si cum eis pacem non teneatis; infirmius enim nunc sine me ibi[g] stare videmini. Idcirco cauti estote, considerantes tempus, quo sanam non sustinent doctrinam. Vos ipsos Cf. 2. Tim. 4, 3. docete et qui velint audire; tantum inter vos non sit, qui unum non sit. Paci enim maxime provide, sollicitus semper, 'servare unitatem spiritus in vinculo pacis'. Quid Ephes. 4, 3. enim prodest habere corpus et non habere cor? Fractus sum, fateor, hac causa, dum volui totos adiuvare, qui, 'cum loquebar illis, impugnabant me gratis', et, dum omnibus Ps. 119, 7. credidi, pene factus sum stultus. Ideo tu prudentior esto; nolo subeas tantum onus, sub quo ego sudavi[1]: scis iam guttulae seu meae scientiae parvitatem, didicisti non omnia omnibus convenire monita, quia mores diversi sunt et qualitates hominum longe distant inter se. Sed quid facio? Iam te ad laborem illum immensum provocabo, quod ego fugio ipse: si aperuero doctrinae diversitatem, temperabo; ergo diversus esto et multiplex ad curam eorum, qui tibi obedierint cum fide et amore: sed tu et ipsum eorum time amorem, quia tibi periculosus erit.

Sed angustiae undique[h] sunt, carissime: periculum, si oderint, periculum, si amaverint! Scito utraque vera esse, inde vel odire[i] vel amare; in odio pax, in amore integritas perit. Tene igitur te ad unius desiderii impetum, quod[k] meum scis cor desiderare. Scis me amare multorum salutem et secretum mihimetipsi, unum pro profectu Domini, id est ecclesiae eius, alterum pro ipsius desiderio: sed haec vota sunt potius in me quam acta; in te vero sint perfecta, oro, quia, me absente, utraque potes vel ex parte cognoscere: non iubens tamen scribo. Scito igitur: meum ad totos iussum est[l]; quia diversa sensi multorum vota ad firmitatem regulae retinendam, ad radicem ramos ligavi, qui sui fragilitate a mea parva declinaverunt[m] firmitate, id est a doctrinae recesserunt veritate. Qui enim sensum meum servaverint, sic Deo serviant, eligentes semper sibi sapientiores et religiosiores, si tamen humiles sint et misericordes. Quicumque sunt[n] rebelles, foras exeant; quicumque sunt[n] obedientes, ipsi fiant heredes. Haec tu observa et quicumque mei sunt ex integro, etiam[o] propter unitatem et humilitatem, quamvis[p] multi, Christo vos dilatante et multiplicante, sitis, ad eum, qui iuxta altare, quod sanctus Aidus episcopus[2] benedixit, Deo servierit, omnes aspiciant. Idcirco et tu, si me istorum persecutio[q] ....

Haec scripsi propter incertos exitus rerum. Mei voti fuit, gentes visitare, et evangelium eis a nobis praedicari, sed Fel.[r] modo referente eorum teporem pene meum tulit inde animum.

Lacrimosam tibi volui scribere epistolam; sed[s] quia scio cor tuum lacerari[t] necessariis tantum allegatis, duris et ipsis arduisque, altero stilo usus sum, malens ob-

a) *om. F.* b) tantum *F.* c) valdelenum tene *F.* d) sic *M.* e) *emend. in* sit *F.* f) *ita emend. ex* quem *F.* g) *om. M.* h) undeque *M.* i) amari *M.* k) quo *F.* l) et *M*; ut *F.* m) *ita emend. ex* declinaverint *F.* n) sint *F.* o) et *F.* p) quanquam *M.* q) idcirco — persecutio *om. M; coniciens supplevit F:* ad vos denuo redire prohibuerit, me sequi poteris; de medio sustulerit, omnibus prospice *addendum videtur.* r) Fee. *M; locus corruptus.* s) *coniciens add. F.* t) idcirco *M. F.*

1) *Horat. 1. Sat. IX, 21:* subiit onus, *2. Epist. I, 169:* sudoris minimum; sed habet ... tanto Plus oneris. 2) *Hunc Aidum esse Arigium episcopum (Lugdunensem), 'cui suas de Paschate lucubrationes transmiserat Columbanus' (cf. supra p. 162), Flemingus (p. 135 nota q) opinatur.*

610-611 turare quam provocare lacrimas. Foris itaque actus est sermo mitis, intus inclusus est
dolor. En promuntur[a] lacrimae, sed melius est[b], obturare fontem; non enim fortis
militis est, in bello plorare. Non est hoc novum, quod nobis contigit; hoc maxime
quotidie praedicebamus[c]. Quidam philosophus olim sapientior caeteris eo, quod contra
omnium opinionem unum Deum esse dixerit, in carcerem trusus est. Evangelia plena
sunt de hac causa et inde sunt maxime conscripta: haec est enim veritas evangelii,
ut veri[d] Christi crucifixi discipuli eum sequantur cum cruce. Grande exemplum osten-
Isai. 53, 7. sum est, grande sacramentum declaratum est: Dei filius voluntarius, — 'oblatus est
1. Petr. 2, 21. enim, quia ipse voluit', — crucem ascendit ut reus, 'relinquens nobis', ut scriptum est,
'exemplum, ut sequamur vestigia eius'. Beatus igitur est, qui huius passionis et huius[e]
1. Cor. 1, 25. confusionis fit particeps. Inest enim ibi[f] aliquid admirabile celatum: 'Quod enim
stultum Dei est, sapientius est[g] hominibus; et quod infirmum Dei est, fortius hominibus
est'. Mirum in modum cernitur in stultitia sapientia innumerabilis et in infirmitate
fortitudo incomparabilis. Ergo ibi absconsa sunt[h] omnia desiderabilia refrigeria, salutis
mysteria; sed dura sunt, ut pretiosa sint; obscura sunt, ut paucis sint digna; paucis
vero digna, quia nimis mira sunt. Itaque patienter sustineamus[i] omnia adversa pro
2. Tim. 2, 12. veritate, ut simus participes Domini passionum: 'si enim compatiamur, conregnabimus'.
Matth. 10, 22. Quid his adiciendum est, nisi perseverantia? 'Qui enim perseveraverit usque in finem,
Cf. Eccli. 11, 9 et 2. Par. 20, 22. hic salvus erit.' In fine enim iudicium consistit et in exitu laus canitur. Sed ut sit
Rom. 9, 16. perseverans, oret iugiter quisque auxilium Dei cum omni mentis humilitate: 'non enim,
Ps. 62, 4. inquit, volentis neque currentis, sed Dei miserentis[k] est', 'quia maior et melior est Dei
misericordia super vitam'[l], quamquam[m] bonam[n] hominis; non enim digni sunt miseri-
cordia, nisi qui se miseros confitentur coram Deo et indignos se sentiunt salutis[o]
per se, nisi sola Domini misericordia de tantis periculis eripiantur. Qui licet bonorum
conscii sibi sint operum, tamen iudicia Dei[p] timentes et multa perpetrasse iniusta
gementes in Dei solius pietatem humiliter confidunt; quorum timor perfectus plus
Ps. 146, 11. placet, quo plus humilitati studet: 'beneplacitum enim Domino super timentes eum et
in eis qui sperant super misericordia eius'. Nullum itaque salvabit dextera sua —
iuxta verbum Domini ad Iob quo iustificationem illius quibusdam patientiae[q] experi-
Iob. 40, 9. mentis quodammodo derisit dicens: 'Et tunc confitebor, quod salvare te poterit dextera
tua' —, nisi qui humiliter suam possibilitatem et ipsam datam exercuerit cum timore
Ps. 50, 13. et tremore in voluntate Dei orans frequenter: 'Ne proicias me a facie tua', et: 'Ne
Ps. 118, 10. repellas me a mandatis tuis', quia saepe, ut ait quidam, magnitudo virtutis quibusdam
fuit occasio perditionis, qui nimirum eo[r], quo pulchriores sunt virtutibus, ab humili-
Ezech. 32, 19. tatis gradu descendunt. Inde scriptum est: 'Quo pulchrior es, descende, surge et
dormi cum incircumcisis', acsi aliis verbis animae diceret superbae: Quia tua sanctitate
te elevasti in superbiam, descende inde modo et esto inter peccatores computanda,
quia nihil apud me est[s], quod cum superbia efficitur. Angusta, vides, porta est et
paucis degressa perfectionis via, quae a laeva vitia, a dextera vanitatis et superbiae
mala declinat. Gradiendum igitur est via regia ad civitatem Dei viventis per afflictionem
carnis et contritionem cordis, per corporis laborem et spiritus humiliationem, per stu-
dium nostrum, officii rem[t] legitimi, non meriti dignitatem et, quod his[u] maius[v] est,
per Christi gratiam, fidem, spem et caritatem. Multa cerne pericula: cognosce causam
belli, gloriae magnitudinem; fortem non nescias hostem, et libertatem in medio arbitrii[w]
portam intellige hostibus apertam ab aquilone: ideo et Ierusalem[x] ab aquilone aperietur[y],

a) promunt, *coniciens* promanant *F.* b) *om. M.* c) praedicabamus *M.* d) vere *F.* e) istius *F.* f) *om. F.* g) *om. F.* h) *om. M.* i) stustinemus *M.* k) miserantis *F.* l) vita *F.* m) quamvis *F.* n) bona *F.* o) salute *F.* p) dei iudicia *F.* q) potentiae *F.* r) ex *M. F.* s) *om. M.* t) nimirum *M.* u) hic *M.* v) magis *M.* w) arbitii *M.* x) hierusalem *F.* y) aperitur *F.*

inde illa parte observat in aquilone inimicus habitans. inde scriptum est: 'Ab aquilone exardescunt mala super omnem terram'. 610-611 Ierem. 1, 14. Si tollis hostem, tollis et pugnam, si tollis pugnam, tollis et coronam — si haec sint[a], ubi fuerint, virtus, vigilantia, fervor, patientia, fidelitas, sapientia, stabilitas, prudentia sint necesse est. si non, strages — et, ut inferam, si tollis libertatem, tollis dignitatem.

Ecce quibus circumdamur adversitatibus[b] et quibus circumluimur acsi vorticum[c] fragoribus, carissime discens, exceptis, quae intrinsecus latent et intra nosmetipsos quotidie militant contra nos. Ideo in tantis periculis velle et currere, licet tuum non est, [est][d] tuum: non enim sufficit virtus[e] humana, inter tantas contrarietates pervenire ad quod vult, nisi misericordia Domini et velle faciat, vota gradientis[f], compleri et currere[g], prosperitate lapsus et offendicula casusque contrarios evadente, cursus, inoffense finiri. Quapropter mentis humilitas meriti est causa, sine auxilio enim non potest[h] adiuvari; non meretur superbus: induratur derelictus, ingratus, non orans indevotus est. Servus piger flagellatur in vita, contemnitur famulatio: desperatus etiam fastidio dignus[i] viris esse minime[k] reputatur[l]. Quid ergo dicimus[m] ad haec, o nos miseri, qui, antequam malis carere mereamur[n], bonis nobis blandimur et ante vitiorum depositionem perfectionem habere speramus. Totum scire cupimus; totum facere quod scimus piget, sperantes dicta pro factis rependere posse. Forsan hoc hic: nam illic non posse manifestum est ante Deum[o], quia ibi non qui dixerit, sed qui fecerit Cf. Matth. 24, 13. salvus erit.

Nunc mihi scribenti nuncius supervenit, narrans, mihi navem parari, qua invitus vehar in meam regionem; sed si fugero, nullus vetat custos: nam hoc videntur velle, ut ego fugiam. Si in mare proiciar more Ionae, qui et ipse in hebraeo columba dicitur, orate, ut vice ceti sit quidam[p] felici revocans remigio, tutus celator[q], qui Ionam vestrum terrae reddat optatae.

Sed iam nunc finem epistola pergamena[r] sumere cogitur, licet materiae magnitudine protendi longius compellatur[s]: amor non tenet ordinem, inde missa confusa est. Totum dicere volui in brevi, totum non potui. Quae volui scribere, nolui pro diversitate voluntatum. Voluntas mea forte lenocinio non caret, fiat voluntas Dei per omnia: ille si voluerit, votum scit meum. Vos videte conscientias vestras, si puriores et sanctiores sunt me absente: nolite me quaerere per amorem, sed per necessitatem tantum. Non sitis occasione hac destitutores, neque hac separatione libertatem quaeratis, quae vos in servitutem vitiorum redigat. Meus est, qui amat unitatem; non est meus, qui separat: 'Qui enim non congregat, ait Dominus, mecum[t], dispergit'. Luc. 11, 23. Alioquin si videatis perfectionem a vobis plus[u] elongari quam ante, et me sors a vobis separaverit, et non sufficiat Attala ad gubernationem vestram: quia fratres vestri hic[v] in vicinia Britonum[w] sunt, vos totos insimul adunate in una parte, quae melior sit, quo facilius contra vitia et insidias diaboli dimicetis; et quem toti elegeritis, interim vobis praesit, quia, si mihi liberum sit, Deo volente, pertinebit mihi de vobis. Si vero vobis placent loca et Deus illic vobiscum aedificat, crescite ibi cum[x] benedictione in Cf. Genes. 24, 60. mille millia; orate pro me, viscera mea, ut Deo vivam.

a) et *interp. M.* b) diversitatibus *F.* c) vortigum *F, in marg. notans: al.* vorticum. d) *addendum videtur.* e) infirmitas *F.* f) gaudentis *F.* g) et *interp. M.* h) potes *M.* i) dignis *M.* k) *om. M; 'posui* minime *loco alicuius vocabuli similis ita mendose exarati, ut legi aut intelligi facile nequeat' F.* l) nuncupatur *M.* m) dicemus *F.* n) meremur *emend. ex* mereremur *F.* o) dominum *F.* p) quisdam *F.* q) zelator *M.* r) pergamenae *M;* pergaminae, *coniciens* pergamenae *F.* s) compellitur, *notans in marg.: al.* compellatur *F.* t) meus *M. F, in marg. notans: al.* mecum. u) *om. M.* v) *om. M.* w) brittonum *F.* x) *om. F.*

5.

612-615 *Columba cum in Italiam ingressus a quodam Agripp. commonitus sit, ut papam Nestoriana haeresi imbutum caveat, nuntiat Bonifatio IV. papae eiusque clericis, se calumnianti Agripp. statim brevi respondisse, responsumque variatum concertandum mittit et, ab Agilulfo Langobardorum rege reginaque (Theodelinda) rogatus supplicat, ut synodo congregata fidem suam non Vigilii, sed rectam esse papa omnibus ostendat et orationibus Romanorum se suosque commendat.* *(612—615.)*

Cod. M (pag. 88).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 138 (F). — Max. bibl. Lugd. XII, 28; Gallandi, Bibl. patr. XII, 351; Rossetti, Bobbio illustr. II, 125; Migne, Patrol. lat. LXXX, 274.

PULCHERRIMO OMNIUM TOTIUS EUROPAE ECCLESIARUM[a] CAPITI, PAPAE PRAEDULCI, PRAECELSO PRAESULI, PASTORUM PASTORI, REVERENDISSIMO SPECULATORI: HUMILLIMUS CELSISSIMO, MINIMUS MAXIMO, AGRESTIS URBANO, MICROLOGUS ELOQUENTISSIMO, EXTREMUS PRIMO, PEREGRINUS INDIGENAE, PAUPERCULUS PRAEPOTENTI — MIRUM DICTU, NOVA RES! — RARA AVIS[1] SCRIBERE AUDET BONIFACIO PATRI PALUMBUS.

Quis poterit glaber[b] audire? Quis non statim dicat: Quis est iste garrulus praesumptuosus, qui non rogatus talia scribere audet? quis talionis incentor[c] non confestim in illud antiquum probrosum erumpat elogium, quo Moysi Hebraeus ille, qui
Exod. 2, 14. faciebat iniuriam fratri suo, respondit: 'Quis te constituit principem aut iudicem super nos?' Cui ego prior respondeo, non esse praesumptionem, ubi constat esse necessitatem ad ecclesiae aedificationem; et si in persona cavillatur[d], non quis dico, sed quid dico[e], consideret. Quid enim tacebit peregrinus christianus, quod iam diu declamat
Prov. 27, 6. vicinus Arianus[f]? 'Meliora namque sunt vulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici.' Alii detrahunt laeti in secreto; ego tristis ac dolens arguam in publico, sed scismatis noxii mala, non impiorum[g] pacificorum bona. Non igitur pro vanitate aut procacitate scribere vilissimae qualitatis homunculus tam praecelsis viris praesumo: dolor enim potius me, quam elatio compellit vobis indicare humillima, ut decet, suggestione, quod nomen Dei per vos contendentes utrimque blasphematur inter gentes.

Doleo enim, fateor, de infamia cathedrae sancti Petri: scio tamen super me esse
Cf. Ezech. 24, 11. negotium, et quod prima fronte sub prunas, ut dicitur, faciem ponam. Sed quid mihi facies coram hominibus, ubi zelus fidei prodi necesse est? Coram Deo et angelis non confundar; laus est pro Deo coram hominibus confundi. Si exaudiar, commune lucrum erit; si despiciar, mea merces erit. Ego enim ut amicus, ut discipulus, ut pedisequus vester, non ut alienus loquar; ideo libere eloquar nostris utpote magistris ac spiritualis navis gubernatoribus ac mysticis proretis dicens: Vigilate, quia mare procellosum[2] est et flabris[h] exasperatur feralibus, quia non a sola minax unda[3], quae etiam permota[i] pontum[4] semper cautis[5] spumosis concavat[k] vorticibus, hyperbolice[l] licet de longe turgescens extollitur[4] et ante se carbasa[m] sulcatis Orco[n] molibus[o] trudit, sed

---

5. epistola ad bonifacium papam *superscr. M.* a) *om. M.* b) glabrum *relim.* c) inventor *M.* d) cavillor *M.* e) *om. M.* f) arrianus *F.* g) *om. M.* h) flagris *F.* i) per motum *M.* k) concavae *M. F.* l) hyperbolicae *M.* m) calabra *F.* n) octo *M. F.* o) millibus *F.*

1) *Horat. 2. Sat. II, 26 (Iuvenal. Sat. VI, 165, Persii Sat. I, 46):* rara avis. 2) *Prudent. Cathem. VII, 108:* fit procellosum mare. 3) *Horat. 1. Carm. XII, 31:* Et minax, cum sic volvere, ponto, Unda recumbit. 4) *Verg. Aen. V, 127:* inmotaque attollitur unda. 5) *Horat. 2. Carm. X, 2:* dum procellas Cautus horrescis.

[612-615] tempestas totius elementi, nimirum undique consurgentis et undique commoti, mysticae navis naufragium intentat: ideo audeo[a] timidus nauta clamare: Vigilate, quia aqua iam intravit in ecclesiae navem, et navis periclitatur. Nos enim sanctorum Petri et Pauli et omnium discipulorum divinum canonem spiritu sancto scribentium discipuli sumus, toti Iberi[b], ultimi habitatores mundi, nihil extra evangelicam et apostolicam doctrinam recipientes: nullus hereticus, nullus iudaeus, nullus scismaticus fuit; sed fides catholica, sicut a vobis primum, sanctorum videlicet[c] apostolorum successoribus, tradita est, inconcussa tenetur. Qua fiducia roboratus ausus sum, acsi stimulatus, suscitare vos contra eos, qui blasphemant vos[d] et hereticorum receptores clamant ac scismaticos vocant, ut gloriatio mea, qua pro vobis fidus illis respondens locutus sum, non sit inanis, et illi confundantur, non nos. Ego enim pro vobis promisi, quod nullum hereticum Romana ecclesia[e] defendat contra catholicam fidem, sicut discipulos ita decet sentire de magistro. Idcirco libenti animo et piis auribus necessariae insinuationem praesumptionis meae suscipite; quidquid enim dixero aut utile aut orthodoxum, vobis reputabitur; laus enim magistri in discipulorum suorum doctrina est; ideo si sapienter [Cf. Prov. 13, 1.] locutus fuerit filius, laetificabitur pater; et vestra laus erit, quia a vobis, ut dixi, processit; non enim rivo puritas, sed fonti reputanda est. Si vero aliqua tamquam zeli modum excedentis verba aut in hac aut in altera contra Agripp., qui me movit ad scribendum, epistola inveneritis incondita, meae indiscretioni, non elationi deputetis.

Vigilate itaque pro ecclesiae pace, subvenite ovibus vestris iam tamquam luporum terroribus pavidis, quae vos ipsos insuper nimio utpote pavore in alternantem circumactae convertibulum timent. Ideo dubitantes, partim venientes, partim vero recedentes, sicut veniunt, sic revertuntur et semper in pavore sunt. Quamobrem utere veri, o papa, pastoris sibilis notaque voce et sta inter illas et lupos, ut, deposito pavore, tunc primum te ex integro cognoscant pastorem. Populus enim quem video, dum multos sustinet hereticos, zelosus est et cito tamquam grex pavidus turbatur et inde non cito securus est, quia tantos Italia lupos habuit, quorum catuli vix toti possunt[f] elidi, dum nimirum inter antra tanti enutriti[g] sunt. Attamen[h] deleat Deus tale semen, et nutriat[i] greges[k] suos[l] teque compungat: vigilanter insistas officio tuo pastorali, stans super custodiam tuam die ac nocte, ut videas baculum illum nuceum, quem uncinum[m] [Cf. Amos 8, 1. 2.] postea videre merearis tempore fructus colligendi veros. Ut ergo honore apostolico non careas, conserva fidem apostolicam, confirma testimonio, robora scripto, muni synodo, ut nullus tibi iure resistat. Noli despicere consiliolum alienigenae, tamquam doctor illius zelantis pro te. Mundus iam declinat; princeps pastorum[n] appropinquat: cave ne te negligentem inveniat et conservos pugnis mali exempli percutientem manducan- [Cf. Matth. 24, 49.] temque cum Hebraeis[o] et bibentem, ne contingant[p] sequentia securitati: 'Qui enim [1. Cor. 14, 38.] ignorat, ignorabitur'. Non sufficit tibi, quod pro te ipso sollicitus sis, qui multorum curam suscepisti; cui enim plus creditur, plus ab eo exigitur.

Vigila itaque, quaeso, papa, vigila, et iterum dico: vigila, quia forte non bene vigilavit Vigilius, quem caput scandali isti clamant, qui vobis culpam iniciunt. Vigila primo pro fide, deinde pro operibus fidei iubendis vitiisque calcandis, quia tua vigilantia multorum erit salus, sicut e contrario tua securitas multorum erit vastatio. Mittat te Isaias in montem, 'qui evangelizas Sion', immo per Isaiam Deus iuxta tui [Isai. 40, 9.] nominis interpretationem in speculam verae contemplationis ponat, in qua, quasi cunctis

---

a) addo *F.* b) heberi *F.* c) scilicet *F.* d) tuos, *coniciens* vos *F.* e) ecclesia romana *F.* f) possunt toti *F.* g) nutriti *F.* h) antra *F.* i) *post* nutriat *deletum* arceat a *scr. M.* k) grege *M. F.* l) suo *M. F, coniciens* greges suos. m) unicum *M.* n) pastor *M.* o) haebraeis *M.* p) contingat, *coniciens* contingant *F.*

612-615 mortalibus altior positus vicinusque caelestium effectus, 'exaltans quasi tuba vocem
Isai. 58, 1. tuam annuncies populo' domini tui, tibi ab eo commisso, 'peccata eorum et domui
Iacob iniquitates eorum'. Noli timere culpam mendacii: habes enim, quod annunciare
debeas; multi enim, quod gravius est, per securitatem pastorum in his regionibus
deiecti sunt et multi per prosperitatem infelicissimae abundantiae decepti sunt. Ideo[a],
quia iuxta minas Domini sanguis tantorum[b] de manibus requirendus erit pastorum,
vigilandum est diligenter, id est: praedicandum est frequenter verbum Domini, a
pastoribus scilicet[c], ecclesiae speculatoribus et magistris, ut nullus pereat per igno-
rantiam; si enim per socordiam perierit, suus sanguis in suum caput reputabitur.

Sed cur haec mordacius diu omnibus nota commemoraverim, in subiectis sub-
nectam. Faciunt enim et haec ad proposita suggestionis primae genera; ligata namque
sunt simul utraque: ex his enim pendent illa; et ideo ista primum amputanda sunt;
non enim curat de errore, qui non curat de religione: hic enim[d] totus consistit agon,
Apoc. 1, 16. Hebr. 4, 12. hic tota stat causa[1]; hic ille 'gladius bis acutus', 'pertingens usque ad divisionem
carnis et animae compagum medullarum, qui est discretor cordis et cogitationum',
Coloss. 4, 6. usque ad os debet secare nervos. Hinc 'sale divino sermo noster conditus est', omne
nempe sacrificium sale aspergi praeceptum est; hinc scintillae[e] de igne illo divino,
Cf. Luc. 12, 49. quem Dominus in terram mittere venit, descendentes comburant lignum, foenum, sti-
Cf. 1. Cor. 3, 12. pulam, quae male superaedificantur a multis super fundamentum hoc admirandum,
1. Cor. 3, 11. cui[f] toti[g] superaedificamur christiani, super[h] quod 'nemo aliud potest ponere praeter
id, quod positum est, quod est Iesus Christus'. Heu quanta gehennae fomenta ubique
praeparantur de his infelicibus aedificiis, super quae comburenda sermo ille scin-
tillans Domini, descendens de incendii illius semper vivi immensitate, cecidit dicendo:
Luc. 21, 34. 35. 'Attendite vobis, ne forte aggraventur[i] corda vestra in crapula et ebrietate et curis
huius vitae, et superveniat in vos dies illa repentina: tamquam laqueus enim super-
veniet in omnes, qui sedent super faciem universae terrae'.

Vides, quo terrore Dominus nostrum soporem ac noxium torporem[k] ad vigilantiam
Rom. 13, 11. suscitat, ne imparati inveniamur. Ideo ego dixi: Papa vigila, 'tempus est de somno
surgere'; Dominus appropinquat, et prope iam in fine consistimus inter tempora peri-
Cf. Ps. 45, 7. culosa. Ecce conturbantur gentes, inclinantur regna: ideo cito dabit vocem suam
Altissimus, et movebitur terra. Ego quasi timidus, dum non sum[l] fortis bellator, quia
hostem adversariorum circumdedisse nos video, te licet importunis clamoribus tamquam
ducum principem suscitare conor; ad te namque totius exercitus Domini in his regioni-
bus[m], in campo potius torpentis quam pugnantis et partim, quod lacrimabilius est,
adversariis potius manus[n] dantis quam resistentis, periculum pertinet. Te totum ex-
pectat, qui potestatem habes[o] omnia ordinandi, bellum instituendi, duces excitandi,
arma corripi iubendi, aciem construendi, tubas undique sonandi, certamen demum, te
in fronte gradiente, ineundi; quia vero[p] diu[q], ut apparet in hac regione, in hoc
spirituali[r] bello victi sumus etiam christiani, vitiis primum carnalibus ac pomposa
conversatione, deinde fidei vacillantis tepore, qua infirmata inimicis nostris dum
— non sensimus — circumdati sumus triplicibus, qui dati sunt nobis ad vindictam
nostrae luxuriosae securitatis. Omnium enim malorum causa est caeca[s] prosperitatis
securitas.

---

a) inde *F.* b) sanctorum *F.* c) sanctae *M.* d) namque *F.* e) *ita emend. ex* sentire *F.*
f) cur *F.* g) toties *F.* h) praeter *M. F.* i) graventur *M.* k) teporem *F.* l) sim *F.* m) in
his regionibus *om. F.* n) manum *M.* o) habens *F.* p) vae *F.* q) *om. M.* r) temporali *M.*
s) caecae *F.*

1) *Horat. 1. Carm. XVI, 19:* Stetere causae; *Verg. Aen. VII, 553:* Stant belli causae.

Miror, fateor, talem securitatem et unde hic letalis sopor totos pene cooperit; nescio quae corda, quae aures, qui sensus, quos nequaquam ignita ipsius Domini verba suscitaverunt ad vigilantiam zeli iugiter ferventis, ad contemptum mundi, ad paupertatem Christi, sicut multas gentes ita erexerunt[a]. Ego enim de extremo mundo veniens, ubi[b] praelia[c] Domini praeliari spirituales duces conspexi, et sperans, in antea videre fortiores peritioresque huius sancti conflictus duces, et ita inveniens, acsi quidam campi bellici roscidus[d] cadaverum ac madidus post pugnam contemplator, stupeo et dolens ac timens ad teque tantum, qui unica spes de principibus es[1] per honorem potens Petri apostoli sancti, respiciens plango tanti exercitus stragem. Sed quia fragilis ingenii cymba non tam[e] in altum iuxta verbum Domini ducta est, quam adhuc in uno haereat loco — non enim carta totum comprehendere potest, quod animus, variantibus causis, epistolae angustiis[f] concludere voluit — tum[g] a rege rogor, ut singillatim[h] suggeram tuis piis auribus sui negotium doloris: dolor namque suus est scisma populi pro regina, pro filio, forte et pro se ipso; fertur enim dixisse, si certum sciret, et ipse crederet.

612-615

Cf. Luc. 5, 4.

Redeamus ad librum, quem iuxta ripam dimisimus. Ne igitur hoc fune erroris longissimo liget latro antiquus homines, causa scismatis incidatur, quaeso, confestim a te cultello quodammodo sancti Petri, id est vera in synodo fidei confessione et hereticorum omnium abominatione ac anathematizatione, ut[i] mundes cathedram Petri ab omni[k] errore, horrore[l], si quis[m] est, ut aiunt, intromissus, si non puritas agnoscatur ab omnibus. Dolendum enim ac deflendum est, si fides catholica in sede apostolica[n] non tenetur. Sed ut totum dicam, ne adulari ultra fas etiam vobis videar, dolendum quoque est, quod non vos priores pro zelo fidei, ut decebat diu, partem[o] a vobis recedentem[p], utpote qui potestatem legitimam habuistis, continuo, ostensa prius vestrae[q] fidei puritate, condemnastis nec excommunicastis; quare vel infamare audent[r] fidei orthodoxae sedem principalem. Scitis enim, quam saeva animadversione a patribus in synodo Nicena[s] sancta damnati sunt innocentium criminatores. Sed haec dicens, non nescio[t] multas esse causas in multitudine clamosa et acuta[u] [et][v] tumultuosa, quae non permittunt haec ad purum usque investigare[w]: non quia crederem[2], sed quia nunc fieri debeant[3], dixi. Si qui sunt rebelles contra veritatem vestri comprovinciales, tantum culpa includat hos[4]: non enim ignem flare potest os farina aut alia[x] materia plenum: omnis enim res laeditur vicina contrarietate; idcirco precor vos pro Christo: subvenite famae vestrae, quae laceratur inter gentes, ne perfidiae vestrae reputetur ab aemulis, si amplius taceatis. Nolite itaque amplius dissimulare, nolite tacere; sed potius emittite vocem veri pastoris, quam agnoscunt suae oves, 'quae alienorum vocem non audiunt, sed fugiunt ab eo'.

Ioh. 10, 5.

Ego instigo vos, meos patres ac proprios patronos, ad depellendam confusionem de facie filiorum vestrorum ac discipulorum, qui pro vobis confunduntur, et, quod his maius[y] est, ut caligo suspicionis[z] tollatur de cathedra sancti Petri. Inde conventum

a) asseruerunt *emend. ex* useruerunt *F.* b) tibi *M.* c) bella *F.* d) inscius *M, notans in marg.: Bob.* inscidus cadaverum; ruscidus *F.* e) nondum *pro* non tam *M, notans in marg.: Bob.* non tam in altum iux. verb. Dom. ducta est quum adhuc in uno haereat loco. f) angustum *M.* g) dum *M. F.* h) singulatim *M.* i) et *M.* k) *om. M.* l) 'horrore *videtur mendo irrepsisse' in marg. F.* m) qui *M.* n) in sede apostolica fides catholica *F.* o) parte *F.* p) recedente *F.* q) nostrae *M.* r) *ita M, notans in marg.: Bob.* audere; auderet *F.* s) nicaena *F.* t) *ita M, notans in marg.: Bob.* nesciens; nesciens *F.* u) *om. M, notans in marg.: In Bob. inserebatur* acuta. v) *addendum videtur.* w) investigari *F.* x) aliqua *F.* y) magis *M.* z) suspiciosis *M.*

1) *Sedul. C. P. I, 60:* spes unica mundi. 2) *sc. te causis quas commemoravi commotum esse.* 3) *sc. condemnationes atque excommunicationes.* 4) *quibus si indulseris, ipse quoque culpa includeris, ita ut non iam libere agere possis; non enim etc.*

612-615 coge[a], ut ea, quae vobis obiciuntur, purgetis: non enim lusus currus vobis obicitur. Hereticorum enim[b] receptio, ut audio, vobis reputatur, quod absit, credi verum fuisse, esse vel fore. Dicunt enim Eutychen, Nestorium, Dioscorum antiquos, ut scimus, hereticos a Vigilio in synodo nescio quam[c] in quinta receptos fuisse. Ecce causam totius, ut aiunt, scandali; si et vos sic recepistis[d], ut dicitur, aut si et ipsum Vigilium Rom. 14, 23. scitis sic infectum defunctum fuisse, quare illum contra conscientiam recitatis? 'Omne enim, quod non ex fide, peccatum est'. Iam vestra culpa est, si vos deviastis de vera 1. Tim. 5, 12. fiducia et 'primam fidem irritam fecistis': merito vestri iuniores vobis resistunt et merito vobiscum non communicant, donec perditorum memoria deleatur et oblivioni tradatur. Si enim haec certa magis quam fabulosa sunt, versa vice filii vestri in caput Cf. Deut. 28, 44. conversi sunt, vos vero in caudam, quod etiam dici dolor est: ideo et vestri iudices erunt[e], qui semper orthodoxam fidem servaverunt, quicumque illi fuerint, etiamsi iuniores vestri videantur; ipsi autem orthodoxi et veri catholici, quoniam[f] neque hereticos neque suspectos aliquos aliquando[g] receperunt neque defenderunt, sed in zelo verae fidei permanserunt. Si igitur et isti non tales sunt[h], ut seniores ordine, culpa tamen maiores iuste iudicent, certatim invicem veniam pro tam longa discordia postulantes et utrique nullum contra rationem defendentes — nec vos hereticos neque[i] illi suspectos —, quo utrique culpabiles celerius concordate.

Sed indulgete mihi talia confragosa loca tractanti, si qua forinsecus verba aures pias offenderunt, quia consequentiae[k] ratio historicae[l] nihil me de quaestione praeterire permittit, et libertas paternae consuetudinis, ut ita dicam, me audere ex parte facit. Non enim apud nos persona, sed ratio valet: amor autem pacis evangelicae totum me dicere cogit, ut vobis[m] sit stupor ambobus, qui unus chorus[n] esse debuistis, 1. Cor. 12, 26. [et][o] magnitudo sollicitudinis meae pro concordia et[p] pace vestra: 'si enim patitur unum membrum, compatiuntur[q] omnia membra'. Nos enim, ut ante dixi, devincti sumus cathedrae sancti Petri: licet enim Roma magna est et vulgata, per istam cathedram tantum apud nos est magna et clara. Quamquam enim Ausonici decoris, acsi augustissimum quiddam[r] ac aetheris procul seiunctum climatibus promiscuis, urbis quondam conditae nomen nimio favore omnium prope gentium, totum[s] per orbem usque in occidua transmundialis limitis loca, triumphalibus[t] saltuatim, licet hyperbolice, pelagi vorticibus undique consurgentibus, mirum dictu non prohibentibus, longe lateque vulgatum est, ex eo tamen tempore, quo Deus et[u] Dei filius[v] esse dignatus est, ac in duobus illis ferventissimis[w] Dei spiritus equis, Petro videlicet[x] et Paulo apostolis, quorum cara pignora[1] vos felices fecerunt, per mare gentium equitans turbavit aquas[2] multas et innumerabilium populorum millibus multiplicavit[y] quadrigas: supremus ipse auriga currus illius, qui est Christus, pater verus, agitator Israel, trans euriporum rheuma[z], trans delfinum[a] dorsa, trans turgescentem dodrantem ad nos usque pervenit. Ex tunc vos magni estis et clari, et Roma ipsa nobilior et clarior est: et, si dici potest, Cf. Ps. 18, 2. propter Christi geminos apostolos — dico ipsos caelos a spiritu sancto dictos, Dei Ps. 18, 5. gloriam ennarrantes, de quibus infertur: 'in omnem terram exivit sonus eorum et in

a) cogo *M.* b) *om. M.* c) qua *M, notans in marg.: Bob.* quam; *coniecit* qua *F.* d) recipitis *F.* e) erunt iudices *F.* f) qui *F.* g) *om. M.* h) sint *F.* i) nec *F.* k) consequentis *coniecit F.* l) *ita emend. M, notans in marg.: Bob.* historiae; historiae *F.* m) *M in marg.: Bob.* nobis. n) christus *M.* o) *om. M; add. coniciens F.* p) *add. coniciens F.* q) compatimur, *coniciens* compatiuntur *F.* r) quoddam *F.* s) totis *F.* t) triumdalibus *M. F.* u) deus et *om. M.* v) homo *interp. M, notans in marg.: In Bob. omissum* homo. w) ferventissimus *M.* x) scilicet *F.* y) multiplicat *M.* z) reuma *M.*
[a) l. 37] a) delphinium *M.*

1) *Verg. Ecl. VIII, 92:* Pignora cara aut. 2) *Horat. 4. Carm. IV, 43:* eurus Per Siculas equitavit undas; *Ovid. Met. III, 475:* turbavit aquas.

fines orbis terrae verba eorum'[a] — vos prope caelestes estis, et Roma orbis terrarum 612-615 caput est ecclesiarum, salva loci dominicae resurrectionis singulari praerogativa. Et ideo sicut magnus honor vester est pro dignitate cathedrae, ita magna cura vobis necessaria est, ut non perdatis vestram dignitatem propter aliquam perversitatem. Tam diu enim potestas apud vos erit, quamdiu recta ratio permanserit: ille enim certus regni caelorum clavicularius est, qui dignis per veram scientiam aperit et indignis claudit; alioquin si contraria fecerit, nec aperire nec claudere poterit.

Cum haec igitur vera sint et sine ulla contradictione ab omnibus vera sapientibus recepta sint, licet omnibus notum est et nemo qui nesciat, qualiter salvator noster sancto Petro regni caelorum contulit claves, et vos per hoc forte superciliosum, nescio quid prae ceteris vobis maioris auctoritatis ac in divinis rebus potestatis vindicatis: noveritis minorem fore potestatem vestram apud Dominum, si vel cogitetis[b] hoc in cordibus vestris, quia unitas fidei in toto orbe unitatem fecit potestatis et praerogativae: ita ut libertas veritati ubique ab omnibus detur, et aditus errori ab omnibus similiter abnegetur[c], quia confessio recta etiam sancto privilegium dedit claviculario, communi omnium nonno, liceat etiam iunioribus vestris sollicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, pro ecclesiae unitate communis matris, quae nimirum intra viscera more Rebeccae Cf. Genes. 25, 22. discerpitur materna et dolet pro rixa ac intestino bello filiorum suorum et moesta luget divisionem viscerum suorum. Lacrimis in his opus est magis, quam verbis. Quomodo praevaluit inimicus christiani nominis post filii Dei viva verba, post evangeliorum plenitudinem, post apostolicam doctrinam, post neotericam orthodoxorum auctorum scripturam, qui de Novo ac Veteri [Testamento][d] sacramenta fidei diverso sermone aperuerunt! Corpus Christi dividere et membra separare et ipsius filii Dei, salvatoris mundi, tunicam scindere, que est unitas! Tuum est hoc artificium, diabole, quem Christus, 'pax nostra, qui fecit utraque unum', vincat. Ephes. 2, 14.

Ideo cito, carissimi[e], concordate et convenite in unum et nolite contendere pro antiquis litibus, sed magis tacete et aeterno silentio ac oblivioni eas tradite; et si qua dubia sunt, divino iudicio reservate[f]: quae autem manifesta sunt, de quibus homines iudicare possunt, iuste 'sine acceptione personarum'[g] 1. Petr. 1, 17. iudicate, sitque iudicium pacificum in portis vestris, Cf. Zach. 8, 16. et agnoscite vos invicem, ut sit gaudium in caelo et in terra Cf. Luc. 15, 7. pro pace et coniunctione vestra. Quid vobis, aliud defendere[h] praeter fidem catholicam, si veri christiani estis utrique? Non enim ego possum scire, unde christianus contra christianum de fide possit contendere; sed quidquid dixerit orthodoxus christianus, qui recte Dominum glorificat, respondebit alter: Amen, quia et ille similiter amat et credit. Unum itaque omnes dicite et unum sentite, ut[i] utrique unum sitis, toti christiani. Nam Cf. 1. Cor. 1, 10. si, ut audivi, aliqui in Christo duas substantias non credunt, heretici potius, quam christiani credendi sunt; Christus enim salvator noster verus Deus aeternus sine tempore et verus homo absque peccato ex tempore est, qui iuxta divinitatem coaeternus est patri et iuxta humanitatem iunior est matre. Qui natus in carne, nequaquam deerat caelo; manens in trinitate, vixit in mundo; et ideo, si scriptum est[k] in quinta synodo, ut quidam mihi dixit, quod, qui duas substantias adorat, orationem suam divisam habeat, ille divisus est a sanctis et separatus est a Deo, qui scripsit. Nam nos pro unitate personae, in qua complacuit plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter, Cf. Coloss. 2, 9. unum Christum credimus, divinitatem eius et humanitatem, quia 'qui descendit ipse Ephes. 4, 10. est, qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia'. Si quis aliter de incarnatione Domini senserit, hostis est fidei et abominandus est omnibus christianis ac

a) illorum *F.* b) cogitatis *F.* c) abnegatur *F.* d) *addendum videtur.* e) carissime *M.* f) reservate iudicio *M, notans in marg.: In Bob. omissa vox* iudicio. g) personarum acceptione *F.* h) competit *interp. M, notans in marg.: In Bob. non habetur haec vox* competit. i) et *M.* k) *om. M.*

612-615 anathematizandus, cuiuscumque ordinis aut status aut gradus fuerit: nullus enim ad iniuriam Dei hominem honorare debet; ideo, quaeso vos pro Christo, nulli parcite, qui Cf. Eccli. 4, 32. vos a Christo separare tentaverit; sed potius ei in faciem resistite, si quis, nolens recte credere, vos a fide catholica revocare voluerit.

Date, quaeso, veniam mihi nimis iniurioso asperoque, cuidam loquaci, qui de tali causa aliter scribere non potui. Dum enim veritati per omnia placere volui, azyma[a] cum amaritudine non nesciens comedenda, soli Deo servivi, qui est benedictus in saecula. Ego germanitatem meam probavi et zelum fidei meae, dum malui reprehensoribus locum dare, quam in tali causa os quamvis ineruditum non aperire. Idcirco quamvis[b] trisulcus[c] arcuato vulnere scorpius insurgat in his, de quibus scriptum est, Ierem. 9, 3. 'extendere linguam suam sicut arcum mendacii', qui nova quaeque licet epicroca[1] iudicant, coppes[d] nimirum effecti hyperbolice[e], quique oliginosis celetes[f] praealearibus[g], scriptis quibusque non lepidis invidae[h] refragationis[i] semper opponunt peltas[k]; sed quando rex gentilis peregrinum scribere Langobardus[l] Scotum hebetem rogat, quando unda torrentis antiqui retro redundat, quis non mirabitur potius quam calumniabitur? Ego tamen non trepidabo neque in causa Dei linguas hominum formidabo, qui[m] frequentius mentiantur[n] quam vera loquantur[o], cum potius verecundiae resistendum quam ignaviae subiciendum sit, ubi necessitas cogat.

Igitur, ut ad id loci regrediar, unde digressus sum, rogo vos, quia multi dubitant de fidei vestrae puritate, ut cito tollatis hunc naevum de sanctae cathedrae claritate; non enim decet Romanae ecclesiae gravitatem haec inconstantis[p] levitatis fama, ut qualibet vi possit moveri a soliditate verae fidei, pro qua tot martyres[q] suum sanguinem fuderunt, malentes mori quam convelli. Numquid enim, si in nostris temporibus persecutio venerit ultima squammae[r] illius invisae, cuius corium vix universae naves Cf. Hebr. 12, 4. poterunt portare, non usque ad sanguinem resistemus adversus peccatum repugnando, sicut patres nostri fecerunt, apostolos dico et tot martyres? Si gravis fuit persecutio Luc. 18, 8. in initio fidei, quanto magis in fine, de quo Dominus dicit: 'Putasne veniens filius Matth. 24, 22. hominis inveniat fidem in terra?' et iterum: 'Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret omnis caro salva'. Felix, quem mors ante tollat, quam infirmus neget! Dicit tamen Matth. 28, 20. electos ibi futuros, de quibus nimirum praedixit discipulis suis: 'Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi'. Cum itaque electi futuri in diebus illis periculosioribus ceteris ante etiam[s] ac retro incomparabilibus sustinebunt, Domino roborante, maiora: cur nos in tutioribus adhuc ac securioribus vel pro fide nostra, qua ethnicis ac iudaeis ac hereticis differimus[t], non sustinebimus, Domino adiuvante, minora?

Sed talia suadenti, utpote torpenti actu, ac dicenti potius, quam facienti mihi Ionae hebraice, Peristerae graece, Columbae latine, potius tantum vestrae idiomate linguae nuncupato[u], licet prisco utor[v] hebraeo[w] nomine, cuius et pene naufragium subivi[x], veniam, quaeso, sicut saepe rogavi, date, quia necessitate magis, quam cenodoxia scribere coactus sum, dum quidam litteris suis, quibus me primo pene ingressu

a) azima *F*. b) quanquam *M*. c) trisulcis *M*. d) copes *F*. e) hyperbolica *M*. f) zelotes *M*; celotes, *coniciens* celetes *F*. g) palearibus *F*. h) invidere *M*. i) fragationis *M*. k) pellacias *F*; pellates *M, sed* idcirco — pellates *in marg. scr., praemittens: In Bob. inserebantur haec omnia absque sensu; locus corruptus, cui mederi nequeo.* l) longobardus *M. F*. m) quae *F*. n) mentiuntur *F*. o) loquuntur *F*. p) *ita M, notans in marg.: Bob.* instantes; instantis *F*. q) *add.* sui *F*. r) squamae *M*. s) etenim *M. F, coniciens* etiam. t) deferimus *M*. u) nacto *M*; nancto *F, coniciens* nuncupato. v) inter *M. F, coniciens* nitar. w) hebraeos *M*. x) subivi naufragium *F*.

1) *i. e. perlucida.*

in huius regionis terminos arripuit, vos mihi cavendos, tamquam in[a] Nestorii sectam decidentes, significavit. Cui attonitus respondi in brevi, ut potui, non credens suae allegationi; sed ne ullo modo veritati essem contrarius, iuxta suam epistolam et iuxta meam bonam de vobis existimationem[b], — ego enim credo semper columnam ecclesiae firmam esse in Roma[c] — responsum variavi, quod vobis direxi relegendum ac concertandum, sicubi contra veritatem venit; non enim me inter irreprehensibiles profiteri audeo. 612-615

Post hanc autem scribendi occasionem insuper regis insistit iussio Agilulfi[d], cuius postulatio me in stuporem ac[e] sollicitudinem posuit multiplicem: quippe quia non sine miraculo reor esse, quod video. Reges namque Arianam[f] hanc cladem[g] in hac diu regione, calcando fidem catholicam, firmarunt; nunc nostram rogant fidem roborari[h]. Forte Christus pie[i] nunc nos[k] respicit, cuius favore omne nascitur bonum. Nos valde miseri sumus, si nostra de parte[l] scandalum[m] amplius fiat. Rogat itaque rex rogatque regina, rogant te toti, ut, quam celerrime possit fieri, fiant omnia unum, fiat ut patriae[n] (Cf. 1. Cor. 12, 19; Ioh. 17, 21.) pax, pax fiat mox fidei, ut toti deinceps grex unus Christi fiat[o]. Rex regum, tu Petrum, te tota sequatur ecclesia[p]. Quid suavius pace[q] per bella? Quid dulcius coniunctione fratrum diu separatorum? Quam alacer[r] annos supervenit pater post multos? Quam suave diu expectanti matri[s] narratur adventus? Ita Deo patri pax filiorum gaudium erit[t] in aevum saeculorum, et laetitia ecclesiae matris tripudium fiet sempiternitatis. De cetero, sancte papa et fratres, orate pro me, vilissimo peccatore, et meis conperegrinis iuxta loca sancta et sanctorum cineres et praecipue iuxta Petrum et Paulum, viros similiter et magnos magni regis duces ac fortissimos campi felicissimi bellatores dominum crucifixum cum cruore sequentes, ut mereamur Christo haerere, placere, gratias agere cumque cum patre et spiritu sancto sine fine laudare vobiscum, omnibus sanctis hic et in aeterna saecula saeculorum. Amen.

6.

(Columba) a (Bonifatio IV.) papa iussus 'de sollemnitatibus et sabbatis et neomeniis' celebrandis, 'quid spiritualiter observari debeat, quid secundam litteram reprobari', dicere, impugnat eos, qui veritati obtrectantes in littera haerent, ita tamen, ut ad veritatem revocet. Quomodo quidque spiritualiter intellegendum sit declarans, de Paschatis ratione Vetere et Novo Testamentis firmata, de sabbato, de Pentecoste, de Tubarum, Expiationum, Tabernaculorum feriis, de nova luna, de sacrificiis disserit et orationi papae se commendat.

(612—615.)

Cod. P1 (pag. 288).
Edidit Bruno Krusch in Actis nostris: Neues Archiv X, 84.

De sollempnitatibus et sabbatis et neomeniis, quae in lege a Domino praecipiuntur observari, tuae caritatis imperio cogente dicturi, quid secundum litteram reprobari, quid spiritaliter observari debeat, prius cogimur amatoribus litterae adversariisque veritatis respondere, quos, cum ego possim iure repercutere, magis eos blandę leviterque

a) *om. F.* b) aestimationem *F.* c) ramo *M. F, coniciens* roma. d) urgens *M, notans in marg.: Bob.* agens; *ita emend. ex* agñs *F.* e) *add.* in *F.* f) arrianam *M.* g) labem *F.* h) roborari fidem *F.* i) pio *(coniciens add.* oculo*) F.* k) nos nunc *F.* l) forte *M.* m) scalon *F.* n) patria *F.* o) fiat christi *F.* p) italia *F.* q) papace *M.* r) *interp.* post *F.* s) filii *in marg. add. M, notans ibidem: In Bob. non habetur vox* filii. t) gaudium erit *bis scr. M.*

612-615 alloquens, ad agnitionem veritatis venire cupio. Qui, cum radicis amarum corticem[a]
Cf. 1. Tim. 2, 4. ruminare cupiunt, poma spernunt, pulveremque auri mirantes, formata metalla despiciunt,
Cf. Exod. 34, 33. quia, etsi secundum litteram legis observari cuncta contendunt, velamine posito super
Cf. Lev. 16, 8. 10. 26; faciem Moysi, spiritus et veritatis luce illuminari nequeunt. Quos, etsi veritati non
Luc. 15, 5. adquieverunt, hirci tamen more emissarii humero nostrae patienciae portemus, parati ad satisfactionem de ea quae in nobis est fide ad suae perdicionis . . .[b] et lavare postea vestimenta, ne contagione heretici[c] sensus polluti remaneamus. Nos autem inicio
Cf. Ierem. 1, 10. huius opusculi, exemplo Iheremiae docti, evellere prius et[d] destruere et postea plantare et aedificare proponimus, de scripturis prius ostendere cupientes, quoniam hae feriae Domini, quae praecipiuntur lege servari, non umbra sed spiritali observancia celebrari iubentur. Et si qui inbecillitatis[e] nostrae auctoritatem parvi pendere voluerint, prophetas audiant, qui provido vaticinio providentes harum reprobationem
4. Esdr. 1, 31; Is. 1, 14. evangelii tempore voce aperta praedixerunt, immo in eis Domino praeloquente: 'Dies festos vestros et neomenias et sabbata odit anima mea', et haec se Dominus non mandasse pronunciat, cum ipsum in lege haec praecepisse manifestum est. In quibus verbis quid aliud ostenditur, quam cum Christus finis legis advenerit, ea secundum litteram custodiri non mandaverit? De sacrificiis autem per alium prophetam loquitur:
Ps. 49, 8-13. 'Non in sacrificiis tuis arguam te; holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos neque de gregibus tuis hircos' et reliqua usque: 'aut sanguinem hircorum potabo?' Quibus verbis apostolus, eodem spiritu repletus,
Coloss. 2, 16. 17. conveniens ait: 'Nemo vos seducat in esca aut in potu aut in parte diei festi aut neomenia vel in sabbatis, quod est umbra futurorum' et reliqua. Quibus verbis luculentissime declarat, ut[f], sive diebus temporaliter sive escis carnalibus observatis, nichil aliud quam vanissimam umbram et erroris seductionem invenire potuerit. Et dominus
Marc. 2, 11. Iesus etiam evangelio solvere sabbatum declaravit, cum paralitico praeceperat: 'Tolle grabatum tuum', quod lege prohibitum, videlicet in sabbato onera portari, manifestum
Ioh. 7, 8. est; solvit et scenophegiam, quando dicebat: 'Non ascendam ad diem festum hunc', acsi dixisset: In hac huius festivitatis observancia honoris mei gloria non ascendit.

De Pascha autem tamquam maximo sacramento salutis nostrae paulo latius aliquid dicturus, etiamsi non est huius temporis cuncta disserere, prius ostendere volo, quibus vel quantis rationibus Pascha Domini custodiri[g] praecipitur. Mense primo decima die mensis agnus, agniculus immaculatus, segregari et servari usque ad quartam decimam et in decima quarta a Domino per Moysen occidere praecipitur ab universo cętu filiorum Israel ad vesperum. Quas rationes ipse Dominus, verus agnus, cum ad verum Pascha progreditur, aliquas permanere volens custodivit, aliquas non servari cupiens commutavit. Qui cum in primo mense secundum praeceptum legis immolari dignatus est et decimam quartam lunam nullo modo praevenire suae passionis tempora commisit, aliqua tamen contra figuram eum fecisse, narrat evangelium[h], quia, cum a Iuda traderetur Iudeis, non decima die mensis primi tentus est, et cum sui corporis et sanguinis sacramenta dare in sua vita discipulis suis dignatus fuerit, hoc contra figuram fecisse monstratur, cum ille agnus, qui in typo Christi in Pascha occidi praecipitur, assatus igni, cum capite et pedibus et intraneis post suam occisionem consumi a populo mandaretur. Hoc autem, ut mihi videtur, propter duas rationabiles causas Deum fecisse cognoscitur: ne, cum Pascha cum discipulis manducasset, nisi postea
Matth. 26, 26. sacrificium commutasset, dicens: 'Hoc est corpus meum', sic etiam postea observari debere crederetur. Haec est autem altera[i], ut opinor, causa: ut, cum corpus Domini

6. a) cordicem *P 1.* b) *Deesse quaedam notat Krusch.* c) hetretici *P 1.* d) *om. P 1.* e) inbecillitate *corr. in* inbecillitates *P 1.* f) in *P 1.* g) cus || tore *P 1.* h) euglam *P 1.* i) altam *P 1.*

612-615

integrum et suum sanguinem in se continens ante passionem cernerent, in corpore se refici spiritaliter crederent, et sic etiam nunc a nobis credi debeat. Et hoc etiam intueri debemus, quod non in decima quarta[a] die ad vesperum, ut lex praecipit, ille 'agnus Dei, qui tollit peccata mundi', et 'Pascha nostrum immolatus est Christus', sed (Ioh. 1, 29. 1. Cor. 5, 7.) decima quinta[a] die, in quo manifestum est diem festum iudeorum cum suo sacrificio a Domino solutum. Sed quid in hoc intelligere debemus, quod prius figuralis agni[b] carnes[c] comedere[1] et postea sui corporis cibus[d] apostolos refęcit, et post iudeorum typicum nostrum Pascha immolatus est Christus? Hoc, ut opinor, non ut veritas figuram, sed figura veritatem praecedat, quia non prius quod spiritale, sed quod animale, deinde quod spiritale. Unde electa et amica sponsa Christi, universalis ęcclesia, anathematizat eos, quia cum iudeis in festivitate Paschali decimam quartam[e] lunam expectari diffiniunt et sabbata et cętera huiusmodi umbralis observanciae. Et hoc tantum observare dignatus est Dominus, ut in primo mense post decimam quartam[e] diem Paschalem festivitatem, procedentem una sabbatorum, celebrari sine ambiguitate censuerit, licet in hoc varietas ęcclesiae orta est, aliis sufficere credentibus, ut non in decima quarta[a] cum iudeis Pascha celebrarent, alii autem hoc fortiter cautęque custodiunt, ut immolationem veri 'agni Dei, qui tollit peccatum mundi', ante decimam quartam celebrare non audeant, (Ioh. 1, 29.) secundum illud legale praeceptum, quod Dominus ad passionem veniens minime contempsit, sed ait: Observabitis eum usque ad decimam quartam[e] lunam, quod[f] nunc maxime ęcclesia, auctoritatem sedis apostolice[g] sequens, observat. Sed haec deserentes, quia non est huius temporis per singula discuti, ad spiritalem intelligenciam mentis aciem convertamus, quibus praecipitur mense novorum decima quarta die mensis Paschalis agni carnes comedere: ut, novis nascentibus bonorum operum fructibus, cum decalogi a nobis verba completa fuerint, in evangelii perfectione quaterno numero consistentes carnes nostri agni in vespere mundi, in quo finis saeculorum pervenit, intenebratis cordibus, spiritu sancto noctem illuminante, comedamus.

Sex diebus operari praecipimur, in septimo autem, hoc est sabbato, ab omni opere servili prohibemur. Per senarium autem numerum perfectio operum designatur[2], quia sex diebus fecit Deus caelum et terram. In sabbato autem omne opus servile, hoc est peccatum, operari prohibemur, quia qui facit peccatum servus est peccati, ut, (Cf. Rom. 6. 17. 20.) cum in praesenti saeculo perfectionem operum compleverimus, non obdurantes corda nostra, in veram requiem, quae contumacibus denegata est, pervenire mereamur.

Ab altero die sabbati septem ebdomadas plenas numerare nobis lege praecipitur usque ad alteram diem expletionis ebdomadae septimae, id est quinquagesimum diem, in quo primiciae offeruntur. Quae dinumeracio perfectionis plenae per septenarium et quinquagenarium numerum et decem quinquies efficitur. In quo hoc significari puto, ut per quinquagenarium, qui remissionem in se continet, per caritatem, quae, septiformis spiritus gratia superveniente, diffusa est in cordibus nostris, et quinque nostri corporis sensus legi Dei subditos habeamus, quae verba decalogi in se continet, et per caritatem, ut dixi, 'quae caritas operit multitudinem peccatorum'. (1. Petr. 4, 8.) Et sic sacrificium novum Domino ex omnibus habitacionibus nostris in usum magni sacerdotis cum paci- (Cf. Lev. 23, 16 et Ezech. 6, 6.) ficis nostris victimis cedentes[h], offeremus, sicut Domino pacem fecerimus, offerentes spiritales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum, qui panes primiciarum terrae nostrae etsi fermentatos, tamen sibi consecratos comedit. Ipse pontifex, qui caelum penetrans possit compati infirmitatibus nostris, et, cum apud patrem advocatum habe-

a) *alterum* decima *add.* P 1. b) *ita corr. ex* agnus P 1. c) *corr. ex* carnis P 1. d) cibos P 1. e) *alterum* decimam *add.* P 1. f) *corr. in* quam P 1. g) *vocabulo deleto superscr.* romanae P 1. h) credentes *Krusch.*

1) *sc. (comedĕre) fecit Dominus aut (comedēre) apostoli.* 2) *Cf. Isidori Etymolog. III, 4, 2.*

c.590-c.615 amus eum, opera, quae fermento fragilitatis nostrae fermentata in husum huius sacerdotis manu operationis elevata cedent, per viscera misericordiae devorat. Quae non odorem Deo suavitatis praebent, sed magis indulgenciam exigunt.

In fine anni solaris apud Hebreos, id est septimo mense, quando congregantur fructus in horrea sive in cellaria, tunc celebrare lege praeceptum, id est prima die Tubarum [1], decima die Expiationum celebrari debere sabbata, et a quinto decimo die per dies septem, usque dum finiantur octavo, Tabernaculorum feriae esse praecipiuntur. His autem fortasse significari potest, ut, quia nos in fine saeculi trino sacramento invocationis sumus consecrati: tuba praedicationis, evvangelii fide et aspersione sanguinis Iesu Christi, in qua vera propitiacio est, finito legis tempore, discere non cessemus, et, congregatis novis bonorum operum fructibus, ab omni opere malo quieti,
Cf. Matth. 5, 10. per septiformis spiritus gratiam perfectione suscepta, in octavae beatitudinis numeros pervenire mereamur. Quod tamen et per ieiunii et orationis labores non est dubium consequi, quia et affligi anima lege praecipitur.

In neomenia bucinare tuba praecipitur, id est nova luna, quia qui luna scientiae illuminatus est, praedicare aliis cessare non debet. Quod Paulus scienciae Christi fulgore illuminatus observare minime contempsit, praedicans in synagogis iudeorum.

Cf. Levit. 1. 2. De sacrificiis pauca dicere decreveram, quae cum hostiae veri pontificis in se figuram contineant, a nobis etiam Domino spiritaliter offerri debent. Per vitulum enim labor noster, per ovem innocencia, per hircum mortificatio fornicariae voluptatis, per capram, quae in sublimi pastu pascitur, vita theorica, per arietem opus praedicationis, quae agnos bono pastori generat, per turturem castitas solitariae mentis nemini praeter Christum iunctae, per columbam perspicatior intuitus sacramentorum, per panem soliditas praeceptorum, per similam sinceritas vitae, per vinum et sal veritas praedicationis, per oleum fomenta caritatis intelliguntur. Quae omnia sive festa sive sacrificia in uno loco celebrari et offerri lex iubet, quia tunc omnia prosunt, cum in unitate ęcclesiae sine ullo scismatis [a] errore peraguntur.

Haec pauca in bysso multa disserens, hanc scribiciunculam diviti pauper, pere-
1. Ioh. 4, 18. grinus tibi scribere non timui, quia 'perfecta dilectio foras mittit timorem', credens etiam hoc, o venerabilis papa, quod plus valet obediencia cum fide, quam facultas humani ingenii. Haec autem et a te postulata sunt et a me dicta propter eos, qui, cum in superficie christiani videantur, per iudaici sensus impietatem corpus Christi, id est ęcclesiam, suis scismatibus scindere non metuunt. Haec sub brevitate transcurrimus, quae si per omnia tractarentur, grande volumen poscerent, quae non est huius temporis peragi, quia magni temporis otium exigunt. Ora pro me, venerabilis papa.

7.

Columba iuvenem quendam ministrum suum exhortatur. *(c. 590—c. 615.)*

Codd. T (fol. 126), M (pag. 70).

Edd. Fleming, Columbani opusc. p. 77 (F); Rossetti, Bobbio illustr. II, 69. — Max. bibl. Lugd. XII, 19; Gallandi, Bibl. patr. XII, 342; Migne, Patrol. lat. LXXX, 256.

Cum iam de moribus moralibusque disciplinis diu dixerim, iterum rogas, fili inbuende, doceri [a]. Audisti quid scriptum est: Cui pauca non sufficiunt, plura non pro-

---

a) scimatis *P1.*

7. epistola sancti columbani ad iuniorem quendam *add. M; epistolam sub* exhortationis *titulo tradi dicit F p. 77.* a) do *postea adscr. T.*

1) *Isidori De natura rerum liber (ed. Becker p. 5. 6) I, 3:* Dies tubarum septimi mensis principium est, quando Iudaei solemnitatem agentes amplius tuba canebant et plurima offerebant sacrificia quam per singulos menses.

derunt. Scripsi tibi antea de serietate[a] ac pudicitia, cui nimirum, ut ait[b] quidam, c.590-c.615 etiam tuta timeo[1]; sed quia admonitio quibusdam custodia, quibusdam consolatio, quibusdam perfectio efficitur morum[c], intellecta scilicet conplentibus, ideo frequenter docendi sunt ac inbuendi fili dulcissimi, ut per quasdam delectationes[d] litterarum suas vincere possint de intestino amaritudines bello.

Bellum igitur et beluinum[e] vince, concupiscentias scilicet ac superciliosum. Utilis[f] esto in humilitate infimusque[g] in auctoritate, simplex in fide, doctus in moribus, mordax in alienis[h], remissus in propriis[i], purus in amicitia, callidus in insidiis, durus in mollibus, mollis in duris, varius in planis, planus in variis, iucundus in amaris, tristis in iucundis, discors in necessariis, aequalis in veris, severus in suavibus, dulcis in amaritudinibus, fortis in tribulationibus, inbecillis[k] in discordiis[l]; tardus ad irascendum, velox ad discendum, 'tardus quoque[m] ad loquendum, ut sanctus ait Iacobus, velox Iacob. 1, 19. similiter ad audiendum'; efficax in prospectu[n], hebes in vindicta, cautus in verbo, promptus in opere; amabilis probis, squalidus[o] inhonestis, lenis infirmis, durus stolidis, rectus erectis, humilis deiectis; sobrius ubique, castus ubique, pudicus semper, patiens tenus[p] zelo, cupidus nunquam, largus semper si non[q] ope[r], vel animo; oportunus in ieiuniis, oportunus[s] in vigiliis, discretus in officiis, tenax in studiis, constans in fragoribus, lętus in meroribus, audax in causa veritatis, timidus in contentionibus; supplex bonis, insuperabilis malis, mitis in liberalitate, infatigabilis in caritate, iustus in omnibus; pius dignis, misericors pauperibus; memor beneficiorum, inmemor iniuriarum; amator mediocrium, nolus[t] opum, animi depręssor[u], cogitationum publicator; senioribus oboediens[v], iunioribus concurrens, coaequalibus coaequans, perfectis concertans, melioribus non invidens, praecurrentibus non dolens[w], remorantibus non detrahens, provocantibus consentiens; lassus licet, non deficiens; flens simul et gaudens pro fervore ac[x] spe; timens semper pro fine, licet proficiens in certo.

En tuum, o puer amande ministerque dulcis, monimentum: talis si sis, nimis beatus eris; quia per prospera et adversa idem eris, paratus ad cuncta[2], singulis occurrens, temperans gestus[y], nutriens crescenda, interimens[z] decrescenda, levigans disperata[a], exasperans vituperata; semper sollicitus, semper crescens, semper adquirens; semper tendens ad superna, semper currens ad bravium; semper caelestia desiderans, semper divina sitiens. Ecce doctrinam; da sequacitatem, si potes, ut habeas felicitatem et potestatem, cum puerilia[b] desideria fugiens corpus sic in potestatem spiritus redigeris[c] et te vadem pro tuis tradideris[d] peccatis in brevi militantem pro aeternis stipendiis! O te felicem, o te beatum, oque mirabilem te[e] puerum, si haec conpleveris universa! Si enim in his diligenter omnibus fueris[f] sensu et opere occupatus, non vacabis neque vanis vagisque neque turpibus[g] cogitationibus; sed quasi incipiens semper tibi ipsi congregabis, quibus in perpetuum fruiturus eris, unius vir Cf. Act. 18, 12. vocandus animi et singularis emolumenti quaesitor, egregius regni negotiator aeterni. Converte igitur te totum in haec, quia habes in quibus tuam exerceas iuventutem,

a) sobrietate *M.* b) a te *emend. in* apte *F.* c) *om. M. F.* d) delectiones *F.* e) *ita corr. ex* belluinum *T.* f) vilis *M; virilis coniecit F.* g) infirmusque *F.* h) propriis *M.* i) alienis *M.* k) i *prior. in loco raso T.* l) ii *in loco raso T.* m) *qui corr. add. in T.* n) profectu *F.* o) *lacuna in M.* p) plenus *M.* q) sive *M;* sin *F.* r) opere *M.* s) inoportunus *T;* importunus *M. F.* t) nudus *M.* u) s *priorem superscr. T.* v) bo *ita corr. T.* w) condolens *M.* x) et *M.* y) gestum *M.* z) i *alteram in loco raso T.* a) disparata *M;* aspera *coniecit F.* b) pueritia *M.* [a) 1.29] c) redigens *M.* d) tradens *M.* e) te mirabilem *M.* f) fuerit *T.* g) ur *in loco raso T.*

1) *Verg. Aen. IV, 298:* Omnia tuta timens. 2) *Hic afferens Senecae epistolam LXVI. F illud videtur in animo habuisse:* asperis blandisque pariter invictus, neutri se fortunae submittens, supra omnia quae contingunt acciduntque eminens.

c. 590-615? virtutem, efficatiam, strenuitatem, ne, si in contrariis hę fuerint exercitatę, pereant quę[a] per vim rapiunt regnum caelorum[b].

8.

Columbanus vanitate mundi commotus Hunaldum hortatur, ut voluptate contempta aeternam beatitudinem capessat. *(612? — 615?)*

Codd. S1 (pag. 38), S2 (pag. 109), P2 (fol. 18), M1 (fol. 50), M2 (fol. 69), V (fol. 55). Edd. Goldast, Paraenet. vet. I, 47; Sirmond, Opera varia II, 655. — Fleming, Columbani opusc. p. 167; Max. bibl. Lugd. XII, 33; Gallandi, Bibl. patr. XII, 357; Migne, Patrol. lat. LXXX, 285.

VERSUS[a] COLUMBANI AD HUNALDUM[b].

C asibus innumeris decurrunt tempora vitae[1],
O mnia praetereunt, menses volvuntur[c] in annis[d][2];
L abitur in senium momentis omnibus aetas[3].
U t tibi perpetuam liceat conpraendere vitam[4],
M olles inlecebras[e] vitae nunc[f] sperne[5] caducae.
B landa luxuria[g] virtus superatur honesta.
A rdet avaritia caecaque cupidine pectus[6].
N escit habere modum[7] vanis mens[h] dedita curis.
V ilius argentum est auro, virtutibus aurum[8].
S umma quies, nil velle super, quam postulat[i] usus[9].

H os ego[k] versiculos misi tibi saepe[l] legendos:
U t mea dicta tuis admittas auribus, oro.
N e te decipiat vana et peritura voluptas[10].
A spice, quam brevis est procerum regumque[m] potestas.
L ubrica mortalis cito transit gloria vitae.
D a veniam dictis, fuimus fortasse loquaces.
O mne quod est nimium semper vitare memento[11].

---

a) qui *M.* b) finit *add. T.*

8. a) *add.* sancti *S2.* b) *add.* achrostichis *S2; superscr. solum* achrostichis telestichis *M1, rec. manu addente* columbanus; *superscriptionem om. V.* c) voluntur *V.* d) et anni *pro* in annis *S2. P2. M1. 2.* e) inlecebris *S1.* f) c *superscr. S1.* g) luxoria *S1.* h) s *superscr. S2.* i) postolat *P2.* k) nunc *M1. 2. V.* l) i s *corr. ex* u *S1.* m) regnumque *S1.*

1) *Fortunati Carm. XI, 25, 1:* Casibus innumeris hominum momenta rotantur; *Auson. Parent. praef. 17:* percurras tempora vitae. 2) *Fort. Carm. IV, 26, 32:* Omnia praetereunt; *Horat. 4. Carm. VI, 39:* pronos Volvere menses; *Vergil. Aen. I, 234:* volventibus annis; *I, 269:* volvendis mensibus. 3) *Ovid. Art. amat. III, 65:* cito pede labitur aetas. 4) *Iuvenc. III, 502:* Ut mihi perpetuam liceat comprendere vitam. 5) *Auson. Epigr. LVI, 3:* Oblatas sperno illecebras; *Epist. IV, 2:* molles liquimus illecebras; *cf. infra p. 185 v. 62.* 6) *Horat. 1. Epist. I, 33:* Fervet avaritia miseroque cupidine pectus; *Iuvenal. Sat. X, 351:* caeca magnaque cupidine. 7) *Horat. 2. Sat. III, 266:* Nec modum habet; *Auson. Urb. VIII, 4:* Nescivit servare modum. 8) *Horat. 1. Epist. I, 52:* Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. 9) *Prudent. Psychom. 609:* Summa quies nil velle super, quam postulet usus. 10) *Caecilii Balbi Sentent. (Publilii Syri Sentent. rec. Friedrich p. 82) 40:* Cave vincat error te aut decipiat cupiditas. 11) *Catonis philosophi liber II, 6a:* Quod nimium est fugito; *II, 19a:* simul et vitare memento.

9.

Columbanus exhortatur Sethum, ut, mundi fragilitatis memor, divitias et voluptates aspernatus, praecepta Iesu Christi exsequatur. (612? — 615?) 612?-615?

Codd. S1 (pag. 39), S2 (pag. 109), P2 (fol. 18), M1 (fol. 50), M2 (fol. 69), V (fol. 55).

Edd. Fabricius, Poetarum eccles. opp. p. 779; Canisius, Antiq. lect. I, App. 10; Goldast, Paraenet. vet. I, 48; Sirmond, Opera varia II, 655. — Fleming, Columbani opusc. p. 168; Max. bibl. Lugd. XII, 33; Gallandi, Bibl. patr. XII, 357; Migne, Patrol. lat. LXXX, 285.

VERSUS SANCTI[a] COLUMBANI AD SETHUM[b].

Suscipe, Sethe[c], libens[1] et perlege mente serena
Dicta Columbani fida te voce monentis[d];
Quae licet ornatu careant[2] sermonis honesti,
Vota tamen mentisque[e] pie testantur amorem.
Vive Deo fidens, Christi praecepta[f] sequendo[3],
Dummodo vita manet[4], dum tempora certa salutis[5]:
Tempus et hora[g] volat, momentis labitur aetas[6].
Dispice[h], quae pereunt, fugitivae gaudia vitae[7].
Non fragiles[i] secteris opes et inania lucra,
Nec te sollicitet circumflua copia rerum[8].
Sint tibi divitiae divinae dogmata legis[9]
Sanctorumque patrum castae moderamina vitae
Omnia, quae dociles scripserunt ante magistri
Vel quae doctiloqui cecinerunt[k] carmina vates[10].
Has cape, divitias semper contemne[l] caducas,
In mentemque tibi veniat tremebunda senectus[11],
Quam gelidae tandem sequitur violentia mortis[m][12].
Ultima iam sapiens meditatur tempora vitae,
Torpentes senio vires morbosque frequentes
Incertumque diem loeti[13] certosque dolores[n][14];
Multa senem fragilis vexant[o] incommoda[15] carnis[p].
Nam matie turpi[16] tabescunt languida membra[q][17];

---

9. a) *om.* P2. b) *superscr.* eiusdem ad sethum S2; *om. superscriptionem* V. c) queso M2. V; Hunalde *Fabricius et Canisius.* d) momentis S1. e) *inter* u *et* e *eras.* a S1. f) *in ras.* V. g) ora S2. h) despice M2. V. i) e *ex* i *corr.* S1. k) cerinerunt V. l) contempne S2. P2. M2. m) carnis, *sed in marg. corrigens add.* mortis M2. n) *om.* quam gelidae — certosque dolores *(vv. 17—20); sed signo quodam et in margine et in fine paginae scripto vv. 17 et 19 hic interponendos et alio signo post* mortis *addendos vv. 18 et 20, qui p. 115 in margine inferiore leguntur, significat* S2. o) *ita corr. ex* veniunt, *ut videtur,* S2. p) n *ex* m *corr.* S1. q) menbra S2.

1) *Cf. Pauli Diac. Carm. V, 8 (Poet. Carol. I, 43):* Suscipe sed libens. 2) *Auson. Eclog. II, 40:* ornatu vita caret. 3) *Cf. (Alcuini) Praecepta vivendi v. 7 (Poetae Carol. I, 275):* Vive Deo fidens Christi praecepta secutus. 4) *Verg. Aen. V, 724; VI, 608. 661:* dum vita manebat. 5) *Auson. Domest. II, 22:* spes certa salutis. 6) *Cf. p. 182 n. 3.* 7) *Verg. Aen. XI, 180:* Non vitae gaudia quaero; *Fortun. Carm. IV, 26, 1:* fugitivaque gaudia mundi. 8) *Prudent. Hamart. 333:* nitidis fallens circumflua copia rebus. 9) *(Alcuini) Praec. vivendi v. 8:* Sint tibi divitiae divinae dogmata legis. 10) *Verg. Aen. V, 524:* cecinerunt omina vates. 11) *Fortun. Carm. IV, 6, 1:* tremebunda senectus. 12) *Horat. 2. Carm. VIII, 11:* gelidaque divos Morte carentes; *Ovid. Met. XV, 153:* gelidae formidine mortis *(2. Amor. IX, 41).* 13) *Verg. Aen. IV, 169:* Ille dies primus leti. 14) *Horat. Epod. XV, 16:* Si certus intrarit dolor. 15) *Horat. Art. poet. 169:* Multa senem circumveniunt incommoda. 16) *Horat. 3. Carm. XXVII, 53:* turpis macies. 17) *Verg. Cu. 206:* Languidaque … membra; *Lucan. III, 8:* languida … Membra.

612?-615?

Tunc genuum iunctura riget venasque per omnes
Illius in toto frigescit corpore sanguis[1]:
Sic baculo nitens[2] artus sustentat inertes.
Quid tristes memorem[a] gemitus, quid tedia mentis?
Somnus abest oculis, illum sonus excitat omnis[3].
Quid tunc argenti, fulvi quid proderit auri[4]
Improba congeries[b] multos collecta per annos[5]?
Munera quid procerum[c]? Ditis[d] quid prandia mensę?
Quid meminisse iuvat[6] transactę gaudia vitę,
Venerit extremi tandem cum terminus aevi[7]?
Haec, dum vita volat[e], vigili qui mente retractat,
Spernit avaritiam vanosque refutat honores[8].
Quid modo terrenis[f] mentes intendere curis
Mortales cupiunt[g]? Quid[h] turpia lucra[9] sequuntur[i]?
Semper avarus eget[10] nummo[k], testante poëta[l],
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia[m] crescit[11].
Indiget inter opes[12] nec habet quod habere videtur,
Ille domi solus nummos abscondit in arca[n][13]
Divitias cumulans: dum sese nescit amare,
Plus amat heredem, servat cui[o] cuncta fidelis.
O nimium[p] felix[14], parcus cui sufficit usus[15],
Corporis ut curam moderamine temperet ęquo
Non misera capitur cęcaque cupidine rerum[16]
Nec maiora cupit[q], quam quae[r] natura reposcit[s]:
Non lucri cupidus nummis[t] marsuppia[u] replet
Nec molles[v] cumulat tinearum[w] ad pabula[x] vestes[17];
Pascere non pingui procurat fruge cavallos[18]
Nec trepido[y] tales volvit sub pectore curas[z][19],
Ne subitis[a] pereat[b] collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos[c] rapiat fur improbus arca.

---

a) em *ex* am *emend. S2.* b) s *altera manus appos. in S1.* c) *altera manus scribere incipit in S1.* d) dictis *P2.* e) *corr. ex* valet *M2;* valet *V.* f) terraenis *P2.* g) c piunt, *inter* c *et* p *videtur* a *eras. S1.* h) quid cupiunt *P2.* i) secuntur *S2. M2.* k) n *ex* m *corr. S1.* l) *superscr. S1.* m) *ita corr. ex* pecuna *S2.* n) terra *P2.* o) qui *V.* p) ninium *S1.* q) *superscr. S2.* r) que, *manus rec. superscr.* ve *in M1.* s) *corr. ex* poposcit *M1.* t) nimis *S1.* u) p *priorem superscr. M1;* marsupia *M2.* v) l *priorem superscr. M1.* w) cum latinearum *pro* cumulat tinearum *S1;* tinerum *V.* [a) l. 29] x) b *ex* p *corr. S1.* y) rapido *M2. V.* z) caras *S1.* a) *corr. ex* subitas *M1.* b) pareat *S1.* c) o *ex* u *corr. S1.*

1) *Sedul. Carm. Paschal. I, 109:* Frigidus annoso moriens in corpore sanguis. 2) *Ovid. Met. XIV, 655:* Innitens baculo *(1. ex Pont. VIII, 52).* 3) *Verg. Aen. II, 728:* sonus excitat omnis. 4) *Verg. Aen. X, 134:* fulvum quae dividit aurum; *cf. Ovid. Met. X, 648 etc.* 5) *Verg. Aen. IX, 85:* multos dilecta per annos. 6) *Verg. Aen. I, 203:* haec olim meminisse iuvabit. 7) *Verg. Ge. IV, 206:* angusti terminus aevi. 8) *Verg. Aen. XI, 52:* vano ... honore. 9) *Auson. Eclog. II, 8:* turpia lucra. 10) *Horat. 1. Epist. II, 56:* Semper avarus eget. 11) *Iuvenal. Sat. XIV, 139:* Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit. 12) *Horat. 3. Carm. XVI, 28:* Magnas inter opes inops. 13) *Horat. 1. Sat. I, 67:* Ipse domi simul ac nummos contemplor in arca; *2. Sat. III, 109:* Qui nummos aurumque recondit. 14) *Verg. Aen. IV, 657:* heu nimium felix. 15) *Horat. 1. Epist. XII, 4:* cui rerum suppetit usus. 16) *Cf. p. 182 n. 6.* 17) *Horat. 2. Sat. III, 118:* vestis ... tinearum epulae; *1. Epist. XX, 12:* tineas pasces. 18) *Horat. 1. Sat. VI, 103:* caballi Pascendi; *Verg. Aen. VI, 654:* quae cura nitentes Pascere equos. 19) *Horat. 1. Sat. II, 110:* curasque graves e pectore tolli.

Vivitur argento sine iam, sine vivitur auro. 612?-615?
Nudi nascuntur[a], nudos quoque terra receptat[b].
Divitibus nigri reserantur[c] limina Ditis[d][1],
Pauperibusque piis caelestia regna[e] patescunt[f]. Cf. Matth. 5, 3.
Temnere[g] divitias monuit salvator avaros;
Quisquis amat Christum, sequitur vestigia Christi;
Nam[h] brevis et fragilis moriturę gloria carnis
Quicquid habet, rapidi[i] velox fuga temporis aufert.
Pulchre[k] veridici[l] cecinit vox talia vatis[2]:
'Tempora dinumerans[m] aevi vitaeque caducę[3]:
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur[4].
Alternant elementa[n] vices[o] et tempora mutant[p][5]:
Accipiunt augmenta dies noctesque vicissim[q][6].
Tempora sunt florum, retinet[r] sua tempora messis[s][7]:
Sic iterum[t] spisso vestitur gramine campus[8].
Tempora gaudendi, sunt tempora certa[u] dolendi[v][9]:
Tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis[10].
Omnia dat, tollit minuitque volatilę tempus[11].
Ver, aestas[w], autumnus, hiems[x], redit annus in annum[12]:
Omnia cum[y] redeunt, homini sua non redit aetas[z][13].'
Haec sapiens[a] omni[b] semper[c] reminiscitur hora,
Atque domum luctus epulis pręponit opimis.
Ultima[d] nunc humili concludam verba precatu:
Sis memor ipse mei[14], versus cum legeris istos,
Tempora sic habeas optatę longa senectę[e].

---

a) r *ex* s *corr. S2; ita corr. ex* nascitur *M1.* b) *corr. ex* receperat *M1.* c) reseruntur *V.* d) divitibus — ditis *om. P2.* e) n *superscr.*, a *et* p *in ras. S1.* f) *hic aliis carminibus interpositis, reliquos versus in fol. 56' exhibet V, superscribens:* Ecce hic sunt quos alias dimisimus. g) tempnere *P2. M2. V.* h) est *V.* i) rapidus *M2. V.* k) pulchrae *P2.* l) v *ex* m *corr. S1.* m) denumerans *M1.* n) e *primam in ras. S2.* o) *corr. in* vice *S1.* p) alternant — mutant *om. P2.* q) *Versus 65 et in fol. 51' sequentes ita extincti sunt, ut vix legi possint in M1.* r) retinent *M2.* s) messes *M2.* t) florum *M2. V.* u) *alterum* cer *praemissum eras.*, a *ex* e *corr. S1.* v) *hic om. S2* somnus abest — certa dolendi *vv. 27—68, sed eos add. p. 115 et 116.* w) aetas *P2.* x) hyemps *M2;* iemps *V.* y) *superscr. M1.* z) *reliquos versus om. V, repetens in fol. 58' vv. 58. 57. 59—65. 68. 69. 66. 67. 70—72.* a) sepiens *P2.* [a) l. 21] b) *in fine* s *eras. S1.* c) *superscr. M1.* d) ultimo *P2.* e) *add.* finiunt versus columbani *M1,* expliciunt versus columbani *M2.*

1) *Verg. Aen. VII, 613:* reserat ... limina; *Ovid. Met. IV, 438:* ubi sit nigri fera regia Ditis. 2) *Cf. p. 183 n. 10. Columbanus provocat hic ad carmen, quod in Anthologia latina (ed. Riese) nr. 676 et in Poetis latinis minoribus (rec. Baehrens) V, 349 exstat.* 3) *Anthol. lat. l. l. v. 2.* 4) *Ibid. v. 3 (Dracontii satisfactio ad Guthamund. v. 219).* 5) *Anthol. lat. v. 4 (Dracontii satisf. v. 247).* 6) *Anthol. v. 5 (Dracontii satisf. v. 249).* 7) *Anthol. v. 6 (Dracontii satisf. v. 251).* 8) *Anthol. lat. v. 7.* 9) *Anthol. v. 8 (Dracontii satisf. v. 259).* 10) *Anthol. lat. v. 9 (Dracontii satisf. v. 220:* Tempora eunt vitae, tempora mortis eunt*).* 11) *Anthol. lat. v. 11.* 12) *Anthol. v. 12 (Dracont. satisf. v. 253). Hunc versum ab Hieronymo in commentariis in Ezechielem prophetam scriptis 'quasi ex veteri poeta' citari, notat Goldast (Hieronymi opp. ed. Vallarsi V, 11:* (annus) ab eo, quod semper ... in se redeat, nomen acceperit; de quibus pulchre uno versiculo dictum est: Ver, aestas, autumnus, hiems et mensis et annus). 13) *Dracont. satisf. v. 255, ubi* redeant *legitur; sed hunc versum quoque ad carmen anthologiae pertinere probat cod. Parisinus 8303, de quo cf. Riese l. l. p. 138.* 14) *Verg. Aen. IV, 336:* Dum memor ipse mei; *XII, 439:* Sis memor.

10.

612?-615? *Columbanus litteris a Fedolio saepe acceptis delectatus petit, ne huic muneri reddere desinat; neque enim aurum se velle dicit; auro iam multas calamitates effectas esse, exemplis ab antiquis traditis illustrat; itaque ut vanas curas relinquat monet, quae neque christiano neque sapienti dignae sint. Ad versus istos, quibus Sappho uti solita sit, componendos cum instruit salutansque perorat, se morbis acerbis oppressum, iam septuagesimo secundo anno absoluto, haec scripsisse.* *(612?—615?)*

Codd. B (pag. 277), S1 (pag. 45), S2 (pag. 111), P2 (fol. 19').

Edd. Goldast, Paraenet. vet. I, 52. — Fleming, Columbani opusc. p. 170; Max. bibl. Lugd. XII, 34 Gallandi, Bibl. patr. XII, 360; Rossetti, Bobbio illustr. II, 82; Migne, Patrol. lat. LXXX, 291.

COLUMBANUS FIDOLIO FRATRI[a] SUO[b].

Accipe, queso,
Nunc bipedali[c]
Condita[d] versu
Carminulorum[1]
Munera parva[2]:
Tuque frequenter
Mutua nobis
Obsequiorum
Debita redde.
Nam velut aestu,
Flantibus austris,
Arida gaudent
Imbribus arva[3],
Sic tua nostras
Missa frequenter
Laetificabat[e]
Pagina mentes.
Non ego posco
Nunc periturę
Munera gazę,
Non quod avarus
Semper egendo[4]
Congregat aurum,
Quod sapientum
Lumina caecat
Et velut ignis
Flamma perurit
Improba corda[f].
Saepe nefanda
Crimina multis
Suggerit auri
Dira cupido[5],
E[g] quibus ista
Nunc tibi pauca
Tempore prisco
Gesta retexam.
Extitit ingens
Causa malorum[6]
Aurea[h] pellis.
Corruit auri
Munere parvo[i][7]
Cęna deorum,
Et[k] tribus[l] illis
Maxima lis est
Orta deabus;
Hinc[m] populavit
Troiugenarum
Ditia regna[n]

10. a) fatri *B.* b) *praem. B:* ΕΚΑΤΟΜΕΤΡΩΝ · ΚΑΤΑΣΕΡΒΩΝΤΕΑΩΝ*: solam superscriptionem:* versus sancti columbani ad fetolium *dedit S1, solam inscriptionem:* columbanus fedolio *S2. P2.* c) bibidali *B.* d) *post* i *unam litteram (z?) eras. B.* e) letificavit *P2.* f) d *ex* t *corr. S1.* g) ex *S2. P2.* h) ariete, *superscribens* ı *et in fine* e *S1.* i) carminulorum — munere parvo *(vv. 4—41) om. B.* k) ac *S1. 2. P2.* l) etribs *(corrigens* et *ex* e*) pro* et tribus *B.* m) hic *B.* n) ditia regna *om. B.*

1) *Verg. Ecl. X, 50:* Chalcidico quae sunt mihi condita versu Carmina. 2) *Horat. 1. Epist. XVIII, 75:* Munere te parvo beet; *Verg. Aen. VII, 243:* parva prioris Munera; *Ovid. Art. II, 256:* munera parva *(cf. Fast. II, 534; 4 ex Pont. VIII, 35).* 3) *Horat. Epod. XVI, 54:* Aquosus eurus arva radat imbribus; *Ovid. Met. XIV, 510:* arida Dauni Arva. 4) *Cf. p. 184 n. 10.* 5) *Verg. Ge. I, 37; Aen. VI, 373; IX, 185:* dira cupido. 6) *Verg. Aen. XI, 361:* causa malorum. 7) *Cf. n. 2.*

Dorica[a] pubes.
Iuraque[b] legum[1]
Fasque fidesque
Rumpitur[c] auro[d]:
Impia quippe
Pigmalionis
Regis ob aurum
Gesta leguntur;
Sic Polidorum
Hospes[e] avarus[f]
Incitus auro
Fraude necavit[g] [2].
Femina sępe
Perdit[h] ob aurum
Casta pudorem[i]:
Non Iovis[k] auri
Fluxit in[l] imbre[m].
Sed quod adulter
Obtulit aurum[n]:
Aureus[o] ille
Fingitur imber[p];
Amfiaraum[q]
Prodidit[r] auro[s]
Perfida coniunx.
Hectoris[t] heros
Vendidit[u] auro
Corpus Achillis[v].
Hęc[w] reserari
Munere certo
Nigra feruntur[x]
Limina[y] Ditis[3].
Nunc ego possem
Plura referre,
Ni brevitatis
Causa vetaret[z].
Hęc tibi, frater

Inclite[a], parva 612?-615?
Litterolarum[b]
Munera mittens[c]
Suggero, vanas
Linquere[d] curas[e] [4]:
Desine, queso,
Nunc animosos[f]
Pascere pingui[g]
Farre[h] caballos[i] [5].
Lucraque lucris
Accumulando[k]
Desine nummis
Addere nummos:
Vel[l] quid iniquis
Consociaris,
Munera quorum
Crebra receptas[m]?
Odit iniqui
Munera Christus.
Hęc sapienti
Dispicienda,
Qui fugitivae[n]
Atque[o] caducę
Cernere debet
Tempora vitę,
Sufficit autem
Ista loquaci
Nunc cecinisse
Carmina versu.
Nam nova forsan
Esse[p] videtur
Ista legenti
Formula versus.
Sed tamen illa
Graiugenarum[q]
Inclyta[r] vates

a) durica *B.* b) miraque *B.* c) rumpit ob *B.* d) aurum *B.* e) opec *B*; ospes *P2.* f) abarus *B.* g) negabit *B.* h) prodit *B.* i) pudore *B.* k) iquis *B.* l) *alterum* in *praemissum per puncta supposita irritum reddidit S1.* m) ymbre *P2.* n) *post* r *litteram eras. B.* o) aureas *S1.* p) ymber *P2* q) amphiaraum *S1. P2*; antiaraum *B.* r) prodit ob *B.* s) aurum *B.* t) hectores *S1*: haectoris *P2.* u) vendedit *B.* v) achilles *S1. 2. P2.* w) h *S1*; hoc *S2. P2.* [a) v. 55.] x) fuerunt *B.* y) lumina *B.* z) vetare *B.* a) inclyte *P2.* b) litterularum *S1* (*priorem* t *emendans ex* u), *S2. P2.* c) t *priorem superscr. S2.* d) *post* lin *ras. B.* e) causas *B.* f) animosas *B.* g) g *ex* q *corr. S2.* h) farre pingi *B*; farro *S1.* i) cavallos *S2. P2.* k) acomolando *B.* l) ut *B. S1. 2. P2.* m) recepta *B.* n) fugitivę *S1. 2. P2*; fugitibe *B.* o) adque *B.* p) *in ras. B.* q) troiugenarum *S1. 2. P2.* r) inclita *S2.*

1) *Iuvenal. Sat. II, 43:* vexantur leges ac iura. 2) *Verg. Aen. III, 55:* Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro Vi potitur. 3) *Cf. p. 185 n. 1.* 4) *Iuvenc. I, 650:* terrenam linquite curam. 5) *Cf. p. 184 n. 18.*

612?-615?

Nomine Saffo[a]
Versibus istis
Dulce solebat
Edere carmen[1].
Si tibi cura
Forte volenti
Carmina[b] tali
Condere versu[c],
Semper ut unus
Ordine certo
Dactilus[d] isthic[e]
Incipiat pes;
Inde sequenti
Parte trocheus
Proximus illi
Rite locetur[f]
Sępe duabus
Claudere[g] longis
Ultima versus
Iure licebit[2].
Tu modo, frater
Alme Fidoli[h],
Nectare, si vis[i],
Dulcior omni[k],
Floridiora
Dactilicorum[l]
Carmina linquens
Fribula[m] nostra
Suscipe lętus.
Sic[n] tibi Christus,
Arbiter orbis[o] [3],
Omnipotentis
Unica prolis[p],
Dulcia vitę
Gaudia reddat,
Qui sine[q] fine[4]
Nomine[r] patris
Cuncta gubernans
Regnat in ęvum[s].

Haec tibi dictaram morbis oppressus acervis[t],
Corpore quos fragili[u] patior tristique senecta;
Nam dum pręcipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad olympiadis ter senos[v] venimus annos.
Omnia prętereunt, fugit inreparabile tempus[w] [5];
Vive, vale[6] laetus tristisque memento senectę[x].[7]

11.

Columbanus adhortatur iuvenem amicum quendam, ut caducas huius vitae res spernens aeternam vitam capessat. *(612?—615?)*

Codd. Z (fol. 159), S3.

Edd. Goldast, Paraenet. vet. I, 146 (G). — Fleming, Columbani opusc. p. 180; Max. bibl. Lugd. XII, 36; Gallandi, Bibl. patr. XII, 356; Rossetti, Bobbio illustr. II, 145; Migne, Patrol. lat. LXXX, 283 et 293[a].

---

a) sapho *S1. 2;* sappo *P2.* b) carmine *S1. B.* c) versus *B.* d) dactibus *S1.* e) *ante* e *ras. B;* istic *S1. 2. P2.* f) lucetur *B.* g) re *in ras. S2.* h) fedoli *S1. 2. P2.* i) nobis *pro* si vis *S1. 2. P2.* k) omnis *B.* l) doctiloquorum *S1. 2. P2.* m) frivola *S1. 2. P2.* n) si *B.* o) or *in ras. S2.* p) proles *S1. 2. P2.* q) si *P2.* r) numinae *S1;* numine *S2.* s) regant in aevum *add. alia manus in S1.* t) acerbis *S2. P2.* u) flagili *S1.* v) senę *S2. P2.* w) *versus 163 sequitur versum 164 in P2.* x) haec tibi — memento senectę *(vv. 160—165) om. B; add.* finit *S2.*

11. a) *Columbanum huius epistolae auctorem superscriptione in S3 praemissa indicari notat G p. 153.*

1) *Verg. Cu. 145:* Carmina . . . edunt; *Ovid. Tr. II, 541:* Carminaque edideram. 2) *Verg. Ci. 335:* cum iure licebit. 3) *Sedul. C. P. IV, 165:* arbiter orbis. 4) *Verg. Aen. I, 279:* Imperium sine fine dedi. 5) *Cf. p. 182 n. 2; Verg. Ge. III, 284:* fugit irreparabile tempus. 6) *Horat. 2. Sat. V, 110:* vive valeque; *1. Epist. VI, 67:* Vive, vale; *Auson. Epist. XXIV, 13:* Vive vale. 7) *Ovid. Art. III, 59:* Venturae memores iam nunc estote senectae.

Mundus iste transibit[a],
Cotidie decrescit[b].
Nemo vivens manebit,
Nullus vivus remansit.
Totum humanum genus
Ortu utitur pari
Et de simili vita
Fine cadit aequali[c]:
Differentibus[d] vitam
Mors incerta subripit[1],
Omnes superbos vagos
Meror mortis corripit;
Quod pro Christo largiri
Nolunt. omnes avari
Inportune[e] amittunt[f]:
Post se colligunt alii;
Parvum ipsi viventes
Deo dare vix audent:
Morti cuncta relinquunt;
Nihil de ipsis habent.
Cotidie decrescit
Vita praesens quam amant:
Indeficiens manebit
Sibi poena quam parant.
Lubricum quod labitur
Conantur[g] colligere
Et hoc quod se seducit
Minus timent credere:
Ioh. 3, 19. 'Dilexerunt tenebras
Tetras magis quam lucem'.
Imitari contempnunt
Vitae Dominum ducem.
Velut in somnis regnant[h]:
Una hora laetantur[i],
Sed aeterna tormenta
Adhuc illis parantur;
Caeci nequaquam vident,
Quid post[k] obitum restat
Peccatoribus, impiis
Quod impietas praestat.
Cogitare convenit
Te haec cuncta, amice. 612?-615?
Absit tibi amare
Huius formulam vitae[2]:
Omnis est[1] caro foenum, Cf. Eccli. 14, 18.
Flagrans licet, florida, Cf. 1. Petr. 1, 24.
Sicque quasi flos foeni
Omnis eius[m] gloria.
Orto sole[3] arescit
Foenum et flos deperit;
Sic est omnis iuventus,
Virtus cum defecerit.
Pulchritudo hominum
Senescens delabitur;
Omnis decor pristinus[n]
Cum dolore eraditur[o].
Vultus Christi radius
Prae cunctis amabilis
Magis diligendus est
Quam flos carnis fragilis.
Caveto, filiole[p],
Feminarum[q] species,
Per[r] quas mors ingreditur,
Non parva pernicies.
Plerique perpessi sunt
Poenarum incendia,
Voluntatis lubricae[s]
Nolentes dispendia.
Poculum impiissimae
Noli umquam bibere;
Inde multos plerumque
Vides laetos ridere:
Nam quoscumque videris
Ridere inaniter,
Scito, in novissimis
Quod flebunt amariter.
Conspice, carissime,
Sic esse libidinem
Ut morsum mortiferum,
Quod[t] vincit dulcedinem.
Noli pronus pergere
Per viam[u] mortalium:

---

a) transivit *Z. S3.* b) crescit *Z. S3.* c) aequale *corr. in* ęquale *Z.* d) *ita coniecit pro* deferentibus *G.* e) inoportune *Z. S3.* f) ammittunt *Z.* g) conantes *S3.* h) regnent *S3.* i) lętentur *Z.* k) postea *G.* l) enim *Z. S3.* m) est *G.* n) pristinos *Z.* o) omnis — eraditur *om. G.* p) cavete filioli *Z.* q) seminare *G.* r) *om. G.* s) lubricis *Z.* t) qui *coniecit G.* u) vias *C.*

1) *Pseudo-Seneca de moribus (Publilii Syri Sentent. rec. Friedrich p. 87) 10a:* Omnes differentes vitam mors incerta praevenit. 2) *Auson. Parent. IV, 19:* Non ignota tibi nostrae quoque formula vitae. 3) *Horat. 2. Epist. I, 112:* orto Sole.

612?-615?

Qua[a] multis evenisse
Conspicis naufragium.
Perge inter laqueos
Cum suspensis pedibus,
Per quos captos ceteros
Incautos conperimus[1].
De terrenis eleva
Tui cordis oculos;
Ama amantissimos
Angelorum populos.
Beata familia,
Quae in altis habitat,
Ubi senex non gemat,
Neque infans vagiat[b],
Ubi laudes[c] Domini
Nulla vox retinetur[d],
Ubi non esuritur,
Ubi numquam sititur,
Ubi cibo superno
Plebs caelestis pascitur,
Ubi nemo moritur,
Quia nemo nascitur,
Ubi aula regia
. . . .[e],
In qua male resonans
Nulla vox audita est,
Ubi vita viridis
Veraque futura est,
Quam nec mors[f] nec meroris
Metus consumpturus[g] est.
Laeti leto transacto
Laetum regem videbunt:
Cum regnante regnabunt,
Cum gaudente gaudebunt.
Tunc dolor, tunc taedium,
Tunc labor delebitur,
Tunc rex regum, rex mundus
A mundis videbitur.

a) quam *Z. S3;* per quas *coniecit G.* b) vagitat *Z.* c) laudis? d) retinet *G.* e) *hic* caelestis pascitur *e versu 102 mendose repetitum est.* f) mortis *Z. S3.* g) *ita G;* metu consumptura *Z.*

1) *Horat. 1. Epist. XVI, 50:* Cautus enim metuit . . . Suspectos laqueos.

V.

DESIDERII EPISCOPI CADURCENSIS EPISTOLAE.

Unicus codex nobis servavit Sancti Desiderii episcopi Cadurcensis diversorumque ad eum datas epistolas. Est codex[1] *San Gallensis 190, membranaceus saec. IX, formae in octavo longiori, paginarum 356, a pluribus exaratus librariis, ab iisdem etiam correctus. Paginam primam implet apium benedictio*[2], *quam denuo in pagina 37 invenimus. In pagina secunda legitur index vetustus, qui sine dubio ex eodem exemplari, cuius hic codex est apographus, est repetitus. Incipit autem:* Hic codex Landoni Uede Leobo abbatis. continet *etc. Nostrae epistolae Desiderianae sic ibidem indicantur:* Deinde epistularum librum unum domni Desiderii episcopi. Item epistulas diversorum ad eundem domnum Desiderium, *et paginas 278—328 occupant. Sunt a tribus exaratae librariis, quorum primus usque ad p. 302, 3, id est usque ad verba epistolae primae libri secundi:* Semper in dirigendis apicibus beatitudo vestra solvit *munere suo functus est. Hunc excepit alter usque ad finem epistolae quartae eiusdem libri. Tertius denique usque ad finem libri opus continuavit. Lemmata in primo libro inveniuntur ita comparata, ut in singulis lineis litterae vel rubrae vel nigrae, formae quidem quam dicimus uncialem, positae sint. Eodem quoque modo lemma epistolae primae in libro secundo exaratum est, lemmata trium epistolarum sequentium rubris tantum litteris factae sunt. Inde ab epistola quinta libri secundi lemmata desiderantur, cum rubricator taedio affectus spatia vacua non impleverit. Librarii satis bene scripserunt, vitia haud multa, statimque correcta ita ut rarius quaedam sint neglecta. Textus qualis exstat, barbarismis scatet, quae utrum epistolarum auctoribus an librariis sint adscribendi dubitari potest. Ex his pauca tantummodo libet afferri. Invenies igitur* a *cum accusativo II, 17:* a plures; ad *cum ablativo (saepius) I, 6:* ad adspectu, *I, 9:* ad observando illo minasterio; coram *cum accusativo I, 14:* coram angelos sanctos; cum *cum accusativo I, 1:* cum ipsos, *II, 17:* cum reliquos fratres et conprovinciales vestros; de *cum accusativo (saepissime) I, 1* de id, *I, 3:* tam de nos servos vestros quam et de cunctos fideles; per *cum ablativo II, 2:* per vestro consilio et efficacissimo adiutorio, *II, 17:* per qua; pro *cum accusativo I, 1* pro studia, pro nostram exiguitatem. *Accusativus saepe pro ablativo ponitur, exempli gratia I, 1:* cum ipsos habebamus conglutinata amicitia *II, 1:* magnitudinis molem victus; *accusa-*

1) *Cf. Scherrer, Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen, p. 68 et Krusch in Mon. Germ. Auct. antiq. VIII, p. LXXI sqq.* 2) *Cf. Ewald, Neues Archiv VIII, 356.*

tivus pro dativo I, 2: Grimoaldo maiorem domus; *ablativus pro accusativo I, 3:* aeterna remuneratione percipiatis, *II, 5* memorato diacono vestro. *Caeterum confunduntur, ut illorum barbarorum mos est,* e *cum* i, i *cum* e, o *cum* u, u *cum* o. *Aspiratam invenies in:* hima, habundavit, homni; *desiderabis in:* ortatu, inerere (inhaerere), esterno, odie. *Saepius scribitur* b *pro* v, *exempli gratia:* iubes, faborem, adiubari; v *pro* b *offendes in:* constavit. *Similia praetermitto, lectorem harum rerum curiosum ad textum ipsum remittens.*

Epistolae omnes carent notis temporum, ita ut quando singulae scriptae sint semel vel bis terve tantum statuere possimus. Accedit quod episcopi, ad quos vel a quibus sunt datae epistolae, propter fontium nostrorum tenuitatem rarius certis sunt adscribendi annis, item rerum gestarum commemorationes in his epistolis rarae sunt eaeque plerumque aliis testibus non confirmantur. Vita quoque Desiderii[1]*, quae non multo post mortem sancti viri composita est, etsi quaedam scitu digna afferat, tamen plus vitae morumque sanctitatem celebrat quam ut augeat nostram saeculi septimi scientiam. Desiderius episcopus Cadurcensis effectus est 630. April. 8, obiit autem 655. Nov. 15*[2]*. Intra hos annos pleraeque sunt scriptae epistolae, paucae tantummodo restant eius temporis, quo Desiderius etiamtum in habitu laici conversatus est.*

Addere libet indiculum secundum ordinem litterarum digestum et eorum, ad quos Desiderius epistolas suas dedit et quorum ad Desiderium sunt datae epistolae.

Desiderii epistolae.	*Diversorum epistolae.*
Abbo episcopus I, 9.	*Abbo ep. II, 13.*
Aspasia abbatissa I, 14.	*Aviulfus episcopus II, 3.*
Caesarius episcopus I, 13.	*Bertegyselus abbas II, 2.*
Chlodulfus episcopus I, 8.	*Chaenulfus II, 14.*
Dado (Audoenus) episcopus I, 10.	*Constantius et Dado episcopi II, 4.*
Dagobertus I rex I, 5.	*Constantius episcopus II, 15.*
	Desiderius episcopus II, 9.
	Elegius episcopus II, 6.
Felix episcopus I, 15.	*Felix ep. II, 21.*
Grimoaldus maior domus I, 2. 6.	*Gallus episcopus II, 20.*
Modoaldus episcopus I, 7.	
	Palladius episcopus II, 18.
Paulus episcopus I, 11.	*Paulus ep. II, 11. 12.*
	Rauracius episcopus II, 7.
Salustius episcopus I, 1.	
Sigebertus III rex I, 3. 4.	*Sigebertus rex II, 9. 17.*
Sulpicius episcopus I, 12.	*Sulpicius ep. II, 1.*
	Verus episcopus II, 5. 16. 19.
ad diversos II, 8.	

Codicem San Gallensem in usus Societatis nostrae olim evolvit vir b. m. Wegelin; tum W. Wattenbach v. cl., denique ipse eum Berolinum benevole missum accuratissima, qua fieri potuit, solertia contuli anno 1875.

W. Arndt.

1) *apud Labbe, Bibliotheca nova manuscriptorum, I, 699 - 716. Collationem codicis Parisini olim a Waitzio b. m. factam adhibui.* 2) *Cf. Krusch, Zur Chronologie der Merovingischen Könige in Forschungen zur deutschen Geschichte XXII, p. 472.*

LIBER I.

I, 1.

Desiderius pro benevolentia sibi praestita gratias agens Salustio (Agennensi) episcopo quaerenti nuntiat, se et ab amicis optimatibus principibusque bene acceptum esse et cum Flavado eius familiari firmam amicitiam iniisse. 630-655 *(630 ante Apr.)*

Edd. Canisius Lect. ant. V, 526 (Thesaur. I, 636). — Freher, Corpus p. 212; du Chesne, Franc. SS. I, 875; Bouquet, Rec. IV, 36; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 247.

DOMINO[a] SANCTISSIMO ATQUE PRAE OPIMIS MIHI IN CHRISTO DILIGENDO SALUSTIO[1] PRAESULE DESIDERIUS VESTER.

Multiplices et ineffabiles vestrae beatitudini pro inquisitionis studia vel eulogiarum praecepta benedictione gratiarum iura persolvimus, et quamlibet indigni, optamus Domini pietatem, qui nobis citius locum tribuat vestrae gratiae serviendi. Illud namque, quod zelo zelati estis pro nostram exiguitatem, non obmittites sollertiam egregi et nobilis pastoris, dum viriliter et vigilanter agere adortatis. Utinam etenim in nobis divina pietas perficere dignaretur, quia ille recte vigilat, qui ad aspectu veri luminis et intimae contemplacionis semper oculos apertos geret. Qua de re necesse est, ut mentem semper ad interiora et sublimia suspendamus, nec per turporis neglegentiam ad hima trahamur. Igitur de id, quod sollicitudo vestra sciscitare studuit, vestra dilectio conpereat, omnes obtimates et principes, iuxta quod antea cum ipsos habebamus conglutinata amicitia, gratias Christo, qui est bonorum omnium dispensator, satis amabiliter nos reciperunt, et nos eos eatenus in Dei nomen retenemus, ut caritas mutua nunquam decidat, sed aucta magis in dies floriscat. Et cum amico vestro Flavado firmiter et amabiliter in caritate consoledati sumus. De cetero vero satis et cum plenissimo affectu, ut praefati sumus, pro tantae inquisicionis vestrae dilectionem gratias agimus. Salutamus preterea vestram almitatem eo affectu, quo vobis[b] latere non ambigo, et supplex quaeso, ut pro mea extremitate pio Domino dignetis exorare.

Vale, vir Dei, et memento mei.

I, 2.

Desiderius Grimoaldo maiori domus Lupum abbatem ad Sigebertum III. regem adducendum et monasterium sancti Amandi a se nuper aedificatum tuendum commendat rogatque, ut et de eius propinquorumque et regis salute certior fiat.

(post 644—655.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 527 (Thesaur. I, 636). — Freher, Corpus p. 212; du Chesne, Franc. SS. I, 876; Bouquet, Rec. IV, 37; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 249.

I, 1. a) *praecedit in cod. inscriptio:* Incipiunt epistulae domni Desiderii episcopi Cadurceni ad diversos porrectae nunc ad Salustinum episcopum. b) nobis *cod.*

1) *Episcopus Agennensis est; cf. Vita S. Desiderii cp. 15, ap. Labbe, l. c. p. 707. Haec epistola eo fortasse tempore scripta est, quo Desiderius iussu Dagoberti I. regis Massiliae 'praepositi administrationem' rexit, id est: 629 Martio — 630; cf. Vita S. Desiderii cp. 4, apud Labbe l. c. p. 701.*

639-655 DOMINO[a] INLUSTRI ET A NOBIS PECULIARIUS SUSPICIENDO[b], DOMINO ET IN CHRISTO FILIO GRIMOALDO MAIOREM DOMUS DESIDERIUS PECCATOR.[1]

Non ignotum vobis famulum ac bene cupientem cupio esse commendatum. Adest enim frater noster, Lupus abba, cuius mentem agni cupio agminibus interesse. Iste ad vos redivivo Desiderio perget et postulat, se nostris affatibus commendari, quatenus cum vestra industria gloriosi principis domni Siggeberti regis optutibus representet. Age ergo virum egregiae mihique patrone et istum habe, ut supra petii[c], per omnia sodalem, quatenus gaudeat se nostris apicibus vestrae eminentiae commendatum. Interea salute uberi fusa precor inpense, ut iuxta quod ipse suggesserit conditiones monasterii nostri, quem nuper in honore sancti Amanti[2] aedificavi, digneris recipere per omnia commendatas, et talem exinde curam geratis, ut aeternam retributionem pro conlata benefitia expectetis. Dignamini etiam expectationem nostram de vestra ac domni regis salutem patrumque vel fratrum vestrorum reciprocante nos pagina consolare.

Manu propria: Incolomem excellentiam vestram superna pietas tueatur.

I, 3.

Desiderius Sigebertum III. regem patris (Dagoberti I.) mortui regno potitum salutans exhortatur. *(post 639 inc.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 527 (Thesaur. I, 637). — Freher, Corpus p. 213; du Chesne, Franc. SS. I, 876; Bouquet, Rec. IV, 37; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 249.

DOMINO[a] GLORIOSISSIMO, TRIUMPHALI PALMATE CORONATO, SANCTAE CATHOLICAE ECCLESIAE FILIO SIGEBERTO REGI[b] SERVUS VESTER DESIDERIUS GADURCAE URBIS EPISCOPUS.[3]

Dum et contigit de praecelso domno nostro, genitore vestro, quod nec pietati vestrae tam cito fuerat optabile[c], vos, reverentissime domine, tam de nos, servos vestros, quam et de cunctos fideles integram dignamini habere mercedem, ut, quos genitor vester pię enutrivit, vester rigor aequanimiter portet. Et dum vos Deus omnipotens sua pietate in regni solio sublimavit et tantum vobis dedit prudentiae intellectum, praesumimus conmonere celsitudinem gloriae vestrae, ut semper[d] protectoris[4] vestri memoriam in intimiore corde reteneatis. Semper cogitetis, quid post regni sceptra futuri estis et ad qualem remunerationem pro operum qualitate venietis. Nos pro epistulae parcitate modicum quid meminemus. Vos taliter in omni opere, in omni causa, in omni iuditio vosmetipsos exhibete, ut, quando perfidi reges cum iniquis damnantur, vos pro bonis operibus aeterna remuneratione percipiatis[e].

I, 2. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Grimaldum. b) suscipiendo *cod.* c) petrii *cod.*

I, 3. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Sigibertum regem. b) reḡ *cod.* c) aptabile *cod.* d) sei... *cod.* e) explicit *sequitur in cod.*

1) *Hanc epistolam a Desiderio paulo ante obitum suum scriptam putat Mabillonius lib. 14. Ann. Benedict. Num. 33.* BOUQUET. 2) *Sine dubio illud monasterium, quod exstructum narrat V. S. Desiderii cp. 11, postea S. Gery nominatum.* 3) *Epistolam hanc aeque ac sequentem mox post mortem Dagoberti (639. Ian.) regis fuisse scriptas verisimile est.* 4) *id est: Christi. Ergo non est corrigendum: progenitoris.*

I, 4.

Desiderius pro litteris acceptis gratias agens Sigeberto III. regi supplicat, ut ipsum eadem gratia, qua (Dagobertus I. rex) eius pater, prosequatur, excusatque, quod, in urbem suam reversus antequam illum viderit, salutandi causa nuntium miserit; cui petenti satisfaciens rex de salute sua ipsum edoceat. *(post 639 inc.)* 630-639

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 528 (Thesaur. I, 637). — Freher, Corpus p. 213; du Chesne, Franc. SS. I, 877; Bouquet, Rec. IV, 37; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 250.

DOMINO[a] GLORIOSISSIMO ATQUE PIISSIMO, UBIQUE PRAECELSO SANCTAE ECCLESIAE FILIO SYGGEBERTO REGE DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI ATQUE PER GRATIAM EIUS CADURCAE URBIS EPISCOPUS.

Quod nos pia sollicitudine litteris dignati estis consolare, insufficiens est mens nostra gratiarum iura persolvere. Qua de re singulare postulatione crededi deposcendum, ut ea me dignatione iubeatis peculiarius confovere, qua domni genetoris vestri circa meam pusillulam exiguamque personam habita est gratia familiaritatis. Volui quidem sic obtemperare, ut non prius ad urbem redirem, donec, si potuisset fieri, vestri culminis praeclaram celsitudinem vidissem. Sed quia hoc difficile fuit, ideo nunc latorem presentium commendare praesumo[b]. Per quem officia salutationum digne culmini vestro honore persolvens, quaeso, ut peticiones ipsius in effectu positas, me de vestrae excellentiae incolomitate dignetis facere certiorem.

I, 5.

Desiderius, contubernii puerilis memor, Dagobertum I. regem, qui ipsum episcopum Cadurcensem constituerit, orat, ut iustitia usus causam quandam Cadurcensis ecclesiae diiudicet. *(630 Apr. 8 — 639 Ian.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 528 (Thesaur. I, 637). — Freher, Corpus p. 213; du Chesne, Franc. SS. I, 877; Bouquet, Rec. IV, 38; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 250.

DOMINO[a] GLORIOSISSIMO ATQUE PIISSIMO, UBIQUE PREFERENDO, UNDIQUE PRECELSO, SANCTAE ECCLESIAE CATHOLICAE FILIO, DAGOBERTO REGE DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI ET VESTER FIDELIS.

Cum plerumque pro conditiones ecclesiasticas me necessitas conpellat ad celsitudinem culminis vestri apices diregere, ipsa tamen recordatio contubernii et dulcido auspicatae indolis pubertatis monet, ut frequenter, si fieri possit, me exiguum famulum sollertissimis obtutibus vestris praeoptem praesentari. Qua de re, salutationis obsequia eo quo decet honore praelata, quaeso, ut de conditiones Cadurchae ecclesiae, cui Deo auctore ex iussu vestro praesedeo, pro quas nunc praesentium latores apicum ad excellentiam dominationis vestrae festinant, pro divino respectu vel iustitiae contemplatione integra mercede studeatis habere, sollertissimo libramine[b] causam trutinate, et qua iustitiam perspicitis ponderare, illuc sententiam declinate. Nec solum de hac re, sed omni tempore, de omni conditione sententiam regis iustitia praecedat

I, 4. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii episcopi ad domnum Siggebertum regem. b) praesummo *cod., priorem* m *per puncta irritam reddens.*

I, 5. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii episcopi ad domnum Dagobertum regem. b) liberamine *cod.*

630-656 et veritas. Iuditium quoque misericordia comitetur propter illud apostoli: 'Iuditium
Iac. 2, 13. sine misericordia erit ei, qui non fecerit misericordiam'. Age ergo, praecellentissime princeps, mi domine Dagoberte, age taliter, ut, dum singularem inter homines regni apicem obtines, ad aeterni regni singularem gloriam sine confusione adtingere possis. Me quoque non superfluum iudices[a] pro pia commonitione, sed amantem mente ames pro salubri exhortatione[b].

I, 6.

Desiderius Grimoaldo maiori domus a nuntio suo ore proprio declarata efficienda mandat et exoptans, ut ille eadem gratia ac (Pippinus) pater eius ipsum amplectatur, se et ecclesiam suam commendat et ab eo concedente petit, ut de eius fratrumque et regis salute quidque novi sit in illa regione edoceatur. *(post 644—656 Febr.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 529 (Thesaur. I, 638). — Freher, Corpus p. 214; du Chesne, Franc. SS. I, 877; Bouquet, Rec. IV, 38; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 251.

DOMINO[a] INLUSTRI, TOTIUS AULAE IMMOQUAE REGNI RECTOREM GRIMOALDO MAIOREM DOMUS DESIDERIUS EXIGUUS SERVUS DEI.[1]

Pagellari offitio suggero, ut harum portitorem apicum commendatum dignetis recipere et, queque ore proprio suggesserit, effectui iubeatis mancipare. Et quia copio me vestris animis eo ordine conmendare, quo parentum vestrorum affectu sum unico devinctus, precor, ut illam gratiam genetoris vestri erga me tenere dignetis, qua me vobis faciat placabilem et vestram mihi praestet semper obtabilem. De condiciunculas etiam ecclesiae nostrae et pauperum suorum singulari mercede studete habere, easque per omnia habete conmendatas. Nos quoque in sinu gratiae vestrae, non ut meremur, sed ut optamus atque confidimus, paterno confovite affectu. Et si de hoc, quod suggessimus, sperata conceditis, simul et de vestra ac domni regis vel fratrum vestrorum incolomitate, aut queque[b] nos scire recte censitis, quod in illa regione agitur, rescripti nos seriae dignamini certificare.

Incolomem vitam vestram superna pietas tueatur.

I, 7.

Desiderius Medoaldum Trevirensem episcopum, eius beneficia in se eodem anno exsulem collata recordatus, rogat, ut preces pro ipso fundat et Claudium abbatem nuntium munuscula afferentem bene recipiat et de sua suorumque et regis salute rescribat.

(630 — c. 639.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 530 (Thesaur. I, 638). — Freher, Corpus p. 214; du Chesne, Franc. SS. I, 878; Bouquet, Rec. IV, 38; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 251.

DOMINO[a] SEMPER SUO MEDOALDO[2] PAPAE DESIDERIUS PECCATOR.

Si gratiarum iura benefitiis vestris reconpensare voluero, non sapiam pro illa scilicet supereminentia bona, quae anno praesenti erga nos largitas vestra deseminare

---

a) indicetis *prius rad. corr. cod.* b) explicit *sequitur in cod.*

I, 6. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Grimoaldum praepositum palacii. b) queq *cod.*

I, 7. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Medoaldum Trevericae urbis episcopum.

1) *Epistola fortasse eo tempore, quo Grimoaldus maiordomus effectus est, scripta est.* 2) *vel Modoaldus. Eum archiepiscopum Trevirensem fuisse inter annos 627—639 existimatur; cf. Rettberg Kirchengeschichte Deutschlands I, 466, Friedrich Kirchengeschichte Deutschlands II, 196.*

studuit, pro inpensas videlicet superfluentes, pro iterantium multimodas necessitates. 630-655 Nec solum famulantium oportuna subsidia non pauca misistis, sed etiam nosmet et expensis et muneribus ampliastis. Implesti, beatę pater, largitatis offitium, sustenuisti peregrinationem nostram, conpassus es laboribus nostris, et longe a solo patrio positos ita paterno affectu fovisti, ut nec regionis ubertatem nec parentum dulcidinem ex inopia desiderarent. Dominus noster Iesus Christus, in cuius amore id inpendisti, tibi pro nostra extremitate retributor existat. Nunc igitur famulatus mei iura persolvens supplico, ut, quem tunc beneficiis consolasti, nunc orationibus beneficio iubes. Latorem preterea praesentis officii filium communem Claudium [1] abbatem recipere per omnia commendatum, et munuscula, quae ex nobis intulerit, grato animo habetote. Cum se de mundo oportunitas contulerit, de vestra et domni regis vel fratrum ac filiorum vestrorum mereamur incolomitate rescripti seriae consolari.

I, 8.

Desiderius pro beneficiis sibi exsuli tributis Chlodulfo, Deum cum aeterno praemio remuneraturum esse, promittit et nuntium ecclesiamque suam commendat.

(630—655.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 530 (Thesaur. I, 638). — Freher, Corpus p. 214; du Chesne, Franc. SS. I, 878; Bouquet, Rec. IV, 39; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 252.

DOMINO [a] INLUSTRI ET A NOBIS PECULIARIUS SUSPICIENDO DOMINO ET IN CHRISTO FILIO CHLODULFO [b] [2] DESIDERIUS PECCATOR.

In sancti apostoli Pauli dictis scriptum habetur: quod 'ubi habundavit peccatum, Rom. 5, 20. superhabundavit gratia'. Iam quantum me hactenus de vestra gratia dolui contristatum, superhabundare me de vestra gratulor caritate. Non enim itineris illius, quo aetate sum gravata confectus, iam quadam doloris memoria ducor, cum recolo, quanta erga me dulcido vestra est pia voluntate diffusa. Unde gratulatione maxima praesentem paginam ad dominacionem vestram distinavi, per quam salute uberi fusa precor Dominum, ut magis magisque suam in vobis tribuat largitatem pietatis ac bonis faciat successibus habundare. Et quia scriptum legimus: 'Generatio rectorum benedicitur', tu, Ps. 111, 2. vir excellentissime, benedictiones [c] paternas semper memoriae vivacitate conserva et, si qua sunt, vel quod [d] monuit vel quod egit, quasi ante oculos presentaneo retene memoratu. Multa enim sunt de eius gestis tuis auribus recordanda, quae si gestis adicias vitae huius et intenta meditatione conserves, ille orationibus donabit utique nunc faborem, quo probabiliter probe polleas et, istinc cursu feliciter auspicato, paternis muneratus praemiis adiungaris. Interea, quamquam necessarium esse non ducam, latorem praesentis offitii multa devotione conmendo, et, ubi quod aut iste dixerit aut

---

I, 8. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Chlodulfo episcopo [op *cod.*]. b) Chodulfo *cod.* c) benedictione *cod.* d) quo *cod.*

1) *Est abbas abbatiae Cadurcinae, quam Desiderius ipse aedificavit in honorem S. Mariae virginis; cf. Vit. S. Desiderii cp. 11, l. c. p. 706.* 2) *Chlodulfus, filius S. Arnulfi Mettensis, inter domesticos Sigeberti III. in diplomate, quod a. 648 adscribitur, nominatur (MG. DD. I, 23). Num idem sit ac Chlodulfus domesticus, cuius meminit diploma Childerici II a. 667 (MG. DD. I, 28), dubium est. Ceterum episcopus Mettensis factus esse circa annum 656 putatur. Adhuc vir saecularis erat, cum epistola haec scripta esset, fortasse iam maior domus effectus. Epistolam demum post mortem S. Arnulfi (641 Aug. 16) scriptam esse existimem, si non repugnet peregrinatio, quam eandem ac in praecedente epistola commemoratam putes.*

630-655 aditum cognoscitis oportunum, condiciones patroni vestri beati Stefani, cuius administrationem gerere videor, habete receptas et per omnia commendatas, ut ipsi domini rerum, quibus vice nostri redemptoris servire videmur, ipsi vobis inpendia aeterna conpensent ac supplimentum suae tribuant largitatis.

I, 9.

Desiderius Abbonem (Mettensem) episcopum commonens, se in aula Chlotharii II. regis enutritos alterum alterum adiuvisse, ei nuntium et ecclesiam suam afflictam commendat. *(630—644.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 531 (Thesaur. I, 639). — Freher, Corpus p. 215; du Chesne, Franc. SS. I, 878; Bouquet, Rec. IV, 39; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 253.

DOMINO[a] SEMPER[b] SUO ABBONE[1] PAPAE DESIDERIUS PECCATOR.

Dum lator praesentium apicum ad observando illo minasterio iussus accedit, et quia necesse est, vestro eum patrocinium commendemus. Igitur famulatus mei offitia persolvens supplico, ut eum sicut famulum gratia pietatis vestrae recipiat commendatum et de condiciunculas domni Stefani, undecumque fuerint exortas, adhibete sollicitudinem, sicut me de vestra gratia confidere, ut credo, nullatenus ignoratis. Non enim a me docendus es, quid in nostris supplimentis et ecclesiae, cui servimus, vel pauperum eius opportunitatibus praestis, quid vigilando prospicias, quidve experientiae actionis adtribuas. Nosti omnia, omniaque non ambiges, quibus laboribus urguimur, quibusque fatigamur aerumnis. Hoc solum cupimus te velle, nam posse daturus est ille, sub cuius nomen nos praesidio et favore teneri gaudemus. Rogamus ergo, ut istum famulum batum optarem[c] frequenter, si possibilitas adrideret, sacris vestris interesse conloquiis, ut, sicut nos sub saeculi habitu in contubernio serenissimi Flothari[2] principis mutuis solabamus[d] relevare fabellis, ita iam nunc illa ad plenum deposita vanitate dulcia Christi liceret ruminare praecepta. Sed quia, sicut mens anhelat, effectus sequi non praevalet, hoc sufficiat dicere, dum[e] favore vestrae caritatis non mediocriter sum recreatus. Proinde gratissima efusa[f] salutatione peroro, ut, quem tunc et affatibus bonis et benigna caritate consolastis, semper in memoriam vestri ut[g] vobis intimum teneatis latorem, praeterea presentis officii vobis, qua valeo insinuatione, commendo et precor, ut in omnes condiciones, quas exerit, benignum iubeatis praebere favorem, et per ipsum, vel quandocumque aditus extiterit, de vestra felicitate mereamur certificari.

Vale, vir Dei, et memento mei.

I, 10.

Desiderius, post longa tempora occasione usus, a Dadone (Rotomagensi) episcopo petit, ut, memor societatis suae in aula (Chlotharii II.) regis cum Elegio (Noviomensi

---

I, 9. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Abbonem. b) seper *cod.* c) *locus valde corruptus. An cogitandum sit ex verbis* batum optarem *nomen proprium esse restituendum? Fortasse autem legi potest* beatum optarem, *interiectionis instar ad modum.* d) solebamus *ed.* e) dnm̄ *cod.* f) gratissimae fusa *cod.* g) i ut *in loco raso cod.*

1) *Abbo vel Goericus erat episcopus Mettensis ab anno 627(?) — 644 Sept. 19.* 2) *Chlotarii II.*

episcopo) initae, germanis suis (Rustico et Siagrio) vita defunctis, sed Paulo (Virdunensi) et Sulpicio (Bituricensi) episcopis substitutis, amicum se praestet. *(641—655.)* 630-655

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 532 (Thesaur. I, 639). — Freher, Corpus p. 215; du Chesne, Franc. SS. I, 879; Bouquet Rec. IV, 39; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 253.

SANCTO[a] AC PREFERENDO APOSTOLICO PATRE DADONI[b] [1] PAPAE DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dum plurima tempora elabuntur, quod praesentiam vestram videre nequimus, nunc inmensa se gratulatio menti obiecit, dum aliquatenus vel post diutina intervalla sese opportunitas praehibuit, qua vel pagellari offitio me vestris conspectibus praesentarem. Igitur debito obsequio humiliter exhibeto illud peculiarius peroro, ut, quem quondam in ipso flore primevae iuventutis unico mihi amore prebuisti, semper concedere digneris illum meum Dadonem. Maneat pristina inter nos atque illum tuum, immo nostrum Elegium[2] inconvulsa caritas, indisiuncta, ut fuit quodam, fraternitas. Mutuis nos iubemur[c] praecibus, ut, quemadmodum in aula terreni principis socii fuimus, ita in illo superni regis caelesti palacio simul vivere mereamur. Et licet de nostro collegio duos iam amiserim germanos[3], habemus pro his venerabilem Paulum[4], nec minus praedicabilem meretis Sulpicium[5]. Quisquis igitur nostrum quantum plus praevalet, tanto amplius profectuum grados conscendere elaboret. Ad haec autem predico, plus me vestris orationibus, quam meis viribus adtingere posse confido. Tantum est, ut indesinenter vos orare dignetis, et pietas domini nostri Iesu Christi, credo, praestabit, quod rogatis.

Vale, vir Dei, et memento mei.

I, 11.

Desiderius invitat Paulum (Virdunensem) episcopum, ut cum aliis episcopis convocatis dedicationi basilicae monasterii sui intersit. *(630—648.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 533 (Thesaur. I, 639). — Freher, Corpus p. 216; du Chesne, Franc. SS. I, 879; Bouquet, Rec. IV, 40; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 254.

DOMINO[a] SEMPER SUO PAULO EPISCOPO DESIDERIUS PECCATOR.

Iam credo ad aures tuas perlatum, qualiter monasterium construere coeperim et basilicam iam inibi, Domino cooperante, consummatam habeam. Proinde rogo atque invito apostolicam dignationem vestram, ut ibidem ad dedicationem interesse dignemini. Et cum nos ibidem in Dei nomen viderimus aliquantis simul diebus conmorantes, de illa perenni ac desiderabili vita, de qua mutuo suspirare solebamus, familiaria conloquia desidero, ut habeamus. Alios etenim plures episcopos interesse faciemus, qui nos vel exemplo iubent vel ortatu roborent. Quorum nos contubernio non mediocriter oppinor adiubari. Veni igitur, carissime, quantum longius, tantum

I, 10. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad domnum Dadonem episcopum. b) dadoñ *cod.* c) iuvemus *ed.*

I, 11. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad domnum Paulum episcopum.

1) *Dado vel Audoenus est episcopus Rotomagensis 640—683.* 2) *episcopum Noviomensem 641—659/65.* 3) *Rusticum et Siagrium; cf. Vita S. Desiderii cp. 1. 4. 5.* 4) *episcopum Virdunensem 626?—647? (vel 648?).* 5) *episcopum Bituricensem 624—c. 642.*

630-650 velocius, ut post diutinam corporis absentationem tandem refocilemur mutua confabulatione. Aderit, credo, Dominus de se concionantibus, adstabit orantibus, nec nos deseret umquam, qui[a] passus est pro nobis, de sede venire paterna.

Orantem te pro nobis potentia domini nostri Iesu Christi conservare dignetur.

I, 12.

Desiderius precibus Sulpicii (Bituricensis) metropolitani sui episcopi se commendat. *(630—c. 642.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 533 (Thesaur. I, 640). — Freher, Corpus p. 216; du Chesne, Franc. SS. I, 880; Bouquet, Rec. IV, 40; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 254.

SANCTO[a] PATRIARCHAE SULPICIO DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Condecet primae sedis antestitem, ut sollers circa eum consacerdotum exhibeatur sollicitudo, ut, dum vicissim iura caritatis glutinantur, facilius deitatis consorcio inter-
Cf. 2. Cor. 6, 16. esse mereantur. Iuxta illud, quod sacratissimo eximii vates ore pollicitur: Ego, inquid,
Matth. 18, 20. inhabitabo in eis et inter illos ambulabo, nec non et Domini dictum: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, et ego in medio eorum.' Quapropter, papa beatissimae, vestra sit elaboratio, ut pertinatia, quae plerumque inter fratres serpit, vestro libramine[b] radicitus evelatur. Nam nostri erit studii solacia opportuna praebere. De caetero prece, qua valeo, supplico, ut quotiens ad exorandam Domini clementiam defixa mente adsistites, nostri memoriam sacris precibus interseratis. Haec nimirum facientes, vicem nobis in praesentiarum rependites. Qui quamvis non sicut oportet oramus, orandi tamen instantiam non omittimus.

Memento mei, papa beatissimae, et cultoris tui merita orationibus fove.

I, 13.

Desiderius, cum civitas fontis aqua indigeat, a Caesario (Arvernensi) episcopo petit, ut, quos habeat, artifices ad aquam tubis subterraneis ducendam aptos sibi mittat. *(630—650.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 534 (Thesaur. I, 640). — Freher, Corpus p. 216; du Chesne, Franc. SS. I, 880; Bouquet, Rec. IV, 40; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 255.

DOMINO[a] SEMPER SUO CAESARIO EPISCOPO DESIDERIUS PECCATOR.

Desiderabilia nobis gaudia eveniunt, quotiens se aditus praebet, quo pusillitatis nostrae litteras almitati vestrae possimus dirigere. Ideoque praelata occursionis obsequia fraterna caritate monemus, ut causas, unde mutua fuit confabulatio, id est, de id, quod ad profectum animae pertinere noscuntur, toto conatu omnique adnisu elaboretis adsequere, sicut e contra illa, quae evidenter saluti animae obsunt, tota virtute stu-
1. Cor. 13, 7. deatis fugire. Et quia 'caritas omnia suffert', sicut nos videtis de vestra salute sollicitudinem gerere, ita vos quoque de nostra exiguitate dignamini sollicitare, ne, quod

a) desecr&um quam qui *cod.*

I, 12. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad domnum Sulpicium. b) liberamine *cod.*

I, 13. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad domnum Caesarium.

absit, culpa quaelibet, nobis latens, vicinis propaletur, et nobis quandoque in obiectionem 630-655 ponatur. Praeterea credo, quod nec vobis lateat, qualem egestatem de aqua, quam fons prebeat in hac Cadurcina civitate, habemus. Sed voluntas nobis inest, si possis[a] permittit, ut per tubos ligneos subterraneo officio ad ipsa civitate aquam ducere debeamus. Proinde, quia novimus, quod peritos ex hoc artifices haberes, precamur, ut conpendium nobis de ipsos faciatis. Et unde iubetis, nos plenissimę reservimus. Agat apostolica dignatio vestra taliter, tam de prelata monitione, quam et de ultima suggestione, sicut nos in omnibus efficaciter de parte vestra confidimus.

Incolomem pontificatum vestrum divina pietas custodiat.

I, 14.

Desiderius Aspasiam abbatissam docens exhortatur. *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 535 (Thesaur. I, 640). — Freher, Corpus p. 217; du Chesne, Franc. SS. I, 880; Bouquet, Rec. IV, 41; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 255.

DESIDERIUS[a] EPISCOPUS ASPASIAE ABBATISSAE SALUTEM.

Lacrimis tuis hactenus motus, hanc tibi historiam[1] de evangelio egregiae illius femine distinavi. In ipsam[b] quippe divinam consolationem repperies et timorem. Consolationem quidem, quoniam qui de peccati onere resipiscet, hanc animam pia Domini benignitas non refutat. Timorem ideo, quia anima, quae accedit ad servitutem Dei, continuo ad temptationes sustinendas se fortiter paret, dicente Salomone: 'Fili, accedens Eccl. 2, 1. ad servitutem Dei, sta in timore et prepara animam tuam ad temptationem'. Gaudium quidem est in tuis lacrimis, et exultatio fit in caelis, dum ipsa sponte damnas, quod male sponte contraxeras. Absit enim, ne, sicut Eva seducta est per serpentem, ita tu ad redivivas miserias cupias revertere. Ergo[c] conpaciatur anima tua dolori meo, ut ego possim vulnere sanato laetificari de bono tuo. Age paenitentiam, quantum melius potes: et 'omni custodia serva cor tuum'. Confido ego in domino meo Iesu Prov. 4, 23. Christo, quia cito obliterabit omnem maculam tuae confessionis bona confessio. Vigila assiduae et ora, ut nullatenus retrorsum respicias. Memento quid Veritas dicat: Nemo, Luc. 9, 62. ait, ponens manum in aratro et respiciens retro, aptus est regno caelorum. Respicere autem retro nihil est aliud quam penitere quemquam et abicere, quod coeperit, bonum et rursum mundialibus negotiis implicare. Recordare etiam uxoris Loth, quod utique Domini specie actenus per evangelium paenitentibus fuisse noscitur protestatus. Ergo in hac historia continetur et magnus paenitentiae fructus et impletum[d] in caelis gaudium coram angelos sanctos, cum illa, quae fuerat ante peccatrix, meruit suis lacrimis promereri spem salutis. Oro ergo et per dominum meum Iesum Christum te obtestor, ut non des amplius diabulo locum, sed in ieiuniis et obsecrationibus et vigiliis te instanter inpendas. Et quantum sentis te hominum distitutam praesidio, tantum tibi divinum adesse flagites adiumentum. Iterum ac sepius moneo, ut haec a[e] te historia frequentius relegatur. Et in tantum pro te insta, ut etiam pro me apud Dominum te credam posse aliquid obtinere.

---

a) *id est possibilitas.* Possis *hic pro nominativo ponitur; cf. Lib. II, 13:* iuxta quod Deus possem dabat.
I, 14. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad quandam sanctimonialem. b) ipsā *cod.* c) ego *cod.* d) impetum *cod.* e) ad *cod.*

1) *Respicit historiam in evangelio Lucae cp. 7, 37—50 narratam.*

I, 15.

630-655 *Desiderius litteris tristibus acceptis a Felice (Lemovicensi, ut videtur) episcopo, negans sua culpa factum esse, ut gratiam eius amiserit, petit, ut male suadentes aspernatus caritatem antiquam restituat et huius rei causa gerulum epistolae istius audiat. (630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 536 (Thesaur. I, 641). — Freher, Corpus p. 217; du Chesne, Franc. SS. I, 881; Bouquet, Rec. IV, 41; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 256.

DOMINO[a] SEMPER SUO FELICE[1] PRESOLE DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ante dies aliquot quidam frater litteras vestras nobis exhibuit, plenas doloris et maestitiae. Quarum tetra superficies nihil serenum nihilque iocundum vel ad caritatem pertinens innuebat[b], siquidem a sumis ad ima usque molestae exiciales quaerimoniae ibi inerant, et forsitan mea negligentia, non tamen mea culpa ita[c] confectae. Non enim reor me hactenus adeo fuisse vestra offensa pulsatum, ut huiusmodi iurgia pontificalia viscera replerentur. Et licet vestrae aures viperea infusione subplete serpentis erumperent sibilum, nostra tamen precordia praecepta Christi meditabantur in arcanum. Et quamvis serpentina austutia iurgiorum propinaret venena, ego tamen, ut de vestra essem caritate depulsus, magis merendo dolebam. Proinde precor propensius, si in me remansit actio culpae, vestra pia almitas intercedat, ut sententiae adverse prorsus advertar. Sin autem sueta me ambiunt accusacione vexare, contuendum censeo et a vestra censura opto fore cavendum, ut aures vestras viperina venena ac velut Serenarum cantu lętalis sibilus non infundat. Ego me vestrum, non ut opinor, iniusto iudicio subdo. Vos perpensa ratione tractate, ut indemnem nequaquam damnare[d] dicere iubeatis. Quapropter salute humillima praecor effusa, ut, quia dudum me quamlibet minorem, iudicio tamen parem esse duxistis, non nos separet virosa et pertinax audacia suadentum, quos pia hactenus et salutifera caritas nectere iussit. Ego itaque, ac si supra vires fari queat, iussioni non obsisto, dummodo a vestrae dignationis gratia non avellar[e]. Quod minus inutilis stili exaravit inpressio, affatu latoris praesentium est ore conmissum. Ipsum diligenter auscultate, et tunc vere cognoscites, quantum vobis honoris reservet. Date igitur veniam, date gratiam, date piam affatus copiam, ut, qui pro Christi exemplum ante vestra vestigia capud humilem subdet, non conculcandum, sed potius elevandum vestra pia bonitate se putet. Certe multo melius est cum humilibus in conspectu Dei exaltari, quam cum superbis humiliari[f].

I, 15. a) *lemma in cod.:* Item epistula domni Desiderii ad Felicem Narbonae urbis episcopum. b) innuebant *cod.* c) itio *cod.* d) temere *coniec. Canisius.* e) avellat *cod.* f) *sequitur in cod. subscriptio:* Finit dictio sancti Desideri episcopi.

1) *Felix est, ut videtur, episcopus Lemovicensis; nam inter Narbonenses Felix non commemoratur.*

LIBER II.

II, 1.

Sulpicius Bituricensis episcopus conquestus, se Desiderium longe a sua sede remotum visere non posse, laudat eum, quod in litteris scribendis diligentem se praebeat. (630 — c. 642.) 629-c. 642

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 540 (Thesaur. I, 644). — Freher, Corpus p. 218; du Chesne, Franc. SS. I, 882; Bouquet, Rec. IV, 42; Migne, Patrol. lat. LXXX, 591.

DOMNO[a] SEMPER PROPRIO ATQUE APOSTOLICA SEDE COLENDO, DOMNO DESIDERIO CADURCAE URBIS PONTIFICE SULPICIUS BITORIGE URBIS EPISCOPUS.

Excitavit animum parvitatis meae eximia dulcido magnitudinis tuae, ut pontificalem sacerdotii vestri laudem insignem vel ex parte tenuem praesumam disserere[b] sermonem. Sed universa subito virtus defecit in verbis, quem exsuperavit tantae materia dictionis, et, dum inmensa tantarum anagnusticorum studia animo librante[c] pensarem, ipsius magnitudinis molem victus subcubui. Unde meo saltim voto satisfeci, acsi vestro implere suffragio non valui. Libens tamen, qui aliud nihil dominationi vestrae prodesse appareo, sed vos semper pietate consueta tanti habetis inquisitionem nos velle frequenter visitare. Unde inprimis incolomitatem vestram inquirentes, quod optamus potius tam motum corporis quam linguae mutuo sermone conplere, dum regionum longinquitas non discrepat aspectum, nisi tantummodo fraudat terrarum interiectionis spacium, et ipsum tamen dilectio cernit intuitum, cum figurat animos recordatum. Ergo nihil perdet absentiam, quod praesentialiter laborabit praesentiam. Semper in dirigendis apicibus beatitudo vestra solvit oficium, ut plus debeat reddendum agminis famulatum, quam meritis consideret debitorem. Auctorem caeli praesumimus postulare[d], ut vestram iubeat praetendere vitam cursibus annorum longebam dignetur tempore longo, cuius nunc locuplex servatur nomini mundus et diu[e] firmatus notantia culmina rerum, vel dilapsa magis solidata resurgunt.

Istud manu propria fecit: A tuis[f] temporibus vestrae gratiae servire merear, mihi peculiaris domine.

II, 2.

Bertegyselus abbas Desiderio thesaurario optans, se per Dulcidium diaconum missum de salute Dagoberti regis et Desiderii laetum nuntium accepturum esse, supplicat, ut causae suae contra Phylippum patricium ministeriales suos retinentem agendae succurrat, illumque, num apti sint servi, quos Desiderio iubenti 'ad opera dominica' miserit, interrogat. (629 ex. — 630 Apr. 8.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 541 (Thesaur. I, 644). — Freher, Corpus p. 218; du Chesne, Franc. SS. I, 882; Bouquet, Rec. IV, 43; Migne Patrol. lat. LXXXVII, 257.

II, 1. a) *praefigitur in cod. lemma:* Incipiunt epistule diversorum pontificum ad domnum Desiderium datae; *nunc:* Epistula domni Sulpicii ad domnum Desiderium. b) dissere *cod.* c) liberante *cod.* d) *sic ad. manu corr. ex* postolare *cod.* e) *sic ex* dio *corr. ead. manu cod.* f) an *multis?*

629-655 DOMINO[a] INLUSTRI ET A NOBIS SUMMA DILECTIONE COLENDO ATQUE CUM OMNI REVERENTIA NOMINANDO, DOMINO DESIDERIO THESAURARIO BERTEGYSELUS ABBA[1].

Licet libenter ac frequenter nostros missos pro sciscitanda incolomitate gloriosi domni Dacoberti regis debeamus dirigere, his tamen diebus specialiter direximus famulum vestrum Dulcidium diaconum ad vestram sollertiam, ut per vestram instantia et de sospitate domno debeat sollicitare et de vestra nos incolomitate possit testificare. Sicque[b] de ambas partes, ut cupimus, votiba nobis gaudia valeat denuntiare[c]. Et licet placitum cum Phylippo patricio illuc ante ipso domno habemus, pro eo quod ministeriales nostros post se retinere videtur, unde petimus, ut praesens frater per vestro[d] consilio et efficacissimo adiutorio, vos per omnia tuentes et insinuantes, ipsa causa valeat efectum perducere. De pueros ętiam, quos ad opera dominica per vestra ordinatione direximus, si aliquid faciunt, quod domno sit placitum, vestra insinuatione[e] discamus.

Annis multis divina potentia vitam vestram ad ornatum vel consolationem multorum conservare dignetur, domine semper meus peculiaris patrone.

II, 3.

Auiulfus (Valentinensis) episcopus Desiderio culpam suam excusans Dructulfum clericum eius de Hispania receptum mittit ecclesiamque suam commendat. (641—655.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 541 (Thesaur. I, 645). — Freher, Corpus p. 219; du Chesne, Franc. SS. I, 883; Bouquet, Rec. IV, 43; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 258.

DOMINO[a] SANCTO ET APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO DOMNO ET PATRI DESIDERIO[b] PAPE AUIULFUS PECCATOR.

Unde nobis iussistis, et nos sanctitatis vestre innotuimus, clericum vestrum nomen Dructulfo per amicum nos de Spania recepimus, ipsum nunc per presente misso[c] vobis direximus. Culpas precamur[d], ut excusata[e] sint et ipse de cetero emendatus ressedeat. Domni pietas si ista nobis concedit, grande nobis fiducia de sua gratia facit. De cetero quod praesens missus vobis suggerit pro condiciones nostras domnus obtemperare dignetur et ad efectum perducat, ut melius nobis delectet, cousque audivimus, vestro semper servicio inerere. Salutare quidem non audeo, sed deprecor sanctitatem vestram, ut pro me umillimum vestrum in sacris oracionibus vestris memores esse dignemini.

II, 4.

Constantius (Albigensis) et Dado (Rotomagensis) episcopi Desiderio nuntiant, cum Godenus 'filius' eius, licet ab eo iussus promiserit, tamen apud Cariatonem et Mauri-

---

II, 2. a) *lemma in cod.:* Item epistola Bertigisli abbatis ad domnum Desiderium, cum adhuc laicus in palacio degeret. b) siq; *cod.* c) *sic corr. ead. manu ex* denont. *cod.* d) vestre *cod.* e) *sic corr. ead. m. ex* insinoatione *cod.*

II, 3. a) *lemma in cod.:* Epistula Auiulfi episcopi ad domnum Desiderium. b) desidesiderio *cod.* c) miso *cod.* d) *super* u *est* v *scr.* e) sata *ex* sta *corr.*

1) *Ubi fuerit abbas, ignoratur.*

num comites non stiterit, sed per Flavianum dilationem petierit, se ipsos ab eo epistolam 630-647 *Desiderii iubentis depoposcisse.* *(640—647.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 542 (Thesaur. I, 645). — Freher, Corpus p. 219; du Chesne, Franc. SS. I, 883; Bouquet, Rec. IV, 43; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 258.

DOMNO[a] SEMPER NOBIS PROPRIO ET POST DEUM PECULIAREM PATRONE DOMNO DESIDERIO PAPE· CONSTANCIUS[1] ET[b] DADO EPISCOPI.

Secundum quod per literas vestras insinuastes, et iusta quod filius vester domnus Godenus mandaverat, credimus, quod esterno ad illo monesterio venisset. Sed dum dabo odie, aput Cariatone et Maurino commitem videre minime possumus. Flavianus autem denunciavit, ut quinta ferea[c] aput ipsum iungamur. Et quia lesionem nobis inferre cupit, epistolam sanctitatis vestre ad ipsum deposcimus, ut, dum nostra fiducia tutamur[d], vestra auctoritate in omni parte muniamur. Prelata prius debita salutacionis obsequia, rogamus inpense, ut pro nostra parvitate exorare dignetis nosque semper in sinu gracie vestrae confovendus[e] reteneatis.

Annis multis vobis servire mereamur, beatissime papa.

II, 5.

Sulpicius (Bituricensis) episcopus per Desiderium Cadurcensem episcopum certior factus, ob iniuriam a Perricio (Rutenensi) diacono hominibus eius illatam placitum indictum esse, iubet Verum Rutenensem episcopum, si diaconus ille evocatus obœdire cunctetur, eum sibi cum indiculo tradendum curare. *(630 — c. 642.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 542 (Thesaur. I, 645). — Freher, Corpus p. 219; du Chesne, Franc. SS. I, 883; Bouquet, Rec. IV, 43; Migne, Patrol. lat. LXXX, 593.

DOMINO[a] SANCTO ET APOSTOLICA SEDE COLENDO FRATRI VERO RUTENTE[2] URBIS EPISCOPO SULPICIUS PECCATOR.

In quantum nobis vir apostolicus, domnus Desiderius, Cadurce urbis episcopus per litteras suas enotuit, grave iniuria homines sui a Perricio diaconus vestro in parrocia sua Arronnaco pertulerunt. Et audivimus, quod Aprilis Kal. vobiscum exinde placitum debeat habere. Propterea salutantes caritati vestrae rogamus, ut taliter adversus domno Desiderio ordinetis emendari, si cognuscites, quod superius scriptus[b] diaconus exinde neglegens est, qualiter vestra est prudencia, et si hoc fortasse ipse dicat, obaudire distulerit, et taliter si non emendatur, qualiter domno Desiderio voluntas est, non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis supra scriptus pontifex denuntiaverit, memorato[c] diaconus vestro per fideiussores una cum indicolo vestro ante parvitatem nostram faciatis dirigerę. Interim nos exemplar aepistulae apud nos retenemus.

Petimus vestrae dulcissime sanctitati, ut in sanctis orationibus vestris nos memores esse dignetis.

II, 4. a) *lemma in cod.:* Epistula Constantii et Dadoni episcoporum ad domnum Desiderium. b) e *cod.* c) firea *cod.* d) fiduciatitutamus *cod.* e) graciciestre confovendus *cod.; ante* i *priorem tertia* i *superscripta videtur.*

II, 5. a) *praemittitur lemma:* Sulpicii ad Verum Rutente episcopum. b) scripsit *cod.* c) to *erasum, sed, ut videtur, recipiendum; sequitur* rit *erasum.*

1) *episcopus Albigensis, qui a. 647 obiisse putatur.* 2) *id est: Rutenensis, Rodez.*

II, 6.

630-655 *Elegius (Noviomensis) episcopus Desiderio oranti se commendat et salutem dicit suo nomine et Dadonis (Rotomagensis) episcopi, utriusque sodalis.* *(640—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 543 (Thesaur. I, 646). — Freher, Corpus p. 220; du Chesne, Franc. SS. I, 883; Bouquet, Rec. IV, 44; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 259.

DOMNO[a] SEMPER SUO ATQUE APOSTOLICO PATRE DESIDERIO PAPAE ELEGIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Quociens aditum scribendi graciae vestrae repperimus, totiens nobis comolum gaudii videtur adcriscere. Quapropter[b] cum salutationis officia illud propensius pre cunctis conditionibus deposco, ut, quotienscunque inter mundanas sollicitudines mens ad statum quietis praevalet adtingere, memoriam parvitatis nostrae sacris precibus vestris subiungere non omittatis. Quod nequaquam credo, ut nostri oblivio ullatenus apud vos[c] cadat, ut nec vestra apud nos umquam finiscere[d] novit. Sed non incongrue arbitravi rediviva commonitione eadem ingerrere, cum nimirum constet, quod nulla in praesenti seculo causa ita mentem stimulet, quemadmodum vitae perpetuae et beata iustorum patria Desiderii inmensitatae viscera mentemque sollicitet. Quamobrem congruit, ut, unde quisque adtencius cogitat, inde fręquentius et loqui studeat. Proinde, mi unanimes pia viscera Desiderii, memento semper Elegii tui, cum preces Domino fundes. Et quamvis nos terrarum[e] interpositio longe ab alterutrum separet, nec querant nos subinde corporalis coniunctio sociari, Christu[f] semper simul versemur et ita vivere elaboremus, ut non post longum spacium anima simul et corpore sociemur sociatique in aeternum vivamus. Quod exoratus fideliter ac[g] frequenter praestabit, credo, nobis clementissimus dominus Deus noster Iesus Christus, cui gloria in aeterna secula. Amen.

Saluto te supra[h] modum sincerissimo affectu, salutat et Dado fideles utrorumque sodales.

II, 7.

Rauracius (Nivernensis) episcopus Desiderio Mummolum presbyterum et Garimundum servos suos exactionum causa Cadurcam missos commendat supplicatque, ut Gregionnacum curticellam illam suam immunitate praeditam in tuitionem recipiat. *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 543 (Thesaur. I, 646). — Freher, Corpus p. 220; du Chesne, Franc. SS. I, 884; Bouquet, Rec. IV, 44; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 259.

DOMNO SEMPER SUO ATQUE APOSTOLICO PRĘSOLE DESIDERIO EPISCOPO RAURACIUS PECCATOR.

Cum humillima salutationis officia commendo apostulatui vestro servellos vestros Mummolo presbytero et Garimundo, quos ad urbem vestram et ad hospiciolum vestrum Gregionnaco sive Albares descriptionem mancipiorum inquirenda direximus. Supli-

---

II, 6. a) *sic corr. rad. ex* dnus *cod.* b) quiapp *cod.* c) ullarentur puduos *cod.* d) feniscere *prius cod.; statim corr. est.* e) nocterrarum *cod.* f) $\chi\overline{pu}$ *cod.; an* spiritu *legendum?* g) ad *cod.* h) *sequitur* te *superscriptum.*

camus, ut commendatos ipsos recipere dignetis, et, ubi ipsis necessitas extiterit, vestro auxilio in omnibus mereantur haberę, ut, quod eclesiae vestrae Nervernensi ex ipso agro iustissimę redebetur, per eorum inquisitionem vel vestro solacio perderę non debeamus. Simulque suggerimus, ut de ipsa curtecella vel hominibus inibi consistentibus sub vestra defensione tamquam propria familia dignetis haberae receptos et commendatos, ut de iudicum infestacione, sicut et emmunitas nostra ex hoc continet, liceat eis vivere cum quietem. His obtentis, precamur, ut redeuntibus famulis de vestrae felicitatis gaudia litteris nos iubeatis letificari. 630-655

Orate pro nobis, domine[a] semper peculiares atque apostolicę papa.

II, 8.

Desiderius Cadurcensis episcopus omnibus in Hispania res publicas et ecclesiasticas agentibus Antedium presbyterum suum cum servo comitante eo missum commendat. *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 537 (Thesaur. I, 642). — Freher, Corpus p. 218; du Chesne, Franc. SS. I, 881; Bouquet, Rec. IV, 42; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 258.

DOMINIS[a] SANCTIS ET CUM SUMMA VENERACIONE MEMORANDIS, DOMNIS EPISCOPIS ET ABBATIBUS, NEC NON ET SUBLIMIBUS ATQUE MAGNIFICIS VIRIS, COMITIBUS, TRIBUNIS, DEFENSORIBUS, CENTENIS ET HOMNIBUS PUBLICA VEL ECLESIASTICA CURA AGENTIBUS DESIDERIUS SERVUS SERVORUM DEI, URBIS CADURCAE EPISCOPUS.

Quaesomus, domni, ut pro nobis orare dignemini et harum portitorem Antedium presbyterum una cum puero iteneris sui comitem commendatum recipiatis. Quia non, ut multi giroaci, circumvenciones pretendit, sed pro racionabile peregrinacione Hispaniarum provinciam petit. Agite[b] itaque, ut a nullo inquietetur[c] neque paciatur iniuriam, set magis vestro aditu in antea proficiscatur securus. Propicii recenseatis, domni semper nobis.

II, 9.

Sigebertus III. rex Desiderio litteris per Bettonem abbatem missis interroganti respondet, et se ipsum valere et regnum suum florere, atque petenti quiddam se satisfecisse nuntiat. *(634 inc. — 655.)*

Edd. Canisius Lect. ant. V, 544 (Thesaur. I, 646). — Freher, Corpus p. 220; du Chesne, Franc. SS. I, 884; Bouquet, Rec. IV, 45; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 260.

SANCTO ATQUE APOSTOLICA SEDE DIGNISSIMO HONORUM TITULIS PRAEFERENDO DOMNO ET IN CHRISTO PATRI DESIDERIO PAPAE SIGGEBERTUS REX.

Culminis vestri paginam deferente venerabile viro Bettone abbate una cum sanctis eulogiis vestris me cum summo gaudio conperite suscepisse. De id vero scripsistis, ut, quam prospere nos divina pietas degere permittebat, vobis insinuare deberimus.

II, 7. a) dome *cod.*
II, 8. a) domini *cod.* b) lagite *cod.* c) inquier&ur *cod.*

630-655 Cognoscite, vestra intercedente oratione prospere hactenus Christo praesole consistimus, et gentes patriae, nobis a Deo concesse, pacifico ordine nobis oboediunt. Gentes etiam barbarę pagatismae nobis cohabitant. De condiciones vero vestras, unde iniuncxistis, taliter Christo adiuvante ad ęffectum perduximus, ut[a] vestra fuit iniunctio. Proinde cum salutationę devotissima petimus, ut pro nos domini nostri Iesu Christi misericordiam, ubi iugiter sedulas fundites pręces, exorare dignetis, ut sua largiente clemencia et hic pacifice vivere et ad aeternam vitam nos iubeat pervenire.

II, 10.

Sulpicius (Bituricensis) episcopus Desiderio pro litteris et muneribus die resurrectionis Domini oblatis gratias agit. *(630 — c. 642.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 545 (Thesaur. I, 647). — Freher, Corpus p. 221; du Chesne, Franc. SS. I, 885; Bouquet, Rec. IV, 45; Migne, Patrol. lat. LXXX, 594.

DOMNO SEMPER SUSPICIENDO ET CUM OMNI HONORE VENERABILITER NOMINANDO, DOMNO DESIDERIO PAPAE SULPICIUS PECCATOR[1].

Singularibus mysteriis pastoralem conpetenter implestis officium, eo quod ad nostram parvitatem sollicitudinis destinantis affectum, dum gaudium, quod nobis ipsius resurrectionis dominicae sollemnitates principale contulit, pastoralis visitatio geminavit, in qua uterque partes et benedictio in oblationes et affectio praefulsit in apices. Reddentes ergo munia sospitatis, optamus, ut multiplicatis annorum curriculis vestris mereamur et eulogiis recipi et affatibus benedici.

Annis innumeris vobis serviam, et prosperis perseverantibus polle, beatissimae papa.

II, 11.

Paulus (Virdunensis) episcopus Desiderium instigantem, ut in causa Bobilae cuiusdam matrisfamiliae aliquid agatur, ad gerulum suum reicit eique pro amplis muneribus missis gratiam habet. *(630—647?)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 545 (Thesaur. I, 647). — Freher, Corpus p. 221; du Chesne, Franc. SS. I, 885; Bouquet, Rec. IV, 45; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 260.

DOMINO REVERENTISSIMO, PALMA TRIUMPHALI DECORATO[a] AC PONTIFICALE NOMINE ADORNATO, PRAECELLENTISSIMO ECLESIAE SPECULATORE DESIDERIO PAPAE PAULUS PECCATOR.

Multa sum alacritate repletus, quia adoptatum desiderabilemque diem a divina miseratione promerui mellifluis reciprocis[b] vestris repperirę. Quas recensitas inmensas creatori[c] nostro egi praerogativas, quod incolomem vos esse cognovi. De id vero, quod ibi intimastis, ut de causa inlustris matrisfamiliae Bobilane[2] aliquid agere deberemus, qualiter exinde fecimus, praesentis latores officii vobis ore proprio edicere possunt.

II, 9. a) *deest cod.*
II, 11. a) decorata *cod.* b) repcis *cod.* c) cratori *cod.*

1) *Respondet Sulpicius, ut videtur, epistolae Desiderii I, 12 (supra p. 200).* 2) *cf. Vita S. Desiderii cp. 16 p. 709. Erat uxor Severi, filia Agyleni; cf. infra p. 210 epist. 13.*

Praeterea multiplices dominationi vestrae agimus gracias de eulogias sanctas, de Falerno nobilę, vel vascula decem, quae nobis tanti habuistis dirigere. Superexcrevit quidem et superabundavit benedictio largitatis vestrae adeo, ut, dum nos unam Falerni anforam deposcimus, vos eminencia vasa et, ut usitacius dicam, tunnas decem eligantissimi Falerni tanti habuistis dirigere. Nec solum his inopiae nostrae credidistes sufficere, sed etiam in multis adhuc excellentioribus donariis munificentiam[a] erga nos vestram studiistis augmentare, dilatare, supplere ac superexcedere. Unde pius Dominus vobis retributor et hic et in aeternum existat. Nos enim non sufficimus tantas almitati vestrae referrae nec pecunias nec gratias. Proinde in illum, qui sufficiens est, supra quam petimus aut intelligimus[b], largirae, in ipsum causam remunerationis vestrae committimus. Nos quoque in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris commendamus, nostram animam in suffragio vestrarum precum committimus. Nos sane, ut valemus, indesinenter pro vos orationi insistimus, ut vos Dominus undique gratiarum muneribus circumseptum ad coronam gloriae iubeat perducere, et nos per vestram intercessionem ad spem salutis et portum quietis dignetur admitterę vestrique sequipedam permittat existere. 630–632

Annis multis vobis, peculiaris domine, mereamur[c] servire.

II, 12.

Paulus (Virdunensis) episcopus Desiderii litteris per Frodolenum et Rucconem fratres acceptis respondet, (Dagobertum I.) regem per Virodunum Remos iter fecisse peractaque nativitate Domini inde ad Renum profecturum esse et Chainoaldum (Laudunensem) episcopum morti succubuisse, atque gratias agit pro beneficiis in se collatis.

(632.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 546 (Thesaur. I, 647). — Freher, Corpus p. 221; du Chesne, Franc. SS. I, 885; Bouquet, Rec. IV, 45; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 261.

DOMNO SEMPER SUO DESIDERIO PAPAE PAULUS PECCATOR.

Apices sancte dominationis vestrae rędeuntibus fratribus Frodoleno et Ruccone de Mettis accepimus, ubi nobis per singula pietas consueta instruere dignavit. Unde omnipotenti Deo gracias agimus, quod vos iuxta nostrum desiderium incolomem cognovimus. De regis condicione innotiscimus, nuper per Viredunum Remus pergit, ibique nativitatem Domini expectat. Inde autem Leuduno[1] accedit et inde in Masao[2] ac post ripa Reno pergit. Cognoscatis Chainoaldum[3] episcopum ictuatum et iam fati munus implisse. Ceterum ud ad vestra beneficia mentis oculos reflectam, nec si lingua[a] clamet ferrea, ud quidam poeta[4] ait, aut centena sonent spiramina, nullatenus potest[b] quis tanta narrare Dei magnalia, quantum eius in viscera vestra diffunditur gratia. Cf. Act. 2, 11. Nos praecipue nec factis possumus repensare nec verbo[c] explicare, quanta erga nos[d] dignatis inpenderę. Dominum tamen indesinentur oramus, ipse vobis pro nostra parvitate aeternus retributor existat et caelestia bona in perpetua beatitudine concedat.

Oratio me vestra sublevet, beate et venerabilis papa.

a) manificentiam *cod.* b) intellignus *cod.* c) *in* merear *corr. cod.*

II, 12. a) ligua *cod.* b) pot& *cod.* c) ver *cod.* d) *deest* in *cod.*

1) *Laudunum Clavatum (Laon)?* 2) *Pagus Mosanus (Maasgau).* 3) *Chainoaldus episcopus Laudunensis obiit a. 632.* 4) *Verg. Aen. VI, 625. 626.*

II, 13.

630-655 *Abbo (Mettensis) episcopus litteris primum per Chedenum, deinde per Babonem missis commonitus, ut Bobilae bona quaedam sua repetenti indulgeat, **Desiderium** in palatio regis enutritum et bene acceptum adhortatur, efficiat, ut de Rotovollo villa primo ab Agyleno, Bobilae patre, possessa, extremo a Dagoberto I. rege ecclesiae Mettensi vendita pactionem per Godenum delatam Bobila ineat.* *(630—644.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 546 (Thesaur. I, 648). — Freher, Corpus p. 222; du Chesne, Franc. SS. I, 886; Bouquet, Rec. IV, 46; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 262.

DOMNO SEMPER PROPRIO MIHI DESIDERIO APOSTOLICO PAPAE ABBO PECCATOR.

Litteras graciae vestrae tam per anteriores missos, qui cum filio vestro Chedeno venerunt[a], quam et qui postea cum Babone accepi, per quas praecepisti, ut de vestris Cf. Phil. 2, 13. condicionibus, iuxta quod Deus possem dabat, sollicitudinem gererem, Deo soli suffecit non latere, quia cum integra fide et prumtissima voluntate id adsecutus sum, et ordinationes dominicas infirmatas sunt, ut de res illas, quas leva tenebat praesentaliter Bobila revestita esse debeat. Nam per vestra gratia non nobis sine labore constavit. Tamen dum scimus, quod iusticia est, credimus de Dei piaetatae, quod sic per vestro prudentissimo consilio causa gubernetur, ut ad bonum perfectum perveniat. De villa autem Rotovollo, sicut scitis, domnus Dacobertus rex ipsam pro amplius quam quingentos solidos in luminaria ad basilicas Mettenses deligavit. Quia scitis, quod pater Bobilanę Agylenus hoc fratri nostro Vero episcopo vendedit; et postea servus tam ipsa porcione quam et illa alia, que meorum consortes tenebant, ipse Severus redemit, et domino Dacobertho una cum alia sua facultate deligavit. Vos vero taliter cum domna Bobila agite, ut exemplaria, quem per filio vestro germano meo Godeno[1] direxi, firmare debeat — vos enim et in palacio regis, ubi inutriti fuistis, bene cogniti estis —; quia melius est aliquid cum alio conpartirę, quam solus nihil haberę.

Annis multis de vestra gratia merear congauderae, domne semper meus.

II, 14.

*Chaenulfus supplicat **Desiderio**, ut, quo loco eum conveniat, dicat.* *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 547 (Thesaur. I, 648). — Freher, Corpus p. 222; du Chesne, Franc. SS. I, 886; Bouquet, Rec. IV, 46; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 262.

DOMINO CLEMENTISSIMO, PALMATA TRIUMPHACIONE DECORATO, PONTIFICALE OFFICIO CORONATO, DOMNO SEMPER MEO DESIDERIO PAPAE CHRISTIQUE SPECULATORE, CHAENULFUS VESTER.

In primis, quod nobis praecipuum et maximum est, salutare quidem non praesumo[a], deposco, ut nos, domne, in sanctis orationibus vestris domino Deo commendare dignemini. Deinde supplico almitati vestrae, ut domnus noster iubeat, ubi vestrum

II, 13. a) uenererunt *cod.*
II, 14. a) *sequitur* % est?

1) *iam memoratur supra p. 205 in epistola quarta huius libri.*

merçamur inpendere occursum. Et quia hoc devotio nostra desiderat, idemquae ordinate, ubi vestram[a] debeamus viderae praesenciam. 630-655

Orate pro nobis, domne et semper desiderabilis pater.

II, 15.

Constantius (Albigensis) episcopus Desiderio nuntiat, se de palatio regis revertisse et (Dagobertum I.) regem Moguntiaci versari, et supplicat, ut nativitatem Domini in sua civitate celebrare et quando veniat nuntiare dignetur. (632.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 547 (Thesaur. I, 648). — Freher, Corpus p. 222; du Chesne, Franc. SS. I, 886; Bouquet, Rec. IV, 46; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 263.

DOMINO SEMPER NOBIS PROPRIO APOSTOLICO PATRE DESIDERIO PAPAE CONSTANCIUS PECCATOR.

Cognoscite, domne, nos orationibus vestris incolomes de palacio remeasse, et regem modo Magancia esse[1]. Et pro quo litteras praecipue emisimus praecamur obnixe et tamquam pedibus vestris advoluti quaesumus, ut, si evenit, quod nativitatem Domini in territorio Alugense[2] celebrare deliberetis, sic vos merear in apostolato videre, ut in civitatula vestra Albige ipsa sollemnitate in Dei nomen celebrare debeatis, non me spernere, domne, non me despicere, non me rennuere, quominus in tanta sollemnitate non per te inlustretur, decoretur, ornetur ecclesia, et ex tuo sancto ore benedictionem populus accepere mereatur. Interim quaeso, denuntiate nobis, quam celerius ultra Tarne accedere deliberatis, aut ubi possimus, quod saepe[a] desideramus, vestram viderę praesentiam. Propterea enim de nativitate Domini de antea vobis suggessi, ut alii me[b] antecedere non possint, quia multi te desiderant, sed nemo plus quam ego, pater. Iterum iterumquae suggero et commemorare praesumo, ut non sic faciatis de ista nativitate Domini, sicut pridem, quando satis vos in domum haberę volui, set pecatis meis obtinerae non merui.

Annis multis vobis servire merear, domne Desiderii, semper suspiciendo pater.

II, 16.

Verus (Rutenensis) episcopus a Desiderio certior factus, Sulpicium (Bituricensem) episcopum synodum quandam in aliud tempus distulisse, respondet, se ipsum ei eadem bis nuntiasse. (630—655.)

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 548 (Thesaur. I, 648). — Freher, Corpus p. 223; du Chesne, Franc. SS. I, 887; Bouquet, Rec. IV, 47; Migne, Patrol. lat. LXXX, 445 et LXXXVII, 263.

DOMNO SEMPER SUO DESIDERIO PAPAE VERUS PECCATOR.

Iussorium vestrum accepimus una cum exemplaria de litteras domno Sulpicio, ubi domnus innotuit, quod istum placitum de isto synodo frater vester domnus Sulpicius

---

a) ves || *sic in fine lin. cod.*

II, 15. a) sa *cod.* b) alume *cod.*

1) *Secundum Fredegarii Chron. cp. 74 Dagobertus rex contra Winidos exercitum movens Moguntiaci commoratus est.* 2) *id est: Albigensi.*

630-655 alio tempore visus est inmutasse. Nos hoc graciae vestrae iam inotueramus per servo vestro Becobeno diacono et postea per misso vestro. Sed quia Deo volente domnus innotuit, quod mea suggestio contenebat, nos gratulati sumus, quod de vestra felicitate votiva gaudia meruimus cognoscerae. Interea reddimus profusum nostri famulatus officium, supplicantaes, ut pro nobis Domini misericordiam exorare dignetis et saepius nos de vestra iubete felicitate consolarae, quia Dominus novit omnipotens, quod ea, quae bona sunt, de vos semper audirę et viderae optamus.

Annis multis vobis servire merear, apostolicę pater.

II, 17.

Sigebertus III. rex edoctus, Desiderium a Vulfoleudo (Bituricensi) episcopo ad synodum evocatum esse, cum sibi delatum non sit, ubi et de qua re synodus fiat, illum ei interesse vetat. *(c. 644.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 548 (Thesaur. I, 649). — Freher, Corpus p. 223; du Chesne, Franc. SS. I, 887; Bouquet, Rec. IV, 47; Mansi, Conc. X, 783 et XI. App. p. 99; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 264.

DOMINO SANCTO ET APOSTOLICO IN CHRISTO PATRI, DOMNO DESIDERIO PAPAE SIGGYBERTUS REX.

Dum fabula currentę a plures et fidelibus nostris cognovimus, quasi vocati ab idemque patre nostro Vulfoleudo episcopo[1] sinodali consilio Kal. Septembris in regno nostro[2], ignoramus, in quo loco una cum reliquos fratres et conprovinciales vestros debeatis coniungere. Licet nos statuta cannonum et ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conservarunt, ita et nos conservare obtamus, tamen, dum ad nostra antea noticia non fuit perlatum, sic nobis cum nostris proceribus convenit, ut sine nostra sciencia synodalis concilius in regno nostro non agatur, nec ad istas[a] Kal. Septembris nulla coniuncio sacerdotum ex his, qui ad nostram dicionem pertinere noscuntur, non fiatur. Postea vero oportuno tempore, si nobis antea denuntiatur, utrum pro statu ecclesiastico an pro regni utilitate sive etiam pro qualibet rationabile condicione coniuncio esse decreverit, non abnuimus. Sic tamen, ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem. Proinde praesentia scripta sanctitati vestrae distinare curavimus, per qua petemus, ut pro nos orare dignetis et ad istam coniunctionem, priusquam nostram cognoscatis voluntatem, paenitus accederę non debeatis et ut certius credatis, hunc indicolum manu propria subter subscripsimus.

Syggibertus rex subscripsi[a].

II, 18.

Palladius (Autissiodorensis) episcopus Desiderio hospitiola sua in civitate Cadurcensi sita, Bagidonem cum Chromatia, cuius presbyter Deotherius iam episcopus Santonensis sit, Pastoriacum, Bassiacum, Alevernacum, commendat. *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 549 (Thesaur. I, 649). — Freher, Corpus p. 223; du Chesne, Franc. SS. I, 887; Bouquet, Rec. IV, 47; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 264.

II, 17. a) nec ad distas *cod.* b) sub *cod.*

1) *successore Sulpicii Bituricensis. Sulpicium inter annos 642—644 obiisse verisimile est.* 2) *id est Austrasiorum; cf. de hoc concilio Gérard, Histoire des Francs d'Austrasie, I, 359, qui nostram epistolam a Grimoaldo maiore domus scriptam fuisse censet.*

DOMNO SUO DESIDERIO EPISCOPO PALLADIUS EPISCOPUS. 630

Pro intuitu fidei et unitate sacerdotum quam ecclesiarum ubique deffusarum[a] spero ad pietatem vestram, ut hospiciola, quascumque in Cadurco ecclesia nostra videtur haberae, hoc est, Bagidone, Pastoriaco, Bassiaco et Alevernaco, vobis cum omnem rem, mancipiis vel terris, aud quicquid ad iure nostro pertenit, salvo iure ecclesiae nostrae, vobis in omnibus commendamus; ita ut ab hodierna die omnes de parte nostra, qui in supradicta urbe commanent, sint[b] vobis commendati, et quoscumque de nostra praesentia hic diregimus, vestra ordinatione, secundum quod decet, in omnibus potiantur. Similiter ubi Chromatia in re ecclesiae Bagidone commanet, quia frater suus Deotherius presbiter[c] actos ecclesiae Sanctonicae[1] egit, et nunc ipsa Cromatia, qui ibidem per beneficium praecaturiae manerae videtur, sic eam cum homni re sua iubeas defensare, quomodo et de Deum mercidem habeas, et nos vobis gracia[d] subplicationis agamus. Et per diem retributionis et adventum domini nostri Iesu Christi adiurans rogo, ut, sicut de affectione sanctae anime vestrae confidimus, sic integram dignaetis adhiberae sollicitudinem, ut[e] omnes iuris nostri homines, qui in urbe vestra commanent, una cum antafata Cromatia, pia vestri protectione in omnibus mereantur promereri. Salutacionum itaque iura persolvens, supplico, ut pro mea exiguitate orare dignemini. Et ut certius nostra supplicatio habeat effectum, propria manu subter subscripsi[f].

Palladius peccator hunc mandatum meum relegi et subscripsi[g].

II, 19.

Verus (Rutenensis) episcopus Desiderio per Leodoaldum diaconum nepotes suos commendat. *(ante 630.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 550 (Thesaur. I, 649). — Freher, Corpus p. 224; du Chesne, Franc. SS. I, 888; Bouquet, Rec. IV, 48; Migne, Patrol. lat. LXXX, 445 et LXXXVII, 265.

DOMINO INLUSTRO ET A NOBIS PECULIARIUS SUSPICIENDO, PIO DEI CULTORE, DOMNO DESIDERIO OPTIMATE VERUS PECCATOR.

Accedente filium nostrum Leodoaldum diaconum, oportunum duximus, ut dominationem vestrae caritatis inquirere deberemus, cum sciamus devotionem sanctae animae vestrae bona semper de parte nostra optare, praesertim cum nos vestro prae omnibus patrocinia potiamur. Propterea salutantes eminenciam vestram rogamus, ut, sicut dudum[a] patrocinia vestra elegimus et hactenus nos defensio protectionis vestrae insigniter munivit, ita nunc quoque de conditiones nepotum nostrorum, unde praefatum vobis suggerere rogamus, talem sollicitudinem atque instantiam adponatis, unde, sicut nos vobis sumus, ita ipsos quoque adquiratis per omnia debitores. Reduce etiam antefacto de vestrae felicitatis eminentiam rescripto reddito nostram sollicitudinem dignamini relevare.

Dominus noster Iesus Christus custodiat corpus et animam vestram in die examinis sui. Amen.

II, 18. a) *ita ex* diffusam *corr. cod.* b) sin *cod.* c) prsbt *cod.* d) gracias *prius, rad. corr. in cod.* e) et *cod.* f) subı) *cod.* g) relegi et):· *cod.*
II, 19. a) sicut d dum *cod.*

1) *Saintes.*

II, 20.

630-655 *Gallus (Arvernensis) episcopus Desiderium admonet, ut, cum Provincia peste exorta vastetur, custodibus dispositis dioecesim suam praecludat.* *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 550 (Thesaur. I, 650). — Freher, Corpus p. 224; du Chesne, Franc. SS. I, 888; Bouquet, Rec. IV, 48, Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 265.

DOMNO SEMPER SUO ET APOSTOLICO PATRE DESIDERIO PAPAE GALLUS PECCATOR.

Dum tales nuntius de clade a Massilia venit, quod omnem pene Provintiam depopulans vastet, domnus ordinet custodias mittere, et nullus de Cadurcino ad istas ferias in Rutenico vel vicinas urbes non praesumat exire, ne, quod absit, per qualibet occasionem tantum malum in urbem vestram videatur inferre. Nam per ista contigua illis partibus loca custodia[a] possita sunt, ut nullus emendi aut vendendi aditum paenitus habeat. Si non sollicite rogabites praevidere, periculum mortis instat. Praeterea debita veneratione salutem mittens, quaeso, ut in sanctis praecibus vestris parvitatem nostram memorare dignaemini, domne venus[b] pater.

II, 21.

Felix (Lemovicensis ut videtur) episcopus a Desiderio ante hoc biennium litteris violato veniam petit. *(630—655.)*

Edd. Canisius, Lect. ant. V, 550 (Thesaur. I, 650). — Freher, Corpus p. 224; du Chesne, Franc. SS. I, 888; Bouquet, Rec. IV, 48; Migne, Patrol. lat. LXXXVII, 266.

DOMNO SEMPER PRAEFERENDO ET CUM OMNI VENERATIONE NOMINANDO, BEATISSIMO PATRAE DESIDERIO PAPAE FELEX PECCATOR.

Pravorum adulantium concione percepta, ante hoc ferme biennium reor misisse epistulam, quae serenissimam mentem vestram acsi quidam turbo pertransiens nube obtexit; et licet non eo sensu fuerit edita, quo domnus censivit interpraetandam, me tamen paenitet incaute et minus inculto sensu vel inpolito sermone stilum exarasse, unde offensa sanctae animae vestrae potueram incurrere, nisi vestra bonitas causam admodiasset. Paenitet, inquam, me, et ter quaterque paenitens, his excessibus veniam posco. Postulo autem indulgentiam, quam tuis beneficiis, non meis meritis adepisci confido. Quam mihi gratiam ita nunc praestare dignabitis, ut numquam me deinceps a sinu gratiae vestrae vel a clementissimo piaetatis amplexu excluderae vel reicere dignetis. Inter haec debita salutationis obsequia persolvens, illud peculiarius a sanctitate vestra peroro, ut, omnibus maculis explosis, in sacrosanctis praecibus vestris nostri memoriam admiscerae dignemini, domne venus et semper suspiciende[a] papa[b].

II, 20. a) custodias *cod.* b) verius *ed.*
II, 21. a) supiciende *cod.* b) *sequitur in codice* Expliciunt.

VI.

S. BONIFATII ET LULLI EPISTOLAE.

Cum iam antiquitus epistolae, quas Bonifatius et successor eius Lul dederunt vel acceperunt, in unum corpus coniungerentur, editores recentiores et ipsi has epistolas tam arcte inter se conexas separare et discindere veriti sunt. Sed non solum huius aevi acta in hac serie nobis occurrunt, antiquiora quoque nonnulla inserta sunt, Aldhelmi Malmesburiensis abbatis aliorumque Anglorum epistolae et carmina, quae Lul sibi tanquam dictionis normam ex patria comparasse videtur[1]. *Constat vero ac per se probabile est, magnam hanc epistolarum molem non ab uno neque eodem tempore in unam, ut ita dicam, collectionem congestam esse, immo libellis epistolarum minoribus paulatim conflatis atque auctis hunc librum amplum concrevisse. Ac primo quidem commercium epistolarum cum pontificibus Romanis habitum, quod summi erat momenti, posteris tradere vel iam Bonifatii ipsius vel certe Lulli intererat, tum quas amici et socii peregrinationis eorum scripserunt vel quae responsa ab eis acceperunt amatoribus et discipulis digna videbantur quae diligenter servarentur. Jaffeo b. m. collectio minor plena, quae in exordio codicum 1 et 2 collocata est, quadraginta duobus capitibus constare videbatur*[2], *maior ab eis litteris, quae infra numero 9 signantur, primitus coepisse, cum in tribus antiquissimis codicibus, his verba praecedant:* Incipit epistola beati Bonifatii ad Nithardum. *De ratione, qua singulae series sensim coaluerint, H. Hahn, de memoria rerum a Bonifatio gestarum optime meritus, multa acute disseruit*[3], *quibus ad editionem ipsam parandam supersedere potuimus. Paulus Ewald eos, qui epistolas Bonifatianas conglutinaverunt, in utraque serie temporum ordinem secutos esse suspicatus, id probare quidem sibi proposuit*[4], *at morte praematura absumptus minime probavit.*

1) *Cf. infra ep. 71, qua Lul a Dealwino magistro petiit, ut* Aldhelmi aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum aut rithmicorum dirigere dignaretur ad consolationem peregrinationis *suae. Locos ad Aldhelmi locutionem accommodatos infra saepius invenies.* 2) *Quarum epistolarum, nostris numeris signatarum, ordo hic fere fuit: 16. 12. 19. 25. 21. 28. 17. 18. 24. 26. 42. 43. 44. 45. 50. 53. 52. 68. 59. 82. 61. 60. 77. 80. 86. 87. 88. 89. 83. 51. 58. 57. 90. 84. 85. 62. 54 et quae etiam in maiore collectione fuerunt neque vero in limine eiusdem congregatae sed sparsim ceteris epistolis admixtae: 108. 109. 11. 22. 56. J.* 3) *Cf. commentationem eius saepius laudandam (Forschungen zur Deutschen Gesch. XV, 97—115).* 4) *Neues Archiv V, 289 adn. 1. Iniqua mihi videtur vituperatio, quam huius rei gratia Ewald contra Jaffeum movet, quippe qui de temporum ordine sane contrariam Ewaldo tuebatur opinionem.*

Transeamus iam ad subsidia, ex quibus singularum epistolarum verba ita restitui possunt, ut saeculo saltem nono, nonnullis austerioribus forte iam a librariis[1] *emendatis, descripta sunt.*

1 = Codex latinus Monacensis 8112 (Mag. 12) folia 128 complexus, forma quadrata maiore, membranaceus, saeculo IX. scriptus tenet capita 82, in quorum dimidio priore minor epistolarum series fere tota inest. Servabatur exeunte saeculo XV. in bibliotheca ecclesiae Moguntinae, inscriptione folii 1 teste: Iste liber pertinet ad librariam sancti Martini ecclesiae Maguntinensis. M. sindicus[2] subscripsit 1479. *Ibique viderunt codicem a. 1786. Philippus Gercken*[3] *et a. 1789. Stephanus Alexander Würdtwein, qui eum ad editionem suam exornandam adhibuit*[4]. *Quem in monasterio Fuldensi scriptum indeque Moguntiacum asportatum esse argumentis probabilibus quidem sed minime certis Nürnberger*[5] *demonstrare conatus est.*

Quaeque codicis pagina constat 22 lineis, codex 16 quaternionibus; ante folium 54. iam antiquo tempore folium unum excisum est. Ordo epistolarum hic est:

f. 1 n. ed. ep. 16
„ *1'* „ „ „ *12*
„ *2'* „ „ „ *19. 25*
„ *3'* „ „ „ *21*
„ *4'* „ „ „ *28*
„ *6'* „ „ „ *17*
„ *7'* „ „ „ *18*
„ *8* „ „ „ *24*
„ *9'* „ „ „ *26, quae*
„ *11' in haec verba desinit:* Hucusque Gregorius a primo secundus.
„ *12* Hinc Gregorius a secundo iunior *ep. 42*
„ *12' ep. 43*
„ *13'* „ *44*
„ *14'* „ *45*
„ *16* „ *52*
„ *17'* „ *50*
„ *21'* „ *53*
„ *22'* „ *68*
„ *23'* „ *59. 82*
„ *34* „ *61*
„ *35'* „ *60*
„ *39'* „ *77*
„ *40'* „ *80*
„ *47'* „ *86*

f. 49 ep. 87
„ *53'* „ *88*
„ *54* „ *89*
„ *57'* „ *51*
„ *58* „ *58*
„ *59* „ *57*
„ *61* „ *90*
„ *61'* „ *84*
„ *62'* „ *85*
„ *63* „ *62*
„ *64'* „ *54*
„ *65'* „ *108*
„ *66* „ *109 (hic finit collectio minor)*
„ *67' ep. 11. Ab hac* epistola Danielis *incipiunt lemmata rubro colore scripta, quae anterioribus, in quibus inscriptiones potius minio distinguuntur, desunt.*
„ *68 ep. 22*
„ *68'* „ *56*
„ *71* „ *9*
„ *72'* „ *94*
„ *73'* „ *63*
„ *76* „ *64*

1) *Jaffeum quoque quaedam sine iusta causa obliterasse recte monuit Traube (Karoling. Dichtungen p. 133 adn. 1).* 2) *i. e. Macarius de Buseck († 1482) cf. F. Falk (Forsch. z. D. Gesch. XXI, 637).* 3) *Reisen durch Schwaben III p. 37: 'Epistolae S. Bonifacii, cod. membr. in 4to saec. XI. Cod. optime conservatus et elegans'.* 4) *Cf. ibid. p. VI: 'characteres enim eiusdem positi in fronte huius libri illum referunt ad saeculum nonum'.* 5) *Die handschriftl. Ueberlieferung der Briefe p. III—VI (Programm des Kathol. Gymnasiums zu Neisse 1883).*

f. 79'	*ep. 23*	*f. 104*	*ep. 35*
„ 81'	*„ 75*	*„ 104'*	*„ 95. 99*
„ 83	*„ 76*	*„ 105*	*„ 96. 15*
„ 83'	*„ 74*	*„ 106*	*„ 29*
„ 84'	*„ 32*	*„ 106'*	*„ 97*
„ 85	*„ 69*	*„ 107*	*„ 14*
„ 85'	*„ 65*	*„ 110'*	*„ 105*
„ 86	*„ 30*	*„ 112'*	*„ 47*
„ 86'	*„ 33*	*„ 113*	*„ 36*
„ 87'	*„ 66*	*„ 113'*	*„ 23 (cf. supra f. 79')*
„ 88'	*„ 40*	*„ 116*	*„ 81*
„ 89	*„ 104*	*„ 116'*	*„ 91*
„ 89'	*„ 73*	*„ 118*	*„ 93*
„ 94'	*„ 27*	*„ 119*	*„ 103*
„ 95'	*„ 10*	*„ 120*	*„ 13*
„ 102	*„ 34*	*„ 122*	*„ 107*
„ 102'	*„ 67*	*„ 122'*	*„ 78*
„ 103'	*„ 41*		

Librum Monacensem post Würdtweinium et Phil. Jaffé, qui eum haud recte saeculo X. adscribere voluit, et W. Arndt bis Berolinum missum summo studio cum editis contulerunt, quorum opera nos innitimur.

Ex hoc codice descriptus est anno 1497. codex quondam Ingolstadiensis, nunc item Monacensis lat. 830, chartaceus forma maxima, in cuius ultimo folio haec leguntur: Conplevi hoc opus epistolarum sanctissimi martyris Bonifacii, primi Moguntiacensis ecclesie archipraesulis et nonnullorum aliorum ego frater Franciscus Hofyrer de Kernczenheym, pro tunc novicius, iussu reverendissimi patris et scripturarum studiosissimi cultoris Ioannis Tritemii abbatis secundi de reformatione Bursfeldensi, anno salutis 1497, XVI. Kal. Septembris. Ora lector devote pro utriusque salute. *Serarius eo usus est.*

2 = codex Carlsruhensis ita signatus: Rastatt 22 (quondam Durlacher cod. n. 94), membranaceus forma octonaria, ex foliis 116 compositus, in fronte mutilus. Primi enim quaternionis nihil remansit nisi folium quartum (notatum numero 2), secundique quaternionis folium primum et octavum sublata sunt. Praeterea desunt folia singula inter codicis folia 103 et 104 atque inter folia 110 et 111. Ibi item primum collocata sunt minoris seriei, cuius exordium periit, capita 35, tum capita 53 maioris, in ultimis denique foliis quattuor epistolae ad res Moguntinas spectantes saeculo XI. exeunte additae sunt[1]. *Quibus exceptis caetera omnia una manu saeculo X. exeunte exarata alia manu saeculo XI. hinc inde castigata sunt ea quidem ratione, ut modus scribendi, quem orthographiam vocamus, passim immutaretur. Quae emendationes minime e meliore operis exemplo translatae, sed ab ipso correctore excogitatae interdum vitiosae sunt et indignae certe quae ab editore respiciantur*[2]. *Zachariae papae epistolam (Nr. 83), quam Jaffé primus edidit, huic codici soli debemus. Hic est ordo epistolarum, quas continet (numeri earum saeculo XVI. ineunte ad marginem adscripti sunt):*

Nr. 1 deest	*Nr. 8 f. 3 ep. 43*
„ 2 f. 2 ep. 17	*„ 9 „ 3 „ 44*
„ 3 „ 2 „ 18	*„ 10 „ 3' „ 26*
„ 4—7 desunt foliis excisis	*„ 11 „ 5' „ 45*

1) *Edidit Jaffé Bibl. III p. 336 sq. 345 sq.*

2) *Cf. quae Jaffé p. 10 exempla affert.*

Nr. 12	*f.* 7	*ep.* 24	*Nr.* 59	*f.* 70	*ep.* 40
„ 13	„ 7'	„ 50	„ 60	„ 70'	„ 104
„ 14	„ 10	„ 52	„ 61	„ 71	„ 73
„ 15	„ 11	„ 51	„ 62	„ 76	„ 121
„ 16	„ 15	„ 68	„ 63	„ 76'	„ 10
„ 17—21	*f.* 15'	*ep.* 59	„ 64	„ 82	„ 34
„ 22	*f.* 22'	*ep.* 82	„ 65	„ 82'	„ 67
„ 23	„ 24	„ 61	„ 66	„ 83'	„ 41
„ 24	„ 25	„ 60	„ 67	„ 84	„ 35
„ 25	„ 28	„ 77	„ 68	„ 84'	„ 95
„ 26	„ 29	„ 80	„ 69	„ 84'	„ 99
„ 27	„ 34	„ 86	„ 70	„ 84'	„ 96
„ 28	„ 36'	„ 87	„ 71	„ 85	„ 16
„ 29	„ 39'	„ 88	„ 72	„ 85'	„ 29
„ 30	„ 40	„ 89	„ 73	„ 86	„ 97
„ 31	„ 41	„ 83	„ 74	„ 86'	„ 14
„ 32	„ 43	„ 58	„ 75	„ 88'	„ 105
„ 33	„ 44	„ 57	„ 76	„ 90	„ 47
„ 34	„ 45'	„ 90	„ 77	„ 91	„ 90
„ 35	„ 46'	„ 84	„ 78	„ 91'	„ 81
„ 36	„ 47'	„ 85	„ 79	„ 92	„ 91
„ 37	„ 48	„ 62	„ 80	„ 93'	„ 93
„ 38	„ 49	„ 54	„ 81	„ 94'	„ 103
„ 39	„ 50	„ 108	„ 82	„ 95'	„ 13
„ 40	„ 50'	„ 109	„ 0	„ 97'	„ 107
„ 41	„ 51'	„ 11	„ 0	„ 97'	„ 78
„ 42	„ 52	„ 22	„ 83	„ 104	„ 46
„ 43 / „ 44	„ 52'	„ 56	„ 84	„ 104	„ 71
			„ 85	„ 104'	„ 49
„ 45	„ 54'	„ 9	„ 86	„ 105'	„ 70
„ 46	„ 56	„ 94	„ 87	„ 106	„ 31
„ 47	„ 57	„ 63	„ 88	„ 106'	„ 38
„ 48	„ 59	„ 64	„ 89	„ 107	„ 48
„ 49	„ 62	„ 15	„ 90	„ 107'	„ 22
„ 50	„ 63'	„ 75	„ 91	„ 108	„ 11
„ 51	„ 65	„ 76	„ 92	„ 108'	„ 79
„ 52	„ 65'	„ 92	„ 93	„ 109	„ 100
„ 53	„ 66	„ 32	„ 94	„ 109'	„ 128
„ 54	„ 67	„ 69	„ 95	„ 110'	„ 101
„ 55	„ 67'	„ 65	„ 96	„ 111'	„ Mog. 14
„ 56	„ 68	„ 30	„ 97	„ 112'	„ Mog. 17
„ 57	„ 68'	„ 33	„ 98	„ 113'	„ Mog. 19. 18.
„ 58	„ 69	„ 68			

De origine codicis, quem Philippus Gercken iam anno 1788. Carlsruhae vidit[1], *nihil certi constat. Cum in folio 116. manu saeculi XI. exeuntis*[2] *scriptum sit:* Anno millesimo noagesimo secundo VIIII Kal. Aprilis transmigravimus de Sancto Aurelio huc,

1) *Gercken, Reisen durch Schwaben, IV.* 2) *Auctor huius notitiae, corrector codicis et librarius, qui epistolas Moguntinas descripsit, v. cl. Brambachio teste distinguendi sunt.*

scilicet in maius monasterium sub Wilhelmo abbate Hirsaugiensi constructum[1], *saeculo XI. exeunte codicem Hirsaugiae exstitisse patet, sed in hoc monasterio, quod saeculo IX. conditum saeculo X. paene evanuerat, eum scriptum esse minime inde concludendum est: facile saeculo XI. aliunde acquiri potuit.*

Librarium codicis nostri duos libros in unum exemplar redegisse, inde sequitur, quod epistolae, quas numeris 11 et 22 signavimus, repetuntur neque in utroque loco ad singula verba inter se congruunt. Nürnberger[2] *acute coniecit priorem seriem a librario descriptam f. 97' in epistolam 78. desiisse, eandem igitur, quae in codice Monacensi ultimo loco ponitur, neque infiziari licet inter codices 1 et 2 affinitatem quandam exsistere atque ordinem epistolarum magna ex parte eundem esse, attamen codicem 2 non ex ipso Monacensi descriptum esse patet.*

Codicem quondam Carlsruhae F. Molter usui nostro diligenter contulit[3], *tum Berolinum missum a. 1863. W. Arndt, denique ibidem Phil. Jaffé.*

3 = Tertius atque amplissimus corporis nostri codex est Caesareae bibliothecae Vindobonensis 751 (Theol. 259) formae maioris, membranaceus, ex quattuor codicibus compositus. Quarum partium prima (f. 1—77) continentur capita 117[4]. *Ex his sunt quinque tantummodo extremae minori epistolarum seriei adnumeranda; quae vero quoniam et dissociata et caeteris capitibus interserta sunt, minus corpus epistolare huic codici deesse apparet. Praeterea inest (f. 46—47) epistola omnino peregrina, quam die 28. Febr. a. 605. scripsit Isidorus Hispalensis episcopus (Isidori opp. ed. Arevalus VI p. 563—65). Septem denique epistolae Moguntinae in tomo posteriore a nobis edendae saeculo demum IX. compositae sunt*[5]. *Reliqua capita 104 ad maiorem epistolarum Bonifatianarum seriem pertinent, cuius igitur dimidiam fere partem (57) uni huic codici pretiosissimo debemus.*

Hic est ordo epistolarum, quas complectitur:

f.	*1*	*ep. 9*	*f.*	*12'*	*ep. 27*
„	*2*	„ *94*	„	*13*	„ *10*
„	*2'*	„ *63*	„	*16'*	„ *34*
„	*4*	„ *71. 49*	„	*17*	„ *31. 38*
„	*4'*	„ *46*	„	*17'*	„ *67*
„	*5*	„ *70*	„	*18*	„ *48*
„	*5'*	„ *75*	„	*18'*	„ *41. 35*
„	*6*	„ *76*	„	*19*	„ *99. 96. 22*
„	*6'*	„ *74*	„	*19'*	„ *11*
„	*7*	„ *32. 69*	„	*20*	„ *140*
„	*7'*	„ *65*	„	*20'*	„ *15*
„	*8*	„ *30. 33*	„	*21*	„ *29*
„	*8'*	„ *120*	„	*21'*	„ *97. 14*
„	*9*	„ *40. 104*	„	*23'*	„ *72*
„	*9'*	„ *73*	„	*24*	„ *105*

1) *Cf. Historiam Hirsaugiensis monasterii c. 4 (SS. XIV p. 257):* Sub eo congregatio de Sancto Aurelio ad maius monasterium transmigravit anno MLXXXXII. 2) *Handschriftl. Ueberlieferung l. l. p. VIII.* 3) *Cf. Pertz, Archiv II, 152, ubi imago codicis datur.* 4) *Secunda pars codicis (f. 78—128) tenet Actus apostolorum et epistolas Iacobi et Petri primam. In tertia parte (f. 129—162) sunt Interpretationes et expositiones vocabulorum sive locorum veteris et novi testamenti cum glossis Teutonicis (f. 132—135 cf. Steinmeyers, Ahd. Glossen I, 618. 654) et pars Notarum Vaticanarum (Keil, Grammatici Lat. III, 307—309). Quarta pars (f. 163—168) habet sermonem S. Augustini de ebrietate. Sequuntur f. 167 canones, f. 173' Brevis adnotatio etc., f. 188 Adiurationes, de quibus v. Müllenhoff u. Scherer, Denkmäler* [2] *p. 10. 279.* 5) *Edidit Jaffé, Bibl. III p. 317 sqq., quarum ultima inter annos 827. et 844. scripta est.*

f. 25	*ep.*	4
„ 25'	„	79
„ 26	„	1
„ 29	„	92
„ 30'	„	100. 128
„ 31	„	37
„ 31'	„	36
„ 32	„	141. 8
„ 32'	„	55. 101
„ 33	„	102. 142
„ 33'	„	143. 2
„ 34	„	7. 144. 145. 146
„ 34'	„	113. 147
„ 35	„	148
„ 35'	„	5
„ 36'	„	39. 23
„ 38	„	3
„ 38'	„	98
„ 40	„	6
„ 42	„	111
„ 45	„	115[1]
„ 46	„	Isidori[2]
„ 47	„	149
„ 48	„	114
„ 49	„	Mog. 1. ep. 81
„ 49'	„	122
„ 50'	„	112
„ 51	„	56
„ 52'	„	129
„ 53	„	130
„ 53'	„	120
f. 54	*ep.*	131
„ 54'	„	132. 133
„ 55	„	91
„ 56	„	123. 134
„ 56'	„	135
„ 57	„	116
„ 57'	„	121
„ 58	„	108
„ 58'	„	93
„ 59	„	119
„ 59'	„	136
„ 60	„	127
„ 60'	„	109
„ 61'	„	103
„ 62'	„	124
„ 63	„	110
„ 64	„	13
„ 65	„	137
„ 65'	„	117
„ 66'	„	107
„ 67	„	78
„ 71	„	106
„ 71'	„	Mog. 7. ep. 150
„ 72	„	125. 138
„ 73	„	126. 139
„ 73'	„	Mog. 2
„ 74	„	Mog. 6
„ 74'	„	Mog. 4
„ 75'	„	Mog. 8
„ 76—77	ep.	Mog. 5

Haec omnia saeculo IX. medio scripta sunt archetyporum Anglosaxonicorum vestigiis non omnino deletis[3]. *Codex, cuius primum folium vacuum relictum est, constat 9 quaternionibus (f. 1—70), uno ternione (f. 71—74) et duobus foliis adglutinatis. Pagina quaeque complectitur 31 lineas. Epistolae omnes, ultima excepta, ab uno librario scriptae sunt, qui foliis 2', 4, 38' nomina nonnulla scriptura quadam arcana, quam ipse parum intellexisse videtur, obscura ac lectu difficillima reddidit*[4]. *Interest vero inter priorem partem codicis (f. 1—39), quae 5 quaternionibus continetur, et posteriorem, quae ab Aldhelmi carminibus*[5] *exorditur (f. 40—70), hoc, quod illa cum aliis collectionibus magis cohaereat, haec vero — ut Diekamp enucleavit*[6] *— ex originalibus ipsis collecta vestigia eorum etiamnunc praebeat, quae ad rationem harum epistolarum cognoscendam magni sunt pretii.*

1) *Folio exciso (sexto quaternionis sexti) initium huius epistolae desideratur.* 2) *Sequitur fragmentum a proposito nostro alienum, quod edidit Jaffé p. 11 n. 4.* 3) *De compendio vocis 'autem' Anglosaxonico cf. Pertz (Arch. III, 171 sq.) et Jaffé p. 12.* 4) *Cf. specimina eius in editione Jaffeana p. 12. 224, Silvestre, Paléographie universelle IV, 427, Neues Archiv IX, 15—17.* 5) *Haec carmina in editionibus anterioribus haud recte cum epistola 98., quae antecedit, coniunguntur, cf. Aldhelmi opp. ed. Giles p. 105; Traube, Karoling. Dichtungen p. 132 adn. 4.* 6) *Neues Archiv IX, 20—26.*

Ad tempus, quo liber noster scriptus est, accuratius definiendum confert quae f. 173' continetur Brevis adnotatio capitulorum, in quibus constitutiones conciliorum Mogontiacense Remis et Cabillone et Turonis et Arelate gestorum concordant. *inprimis autem quae in folii 166' margine leguntur*[1]*:* Anno dominicae incarnationis DCCCLXXI indiccione III. XV. Kal. Febr. Willibertus ad episcopum consecratus. Eodem anno mense Iulio VII. Idus Iulii fulm(inis) ictus Co(loniae) prima feria. *Codex ergo noster sive Moguntiaci sive alio in loco scriptus*[2] *mox certe Williberto praesule (870—889) Coloniam Agrippinam translatus est. Postquam Mathias Flacius in centuriis octava et nona, quae a. 1564. et sequenti prodierunt, codice nostro usus est, hic incertum quo casu in bibliothecam Caesaream Vindobonensem migravit. At Nürnberger*[3] *argumentis gravibus probavit, consiliarium imperialem Casparum a Niedbruck († 1557) Bonifatii epistolas simul cum codice Carolino*[4]*, ut Flacii amici studia adiuvaret, Colonia Vindobonam asportavisse.*

Librum Vindobonensem post Nicolaum Serarium G. H. Pertz iam a. 1820. Vindobonae cum editis contulit, tum iterum Berolinum missum Phil. Jaffé, quorum virorum in arte legendi peritissimorum non semper tamen est consensus[5]*.*

4. Sub hoc numero comprehendimus tres codices ita affines, ut ex uno fonte eos prodiisse vix dubitari possit:

a. codex Montis Pessulanus H. 3, collectio canonum saec. XII. exeuntis, f. 178—189, ex quo saec. XIII. cod. Montis Pessulanus H. 13 descriptus est. Codicem vidit quondam G. Waitz (Arch. VII, 193), contulit W. Arndt.

b. cod. Vaticanus 1340 saec. XIII—XIV. scriptus, item collectio canonum, ex Germania oriundus, f. 346—356, quem descripserunt Pertz et Bethmann (Arch. V, 338, XII, 225), examinavit accuratius Nürnberger (N. Arch. VII, 370).

c. cod. Venetus S. Marci Zanetti CLXIX, chartaceus saec. XV., quem Pertz ipse contulit (Arch. IV, 140). — De tribus his codicibus diligentissime P. Hinschius egit (Decretal. Pseudoisidor. p. LXVII--LXXII), cum et Isidorum Mercatorem et capitula Angilramni pariter contineant. Insunt in eis 28 capitula collectionis nostrae atque hoc quidem ordine: 16. 12. 17. 18. 19. 25. 21. 24. 28. 42. 43. 44. 26. 45. 50. 52. 68. 82. 60. 107. 51. 108. 109. 11. 22. 56. 73. 27.

Praebent igitur seriem minorem 18 tantummodo epistolas complectentem et epistolas nonnullas ad seriem maiorem pertinentes (cf. Hahn in Forsch. z. D. Gesch. XV, 98).

5. Othloh monachus cum in monasterio Fuldensi degeret (1062—1067), codicem epistolarum Bonifatianarum ibidem repertum ad vitam a Willibaldo compositam nimis exilem amplificandam adhibuit easque libro suo inseruit. Sed verba earum accurate exprimere in animo non habuit, immo ex arbitrio multa mutavit ideoque ut varietas lectionis eius a nobis reddatur non oportet. Epistolam vero 20. ei soli debemus.

Has epistolas 26 omnes ad libellum minorem pertinentes novit eisque ordine, qui sequitur, usus est: 12. 16. 20. 17. 18. 19. 25. 21. 28. 42. 43. 44. 45. 50. 51. 68. 59. 82. 61. 60. 77. 80. 86. 87. 88. 89.

Codicem Othloni saec. XI. scriptum quondam Abdinghofensem, nunc capituli Trevirensis 93 F, membranaceum post Philippum Jaffé W. Arndt a. 1862. Berolini contulit[6]*.*

---

1) *Cf. Formulae ed. Zeumer p. 545.* 2) *Fuldae eum exaratum esse Nürnberger (Handschriftl. Ueberliefer. p. XI) probare nititur.* 3) *Neues Archiv XI, 16 sq., Handschriftl. Ueberliefer. p. XII.* 4) *De quo cf. Jaffé, Bibl. IV p. 2.* 5) *Nomen illius, qui epistolam 129. composuit, legit e. g. Würdtwein* Trecea, *Jaffé* Traea, *Pertz rectius* Tyccea. *Cf. quae hic de proclivi commutatione litterarum y et r dicit (Arch. III, 171).* 6) *Cf. de aliis codicibus eius Neues Archiv VIII, 304.*

P = codex Parisinus 3859 A. chartaceus in folio saeculo XVII. scriptus continet 106 epistolas atque 59 quidem corporis Bonifatiani, caeteras 47 a Nicolao papa ad Hludowicum et Karolum reges, ad Hincmarum archiepiscopum aliosque datas. Contulit eum, quem Giles primo adhibuerat, Berolini a. 1863. W. Arndt, qui ex libro optimo eum hausisse censuit.

Epistolae Bonifatianae, quarum lemmata atque ex parte inscriptiones quoque desunt, sequuntur hoc ordine: 59 (1—5 P). 61. 77. 80. 86. 89. 57. 90. 84. 85. 62. 54. 108. 109 (sine numero). 11. 22. 9. 94. 63. 64. 23. 75. 76. 74. 32. 69. 65. 30. 33. 66. 40. 104. 73. 27. 10. 34. 67. 41. 35. 95. 99. 96. 15. 29. 97. 14. 105. 47. 36. 23 (bis). 81. 91. 93. 103. 78.

Codex Parisinus praebet epistolam 23. bis et omittit finem epistolae 73: Monacensi consentaneus finitur eisdem verbis: fornicationem et luxoriam. *Ordo epistolarum idem est, qui in Monacensi inde a folio 23' reperitur, novem tantum epistolis praetermissis*[1], *unde cum Nürnbergero*[2] *vix dubitari licet, eum apographon Monacensis esse.*

Parisino libro simillimus est codex Vaticanus 4898 saec. XVI., quem Nürnberger[3] *accurate descripsit. Habet epistolam 23. et ipsam bis, quae secundo loco eisdem verbis atque in P finit:* promptus convincere queas. Ut supra require retro et ibi invenies ea quae sequuntur; *ordo epistolarum idem est qui in P, sed apographon eius eam ob causam esse non potest, quod epistolam 47. omittit, epistolas 58. 56. 13. 107. (quae eisdem locis in Monacensi inveniuntur) addit.*

Hi duo codices tertiusque bibliothecae Vallicellanae C 15 exempla sunt codicis nunc deperditi S. Mariae supra Minervam Romani, qui quondam fuerat cardinalis de Turrecremata († 1468). Hunc vero, quem Baronius 'vetustissimum sed nonnihil mendosum' vocavit, ex Monacensi descriptum esse atque a cardinali illo, cum is a. c. 1439. Moguntiaci degeret, comparatum esse probabilis est Nürnbergeri[4] *coniectura, qui summa diligentia omnia vestigia eius rimatus est atque illustravit. Codicem Pommersfeldensem 2875 saeculo XVI. exeunte Moguntiaci scriptum, qui (f. 35—37) 10 circiter collectionis nostrae capitula continet*[5], *neglexiмus, quia vix utilitatem aliquam afferre videbatur.*

Ex codicibus, qui singulas tantum corporis nostri epistolas praebent, antiquissimus exstat Londini Cottonianus Otho A I, saeculo VIII. exeunte scriptus[6], *sed incendio a. 1666. facto ita destructus, ut pauca tantum fragmenta folii 6, quae Edmundus Bishop benigno animo nobis descripsit, et ea vix legi possint. Ex quo, cum incolumis adhuc esset, Spelman a. 1639. in conciliis orbis Britannici praeter concilium Cloveshovense epistolas 73.*[7] *et 78. edidit modum scribendi temporis illius parum curiose secutus. Cum Giles a. 1851. inter 'Anecdota Bedae, Lanfranci et aliorum' (p. 7—17) eandem epistolam 78.*[8] *denuo ampliorem ederet, vix codicem ullum, immo Spelmannum ipsum vel aliam conciliorum collectionem neglegenter adhibuisse videtur, quamquam non omnia verba utriusque editionis inter se congruunt. Etsi idem Giles in eodem libro se epistolas a Bonifatio datas hucusque ignotas editurum esse pollicitus erat*[9], *usque ad mortem tamen eius (a. 1885) nihil ultra apparuit. De rebus ab eo relictis nihil certi investigari potuit.*

1) *Scil. epp. 82. 60. 87. 88. 51. 58. 56. 13. 107.* 2) *Neues Archiv VII, 360. 373.* 3) *L. l. p. 372. De codice Vaticano 4892 cf. Handschriftl. Ueberlief. p. XV.* 4) *Neues Archiv VII, 374.* 5) *Nr. 16. 45. 68. 80. 28. 50. 51. 73. 60. 108.* 6) *Notitiam huius libri debeo v. cl. Felici Liebermanno, cf. Neues Arch. VII, 379.* 7) *immo repetivit editionem harum litterarum Baronianam in textum receptis quae in codice correctiora ei videbantur, cf. Neues Archiv VII, 379. De libro ipso haec adnotat (p. 255): 'Vetustum sane et Saxonicis interstinctum characteribus .., qui etiam (ut mendosam taceam scriptionem) nec in sententiis distinguendis nec in punctis maioribusve litteris disponendis ullam tenuit legem'.* 8) *Preface p. VI: 'I have, therefore, here given a more correct and complete text of the whole'. Unde, non dicitur.* 9) *Preface p. XVIII: 'I am not without hopes that another volume of Anecdota may hereafter be published, containing some additional letters hitherto unknown, of Boniface archbishop of Mayence'.*

6 = Codex Vindobonensis 413 (Hist. eccl. 29) saec. XIII. scriptus, quondam Altahensis, quem descripsit Boehmer (Arch. VII, 474), contulit Pertz, continet has 4 epistolas Bonifatianas: 44. 45. 52. 68.

Taceo hic de caeteris codicibus, quibus singulas tantum epistolas debemus, suis quibusque locis commemorandis.

Isidorus Mercator, quem Pseudoisidorum vocare solemus, ad decretales fictas componendas compluribus corporis nostri capitulis usus locos nonnullos vel verba ex eis excerpsit ac pleraque ex arbitrio mutavit. Adhibuit vero ex omni congerie 13 epistolas signatas numeris 14. 26. 28. 40. 46. 48. 51. 58. 61. 67. 73. 75. 82. Eum, ut Hinschius opinatus est[1]*, epistolas 78. 110. 111. quoque cognovisse mihi persuadere non potui ideoque codicem Vindobonensem ab eo adhibitum esse evinci nequit, sed Hahnio*[2] *concesserim, eum aliud praeter Monacense exemplar habuisse.*

Simili ratione ut Pseudoisidorus Benedictus etiam levita epistolis vel synodis Bonifatianis[3] *aeque ac statutis Bonifatii usus est atque harum quidem vestigia certa apud eum repeiuntur*[4]*: 14. 26. 28. 45. 56. 61. 73. 78 (LL. II b, p. 19—31). Praeterea fragmentum epistolae Gregorii II (?) papae spuriae ad Bonifatium datae a Benedicto in additione IV n. 88 (Jaffé nr. 2187) nobis servatum est, quod inde etiam Regino in libro de synodalibus causis aliique receperunt (II app. I c. 48; app. II c. 29)*[5]*. Concilia Germanicum et Liftinense apud Benedictum eam formam praebent, quae codicibus Romano Palatino 583 et Monacensi 27246 quoque traditur.*

Post Pseudoisidorum Hincmarus Remensis archiepiscopus (845—882) Bonifatii epistolas novit nonnullasque earum laudavit[6]*: 26. 56. 86. 88, sed de concilio Liftinensi*[7] *falsa affert.*

Ex epistolis nostris eas seorsum descriptas atque usurpatas esse, quae ad ius canonicum spectabant, Paulus Ewald probavit hoc argumento usus, quod et auctor collectionis, quam vocamus Britannicam, et Gratianus et Ivo Carnotensis excerpta aut eadem aut similia actorum illorum afferant. Atque hac quidem sunt, quae in collectione canonica exstiterint necesse est: 16. 17. 26. 28. 33. 45. 51. 58. 59. 60. 68. 75. 78. 86. 87. 103.

Inter viros doctos aevi recentioris primus Mathias Flacius Illyricus, Lutheri assecla acerrimus, epistolas Bonifatii ac Lulli ex codice nunc Vindobonensi tunc Coloniensi describendas curavit earumque excerpta suis quaeque locis historiae suae ecclesiasticae inseruit. Exemplum iussu eius confectum Guelferbyti etiamnunc asservatur[8]*.*

Tum Antonius Carafa cardinalis, sedis apostolicae bibliothecarius[9]*, a. 1591. Romae in Epistolarum decretalium summorum pontificum tom. II, 659—698 has epistolas 29 foras dedit: 16. 12. 17. 18. 19. 25. 21. 24. 28. 42. 43. 44. 26. 45. 50. 51. 52. 68. 82. 60. 61. 58. 57. 77. 80. 86. 87. 88. 89. Quas ex duobus codicibus ad lucem dedisse*

1) *Decretales Pseudoisidor. p. CXXII. CXXXI. CXXXV. CXXXVII.* 2) *Forsch. zur Deutschen Gesch. XV, 114.* 3) *quas ab Otgario Moguntiacensi archiepiscopo eum recepisse ex praefatione concluditur (cf. Forsch. z. D. Gesch. XV, 112), sed Remis etiam has epistolas exstitisse docent nos Hincmari opuscula.* 4) *Epistolarum 33. 68. 80., quas Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XV, 113) et ipsas Benedicto notas fuisse contendit, vestigia apud eum reperire non potui.* 5) *Idem fragmentum invenitur in codice Vatic. Palatino 583 (quondam S. Martini Mogunt.) f. 234, cf. Nürnberger Handschriftl. Ueberlief. p. XVI. Quod appendicis loco editioni nostrae addere placuit.* 6) *Hincmari opp. ed. Sirmond I, p. 600; II p. 651. 731. 737. 745.* 7) *Opp. II, 132:* Quod cognoscens filius eius Pippinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui praefuit cum sancto Bonifacio legatus apostolicae sedis Georgius nomine; *p. 657:* Et in synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno principe Georgius episcopus et Ioannes sacellarius ac sanctus Bonifacius ex praecepto Zachariae papae praesederunt *etc. Confundit synodum Liptinensem cum Compendiensi a. 757. habita, cf. Capitul. reg. Francor. ed. Boretius I, 27.* 8) *Codex 279 Augustens. Cf. Nürnberger (Neues Arch. XI, 18—35).* 9) *Cf. de editione eius Nürnberger (Neues Arch. VII, 369).*

videtur, de quibus supra egimus: Vaticano 1340, qui adhuc exstat, et codice deperdito S. Mariae supra Minervam.

Caesar Baronius cardinalis a. 1600. in tomo nono Annalium ecclesiae multas epistolas et a Bonifatio scriptas et ad eum datas edidit aut excerpsit interque eas concilia quoque collectionis nostrae. Praeter editionem paucis annis ante ab Antonio Carafa paratam duos codices manuscriptos adhibuit: S. Mariae supra Minervam, cuius iam meminimus, 'alterumque Antonii Augustini (archiepiscopi Tarraconensis) diligentia perpurgatum', ex quo Vallicellanus fluxit, si non fortasse idem sit. Hic est ordo epistolarum Baronii: 58. 57. 90. 84. 54. 108. 109. 56. 88. 89. 23. 75. 76. 74. 69. 33. 73. 10. 67. 41. 35. 15. 29. 14. 105. 91. 93. 107. 78.

Editiones istarum epistolarum, quas plenas esse volebant, quattuor ante nostram fuerunt.

Primum laborem satis bene peregit, ut Jaffei verbis utar, Nicolaus Serarius [1] hoc titulo usus: Epistolae S. Bonifaci martyris etc. Moguntiae 1605. Qui fundamenta iecit libri Vindobonensis capitula, quae ex codice Ingolstadiensi supplevit, itaque factum est, ut in hac editione maiorem epistolarum copiam (p. 1—162) sequeretur collectio minor (p. 163—230). Quibus temporibus singulae epistolae scriptae essent, Serarius investigandum non curavit.

Alteram editionem item Moguntiae anno 1789. fecit Stephanus Alexander Würdtwein: Epistolae S. Bonifacii archiepiscopi et martyris. Qui codicem tunc Moguntinum, hodie Monacensem, habuit nec recte adhibuit; codicis Carlsruhensis serius cogniti nonnullas tantum epistolas ad tempus posterius pertinentes in appendice addidit. Würdtweinii editio abundat lectionis vitiis ordinemque capitum miro modo pervertit, ita ut nec tempus vere observetur nec ordo codicum.

In Würdtweinii editione sita est editio Gilesii omnium deterrima (Sancti Bonifacii operum vol. I, Londini 1844) [2]. Giles enim, quamquam codicem Parisinum adhibuit, menda Würdtweiniana non sustulit sed auxit. Immo singula monumenta cuius anni sint, cum ubique fere sit confidentissime adscriptum, editor ipse lectores praemonet, ut caveant appositos annorum numeros, propterea quod ista parerga commiserit calliditati typothetae [3].

Philippus Jaffé denique amicus noster b. m. editionem, quam a. 1866. inter monumenta Moguntina paravit, codicibus Monacensi et Vindobonensi inprimis fundavit, Carlsruhensi cautissime tantum adhibito. Codicum deperditorum loco etiam Carafae et Spelmanni editiones, Wilhelmi Malmesburiensis libros de pontificibus Anglorum ac de gestis regum Anglorum scriptos epistolis nonnullis emendandis usurpavit. Quo omni apparatu collato id egit, ut haec litterarum monumenta germanae suae etiamsi crebro impolitae ac barbarae formae redderet.

De rationibus, ex quibus, quoad fieri potuit, tempus definire epistolarum scriptarum conatus est, ipsum loquentem inducamus. 'Utilissimum vero necessariumque cum videretur omnem epistolarum silvam, quantumcunque fieri posset, ad temporum ordinem digerere, his ex deliberationibus unum praecipue manabat correctionum genus; quo quidem chronicae epistolarum pontificiarum notae attinguntur. Etenim in papalibus aetatis illius litteris solebat significari, quoto anno imperii ab imperatore gesti datae essent, quoto anno post consulatum eiusdem, qua indictione (nimirum Graeca, a die 1. m. Septembris ad diem 31. m. Augusti patente). Ac diversis eiusmodi monumentis inter se comparandis facile intelligimus, scribas pontificios tunc usos esse formula hac: 'Imperante domno piis-

1) *Editio Serariana repetita est in Novae bibliothecae veterum patrum (Parisiis 1639) t. II, p. 48—121; cuius tomi exemplaribus non divenditis postea effectus est Magnae bibliothecae veterum patrum (Parisiis 1654) tomus XVI. Eandem Serarii editionem reperies etiam in Maximae bibliothecae patrum (Lugduni 1677) t. XIII p. 70—140.* 2) *Editionem Gilesianam repetivit Migne in Patrologiae cursu compl. t. LXXXIX.* 3) *V. Opp. I postscriptum (post p. 308) et II, p. 195.*

simo augusto ... a Deo coronato magno imperatore anno ...., post consulatum eius anno ...., indictione ...': et si imperator filium collegam imperii fecerat, hac formula: 'Imperante domno piissimo augusto ... a Deo coronato magno imperatore anno ..., post consulatum eius anno ..., sed et ... magno imperatore eius filio anno ..., indictione ...'. Sed librarii codicum (Monacensis et Carlsruhensis) in his formulis saepissime peccaverunt, non tantum omittendis locis singulis, quos videlicet nullo negotio supplevi, verum etiam verbis his: 'post consulatum' vehementer corrumpendis. Tantummodo quater posuerunt recte: 'post consulatum', semel in iuramento Bonifatii (cap. 16) terque in actis synodi Romanae (cap. 59), ut intelligi necesse sit, haec verba in archetypis litterate perscripta fuisse. Verum cetera monumenta sedecim, in quibus exstant illae temporis notae, depravata lectione laborant. Codex Monacensis enim pro post consulatum in quinque epistolis[1] praebet: pater, in duabus[2]: pat; et in eisdem codicis Carlsruhensis epistolis septies reperimus, ibidem locorum, iis quae primitus erant scripta verbis deletis, liturae superpositum esse: imperii. Nihil porro in utroque codice habet una epistola[3] nisi: p̄; neque quidquam alia[4] in codice Carlsruhensi nisi: p. Reliquae septem epistolae[5] exhibent: imperii, modo in litura modo in integra membrana. Dilucide autem arbitror apparere, in principalibus epistolarum pontificiarum exemplis non infuisse huiusmodi: 'Imperante — imperatore anno VI, imperii eius anno VI'. Itaque cum hoc ipsum imperii sit fictum perspicue, ex simplicioribus perlucidisque corruptelis istis: pater, pat, p, p manifestum est, librarios, cum istud archetyporum compendium pc (i. e. post consulatum) non percepissent, nunc falso legisse p̄r (i. e. pater), nunc mutilavisse notam, nunc in arte coniecturali misere versatos esse. Atque ita omnibus his locis 'post consulatum' reddidi.

Anni post consulatum quo modo illa aetate computari soliti sint, docet Pagius in Dissertatione hypatica Lugduni 1682. p. 349 sq. Etenim ex tempore Constantini III Pogonati (668—685) hoc more utebantur: ut, cui imperatori singularis dominatus obtigit, is ab ipso regnandi initio inciperet et annos imperii sui et 'post consulatum' suum annos numerare; filius autem, in societatem dominationis assumptus, non haberet vivente patre nisi imperii sui annos, sed patre mortuo eorundem annorum computationem iam antea coeptam continuaret, at post consulatum suum annos demum a patris obitu duceret. Idcirco, qui solus imperare orsus est, eius erant semper quot imperii totidem post consulatum anni; quem vero pater socium regni fecerat, is, singularem potentiam nactus, minus annorum post consulatum suum quam imperii sui annos ageret oportuit.

Fuit igitur, cum Bonifatius procederet, imperator Leo III Isaurus, qui, die 25. Martii 717. principatum adeptus, filium suum Constantinum IV Copronymum die 31. Martii 720. collegam potestatis sibi adiunxit et die 18. Iunii 741. mortuus est. Exinde Constantinus cum imperare coepisset solus, ei post diem 27. Iunii 741. oppositus imperator est Artabasdus, qui filium Nicephorum imperii socium fecit anno 743. ante diem 1. Maii. Quorum aemulorum utrumque Constantinus m. Novembri eiusdem anni 743. oculis privatum in exsilium expulit. Unde facillime accipi potest, quid notarum chronicarum a scribis pontificiis tum adhibitarum spatio annorum 717. et 751.[6] singulis Christi annis obvenerit. Cuius rei conspectum tenet haec tabella:

---

1) *epp. 17. 51. 58. 80. 87.* 2) *epp. 18. 24.* 3) *ep. 57.* 4) *ep. 60.* 5) *epp. 12. 45. 52. 53. 68. 77. 88.* 6) *ad hos enim annos pertinent eae, quae in Bonifatianis monumentis reperiuntur, epistolae papales.*

	LEONIS et imp. et post cons. anni	CONSTANTINI filii imp. anni	INDICTIO
717	I 25 Mart. — 31 Dec.		XV — 1 Sept. — I
718	I — 25 Mart. — II		I — 1 Sept. — II
719	II — 25 Mart. — III		II — 1 Sept. — III
720	III — 25 Mart. — IV	I 31 Mart. — 31 Dec.	III — 1 Sept. — IV
721	IV — 25 Mart. — V	I — 31 Mart. — II	IV — 1 Sept. — V
722	V — 25 Mart. — VI	II — 31 Mart. — III	V — 1 Sept. — VI
723	VI — 25 Mart. — VII	III — 31 Mart. — IV	VI — 1 Sept. — VII
724	VII — 25 Mart. — VIII	IV — 31 Mart. — V	VII — 1 Sept. — VIII
725	VIII — 25 Mart. — IX	V — 31 Mart. — VI	VIII — 1 Sept. — IX
726	IX — 25 Mart. — X	VI — 31 Mart. — VII	IX — 1 Sept. — X
727	X — 25 Mart. — XI	VII — 31 Mart. — VIII	X — 1 Sept. — XI
728	XI — 25 Mart. — XII	VIII — 31 Mart. — IX	XI — 1 Sept. — XII
729	XII — 25 Mart. — XIII	IX — 31 Mart. — X	XII — 1 Sept. — XIII
730	XIII — 25 Mart. — XIV	X — 31 Mart. — XI	XIII — 1 Sept. — XIV
731	XIV — 25 Mart. — XV	XI — 31 Mart. — XII	XIV — 1 Sept. — XV
732	XV — 25 Mart. — XVI	XII — 31 Mart. — XIII	XV — 1 Sept. — I
733	XVI — 25 Mart. — XVII	XIII — 31 Mart. — XIV	I — 1 Sept. — II
734	XVII — 25 Mart. — XVIII	XIV — 31 Mart. — XV	II — 1 Sept. — III
735	XVIII — 25 Mart. — XIX	XV — 31 Mart. — XVI	III — 1 Sept. — IV
736	XIX — 25 Mart. — XX	XVI — 31 Mart. — XVII	IV — 1 Sept. — V
737	XX — 25 Mart. — XXI	XVII — 31 Mart. — XVIII	V — 1 Sept. — VI
738	XXI — 25 Mart. — XXII	XVIII — 31 Mart. — XIX	VI — 1 Sept. — VII
739	XXII — 25 Mart. — XXIII	XIX — 31 Mart. — XX	VII — 1 Sept. — VIII
740	XXIII — 25 Mart. — XXIV	XX — 31 Mart. — XXI	VIII — 1 Sept. — IX
741	XXIV — 25 Mart. — XXV (+ 18 Iun.)	XXI — 31 Mart. — XXII (— 18 Iun.)	IX — 1 Sept. — X

	CONSTANTINI imp. anni	 post cons. anni	INDICTIO
741	XXII 18 Iun. — 31 Dec.	I 18 Iun. — 31 Dec.	IX — 1 Sept. — X
742	XXII — 31 Mart. — XXIII	I — 18 Iun. — II	X — 1 Sept. — XI
743	XXIII — 31 Mart. — XXIV	II — 18 Iun. — III	XI — 1 Sept. — XII
744	XXIV — 31 Mart. — XXV	III — 18 Iun. — IV	XII — 1 Sept. — XIII
745	XXV — 31 Mart. — XXVI	IV — 18 Iun. — V	XIII — 1 Sept. — XIV
746	XXVI — 31 Mart. — XXVII	V — 18 Iun. — VI	XIV — 1 Sept. — XV
747	XXVII — 31 Mart. — XXVIII	VI — 18 Iun. — VII	XV — 1 Sept. — I
748	XXVIII — 31 Mart. — XXIX	VII — 18 Iun. — VIII	I — 1 Sept. — II
749	XXIX — 31 Mart. — XXX	VIII — 18 Iun. — IX	II — 1 Sept. — III
750	XXX — 31 Mart. — XXXI	IX — 18 Iun. — X	III — 1 Sept. — IV
751	XXXI — 31 Mart. — XXXII	X — 18 Iun. — XI	IV — 1 Sept. — V

	ARTABASDI et imp. et post cons. anni	NICEPHORI filii imp. anni	INDICTIO
741	I post 27 Iun. — 31 Dec.		IX — 1 Sept. — X
742	I — post 27 Iun. — II		X — 1 Sept. — XI
743	II — post 27 Iun. — III	I ante 1 Mai. — 31 Dec.	XI — 1 Sept. — XII
744	(III — post 27 Iun. — IV)	(I — ante 1 Mai. II)	XII — 1 Sept. — XIII

Varia illa temporis indicia si in singulis litteris semper concinerent, profecto nihil esset dubitationis, quem ad Christi annum referendae sint. At vero saepe optabilis hic consensus frustra quaeritur. Ergo, cum inter se numeri discreparent, viri docti sic fere agebant, ut notas chronicas quasi suffragium ferre iuberent, quique Christi annus maiore earum parte significabatur, huic epistolam attribuerent. Quo nihil est et incertius et vitiosius, propterea quod plane perspicuum est, ad circumscribenda tempora non omnes illos numeros eadem gravitate praeditos esse.

Nam, verum si quaerimus, in his epistolis duo tantum insunt signorum temporalium genera, quorum quidem alterum, ad solos imperatores tendens, et imperii et post consulatum et filii imperantis annos complectitur. Et cuncta ista indicia, inter se cohaerescentia, palam fit non tam temporis significandi causa in paparum epistolis posita esse, quam ob reverentiam imperatoribus legitime[1] *praestandam. Haec pars clausulae chronologicae quantopere superflua et molesta semper curiae pontificiae visa sit, argumenta non desunt. Compertum enim habemus, imperatorum annos etiam a Gregorio I epistolis suis ascribi solitos esse*[2]*, neque tamen aut registrum eius secundum istos annos est in partes distributum aut omnino ullum eorundem vestigium in eo collocatum est. Quae est praeterea eius rei maior confirmatio, quam, cum usus ille medio saeculo XI. evanuisset, Paschalem II papam mense Aprili anni 1111, vixdum scilicet e carcere Heinrici V productum, Romae praesente ipso imperatore, eiusdem imperii annum primum paucis tabulis addidisse*[3] *nec postea renovatum morem conservasse? Neque odiosa solum et supervacanea domui papali videbantur haec signa imperialia, erant etiam propter vicissitudines imperiorum inconstantissima atque ob ipsam suam multitudinem vitiis scribentium admodum patebant.*

Alterum designationis temporalis genus sola indictione continetur, quae cum aliunde non penderet sed cursus suos semper uno atque eodem modo repeteret firmissime, ceteris rationibus plurimum auctoritate praestat. Neque ignoramus, eam pontificibus Romanis adeo acceptam fuisse, ut id, in cuius mentionem iam supra incurri, registrum Gregorii I per ipsas indictiones digereretur. Ex quo perspicuum est, cum praesertim imperatores solum honoris gratia memoratos esse viderimus, papalium temporis illius litterarum veram ac propriam computationem annalem in indictione verti. Idcirco, discordantibus temporis notis, maxime consulenda indictio est, ut, si imperialia indicia vel partim vel etiam communiter contra dicunt, dumne aliis argumentis corroborentur, indictio tamen de anno decidat.

Reperto hoc filo Labyrintheo, nonnullae Bonifatii res gestae quos ad annos pertineant, iam certius censere licuit. Cuiusmodi exemplo hic breviter ostendam, quando Bonifatius episcopus consecratus sit; quod quidem secundum Pagium ad annum 723. securissime referri solet. Testimonia autem eius rei sunt quatuor, ex quibus unum de die, reliqua tria de anno tradunt. Willibaldus enim in vita Bonifatii diem attulit 30. m. Novembris; anni vero notae in iuramento Bonifatii eodem die praestito (cap. 16) et in duabus Gregorii II papae epistolis postridie eius diei datis (ep. 17. et 18.) inveniuntur hoc modo:

	Leone imp.	Leone post cons.	Constantino imp.	indictione
(cap. 16)	a. 6	a. 6	a. 4	6.
(ep. 17)	a. 7	a. 7	a. 4	6.
(ep. 18)	a. 7	a. 7	a. 4	6.

Diem autem illum 30. Novembris fuisse anni 722, locupletissime demonstrat indictio 6.; eodemque spectant etiam in cap. 16 Leonis imperii annus 6. et post consulatum annus 6.[4] *Neque iam latet, quam perperam Pagius, confisus reliquae notarum imperialium parti, annum 723. postulanti, contra iustam Sirmondi sententiam in fidissimis et constantissimis quibusque indiciis, iisdemque ultro ceterorum numerorum parte confirmatis, inesse vitia statuerit.'*

Quae Jaffé hoc loco ea perspicuitate, qua uti solitus erat, posuit minime omnibus rerum a Bonifatio gestarum investigatoribus persuadere potuit. Inprimis E. Dünzelmann Bremensis in dissertatione Gottingensi, qua doctoris dignitatem meruit[5]*, iam a. 1869. notas temporum singulis epistolis additas inutiles et perditas esse ratus, epistolarum ordinem a*

---

1) *V. Novellam Iustiniani 47.* 2) *V. Regesta pontificum Romanorum I, p. 143.* 3) *V. ibid. p. IX et 702.* 4) *V. supra p. 226.* 5) *Untersuchung über die ersten unter Karlmann und Pippin gehaltenen Concilien. Gött. 1869.*

Jaffeo statutum ex earum argumentis parum considerate confudit. Ad quem adversarium refellendum Jaffé[1] *ipse aggressus ex parte tantum eum convicit, qui re iterum examinata ac vitiis aliquot concessis ceterum notas temporum, quas librariis debemus, neglegendas esse perseveravit*[2]. *Viri docti, qui de hac controversia post eum et ipsi accuratius egerunt, H. Hahn*[3] *et F. Loofs*[4] *notas illas non omnes sinceras esse opinati nec prorsus contemnendas nec nimis aestimandas esse censuerunt, cum scribarum vitia etiam in ea irrepserint, quae ab auctoribus epistolarum ipsis orta sint. Antonii Pagii exemplum secuti indictioni non maiorem quam ceteris notis fidem habere voluerunt. Ego quoque vestigiis eorum leviter pressis epistolarum ordinem magis ex earum argumentis quam ex notis admodum dubiis constituere mihi proposui, sed rem adeo incertam umquam ad certum finem perduci posse despero. Dünzelmannum de epistolis nonnullis num genuinae sint dubitantem Hahn iam refutavit*[5], *nec cum Loofsio id ipsum de aliis demonstrare conato consentire sustinui*[6] *de omnium epistolarum fide securus.*

Novus epistolarum ordo, qui temporibus accurate observatis effectus est, ut cum priorum editionum dispositionibus facile comparari posset, operam navavi. Itaque singulis capitibus numeros Serarianos, Würdtweinianos, Gilesianos, Jaffeanos ascripsi ita S 52, W 160, G 148, J 46; S 21, WG 20, J 10 cet., indicesque confeci sequentes:

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Serariani	nostri	Serariani	nostri	Serariani	nostri	Serariani	nostri	Serariani	nostri	Serariani	nostri
1	9	26	48	51	8	76	81	99	124	129	44
2	94	27	41	52	55	77	122	100	110	130	45
3	63	28	35	53	101	78	112	101	13	131	52
4	71	29	95	54	102		56	102	137	132	50
5	49	30	99	55	142	79	129	103	117	133	53
6	46	31	96	56	143	80	130	104	107	134	68
7	70	32	24	57	2	81	120	105	78		59
8	75	33	11	58	7	82	131	106[9]	106	135	59
9	76	34	140	59	144	83	132	108	150	136	82
10	74	35	15	60	145	84	133	109	125	137	61
11	32	36	29	61	146	85	91	110	138	138	60
12	69	37	97	62	113	86	123	111	126	139	77
13	65	38	14	63	147	87	134	112[10]	139	140	80
14	30	39	72	64	148	88	135	118	12	141	86
15	33	40	105	65	5	89	116	119	19	142*a*	87
16	66	41	4	66	39	90	121	120	25	142*b*	51
17	40	42	79	67	23	91	108	121	29	143	58
18	104	43	77	68	3	92	93	122	28	144	57
19	73	44	1	69	98	93	119	123	17	145	90
20	27	45	92		6	94	136	124	18	146	84
21	10	46	100	70	111	95	127	125	24	147	85
22	34	47	128	71[7]	115	96	118	126	26	148	62
23	31	48	37	73	149	97	109	127	42	149	54
24	38	49	36	74[8]	114	98	103	128	43	150[11]	76
25	67	50	141								

1) *Zur Chronologie der Bonifazischen Briefe und Synoden (Forschungen zur Deutschen Gesch. X, 397—426) a. 1870, quo obiit.* 2) *'Zur Anordnung der Bonifazischen Briefe und der fränkischen Synoden' (Forsch. zur Deutschen Gesch. XIII, 1—32) a. 1873.* 3) *In commentatione, quam supra p. 215 iam laudavi.* 4) *In dissertatione Lipsiensi a. 1881. edita, cui inscribitur: 'Zur Chronologie der auf die fränkischen Synoden des hl. Bonifatius bezüglichen Briefe der Bonifazischen Briefsammlung'. Cum in hoc libello prior tantum amplae commentationis particula in luce collocata esset, auctor eius, collega quondam Halanus, animo benevolo posteriorem quoque ineditam usui meo indulsit.* 5) *Forsch. zur Deutschen Gesch. XV, p. 94—96.* 6) *Cf. quae infra ad epistolas 80 et 88 adnotavi.* 7) *72 est Isidori ad Masonem ep., de qua v. supra p. 219.* 8) *75 est Leonis III ad Riculfum ep., quam v. in Jaffé, Bibl. III, p. 317.* 9) *107 est Moguntinorum ad Ludovicum I epistola (825—829), quam v. l. l. p. 321.* 10) *113—117 sunt epistolae, quae exstant l. l. p. 319 sq.* 11) *ep. 151 edita est in Othloni vita S. Bonifatii.*

Numeri Würdtweiniani	nostri	Numeri Würdtweiniani	nostri	Numeri Würdtweiniani	nostri	Numeri Würdtweiniani	nostri	Numeri Würdtweiniani	nostri	Numeri Würdtweiniani	nostri
1	11	26	36	53	52	84	105	110	134	140 [6]	120
2	12	27	66	54	93	85	90	111	130	143	3
3	15	28	47	55	69	86	86	112	110	144	150
4	9	29	81	56	56	87	87	113	128	145 [7]	149
5	20	30	14	57 [2]		88	89	114	111	147	115
6	17	31	94	59	57	89	108	115	114	148	39
7	25	32	27	60 [3]	58	90	93	116	122	149	5
8	19	33	13	62 [3]	68	91	107	117	112	150	148
9	21	34	97	66	59	92	48	118	129	151	147
10	18	35	49	67		93	106	119	131	152	146
11	22	36	46	68	62	94	84	120	132	153	145
12	63	37	76	69	54	95	85	121	133	154	144
13	64	38	91	70	60	96	103	122	123	155	7
14	23	39	32	71	74	97	104	123	135	156	2
15	24	40	33	72	73	98	31	124	116	157	143
16	102	41	34	73	78	99	99	125	119	158	142
17	65	42	41	74 [3]	77	100	38	126	136	159	102
18	30	43	42	77	79	101	71	127	127	160	55
19	35	44	43	78	82	102*a*	72	128	124	161	141
20	10	45	44	79	40	102*b*	100	129	137	162	37
21	29	46 [1]	45	80	101	103 [4]	92	130	117	163	1
22	67	49	95	81	98	105 [5]	109	131	125	164	4
23	96	50	61		6	107	113	132	138	165	140
24	26	51	50	82	80	108	121	133	126	166 [6]	8
25	28	52	51	83	88	109	118	134 [6]	139		

Numeri Gilesiani	nostri	Numeri Gilesiani	nostri	Numeri Gilesiani	nostri	Numeri Gilesiani	nostri	Numeri Gilesiani	nostri	Numeri Gilesiani	nostri
1	11	20	10	39	32	58	62	79	93	99	134
2	12	21	29	40	33	59	54	80	107	100	130
3	15	22	67	41	34	60	60	81	48	101	110
4	9	23	96	42	41	61	74	82	106	102	128
5	20	24	26	43	42	62	73	83	84	103	111
6	17	25	28	44	43	63	78	84	85	104	114
7	25	26	36	45	44	64 [8]	77	85	103	105	122
8	19	27	66	46	45	67	79	86	104	106	112
9	21	28	71	47	95	68	82	87	31	107	129
10	18	29	74	48	61	69	40	88	99	108	131
11	22	30	14	49	50	70	101	89	38	109	132
12	63	31	94	50	51	71	80	90	71	110	133
13	64	32	27	51	52	72	88	91	72	111	123
14	23	33	13	52	75	73	105	92	100	112 [8]	135
15	24	34	97	53	69	74	90	93	92	114	116
16	70	35	49	54	57	75	86	94 [9]	109	115	119
17	65	36	46	55	58	76	87	96	113	116	136
18	30	37	76	56	68	77	89	97	121	117	127
19	35	38	91	57	59	78	108	98	118	118	124

1) *47 et 48 relationes Würdtweinii sunt.* 2) *58 statuta continet ad Bonifatii epistolas non pertinentia.* 3) *61. 63—65 et 75. 76 ad Bonifatii epistolas non spectant.* 4) *104 fragmenta a Würdtweinio ex Bonifatii vitis collecta praebet.* 5) *106 edita est in Othloni vita Bonifatii Jaffé Bibl. III, p. 500.* 6) *135—139. 140. 141. 167—169 exstant in Epistolis Moguntinis.* 7) *146 est Isidori ad Masonem ep., de qua v. supra p. 219.* 8) *65. 66. 113 ad Bonifatianas epistolas non pertinent.* 9) *95 in Othloni vita Bonifatii edita est l. l.*

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Gilesiani	nostri	Gilesiani	nostri	Gilesiani	nostri	Gilesiani	nostri	Gilesiani	nostri	Gilesiani	nostri
119	137	124 [1]	139	137	115	141	146	145	143	149	141
120	117	130 [1]	120	138	39	142	145	146	142	150	139
121	125	133	3	139	148	143	144	147	102	151	140
122	138	134	150	140	147	144	7	148	55	152 [2]	8
123	126	135 [2]	149								

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri
1	1	27	26	52	61	77	72	102	104	127	129
2	2	28	28	53	62	78	85	103	105	128	130
3	3	29	32	54	54	79	86	104	106	129	131
4	4	30	33	55	63	80	87	105	107	130	132
5	5	31	34	56	64	81	88	106	108	131	133
6	6	32	35	57	36	82	89	107	109	132	134
7	7	33	39	58	68	83	90	108	111	133	135
8	8	34	41	59	73	84 }	93	109	112	134	116
9	9	35	42	60	74	85 }		110	114	135	136
10	10	36	43	61	75	86	94	111	92	136	137
11	11	37	44	62	76	87	66	112	115	137	138
12	12	38	45	63	77	88	27	113	117	138	139
13	13	39	46	64	40	89	31	114	110	139	140
14	14	40	48	65	79	90	38	115	118	140	37
15	23	41	49	66	80	91	67	116	113	141	141
16	15	42	50	67	82	92	95	117	119	142	102
17	16	43	51	68	83	93	96	118	120	143	142
18	17	44	52	69	84	94	97	119	121	144	143
19	18	45	53	70	78	95	98	120	122	145	144
20	19	46	55	71	81	96	99	121	123	146	145
21	20	47	56	72	65	97	100	122	125	147	146
22	21	48	57	73	30	98	101	123	126	148	147
23	29	49	58	74	69	99	103	124	127	149	148
24	22	50	59	75	70	100	91	125	124	150	149
25	24	51	60	76	71	101	47	126	128	151	150
26	25										

Summaria singularum epistolarum ex editione Jaffeana repetimus.

Quamquam multi atque insignes viri de epistolis Bonifatianis recte edendis atque explicandis bene meruerunt, inter hos omnes Philippum Jaffé optime de eis meritum esse persuasum habeo. Quem libenti animo ducem secutus plurima in hac editione, quam v. cl. W. Arndt iam inde ab anno 1862. praeparaverat, adornanda ei me debere libere profiteor.

Berolini Ianuar. mense 1890.

Ernestus Dümmler.

1) *125—129. 131. 132. 153—156 exstant in Epistolis Moguntinis.* 2) *136 est Isidori ad Masonem ep., de qua v. supra p. 219.*

1.

Aldhelmus abbas Malmesburiensis, iubente concilio, Geruntium regem et sacerdotes Domnoniae admonet, ut pacem servent, de tonsura et de Paschate sequantur ecclesiam Romanam, catholicorum sacerdotum communione utantur[1]. 675-705 *675—705.*

Cod. 3 (fol. 26)[a].
Edd. S 44, W 163, J 1, Aldhelmi opera ed. Giles p. 83.

DOMINO GLORIOSISSIMO OCCIDENTALIS REGNI SCEPTRA GUBERNANTI, QUEM EGO, UT MIHI SCRUTATOR CORDIS ET RENUM[b] TESTIS EST, FRATERNA CARITATE AMPLECTOR, GERUNTIO REGI SIMULQUE CUNCTIS DEI SACERDOTIBUS PER DOMNONIAM[c] CONVERSANTIBUS ALTHELMUS, SINE MERITORUM PREROGATIVA ABBATIS[2] OFFICIO FUNCTUS, OPTABILEM IN DOMINO SALUTEM.

Nuper cum essem in concilio episcoporum, ubi ex tota pene Brittania innumerabilis Dei sacerdotum caterva confluxit, ad hoc presertim congregata, ut pro ecclesiarum sollicitudine et animarum salute ab omnibus decreta canonum et patrum statuta tractarentur et in commune, Christo patrocinium prestante, conservarentur[3]; his igitur rite peractis, omne sacerdotale concilium meam[d] parvitatem pari precepto et simili sententia conpulerunt, ut ad vestre pietatis presentiam epistulares litterarum apices diregerem et eorum paternam petitionem salubremque suggestionem per scriptae stilum intimarem, hoc est de ecclesiae catholicae unitate et christiane relegionis concordia, sine quibus fides otiosa torpescit et merces futura fatescit. Quid enim prosunt bonorum operum emolumenta[e], si extra catholicam gerantur ecclesiam, etiamsi aliquis actualem rigidae conversationis regulam sub disciplina coenubii sollerter exerceat aut certe, cunctorum mortalium contubernia declinans, in squalida solitudine remotus, contemplativam anachoreseos peragat vitam. Igitur, ut certius vestra sagacitas animadvertere queat, pro quibus causis mea mediocritas scripta direxerit, conpendiose et breviter enucleabo[f].

Auditum namque et diversis rumorum relatibus[g] conpertum nobis est, quod sacerdotes vestri in catholicae fidei regula secundum scripturae precepta minime concordent,

1. a) *Lemma:* item epistola althelmi abbatis ad regem geruntium *3.* b) rerum *3,* renum *corr., cf. Ps. 7, 10 (Apoc. 2, 23):* scrutans corda et renes; *Hieronymi ep. 1 ad Innocent.:* qui es scrutator renum et cordis. c) domnonia *3.* d) meum *3.* e) emulamenta *3.* f) eucleabo *3.* g) relativus *3.*

1) *Cf. Bedae hist. eccl. l. V c. 18 (ed. Holder p. 259):* Aldhelm, cum adhuc esset presbyter et abbas monasterii, quod Maildufi urbem nuncupant, scripsit, iubente synodo suae gentis, librum egregium adversus errorem Brettonum, quo vel Pascha non suo tempore celebrant, vel alia perplura ecclesiasticae castitati et paci contraria gerunt; multosque eorum, qui occidentalibus Saxonibus subditi erant Brettones, ad catholicam dominici Paschae celebrationem huius lectione perduxit. — *Fuit Aldhelmus ab a. 675. ad a. 705. abbas Malmesburiensis et ab a. 705. ad a. 709. episcopus Sciréburnensis; v. vitam Aldhelmi ap. Giles, S. Aldhelmi opp. p. 386:* Obiit autem a. D. 709., ab anno quo factus est abbas tricesimo quarto et episcopatus sui anno quinto. *J.* 2) *Malmesburiensis.* 3) *Cf. Aldhelm. de laudib. virginitatis c. 46. 48 (Opp. ed. Giles p. 61. 62):* Christo patrocinium praestante .. conservavit.

675-705 et per eorum simultates et pugnas verborum in ecclesia Christi grave scisma et
Ps. 118, 165. crudele scandalum nascatur. Quod psalmigrafi sententia detestatur dicens: 'Pax multa
diligentibus nomen tuum, et non est in illis scandalum'. Pacem quippe relegionis pia
concordia copulat, sicut caritatem dira contentio contaminat. Nam unitatem fraterni-
Cf. Ps. 67, 7. tatis rectae fidei sectatores psalmista hortatur inquiens: Deus, qui habitare facit uni-
animes in domo. Domus vero haec secundum allegoriam[1] ecclesia[a] per totos mundi
cardines diffusa intellegitur. Heretici namque et scismatici ab ecclesiae societate
extranei per contentionum argumenta in mundo pululantes et veluti horrenda ziza-
niorum semina in medio fecundae segitis sata, dominicam messem maculabant. Sed
1. Cor. 11, 16. huiuscemodi altercationis obprobrium apostolica conpescit bucina: 'Qui vult' inquit
Eph. 5, 27. 'contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus nec ecclesia Dei, quae non
habet maculam aut rugam'. Pacem namque catholicorum matrem et filiorum Dei
Matth. 5, 9. genetricem esse evangelica promulgant oracula: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei voca-
buntur'. Unde, domino et salvatore nostro a summo caelorum fastigio[b] descendente[c],
Cf. Col. 2, 14. ut cyrographum protoplasti deleret et mundum pace sequestra[2] reconciliaret, angelica
Luc. 2, 14. cecinit melodia: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'.
Ps. 121, 7. Et psalmista: 'Fiat' inquit 'pax in virtute[d] tua et habundantia in turribus tuis'.

Denique rumor ecclesiae fidei contrarius longe lateque percrebruit, quod sint in provincia vestra quidam sacerdotes et clerici tonsuram sancti Petri apostolorum principis pertinaciter refutantes; seque tali excusationis apologia pervicaciter[e] defendentes vivunt, quod auctorum et precessorum suorum tonsuram[3] imitentur; quos divina inlustratos gratia fuisse, grandiloquis adsertionibus contestantur. Qui si a nobis sollicite sciscitentur, quis primus auctor rasurae huius et tonsurae extiterit, omnino, aut veritatem ignorando aut falsitatem dissimilando, obmutescunt. Nos autem secundum plurimorum opinionem Simonem, magicae artis inventorem, huius tonsurae principem fuisse conperimus; quia, qualem quantamque[f] necromantiae fallaciam contra beatum Petrum fraudulenter machinaretur, certamen[g] apostolorum[4] et decem libri Clementis[5] testes sunt. Nos, inquam, secundum sacrosanctam scripturae auctoritatem de tonsura nostra veritatis testimonium perhibentes, diversas ob causas Petrum apostolum hunc ritum sumpsisse adserimus; primitus, ut formam et similitudinem Christi in capite gestaret, dum pro redemptione nostra crucis patibulum subiturus a nefanda Iudeorum gente acutis spinarum aculeis crudeliter coronaretur; deinde, ut sacerdotes veteris et novi testamenti in tonsura et habitu discernerentur; postremo, ut idem apostolus suique successores et sequipede[6] ridiculosum gannaturae ludibrium[7] in populo Romano portarent, quia et eorum barones[8] et hostes exercitu superatos sub corona vendere solebant[9]. Ceterum in veteri testamento tonsurae signum a Nazareis, id est
Num. 6, 18. sanctis[10], ni fallor, sumpsit exordium; est enim regale et sacerdotale stematis indicium.
Exod. 29, 6. Nam thiara apud veteres in capite sacerdotum constituebatur: haec, bisso retorta[h],
rotunda erat quasi spera media[11]; et hoc significatur in parte capitis tonsa. Corona

a) ecclesiae *3.* b) fatigio *3.* c) discente *3.* d) virtu *3.* e) pervivaciter *3.* f) quantumque *3.* g) certamem *3.* h) retorto *3 (cf. Exod. 28, 8).*

1) *V. Breviarium in psalterium s. Hieronymo ascriptum (Opp. ed. Vallarsius VII, append. p. 170). J.* 2) *Aen. XI, 133:* pace sequestra. 3) *'Brittones et Scotti anteriorem capitis partem capillis omnino nudabant ab aure ad aurem, posteriori intonsa': Mabillon, Ann. ord. s. Bened. t. I p. 472. J.* 4) *i. e. Actus apost. (8, 9—24).* 5) *Recognitionum libri decem (s. Clementi I attributi) l. II, 7, ap. Cotelerium, SS. Patres (Amstelodami 1724) t. I, 512. J.* 6) *disciputi, imitatores.* 7) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 51 p. 67.* 8) *servos.* 9) *A. Gellii Noct. Att. VI (VII), 4:* 'Sicuti', inquit *(Caelius Sabinus),* 'antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta veniebant; et idcirco dicebantur sub corona venire' *cet. J.* 10) *Isid. Etym. X, 190:* Nazaraeus, id est sanctus Dei. 11) *Cf. ibid. XIX, 21, 3.*

autem latitudo aurea est circuli, quae regum capita cingit. Utrumque itaque signum 675-705 exprimitur in capite clericorum, Petro dicente: 'Vos estis genus electum, regale sacer- 1. Petr. 2, 9. dotium'. Hoc ritu tondendi et radendi, ut vitia raesecentur, signatur, et crinibus carnis nostrae quasi criminibus exuamur.

Est autem altera crudelior animarum pernities, quod in sacrosancta paschali sollemnitate CCCXVIII patrum regulam non sectantur[a]. Qui in Niceno concilio decemnovennalem laterculi circulum, per ogdoadam et endicadam usque ad finem mundi recto tramite decursurum[b], sagaci sollertia sanxerunt: et a quinta decima luna usque ad vigesimam primam supputationis seriem et paschalis calculi terminum tradiderunt; quem anticipare et transgredi contra ius et fas inlicitum fore censuerunt. Porro isti secundum decennem novennemque Anatolii[1] conputatum aut potius iuxta Sulpicii Severi[c] regulam, qui LXXXIIII annorum cursum descripsit, quarta decima luna cum iudeis paschale sacramentum celebrant: cum neutrum ecclesiae Romanae pontifices ad perfectam calculi rationem sequantur. Sed nec Victorii[2] paschalis laterculi curriculum, qui DXXXII annorum circulis continetur, posteris sectandum decreverunt. Erat namque genus quoddam hereticorum aput orientales, quod tessereskaedecadite vocatur, id est quartadecimani, eo quod quarta decima luna cum iudeis Christum blasphemantibus et margaritas evangelii ritu porcorum calcantibus Paschae sollemnitatem peragunt: et ob[d] hoc alieni a beata orthodoxorum sodalitate inter scismaticorum conciliabula infeliciter reputantur, quos beatum Augustinum[e] in libro de nonaginta heresibus scripto[3] commemorasse memini.

Illud vero quam valde a fide catholica discrepat et ab evangelica traditione discordat: quod ultra Sabrinae[4] fluminis fretum Demetarum sacerdotes de privata propria conversationis munditia gloriantes nostram communionem magnopere abhominantur in tantum, ut nec in ecclesia nobiscum orationum officia celebrare nec ad mensam ciborum fercula pro caritatis gratia pariter percipere dignentur. Quin inmo fragmenta ferculorum et reliquias epularum lurconum canum rictibus[5] et inmundis devorandas porcis proiciunt: vascula quoque et fialas aut harenosis sabulonum[f] glareis[6] aut fulvis favillarum cineribus[7] expianda purgandaque precipiunt. Non salutatio pacifica prebetur, non osculum piae fraternitatis offertur, dicente apostulo: 'Salutate vos Rom. 16, 16. in osculo sancto'. Nec manibus lomentum aut latex cum manutergio exhibetur neque pedibus ad lavacrum pelvis[g] adponitur, cum salvator, sindone precinctus discipulorum pedes abluens, normam nobis tradiderit imitandi dicens: Sicut ego feci vobis[h], ita et Cf. Ioh. 13, 15. vos facite aliis. Ast vero, si quilibet de nostris, id est catholicis, ad eos habitandi gratia perrexerint, non prius ad consortium sodalitatis suae adsciscere dignantur, quam quadraginta dierum spatia in penitendo peragere conpellantur. Et in hoc hereticos infeliciter imitantur, qui se catharos, id est mundos[8], nuncupari voluerunt. Heu, heu pro tantis erroribus — potius quam evax, evax — lacrimosis vocibus et querulosis singultibus lugubriter ingeminandum reor[9]. Et totum hoc contra evangelii precepta secundum

a) sectatur *3*. b) decursum *3*. c) severini *3*. d) ab *3*. e) augustinum *3*. f) sablonum *3*. g) pulvis *3*. h) vos *3*.

1) *Alexandrini, episcopi Laodicensis anno 270. facti; cf. Ideler, Handbuch der Chronologie II, 226. J.* 2) *Aquitani; cf. Ideler l. l. p. 275. J.* 3) *Augustinus de haeresibus c. 29: Opp. edd. Benedictini (Antwerpiae 1700) t. VIII, p. 8 J. Cf. Isid. Etym. VIII, 5, 61.* 4) *Severn fl.* 5) *Cf. Aldh. ep. ad Acirc. (ed. Giles p. 224):* caninis . . rictibus. 6) *Aldh. de laud. virg. c. 23 (ed. Giles p. 25):* scopulorum glareas . . de arenosis litorum sablonibus; *c. 43 (p. 57):* arenosis sablonum glareis. 7) *Aldh. de laud. virg. c. 60 (p. 80):* fulvis favillarum cineribus coopertus. 8) *Cf. Isid. Etym. VIII, 5, 28.* 9) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 10 (p. 10):* lacrimosis luctuum singultibus lugubriter lamentandum et . . querulosis questibus flebiliter ingemescendum autumo *(cf. c. 44 p. 59); Verg. Aen. XI, 274:* lacrimosis vocibus inplent.

675-705 Phariseorum inanes traditiones agere noscuntur. Christo veraciter adstipulante: 'Vae (Matth. 23, 25.) vobis, scribae et Pharisaei, qui mundatis, quod foris est calicis et pharabsidis'. Nam (Cf. Matth. 9, 11.) dominus cum publicanis et peccatoribus convivia celebrasse discribitur, ut verus medicus purulentis animarum vulneribus divinae pietatis medicamina et caelestis clementiae cataplasma conponeret. Idcirco peccatorum consortia Phariseorum[a] more minime dispexit, sed potius illam peccatricem pollutae vitae piacula lugubriter deflentem et dominicos pedes fusis lacrimarum imbribus umectantem[1] ac solutis et laxis cincinnorum (Luc. 7, 47.) crinibus[2] tergentem solita clementia misericorditer refocilat[b] dicens: 'Remittantur illi peccata multa, quia dilexit multum'.

Quae cum[c] ita se habeant, propter communem caelestis patriae sortem et angelice sodalitatis[d] collegium subnixis precibus et flexis poplitibus[3] vestram fraternitatem adiurantes suppliciter efflagittamus, ut ulterius doctrinam et decreta beati Petri contumaci cordis supercilio et protervo pectore non abhominemini et traditionem ecclesiae Romanae propter prisca priorum statuta vestrorum nequaquam, tyrannica freti pertinacia, adroganter aspernemini. Petrus namque Dei filium beata voce confessus audire (Matth. 16, 18. 19.) meruit: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam, et porte inferni non prevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni caelorum' usque 'solutum et in caelo'. Si ergo Petro claves caelestis regni a Christo conlate sunt, de quo poeta ait:

'Claviger aetherius, portam qui pandit in aethra[e]'[4],

quis, ecclesiae eius statuta principalia spernens et doctrinae mandata contemnens, per caelestis paradisi portam gratulabundus ingreditur? Et si ipse potestatem ligandi atque monarchiam solvendi in caelo et in terra felici sorte et peculiari privilegio accipere promeruit, quis, paschalis festi regulam et tonsurae Romanae ritum refutans, non potius se strictis nexibus inextricabiliter obligandum quam clementer absolvendum[f] ullatenus arbitretur?

Sed fortasse[g] quilibet strophosus librorum lector ac sagax scripturarum disceptator tali se excusationis clipeo defendat et talis apologiae parma protegat[5]: 'Ego' inquiens 'utriusque instrumenti precepta sincera fide veneror; ac sanctae trinitatis unam essentiam unamque substantiam et trinam personarum substantiam corde credulo confiteor; dominicae incarnationis sacramentum et passionis patibulum ac resurrectionis tropeum voce libera per populum predicabo; supremum vivorum et mortuorum examen, quando singulis quibusque pro meritorum diversitate dispar retributio aequissimis iudicii lancibus trutinabitur, diligenter denuntiabo; et huius fidei privilegio in catholicorum coetu glomeratus sine aliquo infelicitatis obstaculo[h] connumerabor'. Sed huius excusationis propugnaculum, sub quo se delitescere confidunt, apostolicae castigationis ballista solo tenus dirutum conquassare[6] et confringere nitar. Ait namque Iacobus, (Iac. 2, 19.) matertere domini filius: 'Tu credis, quia unus est Deus'; et quia per hironiam[i] duo-

---

a) pharisseorum *3.* b) refocilatur *3.* c) *om. 3.* d) sobalitatis *3.* e) aethera *3.* f) adsolvendum *3.* g) fortasse *3.* h) abstaculo *3.* i) hieroniam *3.*

1) *Aldh. de laud. virg. c. 10 (p. 10):* lacrimarum imbribus vultum rigare. 2) *Aldh. de laud. virg. c. 17 (p. 17):* tortis cincinnorum crinibus. 3) *Aldh. ad Acirc. p. 327:* subnixis precibus .. velut flexis genuum poplitibus; *de laud. virg. v. 1939 (p. 188):* Subnixis precibus *(c. 47 p. 61).* 4) *Ex ipsius Aldhelmi poemate de aris beatae Mariae II, 2 (opp. ed. Giles p. 119) J.; cf. Aldh. de laud. virg. c. 55 (p. 74):* Siquidem pastor gregis dominici et inaniter caelestis aulae, de quo poeta: 'Claviger ethereus, portam qui pandit in aethra'; *ad Acirc. p. 222:* caelesti claviculario, de quo poeta 'Claviger', inquit, 'aetherius, portam qui pandit in aethra'. 5) *Aldh. ad Acirc. p. 327:* parma protegere digneris *(cf. de laud. virg. c. 53, p. 71).* 6) *Aldh. de laud. virg. c. 36 (p. 47):* catholicae fidei propugnaculum saecularis argumenti balista quassatum.

decim tribubus in dispersione gentium constitutis loquebatur, statim subiunxit: 'Bene 675-705 facis; et demones credunt et contremescunt: quia fides sine operibus mortua est'. Cf. Iac. 1, 1. Iac. 2, 19. Fides nempe[a] catholica et fraternae caritatis concordia inseparabiliter[b] pari tramite Iac. 2, 20. tendunt, sicut predicator egregius et vas electionis eleganter attestatur: 'Si noverim Act. 9, 15. 1. Cor. 13, 2. 3. omnem profetiam et omnia misteria, si habeam fidem, ita ut montes transferam, et si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest'. Et ut brevis sententiae clustello[1] cuncta concludantur, frustra de fide catholica inaniter gloriatur, qui dogma et regulam sancti Petri non sectatur. Fundamentum quippe ecclesiae et firmamentum fidei, principaliter in Christo et sequenter[c] in Petro collocatum, nequaquam ingruentibus tempestatum turbinibus nutabundum vacillabit[2], ita apostulo promulgante: 'Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id, quod positum 1. Cor. 3, 11. est, quod est Iesus Christus'. Petro autem veritas ita privilegium ecclesiae sanxit: 'Tu es Petrus, et supra hanc petram edificabo ecclesiam meam'. Matth. 16, 18.

2.

Aldhelmus abbas Malmesburiensis Sigegythae scribit, pontificem concessisse, ut monacha quaedam baptizetur. Monet, ut tractet litteras divinas. *675—705.*

Cod. 3 (fol. 33')[a].

Edd. S 57, W 156, J 2, Aldhelmi opera ed. Giles p. 90.

DILECTISSIMAE ATQUE AMANTISSIME SORORI ET MIHI SINCERO CARITATIS AFFECTU VENERANDAE ALDHELMUS SUPPLEX, INDIGNO ABBATIS VOCABULO FUNCTUS, IN DOMINO SALUTEM.

Cognoscat vestra almitas de baptismo sororis me interrogasse pontificem. Qui licentiam dedit baptizari illam[b] sanctimonialem, sed tamen clam et latenter. Saluto te diligenter, o Sigegyth, ex intimo cordis cubiculo[3]; subnixis precibus[4] obsecrans, ut adsidua scripturarum meditatione mentem tuam occupare non desistas, quatenus psalmigrafi sententiam conpleas dicentis: 'In lege eius meditabitur die ac nocte'. Et idem Ps. 1, 2. psalmista hoc item testatur dicens: 'Quam dulcia faucibus meis eloquia tua' et reliqua. Ps. 118, 103. Orationum vero mearum ut memores sint omnes sorores, per Christum suppliciter obsecra: quia dicit apostolus: 'Multum valet deprecatio iusti adsidua'. Vale, decies Iac. 5, 16. dilectissima, immo centies et milies. Te Deus valere faciat.

3.

Aldhelmus abbas Malmesburiensis Heddae episcopo Occidentalium Saxonum scribit, se impediri, quominus post diem natalem domini ad eum accedat. De studiis suis exponit[5]. *676—705.*

Cod. 3 (fol. 38)[a].

Edd. S 68, W 143, G 133, J 3, Aldhelmi opera ed. Giles p. 96; Wilhelmi Malmesburiensis Gesta pontif. Anglor. l. V ed. Hamilton p. 341 (W. M.)[b].

---

a) nemphe *3.* b) inseperabiliter *3.* c) sequentem *3.*

2. a) *Lemma:* item epistola. b) illum *3.*

3. a) *Lemma:* item epistola. b) *Praemissum est:* Sic enim in epistola ad Heddam antecessorem suum.

1) *Aldh. de laud. virg. c. 58 (p. 78):* carnis clustello. 2) *Ibid. c. 10, 59 (p. 10, 80):* grassante .. tempestatis turbine; *c. 60 (p. 81):* nutabundus vacillare. 3) *Cf. infra ep. 49.* 4) *Cf. supra p. 234 n. 3.* 5) *Hanc epistolam ab Aldhelmo ad Heddam episcopum Occidentalium Saxonum (s. Vintoniensem, 676—705) missam esse, docet Wilhelmus Malmesburiensis Gesta pont. Angl. l. V; cf. supra. J.*

676-705 DOMINO REVERENTISSIMO OMNIQUE VIRTUTUM CONAMINE VENERANDO ET POST DEUM PECULIARI PATRONO SUPPLEX ALMITATIS VESTRAE VERNACULUS IN DOMINO SALUTEM[a].

Fateor, o[b] beatissime antestis[c], me dudum decrevisse, si rerum ratio ac[d] temporum[e] volitans vicissitudo pateretur[f], vicinam optati[g] natalis domini[h] sollemnitatem ibidem in consortio fratrum trepudians[i] celebrare et postmodum vita comite vestrae caritatis affabili[k] presentia frui. Sed quia, diversis inpedimentorum obstaculis refrenati[l], quemadmodum lator presentium viva voce plenius[m] promulgabit[n], illud perficere nequivimus, idcirco difficultatis[o] veniam, precor, inpendite.

Neque enim parva temporum intervalla in hoc lectionis[p] studio protelanda sunt[q], ei dumtaxat, qui, sollerti[r] sagacitate legendi succensus, legum Romanorum iura medullitus rimabitur et[s] cuncta iuris consultorum[t] decreta[u] imis[v] precordiis scrutabitur et, quod his multo artius et[w] perplexius est, centena scilicet metrorum genera[1] pedestri regula discernere[x] et ad[y] musica[z] cantilenae modulamina recto syllabarum[a] tramite[b] lustrare. Cuius rei studiosis lectoribus tanto inextricabilior[c] obscuritas pretenditur, quanto rarior doctorum numerositas repperitur.

Sed de his diutius ratiocinari, stricta[d] epistolaris angustia minime sinit[2]; quomodo videlicet ipsius metrice artis clandistina[e] instrumenta litteris, logis[f], pedibus, poeticis figuris, vorsibus, tonis, temporibus conglomerentur[g]; pathetica[h] quoque septenae divisionis disciplina, hoc est[i] acefalos, lagaros[k][3], procilos[l] cum ceteris qualiter[m] varietur: qui vorsus[n] monoscemi[o], qui[m] pentascemi[o], qui decascemi[o][4] certa pedum mensura trutinentur[p]; et qualiter[q] catalectici vel brachicatalectici seu ypercatalectici vorsus sagaci argumentatione colligantur[r]. Haec, ut reor, et his similia brevi temporis intercapidine momentaneoque ictu[s] adprehendi nequaquam valebunt[t].

De ratione vero calculationis quid commemorandum? cum tantae[u] supputationis inminens desperatio[v] colla mentis conpresserit[w], ut omnem preteritum lectionis laborem parvi penderem, cuius me pridem secreta cubicula nosse credideram; et ut sententiam beati Hieronimi[5], dum se occasio obtulit[x], depromam[y]: qui mihi prius[z] videbar sciolus,

a) Domino — salutem *om. W. M.* b) *om. W. M.* c) praesul *W. M.* d) rerum ratio ac *om. W. M.* e) tempora *3.* f) patiretur *3.* g) *om. 3;* obtati *W. M. cod. A.* h) dñs *3.* i) tripudians *W. M.* k) *om. W. M.* l) retardati *W. M.* m) *om. W. M.* n) promulgavit *3.* o) iccirco difficultati *W. M.* p) *om. 3.* q) fuit *W. M. cod. B.* r) *om. W. M.* s) etiam *W. M.* t) consulatorum *3.* u) secreta *W. M.* v) ex intimis *3.* w) artius et *om. W. M.* x) discerneret *3.* y) *om. W. M.* z) musea *3;* musicae *W. M.* [a) l. 14] a) sillabarum *W. M.* b) tramitae *3.* c) inextricabilis *corr. in* bilior *W. M.* d) deutius ratiocinari stricta *3;* prolixo ambitu verborum disputare *W. M.* e) clandestina *W. M.* f) sillabis *W. M.* g) conglomerantur *W. M.* h) poetica *W. M.* i) hoc est *om. 3.* k) *om. W. M.* l) protilos *W. M.* m) *om. 3.* n) uersus *W. M.* o) monoschemi, pentaschemi, decaschemi *W. M.* p) videantur *3 pro* certa — trutinentur *W. M cod. B* (terminentur *pro* trutinentur *cod. A*). q) qualiter *3;* qua ratione *W. M.* r) cognoscantur *3 pro* sagaci — colligantur *W. M.* s) momentaneoque ictu *om. W. M.* t) possunt *W. M.* u) tanta *3.* v) disputatio *3.* w) oppresserit *W. M.* x) dum — obtulit *om. 3.* y) sententia — utar *W. M pro* sententiam — depromam *3.* z) *om. 3.*

1) *Aldh. de laud. virg. c. 4 (p. 5):* centenis metrorum generibus sequestratim discretas; *ad Acirc. p. 233:* reliquorum metrorum generibus, quae centenis varietatum speciebus dirimuntur; *p. 273:* centena metrorum disciplina. 2) *Hieron. epist. 53:* neque enim epistolaris angustia evagari longius patiebatur; *70:* iam epistolaris angustia finienda est *(Opp. ed. Vallarsius I, 275. 430).* 3) *De vitiosis versibus, qui graece dicuntur ἀκέφαλοι et λαγαροὶ, v. Marium Victorinum I, 21, 2. 3 et Diomedem III, 17, 12. 13 ap. Gaisford SS. latini rei metricae p. 90 et 472; et Aldhelmi ep. ad Acircium (opp. ed. Giles p. 246). J.* 4) *De versibus monoschematistis, penteschematistis, decaschematistis v. Diomedis l. III, 15, l. l. p. 465 sq. et Aldhelmi ep. l. l. p. 242 sq. (p. 231:* qui versus monoschemi, qui pentaschemi vel qui decaschemi .. excepto si trochaeo terminentur, rite dicantur*). J.* 5) *Hieron. in Daniel. praef.:* qui mihi videbar sciolus inter Hebraeos coepi rursus esse discipulus Chaldaicus.

rursus coepi esse discipulus; sicque tandem, superna gratia fretus, difficillima rerum argumenta et calculi supputationes, quas partes numeri appellant, lectionis instantia reperi[a]. 676-705

Porro de zodiaco, XII[b] signorum circulo[c], quae vertigine caeli volvuntur[d], ideo tacendum arbitror, ne ars[e] opaca et profunda, quae longa explanandarum rerum ratione indiget[f], si vili explanationis textu promulgata[g] fuerit, infametur et vilescat; presertim cum astrologiae[h] artis peritia et difficillima[i] oroscopi conputatio elucubrata doctoris indagatione egeat.

Haec idcirco, carissime pater, cursim, pedetemptim perstrinximus, non garrulo verbositatis strepitu inlecti; sed ut scias, tanta rerum archana examusim non posse intellegi, nisi frequens et prolixa meditatio fuerit adhibita.

Salutate in Christo omnem sodalium meorum catervam a minimo usque ad maximum. Quos obsecro et adiuro per clementiam Christi, ut pro me peccatorum pondere et criminum sarcina oppresso preces Domino fundant[k].

4.

Scottus quidam Aldhelmum rogat, ut se doceat. Librum mutuari cupit.

688—705.

Cod. 3 (fol. 25)[a].
Edd. S 41, W 164, J 4, Aldhelmi opera ed. Giles p. 98.

DOMINO SANCTO, SAPIENTISSIMO, IN CHRISTO QUIDEM CARISSIMO ALDHELMO SCOTTUS IGNOTI NOMINIS IN DEO AETERNO SALUTEM.

Dum te prestantem ingenio facundiaque Romana ac vario flore litterarum, etiam Grecorum more, non nesciam, ex ore tuo, fonte videlicet scientiae purissimo, discere[b] malo, quam ex aliquo quolibet potare turbulento magistro. Presertim hoc prenoscens, scito[c], quod idcirco te fiducialiter ita obsecro, ut me suscipias doceasque. Quoniam fulgor — ceu dictum est — sapientiae pre multis in te fulget lectoribus, ac peregrinorum mentes, cupientium sapientiam discere, cognoscis: quia tu Romae advena fuisti[1], insuper quod a quodam sancto viro[2] de nostro genere nutritus es. Haec conpendii causa significant[d]: quia, si humiliter[e] per caritatem volueris adtendere, non minus per pauca verba quam per plurimas sermocinationes perspicies. Haec tibi quoque sinceriter dissero: libellum quendam, quem ego non[f] habeo, qui non est maior acceptorio duarum septimanarum, legere cupio. Hoc autem breve tempus predico, non eo, quod mihi plus non opus sit, sed ne hec petitio fastidium in tua mente creet. Ministrum quoque equosque, ut opinor, adepiscar. In hoc autem tempore messis laetam a te

---

a) sicque — reperi *om. 3.* b) et XII *W. M.* c) *om. W. M.* d) ratione *add. W. M.* e) res *3;* ars *W. M.* f) quae — indiget *om. 3.* g) vili interpretationis serie propalata *W. M.* h) astrologiçae *W. M.* i) perplexa *W. M.* k) Haec idcirco — preces Domino fundant *om. W. M.*

4. a) *Lemma:* item epistola. b) discire *3.* c) scito prenoscens *3.* d) sicrifficant *3.* e) huniliter *3.* f) non *addidit Jaffé.*

1) *sub Sergio I papa (687—701); v. Faricii Vita Aldhelmi cap. 2 in Aldhelmi opp. ed. Giles p. 360 et Wilhelmi Malmesbur. Gesta pontif. l. V. J.* 2) *a Maildulfo, monasterii Malmesburiensis auctore; v. Wilhelmi Malmesb. Gesta pontif. l. V et Mabillon, Acta SS. ord. Ben. saec. III, P. I, p. 223*. J.*

688-706 responsam sperabo. Orantem pro nobis beatitudinem tuam divina gratia custodire dignetur[1].

5.

Aedilwaldus Aldhelmum abbatem Malmesburiensem rogat, ut se erudire pergat. Carmina mittit, in his unum de peregrinatione transmarina Wynfritho destinatum.

ante 706.

Cod. 3 (fol. 35')[a].
Edd. S 65, W 149, J 5; Aldhelmi opera ed. Giles p. 100.

SACROSANCTO ABBATI ALDHELMO, MIHI INEXTRICABILIS[b] IGNITAE CARITATIS NODIS, UT MERITA POSCUNT, ADSTRICTO, AEDILWALDUS[2], TUAE PIAE PATERNITATIS SUPPLEX ALUMNUS, PERPETUAM IN DOMINO SOSPITATIS SALUTEM.

Aestivi igitur temporis cursu, quo inmensis feralium passim congressionum expeditionibus haec miserrima patria lugubriter invidia vastatrice deformatur[c], tecum legendi studio conversatus demorabar. Tum mihi, licet indigno, tuae beatitudinis sacrosancta sagacitas — omnibus, ut reor, propemodum pannagericis tam saecularium litterariae verbositatis facundia editorum quam etiam spiritalium aecclesiastici dogmatis stilo elucubratorum plenissime[d] voluminum scriptis inbuta — arcana liberalium

5. a) *Lemma:* item epistola aedilwaldi. b) *sic 3 pro* inextricabilibus. c) defamatur 3. d) plenissimae 3.

1) *Sequitur in codice carmen paschale, quod Claudiano attribui solet (v. Claudiani quae exstant ed. Heinsius p. 890), hoc modo:*

Versiculi.

Criste, potens rerum, redeuntis conditor aevi,
Vox summi sensusque Dei, quem fudit[a] ab alta
Mente pater tantique dedit consortia regni,
Impia tu nostrae domuisti[b] crimina vitae,
Passus corporea[c] mundum vestire figura,
Adfarique palam populos, hominemque[d] fateri.
Virginei tumuere sinus; innuptaque mater
Arcano[e] stupuit conpleri viscera partu,
Auctorem paritura suum; mortalia corda
Artificem texere poli[f]. Mundique repertor[g]
Pars fuit humani generis; latuitque sub uno
Pectore, qui totum late complectitur orbem;
Et, qui non spatiis terrae, non aequoris unda
Nec capitur caelo, parvos confluxit in artus.
Quin et[h] supplicii nomen nexusque subisti,
Ut nos subriperes leto mortemque fugares
Morte tua; mox aetherias evectus in auras,
Purgata repetens[i] laetum tellure[k] parentem.
Augustum foveas, festis ut sepe diebus[l]
Annua sinceri[m] celebret[n] iaeiunia sacri.

a) fundit 3. b) domusti 3. c) corpore 3. d) homineque 3. e) arcano 3. f) polum 3. g) repetor 3. h) quince 3. i) perpetēs 3. k) luce 3. l) ut se pedibus 3. m) annuos in *pro* annua sinceri 3. n) celebrent 3.

2) *Is non alius esse videtur, nisi qui Mercionibus rex praefuit ab a. 716. ad a. 757. J. Ad eundem exstat epistola ab Aldhelmo data:* Dilectissimo mihi filio et simul discipulo Adilwaldo *(Willelmi Malmesbir. Gesta pontif. ed. Hamilton p. 339); cf. Traube, Karol. Dichtungen p. 132.*

litterarum studia, opacis dumtaxat misteriorum secretis[a] ignaris quibusque mentibus obstructa[b], abrepto[c] propere[d] spissae stoliditatis velamine[e], patefaciens liquidissime propalarat. Quibus ad integrum exuberantis ingenii aepulis ambronibus siticulosae intellegentiae faucibus avide absumptis, meam adhuc pallentem hebitudinis maciem largissime blande sponsionis epimenia[f] affluenter refocilabat pollicitans: omni me desiderate lectionis instrumento, quo potissimum meae mediocritatis industriam satis inhiantem agnoverit, libenter edocando inbuere[g]. Quapropter, mi amantissime purae institutionis preceptor, quatenus effectu[h] consequente fidem verborum haut difficulter adhibeas, opere pretium censemus, talibus sacrae scripturae oraculis instimulatus: 'Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam: inlaqueatus es verbis oris tui'. Etiam dico, si nullis te capacibus prolate promissionis retinaculis perplexum involutumque reminisceris, tamen — cum memet ab ipsis tenerrime cunabulis infantiae[1], fovendo amando pedetemptimque delicatioribus sollertiae cibis recreando, ad vegetam usque pubertatem provexisti — dignum ab omnibus sanae intellegentiae esse iudicatur, quatenus confotum[i] iam pabulo tenerioris ingenii alas[k] vino solidiore[l] quoque profundioris sophiae[m]; tamen, si humillima subiectae devotionis instantia inportune[n] insistens expetit, adfatim alendo epulas inpendere non deneges, meque licet nullius[o] momenti ducas, vestrae sublimitatis adoptivam[p] prolem ex omni paternae prudentiae diviti censu aliquatenus ad tempus ditare non recuses: ne quando invisi audacium emulorum[q] cunei crispanti optate inprobationis cachinno[r] tripudiantes congratulentur, si sobolem opulenti[s] paternae philosophiae censu exheredem penuriamque[t] feralis insipientiae experientem conperiunt: et non incongrue mihi ille Robuam — generosa de stirpe famosissimi tam[u] laudabilis sapientiae excellenti inormitate quam etiam opimis rerum facultatibus regis Salomonis infelici fusus ortu — omnis pene paternae felicitatis expers, lugubriter coaequari queat. Denique age[v] iam nunc impleturus vota persolve et incoeptum largae institutionis beneficium concitus conple: sciens, te haut dubie[w] maiorem inde perpetuae remunerationis gloriam adepturum[x], domino adstipulante, qui ait: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'.

ante 706 — Prov. 6, 12. — Matth. 10, 22.

Huic autem nostrae parvitatis aepistolae trina cantati modolaminis carmina, binis generibus digesta, subdidimus. Quorum primum, dactilico heroici poematis exametro ac pedestri, ut authumo, regula enucleate trutinatum et in LXX coaequantium vorsuum formulas — casu ita obtingente[y], et ut verius dicam, superne dispensationis nutu moderante — divisum; tertium quoque non pedum mensura elucubratum, sed, octonis[z] syllabis in uno quolibet vorsu conpositis, una eademque littera conparis[a] linearum tramitibus aptata, cursim calamo perarante caraxatum, tibi, sagacissime sator, transmittens dicavi[2]. Medium vero meo tuoque clienti Wynfritho[b] — de transmarini scilicet[c] itineris peregrinatione — simillimis itidem vorsuum[d] et syllabarum lineis confectum, representans porrexi[3]. Haec idcirco vestrae beatitudinis venerandis obtutuum[e]

a) secretus *3.* b) obstrusa *3.* c) abrepta *3.* d) prepore *3.* e) velaminae *3.* f) *sic pro* epimeniis. g) inbueret *3.* h) affectu *3.* i) confoto *3.* k) al *3.* l) solidiores *3.* m) sophae *3.* n) inportunae *3.* o) nullus *3.* p) adoptivum *3.* q) emulor *3.* r) chacinno *3.* s) opilenti *3.* t) penuriaeque *3.* u) tuā *3.* v) acgiae *3.* w) dubiae *3.* x) adeptarum *3.* y) obtigente *3.* z) octenis *3.* a) *sic pro* comparibus *3.* b) Wihtfrido *coni. Traube cf. infra not. 3.* c) silicet *3.* [a) l. 32] d) uuorsuum *3.* e) obtutium *3.*

1) *Cf. Aldhelm. de laud. virg. c. 30 (p. 35 ed. Giles):* ab ipsis infantiae cunabulis; *ep. ad. Acirc. (p. 220 sq.):* ab ipso tenerrimae .. infantiae nutritore. 2) *V. infra p. 245 carmen IV.* 3) *Hoc de peregrinatione transmarina carmen, quod evanuisse Jaffé questus est, nobis altero eorum, quae subsequuntur, servatum esse et Hahn (Bonifaz u. Lul 181) et Traube (Karol. Dichtungen 131) rectius cognoverunt. Wynfrithum, qui hic vocatur, propter aetatem provectiorem a Bonifatio nostro prorsus distin-*

ante 706 luminibus representanda fore necessarium duxi, quod nostrae parvitatis iudicio dignum esse visum est: omnem tibi, utpute patri, mearum litterarum aeditiunculam primum pandens propalarem; quatenus vestrae sublimitatis probabili rationis iudicio conprobata et ad aequitatis normulam derivata omnibus deinceps lectorum numerositatibus acceptabilis exstat. Vale in Christo.,

6.

Quinque carmina[1].

Cod. 3 (fol. 40).

Edd. S 69 b, W 81 b, J 6; Aldhelmi opera ed. Giles p. 105.

I[a]. *Carmen auctoris ignoti Aldhelmo datum.*

Lector[b] casses[c] [2] catholicae[3] atque obses[d] athletice[e],
Tuis pulsatus precibus[4] obnixe flagittantibus,
Ymnista carmen cecini; atque rem sponsam[f] reddidi,
Sicut pridem pepigeram, quando profectus fueram[5]
Usque diram Domnoniam[g] per carentem Cornubiam
Florulentis cespitibus et foecundis graminibus.
Elementa inormia atque facta informia
Quassantur sub aetherea convexi celi camara,
Dum tremet mundi machina[6] sub ventorum monarchia.
Ecce nocturno tempore orto brumali turbine,
Quatiens terram tempestas turbabat atque vastitas,
Cum fracto[h] venti federe bacharentur in aethere
Et rupto retinaculo desevirent in saeculo.
Tum, libertate potita et servitute sopita,
Spissa statim spiramina duelli ducunt agmina,
Quibus bis sena nomina indiderunt volumina.
Horum archon[i] atrociter, fumum[k] verrens ferociter,
Furibundus cum flamine[l] veniebat a cardine,
Unde Titanis torrida labuntur luminaria.
Cumque flatus victoriae non furerent[m] inglorię,
Tremebat tellus turbida; atque eruta robora
Cadebant, cum verticibus simul ruptis radicibus.
Neque guttae graciliter manabant, sed minaciter;

6. a) *Lemma:* incipit carmen AL. b) rector *scripsit M. Haupt pro* lector *3, quod Traube l. l. p. 131 retinere vult.* c) casses *3;* casae *scr. Jaffé.* d) ospes *scr. Jaffé.* e) anthletice *3; corr. Jaffé.* f) rem sponsam *scripsit Jaffé pro* responsa *3.* g) dōnoniam *3.* h) fracti *3.* i) archons *3.* k) famam *3; corr. Jaffé.* l) flaminae *3.* m) furirent *3.*

guendum esse bene observavit Traube, qui coniectura probabili ductus Wihtfrido potius legendum esse existimavit; cf. Aldhelmi epistolam ad Wihtfridum datam ap. Willelm. Malmesbir. Gesta pontif. p. 358 aliamque, quam ad eundem scriptam commemorat (ibid. p. 332).

1) *Singulis carminibus (excepto quarto) in codice praemissa haec sunt:* incipit carmen ĀL̄; *subiuncta autem carmini primo sunt haec:* finit carmen aldhelmi, *reliquis nihil nisi:* finit carmen. 2) *Cf. ad hunc locum Traube, Karol. Dichtungen p. 130, qui cassidis nomine Aldhelmum ipsum dici docet ex carmine IV v. 8 et 26, affert etiam Willelm. Malmesbir. Gesta pontif. p. 332, ubi legitur:* in epistola ad Wihtfridum aperte se priscam protectionis galeam dicit. *Carmen igitur ab auctore ignoto ac clerico quidem ad Aldhelmum missum esse censuit.* 3) catholicae *est vocativus.* 4) *Cf. Aldh. de laud. virg. v. 31 (p. 137 ed. Giles):* precibus pulsare tonantem. 5) *Cf. infra ep. 140.* 6) *Aldh. l. l. v. 158 (p. 140):* praesentis machina mundi.

Mundi rotam[1] rorantibus umectabant cum imbribus[2]. ante 706
Cum praepollenti pluvia essent referta flumina.
Turbo terram teretibus grassabatur grandinibus.
Quae catervatim caelitus crebrantur nigris nubibus.
Neque caelorum culmina carent nocturna nebula;
Quorum pulchra planities perlucebat ut glaties,
Donec nimbo ac nubibus torve teguntur trucibus[a].
Nam tenebrescunt turbine, disrupto rerum ordine,
Germane Phoebi numina atque praeclara lumina.
Neque flagrabat flammiger[3] ductor[b] dierum Lucifer,
Sicut solet sepissime auratum sidus surgere,
Sed caecatus caligine velud furva fuligine[4].
Plaustri plane pulcherrima non conparent curricula[c],
Aquilonis a circio cursum servantis sedulo.
Ac totidem torrentibus septem latet lampadibus
Pliadis pulchra copula ab Athlantis prosapia;
Haec conscendunt per ethera ab ortu solis sidera.
Tunc pari lance limpida Libre torpębat trutina.
Zodiacus cum cetera cyclus fuscatur caterva,
Quem Mazaroth[5] reperimus nuncupari antiquitus,
Bis senis cum sideribus per Olimpum lucentibus.
Nec radiabat[d] rutulus, sicut solebat, Sirius;
Quia nubis nigerrima[e] abscondunt polos pallia.
Attamen flagrant fulmina late per caeli culmina[6],
Quando pallentem pendula flammam vomunt fastigia;
Quorum[f] natura nubibus procedit conlidentibus.
Nec non marina cerula glomerantur in glarea,
Qua furuit[g] inruptio ventorum ac correptio.
Per pelagi itinera salsa spumabant equora,
Cum bulliret brumalibus undosus vortex fluctibus.
Oceanus cum molibus atque diris dodrantibus[h]
Pulsabat promontoria, suffragante victoria.
Sic turgescebat trucibus pontus ventorum flatibus,
Infligendo flaminibus[i] scopulosis marginibus.
Quid dicam de ingentibus altithroni operibus,
Quae nullus nequit numero conputare in calculo.
En multa. In miraculo nunc apparet[k] propatulo
Clara Christi clementia per haec facta recentia,
Cum grata gallicinia quasi quarta vigilia
Suscitarent sonantibus somniculosos cantibus.
Tum, binis stantes classibus, celebramus concentibus
Matutinam melodiam ac synaxis psalmodiam,
En statim fulcra flamine nutabant a fundamine,

a) crucibus *3.* b) doctor *3.* c) curricola *3.* d) radiebat *3.* e) nugerrima *3.* f) quarum *3.* g) ruit *3;* furuit *corr. Traube.* h) *sic 3, cf. supra p. 174 lin. 37.* i) flāminibus *3.* k) apparent *3.*

1) *Aldh. de laud. virg. c. 9 (p. 8):* mundi rotam. 2) *Cf. supra p. 234 lin. 7.* 3) *Aldh. epist. ad Eahfrid. (p. 92):* flammiger flagransque. 4) *Aldh. de laud. virg. c. 44 (p. 58):* furvae fuliginis. 5) *Hieronymi ep. 64 ad Fabiolam (Opp. ed. Vallarsius I, 365):* Mazuroth, hoc est zodiacum circulum. 6) *Aldh. de laud. virg. v. 2 (p. 136):* culmina caeli.

ante 706

Tigna tota cum trabibus tremibunda ingentibus
Vacillabant, ab omnibus aule pulsata[a] partibus.
His tantis tempestatibus ac terrorum turbinibus
Nostra pavent precordia tot monstrorum prodigia,
Quando cernebant lumina tectorum laquearia
Horrisonis fragoribus[1] concuti et creporibus.
Tum tandem cursu caterva, confracta linquens limina,
Portum petit basilicae, populante[b] pernicie;
Sic pelluntur pericula per matris adminicula.
Quidam, discrimen dubiis[c] devitantes[d] cum saltibus
Per devexa ac lubrica clivosi ruris latera,
Metuebant magnopere casam contritam[e] crepore.
Porro cum tetrae[f] tenebrae preterissent et latebrae,
Fatiscente[g] velamine, orto iubaris[h] lumine,
Scissa ceca caligine[2] quasi mortis imagine,
Tunc videns[i] ab ecclesia tigilli fusa fragmina.
En, inquam, noctis horrida nunc apparent spectacula.
Ecce casae cacumina cadebant ad fundamina,
Qua[k] solebant lautissime[l] sumi dulces deliciae.
En genestarum aprica frondosarum velamina
Pelluntur[m] parietibus flabrorum[n] arietibus.
Heu, tectorum tutamina prosternuntur in platea,
Ecce crates a culmine ruunt sine munimine;
Flatus saevi spiramina haec fecerunt ludibria.
Et nisi natalicia Pauli sancti sollemnia[3]
Tuerentur trementia timidorum precordia,
Forsan, quassati culmine[o], quateremur et fulmine,
Quemadmodum crudeliter novies binos circiter
Luc. 13, 4. Propalant evangelica trini Tonantis famina
Turris fregisse fragmina cum inmensa maceria.
Ergo Christo in commune, adempti a discrimine,
Grates dicamus dulciter, manenti inmortaliter.
Doxa Deo ingenito atque gnato progenito,
Simul cum sancto superna flatu regenti[p] saecula[q].

II[r]. *Aedilwaldus de transmarini itineris peregrinatione.*

Nuper dein labentibus[s] vivis[t] brumae[u] temporibus
Atque[v] mora meatuum mox conplęta vergentium —
Quemadmodum mellificis heroicorum vorsibus
Inlustris quondam poeta, Romae urbis indigena,
Stili calamo stridulo caraxante persedulo,

a) pulsatis *3.* b) propellente *coni. Jaffé.* c) duobus *3.* d) divitantes *3.* e) contritum *3.* f) tetro *3.* g) fatescentes *3.* h) iuvaris *3.* i) vident *coni. Jaffé.* k) que *3.* l) lautissimae *3.* m) velluntur *coni. Jaffé.* n) flabrorum *scripsit M. Haupt pro* fabrorum *3.* o) *an* flamine? *Jaffé.* p) regente *3.* q) *sequuntur haec:* finit carmen aldhelmi. r) incipit carmen al *3.* s) de inlabentibus *3.* t) binis *3.* u) brunae *3.* v) absque *3.*

1) *Aldh. de laud. virg. c. 26. 47 (p. 30. 62):* fragore .. horrisono. 2) *Aen. III, 203:* caeca caligine. 3) *Iunii 29.*

Sacris inserit scedulis doctiloquus Sedulius: ante 706
Evolutam labilibus mundi molem rotatibus
Protelata[a] prae patulis intervalla obstaculis
Pepulisse perniciter parum sistens stabiliter[b] —
Trini fuere famine viri absque cunctamine[c]
Divulgati[d] per aethera summi Olimpi[1] supprema.
Virtutum quos redimita cristatos cingit corona,
Parta[e] namque per fabricam aethralis Heri vegetam[f],
Fides[g] nec non trilicibus[h] girat[i] thoracis humeros[k].
Sic truduntur tyrannidis tela labaro[l] tyronis,
Quibus horrende inruit, imber veluti ingruit[2],
Bellicosus in agone Christi, adverso agmine
Consternatus quo[m] quiritat[n] fur vix[o] erectus, indicat:
 'Christi crucis per culmina ferimus frontis vexilla,
Quae[p] fugax Orcus[q] horridus timet telorum imbribus[r] [3]'.
At vos, famosi viribus viri sudantes strennuis,
Trucem vicistis tropeo hostem belli aethereo.
 Qui propinquos et patrias abspernentes[s], peregrinas[s]
Ignoti ruris cespites adistis[t], cursu[u] praepetes[v].
Neque furentes vortices undisonis fragoribus
Turgentis Thitis[4], tellurem debellantis per terrorem;
Neque latrones lividis[w] glomerantes genuinis
Loetiferę libidinis luridaeque cupidinis,
Abstrahunt qui[x] exuvias legentibus per avias[y];
Nec beluae[z] vibrantibus rabidi rostri rictibus[5],
Oberrantes[a] per devia dumosi ruris limina,
Celsorum[b] Christi militum refraenarunt propositum.
Tum agape pro numinis iter suum conaminis
Gradientes, sublimia Petri petunt suffragia.
Illum visendi[c] gratia frequentant, ut amnestia
Nancta foret a numine, Petri iuvante[d] famine:
Omnes hii in Domino vivi[e] sanę pro saeculo
Essent iuncti bitumine germanitatis viscide[f].
 Tandem, decurso[g] concite perlongi callis limite,
Edem almam adiere[h], patria[i] quam petivere,
Ubi Petri corpusculum iacet tellure conditum.
Tum alter[k] e felicibus couterinis fratribus
Prosilit de ergastulo carnis; evulsus clanculo
Clavigero et regiae[l] caeli adhesit munitae[m];

a) protellata *3.* b) *sic.* c) cuntamine *3.* d) devulgati *3.* e) paeta *3.* f) vegitam *3.* g) fidei *3*; fides *corr. Traube.* h) trilices *scr. Jaffé.* i) girant *3*; girat *corr. Traube (cf. Poet. Carol. III, 82 not.).* k) humeris thoraces *scripsit Jaffé pro* thoracis humeros *3 (cf. infra p. 245, III v. 15).* l) te labiosa *3, corr. Traube;* vi osa *Jaffé.* m) quod *3,* quo *Tr.* n) queritat *scripsit M. Haupt pro* veritat *3*; quiritat *Tr.* o) furvex *3, corr. Tr.,* furvus et rictu inhiat *Jaffé.* p) quas *3.* q) orcas *3.* r) *sic.* s) *sic 3.* t) audistis *3.* u) cassu *3.* v) praecipites *3.* w) lividis *scripsit M. Haupt pro* libidis *3.* x) abstrahuntque *3.* y) pera vias *scr. Jaffé.* z) Neque bilue *3.* a) aberrantes *3.* b) cael-sorum *3.* [a) v. 35] c) vissendi *3.* d) iuvanti *3.* e) bini *3.* f) uscide *3.* g) decurre *3.* h) audiere *3.* i) patriam *3.* k) altar *3.* l) reginae *scr. Jaffé.* m) Mariae *scr. Jaffé.*

1) *Aen. VII, 558:* summi .. Olympi. 2) *Aen. XII, 284:* ac ferreus ingruit imber. 3) *Cf. infra p. 245, III v. 17.* 4) *Thetidis HAUPT.* 5) *Aldh. de laud. virg. c. 20 (p. 21):* rabidis .. rictibus tradidit.

ante 706

Qui[a], evectus florentibus paradisi cespitibus
Sociatus sublimibus angelorum cum milibus,
Regnat istic per saecula, carpens aeterna gaudia.
  Bini vivi[b], beantibus meritorum meatibus,
Virentes acsi floscula paradisi perflorea,
Olim spretas[c] agilibus patrias petunt[d] cursibus;
Non quod luxu labilia cosmi[e] quaerunt quisquilia[f],
Sed quod ferunt[g] non minima carismatum donamina,
Quibus ditatur[h] area[i] animarum perflorida.
  En vehebant volumina numerosa per agmina
Multimodis et mysticis elucubrata normulis,
Quorum auctoribus[k] aius adesse constat alitus[1];
Quae profetae, apostoli doctiloqui oraculi
Indiderunt pergaminae, almo inflati flamine.
  Nunc vestium velamina bella[l] produnt ornamina[m]
Mirifico que munere proferebant[n] praepropere[o];
Quaeque ita inormia eliciunt exordia:
Pulchra prorsus[p] propagine deprompta in origine,
Gnari quaedam genimina vermis fuerunt[q] minima,
Foliis quique vescitur, brume meatu moritur[r];
Cumque proles progreditur ovorum alvo oritur,
Neque, illos qui genuit, vermis idem recaluit.
Foetus[s] fluunt[t] ex semine imo nature germine;
Sed quod magis mirabile mundo et disperabile[u]:
Ova viri et faeminae, califacata[v] calore,
Parturire progenitum foetum, vellere vegetum[w].
Lana ostri elabitur vermiculo, cum vertitur,
Spissam ceu aranea telam texit muscarea[x].
Tumque lana, latratibus fusi[y] valde volantibus,
Filamenque[z][2] revolvitur, veluti setis[a] torquetur[b].
Inde sumuntur syrica, quae portabant promiscua,
Quorum persplendit species pulchra, ceu planities
Paradisi, Puniceis purpurata cum rosetis[c][3],
Quibus inter eburnea lilia lucent[d] linea;
Sic, sic sane sanguinea Syricorum insignia[e]
Pulchrę picta, perniveo colore atque croceo,
Viridi, fulvo, floreo fucata atque blaveo[f][4],
Ut peplorum per pallia pulchra pandant[g] ornamina.
  Tum[h] sanctorum reliquias nonnullorum eximias
Advehebant, inormiter dicatas[i], nutu naviter

a) quo *3.* b) Bini bini *3.* c) ollim spraetas *3.* d) pectunt *3.* e) cusmi *3.* f) quiscilia *3.* g) fert' *3.* h) didatur *3.* i) arida *3.* k) auctor *3.* l) ulla *3.* m) oramina *3 (cf. infra v. 82).* n) perferebant *3.* o) p̄pore *3.* p) pulchro prosus *3.* q) fuerunt' *3.* r) meatū oritur *3.* s) foetum *3.* t) fluant *3.* u) disparabile? *Jaffé.* v) califacati *3.* w) vegitum *3.* x) muscanea *3.* [a) v. 74] y) fusae *3.* z) filā inq; *3.* a) *an* seta? *Jaffé.* b) torquitur *3.* c) roseis *3.* d) locant *3.* e) insignea *3.* f) blaveo *scripsit M. Haupt pro* laneo *3.* g) pandunt *3.* h) tā *3.* i) dicatus *3.*

1) *i. e. spiritus sanctus.* 2) *V. Dieffenbach, Glossarium Latino-germanicum: 'filamen'. J.* 3) *Verg. Ecl. V, 17:* Puniceis .. rosetis. 4) *caeruleo; v. Ducange, Glossarium: 'blavus'. J.*

Quae concedunt oramina orantium fidelia. ante 706
Nec non adhuc munusculum quoddam addunt pulcherrimum:
Toracydas[a] [1], tuentibus retorquentes luminibus
Imagines auriferis Christi matris capitibus.
Cumque multa magnanima[b] producebant[c] donamina,
Christi sponsae, ecclesiae cuncta ferebant opimae
Et ipsorum et omnium matri, Christo credentium.
Valetote, felicibus vitam clausuri calcibus[d].

III[e]. *Oratio ad Deum.*

Summum satorem — solia sedit qui per aethralia,
Alti Olimpi arcibus obvallatus minacibus [2],
Cuncta cernens cacumine[f] caelorum summo lumine,
Alta poli et infima telluris latae limina;
Cuius inmensa munera nequeo prorsus[g], funera
Antequam rictu rabido [3] raptent et rodant[h] avido
Ore halitum, corpore mortis[i] rigente[k] torpore,
Carminare concentibus celsae[l] laudis stridentibus —
Ipsum profecto precibus peto, profusis fletibus [4]
Allidens libentissime solo tenus saepissime[m]
Curvatam colli cervicem capitis atque verticem:
Titubanti tutamina tribuat per solamina
Sacrosancta sublimiter, suffragans manu fortiter
Alma per adminicula: hostium demat spicula,
Quibus infesti fortibus forant thoracas humeris,
Christi tyronum cassibus caesis, foedis fragoribus
Afflant[n], necantes imbribus telorum aemicantibus [5].
Illos, illos Omnipotens[o] trudat aeternis tenebris,
Ubi[p] tipo, teterrimis tostis[q] globorum gremiis,
Girat, torquens gurgitibus atri ignis ultricibus.
En pilarum acerrima parma pellat acumina,
Hostium a ferocibus protegens arundinibus
Concertantes agonibus Christo semper fidelibus.

IV[r]. *Aethilwaldus ad Aldhelmum.*

Aethereus qui omnia mundi Herus molimina
Verbi tantum cum numine formasti in origine,
Mihi, nova qui nutibus adgredior[s] nutantibus,
Litterarum cum lusibus odas[t] coaptem usibus,
Facunda funde famina . . . .
Queam cepto in carmine celso proferre famine

a) toracyclos *3.* b) magnamina *3.* c) producebant *scripsit M. Haupt pro* perducebant *3.* d) *sequuntur haec:* finit carmen. e) incipit carmen al *3.* f) acumine *scr. Jaffé.* g) prosus *3.* h) rodent *3.* i) mortis *scripsit M. Haupt pro* sortis *3.* k) rigenti *3.* l) caelsae *3.* m) saepissimae *3.* n) afflā *3.* o) omnipš *3.* p) uby *3.* q) teterrimus tortis *3.* r) *carmen hoc cum antecedente in cod. (3) ita coniunctum est, ut ambo unum esse videantur.* s) adgredirer *3.* t) odis *3.*

1) *imagines ad pectora fictas (cf. Aldh. opp. p. 15. 51. 81).* 2) *Cf. infra p. 246, IV v. 11.* 3) *Cf. supra p. 243, II v. 30.* 4) *Cf. infra ep. 118:* Profecto ipsum precibus peto profusis fletibus solo tenus sepissima. 5) *Cf. supra p. 243, II v. 20.*

ante 706

Virum, virtutum rumore fulgescentem in aethere,
Cassem priscum cum nomine comptum, veluti lumine
Astra Olimpi ignoto ardui orbi vegeto[a]
Lucem librant largifluam[b], lustrant axis ignifluam
Molem, mundo minacibus aeminentem cum arcibus[1],
Fumum furvum[c] frigoribus foci conplent caloribus,
Celi iubar e culmine[d] croceo fundunt fulmine.
Titan tremet, torrentibus[e] taedis latę lucentibus,
Passim orbis per marginem ad usque caeli cardinem;
Phoebe quoque flagrantibus fratrem iuvat[f] ardoribus,
Noctem, nigram nubiculis, lucens[g] lustrat corniculis;
Ambo spargunt spiramina ignis aethralis lumina,
Neque nocent nitoribus nemorosis cespitibus
Ruris, rigati rivulo roscidi roris sedulo.
Sed lutosam liquoribus tellurem umectantibus
Urebant[h] astra ignito torrentis globi iaculo,
Glescant[i] ut glębae germina dura atque tenerrima.
Situ roscido robora quaeque virescunt aspera[k],
Sucorum sumunt saporem; si verminant[l] per vaporem.
Ita Cassis per culmina prisci candunt[m] praefulgida
Gloriosa per agmina gemmifera ornamina
Rutulanti redimita obrizo, velud limpida
Astra convexi Olimpi orbi clarescunt viridi.
Althelmum nam altissimum cano atque clarissimum
Alto nostratim nomine nunccupatum, et numine
Pollentem, per caelestia potentem ac terrestria,
Sic, sic sane sublimibus satis ornatum cultibus,
Caeli ceu[n] per culmina[2] candunt[o] exorta[p] fulmina,
Illis, illis in omnibus aequalem dico actibus.
Quae effari[q] sublimiter odes[r] huius inormiter
Surgens nempe[s] prolixitas refragat atque[t] vastitas.
Tibi salus, per secula sospiti, absque[u] macula
Maneat inmortaliter fine tenus feliciter[v].

V[w]. *Aldhelmus ad Aethilwaldum.*

Vale, vale, fidissime philochriste[x] carissime,
Quem in cordis cubiculo[3] cingo amoris vinculo[4].
Have, have[y] altissime, olim[z] sodes[5] sanctissime,
Salutatus supplicibus, Aethilwalde[a], cum vocibus[6].

a) vegito *3.* b) lucem librant largifluam *scr. Jaffé pro* larem librant lucifluam *3.* c) fumam furvam *3.* d) et ulmine *3.* e) torret trementibus *scr. Jaffé pro* tremet torrentibus *3.* f) iubat *3.* g) lucem *3.* h) arebant *3.* i) glescunt *3;* gliscant *scr. Jaffé.* k) tenera *3.* l) *sic scripsit Jaffé pro* verum nam *3.* m) pandunt *3, corr. Traube.* n) cęu *3.* o) *sic 3.* p) exorta *scripsit Jaffé pro* per orta *3.* q) quaeque fari *3.* r) hodis *3.* s) nēpē *3.* t) refragaturque *scr. Jaffé pro* refragat atque *3.* u) sospis ab usque *3.* v) *addita sunt haec:* finit carmen. w) incipit carmen al *3.* x) phile
[a) V. v. 3] christe *3; corr. Traube.* y) houa *3;* have *Traube.* z) ollim *3.* a) aethilwaldi *3.*

1) *Cf. supra p. 243, III v. 2.* 2) *Cf. supra p. 241, I v. 47.* 3) *Cf. supra p. 235 ep. 2.* 4) *Cf. infra ep. 49:* te . . in cordis cubiculo cingimus amore. 5) *sodalis.* 6) *Cf. infra ep. 141:* Vale semper salutatus supplicibus tuorum amicorum cum vocibus.

Tete Herus in omnibus clarum creavit actibus, ante 706
Forma et visu virilem, facto et dicto senilem.
Tuam primam[a] propaginem per profundam indaginem
Curiosę conicere mentis atque inspicere
Nullus valet volucribus summi celi sub nubibus.
Tamen, adgressi, gaudiis loquimur parum trepidis.
Summo satore sobolis satus fuisti nobilis,
Generosa progenitus genetrice, expeditus
Statura, valde stabilis[b] statu et forma agilis.
Capud candescens crinibus cingunt capilli nitidis.
Lucent sub fronte lumina, lati ceu per culmina
Caeli candescunt calida clari fulgoris sidera.
Genae gemellae collibus glomerantur cum mollibus[c],
Pedetemptim purpureo pictae fuco et niveo,
Rosa veluti rutulis radiat valde flosculis.
Aures auscultant omnia. Verba ex ore prodita
Almi oris innumera nequeunt fari munera.
Adest verbosae[d] fulgidum sophiae stemma[e] lucidum.
Manus, manus mirabiles; multum pedes placibiles[f],
Tibiae cursu teretes, tam[g] fortes, ut sonipedes[h]
Sepe sequuntur cursibus salientes praepetibus.
Iam[i], si centenis clamitet quisque linguis et vocitet
Ferrea voce[1], fremitans valde et ore crepitans,
Nequit sane in saeculo ullus fari[k] oraculo,
Quantum mundo mirabilem . . . .
Neque altum ingenium explicare mortalium
Ullus valet, sonantibus licet clamet concentibus.
Quod idcirco non effero laude[l] quavis nec reffero,
Quia[m] mundi per omnia cunctis claret confinia.
Sospitem tete sordibus servet Herus ab omnibus,
Tegat[n] totum tutamine, truso hostis acumine,
Mi te[o] reddens refugium robustum per suffragium,
Inque locet aethereum caelestis sceptri gremium;
Ubi semper consortium perfruaris angelicum,
Fine carens, caelestibus vitam degens[p] cespitibus[q].

7.

Berhtwaldus archiepiscopus Cantabrigiensis Forthereo episcopo Sciręburnensi scribit, hortetur Beorwaldum abbatem Glastoniensem, ut puellam captivam, accepto pretio, dimittat. *709—712.*

Cod. 3 (fol. 34)[a].
Edd. S 58, W 155, G 144, J 7.

a) primum *3.* b) valde stabilis *scripsit Jaffé pro* destabilis *3.* c) ollibus *3.* d) verbosa *Haupt.* e) sopha et omne *3;* sophiae lumen *corr. Haupt;* sophiae stemma *Traube.* f) placabiles *3.* g) tantum *3.* h) sonipes *3.* i) nam *3.* k) fare *3.* l) lauda *3.* m) qui *3.* n) togat *3.* o) mi te *scripsit Jaffé pro* rite *3.* p) deges *3.* q) *sequuntur haec:* finit carmen.
7. a) *Lemma:* item epistola.

1) *Cf. Verg. Aen. VI, 625, Sedulii Carmen Paschale I, 99 (Opp. p. 23 ed. Huemer). J.*

709-713 REVERENTISSIMO ATQUE SANCTISSIMO COEPISCOPO FORTHEREO[1] BERHTWALDUS[2] FAMULORUM DEI FAMULUS SALUTEM IN DOMINO.

Quoniam petitio mea, qua precatus sum coram te venerabilem abbatem Beorwaldum[3] de concedenda unius captivae puellae, quae propinquos apud nos habere monstratur, redemptione, in irritum, contra quod credidi, cessit, et denuo eorumdem precibus inquietor, utillimum duxi, ad te per eiusdem puellae germanum vocabulo Eppa has litteras destinare. Per quas obsecro, ut ipse omnino optineas a predicto abbate, quatenus pro eadem puella trecentos accipiat solidos de manu presentium geruli, et ei tradat illam huc usque perducendam, quo possit reliquum vitae suae spatium cum consanguineis suis, non in servitutis tristitia, sed in libertatis transigere laetitia. Quam rem dum ad effectum tua perduxerit benivolentia, et a Deo mercedem et a me gratiarum actiones habebis. Frater quoque noster Beorwaldus nihil, ut aestimo, de eo, quod in ea iuste possedit, amittit. Quod ante debui facere, obsecro, ut, cum tui[a] memoriam in crebris orationibus feceris, mei nihilhominus meminisse digneris.

Incolumem reverentiam tuam aevo prolixiore Iesus Christus dominus noster custodiat.

8.

Aelffled abbatissa Streaneshalchensis Adolae abbatissae Palatiolensi commendat N. abbatissam Romam euntem. *ante 713.*

Cod. 3 (fol. 32)[a].
Edd. S 51, W 166, G 152, J 8.

DOMINE SANCTAE ATQUE A DEO HONORABILI ADOLANAE ABBATISSAE[b][4] AELFFLED[5], ECCLESIASTICE FAMILIAE FAMULA, SEMPITERNAE SOSPITATIS SALUTEM IN DOMINO.

Ex quo . . . me[c] famam vestrae sanctitatis ab adventantibus ex illis partibus, rumore celebri referente, cognovimus, fateor in primis nos vestrum[d] visceraliter iuxta

a) *sequitur* mei *in 3.*
8. a) *Lemma:* item epistola aelffledi. b) abb. *3.* c) ex quo me *3; an* Ex quo saepissime? *Jaffé.* d) vestram *3.*

1) *episcopo Sciréburnensi, 709—738; cf. Bedae hist. gentis Anglor. V c. 18 (cf. c. 23 p. 259. 283 ed. Holder):* Quo defuncto *(scil. Aldhelmo)* pontificatum pro eo suscepit Fortheri, qui usque hodie superest; vir et ipse in scripturis sanctis multum eruditus. 2) *archiepiscopus Cantabrigiensis, 693—731; cf. Bedae hist. Anglor. V c. 8:* Berctvald .. vir et ipse scientia scripturarum imbutus, sed et ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus *(c. 23. 24 p. 238. 283. 288 ed. Holder).* 3) *abbatem Glastoniensem (Glestingaburgensem). Qui* Beornwald abbas *iam d. 26. Maii a. 704. in tabula Inae regis Westsaxonum comparet ap. Birch, Cartul. Saxon. I, 158; licet, eum anno 705. praeesse coenobio Glastoniensi coepisse, tradat Iohannes in Chron. Glaston. (ed. Hearnius Oxonii 1726 p. 93). Eius successorem Aldbertum reperimus iam a. 712. in tabula, quae est ibid. I, 189. J.* 4) *monasterii, quod nunc vocatur Pfalzel prope Treviros; de qua cf. Mabillon, Acta SS. ord. Ben. saec. III P. I, 532 et Boll. Acta SS. Febr. t. II, 178 et Vitam Gregorii abb. c. 2 (SS. XV, 67):* Bonifatius . . pervenit *(a. 722)* ad Palatiolum monasterium virginum prope Treveris civitatem in ripa fluminis Mosella, cui tunc abbatissa praeerat nomine Addula religiosa valde et timens Deum. *Editor ad hunc locum adnotat: Adela abbatissa se filiam Dagoberti regis dicit in charta dubiae fidei, quam videsis SS. XIV p. 105.* 5) *abbatissa coenobii Streaneshalch (hodie Whitby, in litore maris, ab Eboraco ad septemtriones, de quo cf. Monast. Angl., Lond. 1846, I, 405), filia Oswini regis Northanhumbrorum, quam a. 713. obiisse liquet ex Bedae Hist. eccl. IV c. 26 (p. 216 ed. Holder). J. Cf. Ann. Lauresh., Nazar., Mosell. 713 (SS. I p. 24. 25, XVI p. 494:* mors Alfidae*).*

preceptum dominicum ex intimo pectore amorem caepisse. Domino dicente: 'Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem'. [713-717] [Ioh. 15, 12.] Quapropter[a] precibus subnixis[1] suppliciter poscimus, ut sacrosanctis flammigerisque oraculis vestris nos apud almipotentem Dominum defendere dignemini: siquidem vobis vicem reddere nostra humilitas minime pigebit, apostolo Iacobo hoc ipsum precipiente ac dicente: 'Orate pro invicem, ut salvemini'. [Iac. 5, 16.]

Insuper et summae sanctitati vestrae ac solite pietati .N., devotam ancillam Dei ac relegiosam abbatissam, karissimam fidelissimamque filiam nostram ab annis[b] adoliscentiae — pro Christi caritate et pro honore sanctorum apostolorum, Petri videlicet et Pauli, ad ipsorum sancta limina ire cupientem, sed a nobis pro necessitate atque utilitate animarum sibi commissarum actenus detentam — obnixe[c] omni cum diligentia commendamus, et precamur, quatenus cum affectu verae caritatis in sinum clementiae piae a vobis suscipiatur cum his, qui secum comitantur, ut diu desideratum ac sepe coeptum iter, Deo auxiliante, adnitente etiam vestra pietate, tandem aliquando perficere possit. Quam ob rem iterum iterumque repetendo petimus, ut cum vestris indiculis missisque[d] ad almissimam urbem Romam prospero cursu, suffragante[e] sancto ac signifero apostolorum principe Petro, dirigetur[f]; et, si quando presens Deo volente adfuerit, quicquid viva voce, qualibet occasione stimulante, pro sui iteneris necessitate suggesserit, paratum apud vos invenerit.

Orantem pro nobis sanctitatem vestram divina gratia tuere dignetur.

9.

Wynfrethus Nithardum iuvenem ad virtutem litterarumque studia hortatur.

716—717.

Codd. 1 (fol. 71), 2 (fol. 54'), 3 (fol. 1), P[a].
Edd. S 1, WG 4, J 9.

CARISSIMO SODALI ET AMICO DILECTISSIMO, QUEM MIHI NON[b] TEMPORALIS CADUCUM AURI MUNUS NEC MELLITATE[c] PER BLANDIMENTA ADOLANTIUM[d] VERBORUM FACETIAE[e] URBANITAS ADSCIVIT, SED SPIRITALIS NECESSITUDINIS FAMOSA ADFINITAS INMARCESCIBILIS[f] CATENA CARITATIS NUPER COPULAVIT, NITHARDO[g] WYNFRETHUS[h] SUPPLEX IN CHRISTO IESU PERPETUAE SOSPITATIS SALUTEM[i][2].

Humillimis[k] mediocritatis meae apicibus inlustrem pubertatis tuae indolem precor, frater karissime[l], ut tibi sapientissimi Salomonis sententiae minime[m] recordari pigeat dicentis: 'In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis' [Eccli. 7, 40.]; et alibi: 'Currite, dum lumen[n] vitae habetis, ne tenebrae mortis vos conprehendant' [Cf. Ioh. 12, 35.], quia cuncta velociter transitura sunt instantia; et in aeternum mansura cito adfutura. Et universa mundi huius pretiosa sive in specimine[o] auri et argenti sive

---

a) quia pp 3. b) ab annis *bis scr. 3.* c) obnixae *3.* d) misisque *3.* e) suffragantem *3.* f) *sic.*

9. a) *Lemma:* incipit epistola beati bonifatii archiepiscopi ad nithardum *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) *om. 1.* c) mellitae *corr. ex* mellitate *P.* d) *corr. in* adulantium *2;* adulantium *P.* e) *corr. in* faceta *2.* f) immarcessibilis *P.* g) nidhardo *1.* h) uuynfredus *1. 2;* winfredus *P.* i) saluti *3.* k) humillimus *1;* humilimis *P.* l) carissime *2. 3;* karissimę *1.* m) minimę *1.* n) lucem *1. P.* o) specie *1. P.*

1) *Cf. supra p. 234 n. 3; 235 n. 4.* 2) *Cf. Aldh. ad Acirc. (ed. Giles p. 216):* . . mihique iamdudum spiritalis clientelae catenis conexo . . inmarcescibilem sempiternae sospitatis salutem.

716-717 in stellantium varietate gemmarum vel in luxoriosorum[a] ciborum[b] aut comptorum
vestimentorum adquisita diversitate simillima collatione[c] [1] rerum ut[d] umbra praeter-
eunt, ut fumus fatiscunt[e], ut spuma marcescunt[f] iuxta veridicam psalmigrafi[g] senten-
Cf. Ps. 102, 15. tiam dicentis: 'Homo sicut foenum dies eius, et sicut flos agri ita floriet'; et alibi:
Ps. 101, 12 'Dies mei sicut umbra declinaverunt, et ego sicut foenum arui'.

Et hac de re universi aurilegi[2] ambrones[3], apo ton[h] grammaton agiis[4] frustratis
adflicti[i], inservire excubiis et[k] fragilia aranearum in cassum — ceu flatum tenuem
Cf. Ps. 38, 7. sive pulverem captantia — tetendisse retia dinoscuntur: quia cata psalmistam[l] the-
saurizant et ignorant, cui congregent illa. Et, dum exactrix invisi Plutonis[5], mors
videlicet, cruentatis crudeliter frendens dentibus in limine latrat tum[m], tremibundi[n]
et omni divino[o] suffragio[p] destituti animam — pariter pretiosam[q] et fallacem gazam,
cui avari die[r] noctuque sollicite inserviebant, subito amittentes[s] — perdent. Et exinde,
diabolicis rapti manibus teterrima subeunt claustra Erebia[t] [6], aeterna luituri supplicia.

His autem omnibus absque scrupulo falsitatis ita se habentibus, precibus cari-
tatis interlitis obnixe flagitantibus, te implorare[u] procuro, ut, his universis[v] veraciter
perspectis[w], resuscitare festines gratiam ingenii naturalis, quae in te est, et liberalium
litterarum scientiam et divini intellectus flagrantem spiritaliter ignem aquoso luto et
humido terrenae cupiditatis pulvere non extinguas; sed — memor psalmigrafi[x] de
Ps. 1, 2. beato viro sententiam proferentis: 'In lege Domini fuit voluntas eius[y] et[z] meditabitur
Ps. 118, 97. die ac nocte', et alibi: 'Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea
Ios. 1, 8. est', et Moysen[a] in Deuteronomio[b]: 'Non recedat liber legis de ore tuo: et meditaberis
in ea diebus ac noctibus omnibus' — non profuturis aliarum rerum obstaculis[c] porro
abolitis, studium sanctarum litterarum mentis intentione sequi nitaris et inde gloriosae
ac vere[d] pulchritudinis venustatem adquirere, id est divinam sapientiam. Quae est
Cf. Iob 28, 17. 19. splendidior auro, speciosior argento, ignitior carbunculo, candidior cristallo[e], pretiosior[f]
topazio[g], et secundum sanctionem ingeniosi contionatoris omne pretiosum[h] non est ea[i]
Cf. Prov. 8, 11. dignum. Quid enim, frater karissime[k], a iuvenibus decentius quaeritur aut quid a
senibus demum sobrius possidetur[l], quam[m] scientia sanctarum scripturarum? Quae
sine ullo[n] naufragio periculose tempestatis[7] navem animae nostrae gubernans deducet
ad amoenissimi[o] litus paradisi[8] et ad perpetua supernorum gaudia angelorum. De
Sap. 8, 1-4. qua supra dictus sapiens dixit: 'Sapientia vincit malitiam[9]; adtingit[p] ergo a fine[q]
usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter; hanc amavi et exquisivi[r] a iuven-

---

a) luxuriosorum *1. P.* b) cyborum *3.* c) collectione *1. P.* d) et *3.* e) facti sunt *P.* f) marcescet *P.* g) psalmigraphi *1. P.* h) to *codd.* i) adfl. *corr. in* afflicti *2.* k) *om. P.* l) canta psalmista *corr. in* cantat psalmista *P.* m) tu *3.* n) *corr. in* tremebundi *2;* tremebundi *3. P.* o) *om. P.* p) subfragio *3.* q) praetiosam *3.* r) diu *3.* s) ammittentes *1.* t) *corr. in* herebi *2;* erebi *3;* herebia *P.* u) inplorare *3.* v) universis his *P.* w) perfectus *1;* perspectus *corr. in* perspectis *2.* [a) l. 21] x) psalmigraphi *1. P.* y) et in lege *in marg. add. 2.* z) *om. P;* et meditabitur *om. 1.* a) *corr. in* moysi *2.* b) deuteronomia *1. 3.* c) obstaculas *P.* d) acuere *pro* ac vere *P.* e) christallo *2;* crystallo *P.* f) praetiosior *3.* g) topaxio *1.* h) praetiosum *3.* i) est in ea *P.* k) carissime *2. 3;* christiane *P.* l) possedetur *3.* m) quia *1. 3; corr. ex* quia *2.* n) illo *1. 3; corr. in* ullo *2;* ullo *P.* o) ammoeniissimi *3.* p) attingit *2. 3. P.* q) a fine *om. 1. 3;* attingit verbo usque *P.* r) exquaesivi *3.*

1) *Cf. Aldh. ad Acirc. (ed. Giles p. 329):* Nonne *(sc. mundi prosperitas)* simillima collatione ut somnium evanescit, ut fumus fatescit, ut spuma marcescit? *(cf. de laud. virg. c. 43 p. 57).* 2) *aurileguli.* 3) *ganeones, lurcones.* 4) *His verbis contra regulam grammaticam conformatis:* *ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἁγίοις* frustratis adflicti *scriptorem apparet declarare haec: 'a litterarum sanctuariis frustratis adflicti'. J.* 5) *diaboli.* 6) *Erebea, Tartarea.* 7) *Aldh. de laud. virg. c. 10 (p. 10 ed. Giles):* de periculoso saeculi naufragio et grassante dirae tempestatis turbine. 8) *Aldh. ad Acirc. p. 217:* de amoenissimo scripturarum paradiso. 9) *Sap. 7, 30:* Sapientiam autem non vincit malitia.

tute[a] mea, et amator[b] factus[c] sum formae illius; generositate[d] clarificat contuberniam[e] Dei habens, sed et omnium dominus dilexit illam; doctrix est enim disciplinae Dei'. 716-717

Propterea, si Dominus omnipotens voluerit, ut aliquando ad istas partes remeans, sicut propositum habeo[1], perveniam[f], spondeo[g], me tibi in his omnibus fore fidelem amicum et in studio divinarum scripturarum, in quantum vires subpeditent, devotissimum adiutorem[h].

Vale, frater, florentibus[i]
Iuventutis cum viribus,
Ut floreas cum Domino
In sempiterno solio —
Qua martyres in cuneo
Regem canunt aethereo,
Prophetae apostolicis
Consonabunt et laudibus,
Qua rex regum perpetuo
Cives ditat in saeculo —
Iconisma[2] sic Cherubin
Ut et gestes[k] cum Seraphin,
Editus apostolorum
Et[l] filius prophetarum.
Nitharde[3], nunc[m] nigerrima
Imi cosmi contagia
Temne fauste — Tartarea
Haec contrahunt[n] supplicia —
Altaque super aethera
Rimari petens agmina,
Deum quae[o] semper canticis[p]
Verum comunt angelicis,
Summa sede ut gaudeas
Unaque[q] simul fulgeas,
Excelsi regni prȩmia
Lucidus captes aurea[4]
Inque[r] throno aethereo
Christum laudes praeconio.

a) iuvente *1.* b) exquisitor *P.* c) *om. 1. P.* d) generositatem *2. P.* e) ium *corr. in* iam *2;* contubernium habens dei *P.* f) peruiam *1. 3; corr. ex* peruiam *2.* g) sposponndeo *1. 3.* h) *qui sequuntur versus om. 1. P.* i) floribus *2.* k) gentes *2.* l) et *addidit Jaffé.* m) *om. 2.* n) contrahunt *scripsit Jaffé pro* contra hunc *2. 3.* o) deumque *2.* p) canticis *scripsit Jaffé pro* caelicolis *2. 3.* q) una quae *3.* r) in quae *3.*

1) *Bonifatium hic de reditu in Frisiam sperato dicere Hauckii est sententia probabilis (Kirchengesch. Deutschlands I, 418 n. 2). Idem iam censuit Hahn (Bonifaz u. Lul p. 50 n. 2).* 2) *speciem.* 3) *Novem horum hemistichiorum initia formant nomen: Nithardus. J.* 4) *Sedul. Carm. Pasch. I, 341:* Aurea perpetuae capietis praemia vitae.

10.

c. 717 *Wynfrethus Eadburgae abbatissae Thanetensi visionem in monasterio Wenlocensi factam perscribit.* *c. 717.*

Codd. 1 (fol. 95'), 2 (fol. 76'), 3 (fol. 13), Parisinus 9376 saec. XI. (fol. 52, ubi visio ex Bedae hist. Anglor. V c. 12 deprompta praecedit), quem contulit A. Molinier, P[a].
Edd. S 21, WG 20, J 10.

BEATISSIMAE VIRGINI, IMMO DILECTISSIMAE DOMINAE EADBURGE[b] [1], MONASTICE NORMULAE[c] CONVERSATIONIS EMERITAE, WYNFRETHUS[d] EXIGUUS IN CHRISTO IESU INTIMAE CARITATIS SALUTEM.

Rogabas me, soror carissima[e], ut admirandas visiones de illo redivivo, qui nuper in monasterio Milburge abbatissae[2] mortuus est[f] et revixit, quae ei ostensae sunt, scribendo intimare et transmittere curarem[g], quemadmodum istas veneranda abbatissa Hildelida[3] referente[h] didici[i]. Modo siquidem gratias omnipotenti Deo refero, quia in hoc dilectionis tuae voluntatem eo plenius liquidiusque, Deo patrocinium praestante[4], implere[k] valeo, quia ipse cum supra dicto fratre redivivo — dum nuper de transmarinis[l] partibus[5] ad istas pervenit regiones — locutus sum; et ille mihi stupendas visiones, quas extra corpus suum raptus in spiritu vidit, proprio exposuit sermone.

Dicebat quippe, se per[m] violentis[n] egritudinis dolorem corporis gravidine[o] subito exutum fuisse[p]. Et simillimum esse collatione[q], veluti si videntis[r] et vigilantis hominis oculi densissimo tegmine velentur; et subito auferatur velamen, et tunc perspicua sint omnia, quae antea[s] non visa[t] et velata et ignota fuerunt[u]. Sic sibi[v], abiecto terrenae[w] velamine carnis, ante conspectum[x] universum collectum fuisse mundum, ut cunctas terrarum partes et populos et maria sub uno aspectu contueretur. Et tam magnae claritatis et splendoris angelos[y] eum egressum de corpore suscepisse, ut nullatenus pro nimio splendore in eos aspicere potuisset. Qui iucundis[z] et consonis vocibus cane-
Ps. 37, 2. bant: 'Domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me'.

'Et sublevabant me — dixit — in aera sursum[a]. Et in circuitu totius mundi ignem ardentem videbam et[b] flammam inmensae magnitudinis anhelantem[c] et terribiliter ad superiora ascendentem, non aliter pene quam ut sub uno globo totius mundi machi-

10. a) *Lemma:* item epistola winfredi *1. 2;* item epistola wynfrethi *3; sine lemmate Par., P.* b) eatburgę *Par.* c) normula *3. Par.* d) uuinfrethus *1;* uuinfredus *2. Par.* e) karissima soror *Par.* f) *om. P.* g) curare *3.* h) referenti *1. 3.* i) dedici *3.* k) inplere *2.* l) transmirinis *Par.* m) super *2 pro* se per. n) violentae *P.* o) gravedine *2. Par. P.* p) subitum fuisse exutum *P.* q) conlatione *1.* r) videnti *Par.* s) ante *1.* t) non convisa *P.* u) non fuerunt *P; rasura ante* fuerunt *2.* v) sic ibi *Par.* w) terreni *Par.;* tetrae velaminae *3.* x) conspectu *P.* y) angelum *P.*
[a) l. 26] z) iocundis *1. Par.* a) in aere d^{u}ixit sursum *1;* dixit in aere sursum *Par.;* duxit in aera sursum *P.* b) *om. 2.* c) hanelantem *Par.*

1) *abbatissae coenobii s. Mildredae Thanetensis, d. Cantabrigiensis; v. Historia fundationis coenobii, Monasticum Anglicanum (London 1846) I, 449; Lewis, History of the isle of Tenet (London 1736), a collection of papers p. 64. Obiit Eadburga a. 751; v. Chron. Willelmi Thorne (ap. Twysden et Selden Hist. Angl. Script. p. 1908) cap. 24:* beata Erburt *(sic perperam pro Eadburc)* mortua anno D. sextingentesimo *(lege: septingentesimo)* quinquagesimo primo *J. Cf. chartam Aethilbaldi Merciorum regis a. 748. datam* Eadburge abbatissae .. in monasterio b. Dei genetricis Mariae, quod situm est in insula Taneti *(Birch, Cartul. Saxon. I, 253).* 2) *in monasterio Wenlocensi (Wenlock, in Shropshire, a Shrewsbury inter orientem et meridiem), a s. Milburga circ. a. 680. condito; v. Monasticum Anglicanum V, 72, Mabillon, Acta SS. ord. Ben. saec. III P. 1, 443.* 3) *abbatissa Berecingensi (coenobii Barking s. Berking, a Londinio ad orientem); de qua cf. Bedae hist. eccl. IV, 10 (ed. Holder p. 181), Monasticum Anglicanum I, 436, Mabillon, Acta SS. ord. Ben. saec. III P. I, 229. J.* 4) *Cf. supra p. 231 n. 3.* 5) *de Anglia scilicet ad Frisiam.*

nam[1] conplectentem, nisi eam sanctus angelus inpresso signo sanctae crucis Christi conpesceret. Quando enim in obviam minacis flammae signum crucis Christi expresserat, tunc flamma magna[a] ex parte decrescens resedit. Et istius flammae terribili ardore intollerabiliter[b] torquebar, oculis maxime ardentibus et splendore fulgentium spirituum vehementissime reverberatis: donec splendidae visionis angelus manus suae inpositione caput meum quasi protegens tangebat et me a lesione[c] flammarum tutum[d] reddidit'. c. 717

Praeterea referebat[e]: illo in temporis spatio, quo extra corpus fuit, tam magnam animarum migrantium de corpore multitudinem[f] illuc, ubi ipse fuit, convenisse, quam totius humani generis in terris non fuisse antea existimaret[g]. Innumerabilem quoque malignorum spirituum turbam nec non et clarissimum chorum supernorum angelorum[2] adfuisse narravit. Et maximam inter[h] se miserrimos[i] spiritus et sanctos angelos de animabus egredientibus de corpore disputationem habuisse, daemones accussando et[k] peccatorum pondus gravando, angelos vero relevando[l] et excussando[m].

Et se ipsum audisse, omnia[n] flagitiorum suorum propria peccamina[o] — quae fecit a iuventute sua et ad confitendum aut neglexit aut oblivioni tradidit vel ad peccatum pertinere omnino nesciebat — ipsius propria voce contra illum clamitasse et eum dirissimę[p] accussasse et specialiter unumquodque[q] vitium quasi ex sua persona in medium se obtulisse dicendo quoddam[r]: 'Ego sum cupiditas tua, qua[s] inlicita frequentissime[t] et contraria praeceptis Dei concupisti'; quoddam vero: 'Ego sum vana gloria, qua te apud homines iactanter exaltasti'; aliud: 'Ego sum mendacium, in quo mentiendo peccasti'; aliud: 'Ego sum otiosum verbum, quod inaniter locutus fuisti'; aliud: 'Ego visus, quo videndo inlicita peccasti'; aliud: 'Ego contumacia[u] et inoboedientia, qua senioribus spiritalibus inoboediens fuisti'; aliud: 'Ego torpor et desidia in sanctorum studiorum neglectu'; aliud: 'Ego vaga[v] cogitatio et inutilis cura, qua te supra modum sive in ecclesia[w] sive extra ecclesiam[x] occupabas'; aliud: 'Ego somnolentia, qua oppressus tarde[y] ad confitendum[z] Deo surrexisti'; aliud: 'Ego iter otiosum[a]'; aliud: 'Ego sum[b] neglegentia[c] et incuria, qua detentus erga studium divinae lectionis incuriosus fuisti'; et cetera his similia. Omnia, quae in diebus vitae suae in carne conversatus peregit et confiteri neglexit[d], multa quoque, quae ad peccatum pertinere omnino ignorabat, contra eum cuncta terribiliter vociferabant[3]. Similiter et maligni spiritus in omnibus consonantes vitiis accussando[e] et duriter testificando et loca et tempora nefandorum actuum memorantes eadem, quae peccata dixerunt, conclamantes probabant. Vidit quoque ibi hominem quendam, cui iam in seculari habitu degens vulnus inflixit — quem adhuc in hac vita superesse[f] referebat —, ad testimonium malorum suorum adductum; cuius cruentatum et patens vulnus et sanguis ipse, propria voce clamans inproperabat et inputabat ei crudele effusi sanguinis crimen. Et sic cumulatis[g] et conputatis sceleribus, antiqui hostes[h] adfirmabant: eum, reum peccatorem, iuris eorum et condicionis indubitanter fuisse.

---

a) magna flamma *1.* b) intolerabiliter *Par.* c) alisione *pro* a lesione *P.* d) tuum *corr. in* tutum *1.* e) refebat *1.* f) multitudine *Par.* g) exsistimaret *Par.* h) intra *1. 2.* i) misserrimos *1.* k) accusationem *pro* accussando et *Par.* l) reuelando *1. Par. P.* m) excusando *Par. P.* n) omnia audisse *1.* o) peccata *2.* p) durissime *2.* q) unumquoque *Par.* r) quoddam dic̄ *Par.* s) quae *1. 3.* t) frequentissimae *3.* u) contumatia *3.* v) vana *Par.* w) aecclesia *1.* x) aecclesiam *1.* y) tarda *2.* z) consistendum *2.* a) otisum *1.* b) tunc *Par.* c) negligentia *2;* negligenti *Par.* d) negligit *Par.* [a) l. 27] e) acussando *1.* f) *verbis* vita superesse *desinit Par.* g) comulatis *3;* comulatis *corr. in* cumulatis *1. 2.* h) hostis *P.*

1) *Cf. supra p. 240 I r. 9.* 2) *Cf. supra p. 250:* ad perpetua supernorum gaudia angelorum. 3) *Cf. supra l. 15—18:* omnia flagitiorum — accusasse, *ubi paene eadem verba.*

c. 717 ‘E contra autem — dixit — excussantes me, clamitabant parve virtutes animae, quas ego miser indigne et inperfecte peregi. Quaedam dixit[a]: ‘Ego sum oboedientia, quam senioribus spiritalibus exhibuit’; quaedam: ‘Ego sum ieiunium, quo corpus suum contra desiderium carnis pugnans castigavit’; alia[b]: ‘Ego oratio pura, quam effundebat in conspectu Domini’; alia: ‘Ego sum[c] obsequium infirmorum, quod clementer egrotantibus exhibuit’; quaedam: ‘Ego sum psalmus[d], quem pro otioso sermone satisfaciens Deo cecinit’. Et sic unaqueque virtus contra emulum suum peccatum excussando me clamitabat. Et has illi inmensae claritatis angelici spiritus magnificando defendentes me adfirmabant. Et istae virtutes universae valdę mactae[e] et multo maiores et excellentiores[f] esse mihi videbantur, quam umquam viribus meis digne perpetrate fuissent’.

Inter ea referebat, se, quasi in[g] inferioribus, in hoc mundo vidisse igneos puteos[h] horrendam eructantes flammam plurimos; et, erumpente tetra[i] terribilis flamma[k] ignis, volitasse et miserorum hominum spiritus in similitudine nigrarum avium per flammam plorantes et ululantes et verbis et voce humana stridentes et lugentes[l] propria merita et praesens supplicium; consedisse paululum herentes in marginibus puteorum; et iterum heiulantes[m] cecidisse in puteos[n]. Et unus ex angelis dixit: ‘Parvissima haec requies indicat, quia omnipotens Deus in die futuri iudicii his animabus refrigerium[o] supplicii et requiem perpetuam praestiturus[p] est’.

Sub illis autem puteis, adhuc in inferioribus et in imo profundo, quasi in inferno inferiori, audivit[q] horrendum et tremendum et dictu difficilem gemitum et fletum lugentium animarum. Et dixit ei angelus: ‘Murmur et fletus, quem in inferioribus audis, illarum est animarum[r], ad quas numquam pia miseratio Domini perveniet; sed aeterna illas flamma sine fine cruciabit’.

Vidit quoque mire amoenitatis[s] locum, in quo pulcherrimorum hominum gloriosa multitudo miro laetabatur gaudio; qui eum invitabant, ut ad eorum gaudia, si ei licitum fuisset, cum eis gavisurus veniret. Et inde mirae dulcedinis fraglantia[t 1] veniebat; quia[u] beatorum alitus fuit ibi congaudentium spirituum. Quem locum sancti angeli adfirmabant famosum esse Dei paradisum.

Nec non et igneum[v] piceumque flumen, bulliens et ardens, mirae formidinis et teterrimae visionis cernebat[w]. Super quod lignum pontis vice positum erat. Ad quod sanctae gloriosaeque animae ab illo secedentes conventu properabant, desiderio alterius ripae transire[x] cupientes. Et quaedam non titubantes constanter transiebant. Quaedam vero labefactae de ligno cadebant in Tartareum flumen; et aliae tinguebantur pene, quasi toto corpore mersae; aliae autem ex parte quadam, veluti quedam[y] usque ad genua, quaedam usque ad corpus medium[z], quaedam vero usque ad ascellas[a 2]. Et tamen unaquaeque cadentium multo clarior speciosiorque de flumine in alteram ascendebat ripam, quam prius in piceum[b] bulliens cecidisset flumen. Et unus ex beatis angelis de illis cadentibus animabus dixit: ‘Hae[c] sunt animae, quae post exitum mor-

a) dicit *1. 2. 3.* b) aliae *1. 3.* c) *om. 2. 3.* d) ego in psalmis *P.* e) mactę *corr. in* actę *1;* macte *P.* f) excellentiones *2.* g) *om. 1.* h) putheos *2. 3.* i) terra *2.* k) flammam *2.* l) humanam strindente lugentes *3.* m) heulantes *3.* n) putheos *2.* o) rifregerium *1.* p) praestaturus *1. 2;* paraturus *P.* q) audivi *1. 2.* r) et dixit — est animarum *om. P.* s) admoenitatis *1.* t) flagrantia *1. 3.* u) quae *3;* quae a *1.* v) ignem *2.* w) cernebant *1.* x) transsire *3.* y) *om. 1. 3.* [a) l. 36] z) genua medium *1. 2. 3;* genua media *P;* corpus medium *corr. Jaffé.* a) ascella *1.* b) impie cum *pro* in piceum *P.* c) haec *1. 3.*

1) *Cf. Bedae hist. gent. Anglor. V c. 12 (p. 248 ed. Holder):* sed et odoris fragrantia miri tanta de loco effundebatur. 2) *Cf. infra ep. 115.*

talis vitae, quibusdam levibus vitiis non omnino ad purum abolitis, aliqua pia mise- c. 717
rentis Dei castigatione[a] indigebant, ut Deo dignae offerantur'.

Et citra illud flumen speculatur muros fulgentes clarissimi splendoris, stupendae longitudinis et altitudinis inmensae[1]. Et sanctos angelos dixisse: 'Haec est enim illa sancta et inclita civitas, caelestis Hierusalem, in qua istae perpetualiter sanctae gaudebunt animae'. Illas itaque animas et istius gloriosae civitatis muros, ad quam post transitum fluminis festinabant, tam magna inmensi luminis claritate et fulgore splendentes esse dixit, ut, reverberatis oculorum pupillis, pro nimio splendore in eos nullatenus aspicere potuisset.

Narravit quoque, ad illum conventum inter alias venisse cuiusdam hominis animam, qui in abbatis officio defunctus est: quae speciosa nimis et formosa esse visa est. Quam maligni spiritus rapientes contendebant sortis eorum et condicionis fuisse. Respondit ergo unus ex choro angelorum dicens: 'Ostendam[b] vobis cito, miserrimi spiritus, quia vestrae potestatis anima illa probatur non esse'. Et his dictis, repente intervenit magna choors[c] candidarum animarum, quae dicebant[d]: 'Senior et doctor noster fuit iste, et nos omnes suo magisterio lucratus est Deo; et hoc pretio redemptus[e] est, et vestri iuris non esse dinoscitur', et[f] quasi cum angelis contra daemones pugnam inirent. Et adminiculo angelorum eripientes illam animam de potestate malignorum spirituum liberaverunt. Et cum increpans angelus daemones dixit: 'Scitote modo et intellegite, quod animam istam sine iure rapuistis: et discedite, miserrimi spiritus, in ignem aeternum' — cum vero hoc dixisset angelus, ilico maligni spiritus levaverunt[g] fletum et ululatum magnum: in momento et quasi in ictu oculi pernici volatu iacta- Cf. 1. Cor. 15, 52.
bant se in supra dictos puteos ignis ardentis; et post modicum intervallum emersi certantes in illo conventu iterum de animarum meritis disputabant.

Et diversorum merita hominum in hac vita commorantium dicebat se illo in tempore speculari potuisse. Et illos, qui sceleribus obnoxii non fuerunt et qui sanctis virtutibus freti propitium omnipotentem Deum habuisse noscebantur, ab angelis semper tutos ac defensos et eis caritate et propinquitate coniunctos fuisse. Illis[h] vero, qui nefandis criminibus et maculate vitae sordibus polluti fuerunt, adversarium spiritum adsidue sociatum et semper ad scelera suadentem fuisse; et, quandocumque verbo vel facto peccaverint[i], hoc iugiter quasi ad laetitiam et gaudium aliis nequissimis spiritibus[k] in medium proferens manifestavit. Et quando homo peccavit, nequaquam malignus spiritus sustinuit moram faciens expectando, donec iterum peccaret; sed singillatim unumquodque vitium ad notitiam aliorum spirituum offerebat. Et subito apud hominem peccata suasit et ilico apud daemones perpetrata demonstravit.

Inter ea narravit, se vidisse puellam quandam in hac terrena vita molantem[l] in mola[m]. Quae vidit iuxta se iacentem alterius novam colum sculptura variatam: et pulchra[n] ei visa fuit, et[o] furata est illam. Tunc, quasi ingenti gaudio repleti, quinque teterrimi spiritus hoc furtum aliis in illo referebant conventu testificantes, illam furti ream et peccatricem fuisse. Intulit quoque: 'Fratris cuiusdam, qui paulo ante defunctus est, animam tristem ibi videbam. Cui antea ipse in infirmitate exitus sui ministravi et exsequias[p] prebui; qui mihi moriens precepit[q], ut fratri illius germano verbis[r]

a) correctione *2:* cogitatione *3.* b) ostendemus *2.* c) cohors *2. P.* d) dicebat *P.* e) retentus *P.* f) et *inductum est in 2.* g) laevaverunt *3.* h) ille *P.* i) peccauerunt *1. 2.* k) spiritalibus *P.* l) molantem *corr. in* molentem *2.* m) im mola *1.* n) pulcra *1.* o) *om. P.* p) exequia *P;* exsequia *1. 3; corr. in* exequias *2.* q) precipit *3.* r) verbi *P.*

1) *Cf. Bedae hist. gent. Angl. V c. 12 (p. 247 ed. Holder):* vidi ante nos murum permaximum, cuius neque longitudini hinc vel inde, neque altitudini ullus esse terminus videretur.

c. 717 illius testificans demandarem, ut ancillam quandam, quam in potestate communiter posséderunt[a], pro anima eius manu mitteret. Sed germanus eius, avaritia impediente, petitionem eius non[b] implevit[c]. Et de hoc supra dicta anima per alta suspiria accussans[d] fratrem infidelem et increpans graviter querebatur[e].

Et similiter testatus est de Ceolredo rege Mercionum[1], quem illo tamen tempore, quo haec visa sunt, in corpore fuisse non dubium est[2]. Quem, ut dixit, videbat angelico quodam umbraculo contra impetum daemoniorum, quasi libri alicuius magni extensione et superpositione, defensum. Ipsi autem[f] daemones anhelando rogabant angelos, ut, ablata defensione illa, ipsi permitterentur[g] crudelitatis eorum voluntatem in eo exercere. Et inputabant ei horribilem ac nefandam[h] multitudinem flagitiorum; et minantes dicebant, illum sub durissimis inferorum claustris claudendum et ibi, peccatis promerentibus, aeternis tormentis[i] cruciandum esse. Tunc angeli solito tristiores facti dicebant: 'Pro dolor, quod homo peccator[k] iste[l] semet ipsum plus defendere non permittit; et ob ipsius[m] propria merita nullum ei adiutorium possumus prebere. Et auferebant superpositi tutaminis defensionem. Tunc daemones gaudentes et exultantes, de universis mundi partibus congregati maiori multitudine, quam omnium animantium in saeculo fieri aestimaret[3], diversis eum tormentis inaestimabiliter fatigantes lacerabant.

Tum demum beati angeli praecipiebant ei, qui haec omnia extra corpus suum raptus spiritali contemplatione vidit et audivit, ut sine mora ad proprium rediret corpus et universa, quae illi ostensa fuerunt, credentibus et intentione divina interrogantibus manifestare non dubitaret, insultantibus autem narrare denegaret; et ut cuidam mulieri, quae inde in longinqua regione habitabat, eius perpetrata peccata per ordinem exponeret et ei intimaret, quod omnipotentem Deum potuisset per satisfactionem repropitiari sibi, si voluisset; et ut cuidam presbitero[n] nomine Beggan istas spiritales[o] visiones cunctas exponeret[p] et postea, quemadmodum ab illo instructus fieret[q], hominibus pronuntiaret; propria quippe peccata, quae illi ab[r] spiritibus inmundis inputata fuerunt[s], confessa supra dicti presbiteri iudicio emendaret; et ad indicium angelici praecepti presbitero testificaretur[t], quia[u] iam per plurimos annos zonam ferream circa lumbos[v], nullo hominum conscio, amore Domini cogente, habuerat.

Proprium corpus dicebat se, dum[w] extra fuerat, tam valde perhorruisse[x], ut in omnibus illis visionibus nihil tam odibile, nihil tam despectum, nihil tam durum foetorem evaporans, exceptis demonibus et igne flagrante[y], videret, quam proprium corpus. Et fratres eius conservos, quos intuitus est exsequias corporis sui clementer exhibere, ideo perhorruit, quia invisi corporis curam egerunt. Iussus tamen ab angelis primo diluculo redit ad corpus, qui primo gallicinio exiebat de corpore. Redivivo autem in corpore[z] plena septimana nihil omnino corporalibus oculis videre potuit, sed oculi vesicis[a] pleni, frequenter sanguine[b] stillaverunt.

Et postea de presbitero relegioso et peccatrice muliere, sicut ei ab angelis manifestatum est, ita illis profitentibus, verum esse probavit. Subsequens autem et citus scelerati regis[4] exitus, quae de illo visa fuerunt vera esse, procul dubio probavit.

a) possiderunt *3.* b) *om. P.* c) implebit *3.* d) accusans *2;* accusatis *P.* e) quaerebatur *1. 3.* f) *om. 1. 2.* g) promitteretur *P.* h) nefandum *1.* i) dormientibus *corr. in* doloribus *1;* tormentibus *corr. in* tormentis *2;* dormentibus *3.* k) *om. P.* l) istae *1.* m) *pro* et ob ipsius: et ouibus *1;* et obius *corr. in* ob eius *2.* n) presbytero *3 (semper).* o) speciales *P.* p) exponere *3.* q) fie *3.* r) a *1.* s) f. *3.* t) testificari *1. 3; corr. in* testificaretur *2.* u) qui *1. 3; corr. in* quia *2.* v) suos *add. P.* w) fedum *1 pro* se dum. x) perhorruisset; quod perhorruisset *1.* y) fraglante *3.* z) redi-[a) l.37] vivo — corpore *om. P.* a) fisicis *1. 3; corr. in* vesicis *2;* fiscis *P.* b) sanguinem *P.*

1) *709—716; v. Bedae hist. gent. Anglor. V c. 19; epitome hist. eccl. ed. Holder p. 260. 287.* 2) *itaque visio haec ante annum 717. facta esse fertur. J.* 3) *Cf. supra p. 253 lin. 9. 10.* 4) *Ceolredi.*

Multa alia et his similia referebat sibi ostensa fuisse, quae de memoria labefacta per ordinem recordari nullatenus potuisset. Et dicebat se post istas mirabiles visiones tam tenacem memoriae non fuisse, ut ante fuerat. 717.718

Haec autem[a] te diligenter flagitante[b] scripsi, quae[c] tribus mecum relegiosis et valde venerabilibus fratribus in commune[d] audientibus exposuit: qui mihi in hoc scripto adstipulatores fideles testes esse dinoscuntur.

Vale; verae virgo vitae ut et vivas angelicae,
Recto rite et rumore regnes semper in aethere
Christum.

11.

Daniel episcopus Vintoniensis Wynfrithum presbyterum omnibus commendat. 718.

Codd. 1 (fol. 67'), 2a (fol. 51'), 2b (fol. 108), 3 (fol. 19'), 4a (fol. 188'), P[a].
Edd. S 33, WG 1, J 11.

PIISSIMIS AC CLEMENTISSIMIS REGIBUS, DUCIBUS UNIVERSIS, REVERENTISSIMIS ET DILECTISSIMIS EPISCOPIS, RELEGIOSIS NEC NON ABBATIBUS, PRESBITERIS ET SPIRITALIBUS FILIIS CHRISTI NOMINE CONSIGNATIS DANIEL[b 1] DEI FAMULORUM FAMULUS.

Dum universis fidelibus devotione sincerissima Dei mandata sunt observanda, quantum sit hospitalitatis munus quamque acceptabile Deo[c] humanitatis officium viantibus exhibere, sanctis scripturis attestantibus demonstratur, dum et beatus Abraham propter hospitalitatis misericordiam sanctorum angelorum praesentiam suscipere meruit et venerando eorum colloquio[d] perpotiri; Loth quoque per huiusmodi ministerium[e] pietatis de Sodomorum flammis ereptus est[f]: salvavit[g] eum hospitalitatis gratia de flammarum interitu, mandatis caelestibus obsequentem. Ita et vestrae dilectioni proveniet ad salutem[h], dum, horum portitorem relegiosum[i] presbiterum Deique omnipotentis famulum suscipientes[k] Wynfrithum[l], caritatem ei[m], quam Deus et[n] diligit et precipit, exhibetis. Recipientes ergo Dei famulos, cum recipitis, cuius maiestati deserviunt[o] ita[p] pollicenti[q]: 'Qui vos recipit, me recipit'. Haec itaque cum cordis[r] devotione facientes, et Dei mandata peragitis et de divinae promissionis oraculo confidentes mercedem apud eum habebitis sempiternam[s].

Cf. Gen. 18, 2 sq. — Cf. Gen. 19, 1 sq. — Matth. 10, 40. — Cf. Matth. 10, 42.

Incolumem[t] eminentiam vestram superna gratia custodiat.

---

a) *om. P; add.* quae *1. 2. 3.* b) flagittante *3.* c) quod *1;* quo *3; om. P.* d) communione *3.*

11. a) *Lemmata:* epistola danielis *1;* epistola danielis episcopi sancto bonifatio in omnibus causis oboediendum *2a;* epistola danielis episcopi ducibus directa *2b;* item epistola daniheli *3;* epistola danihelis *4; sine lemmate P.* b) danihel *1.* c) *om. 2b.* d) conloquio *1.* e) mysterium *1. 3, corr. in* ministerium *2.* f) et *add. 4.* g) salvabit *1. 3;* enim *add. 2b.* h) ad salutem *om. 2a.* i) religiosum *4. P.* k) suscipientem *1. 3, corr. in* suscipientes *P.* l) uuynfridum *1. 2b. 4;* iuvistis dum *P.* m) dei *1.* n) *om. 4.* o) deservire cernuntur *2b;* decernunt *corr. in* deserviunt *3.* p) ipso *add. 2b.* q) pollicentem *2a;* pollicente *2b.* r) itaque concordi *P.* s) sempiterna *4.* t) incolumen *3.*

1) *ep. Vintoniensis 705—746. Chronica de Mailros (Edinburgi 1835 p. 4) 746:* obiit Daniel episcopus Wincestriae. *J. De quo cf. Bedae hist. gent. Angl. Praef., l. IV c. 16, V c. 18:* ambo *(sc. Danihel et Aldhelm)* et in rebus ecclesiasticis et in scientia scripturarum sufficienter instructi*; c. 23. In charta a. 745. data subscripsit* Daniel Dei plebis famulus et speculator *(Birch, Cartul. Saxon. I, 245).*

12.

716-720 *Gregorius II papa Bonifatio dat mandatum, ut paganos ad Christi cultum convertat.* *719 Mai. 15.*

Codd. 1 (fol. 1), 4a (fol. 178), 5[a].
Edd. S 118, WG 2, J 12. — Jaffé, Reg. 2157 (1654).

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI BONIFATIO RELEGIOSO[b] PRESBITERO.

Exigit manifestata nobis relegiosi[c] propositi tui pie in Christo flagrantis intentio
et adprobata sincerissima fidei tuae perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini,
cuius per gratiam Dei curam gerimus, te conministro utamur. Experientes proinde,
Cf. 2. Tim. 3, 15. te ab infantia sacras litteras didicisse profectusque indolem ad augmentum crediti
Cf. Matth. 25, 15. caelitus talenti prospectu divini amoris[d] extendere, videlicet gratiam cognitionis cae-
lestis oraculi in laborem salutiferae praedicationis — ad innotescendum gentibus in-
credulis mysterium fidei — instanti conatu expendere, conlaetamur fidei tuae et adiu-
tores effici cupimus[e] gratiae praerogatae. Idcirco, quia[f] praemissi conatus pium
affectum usque ad apostolicae sedis modesta praevisione perduxisti[g] consultum — ut,
Cf. 1. Cor. 12, 27. membrum ex membro, proprii corporis caput requirens, motum mentis probares,
capitisque arbitrio[h] humiliter te submittens[i], eius directioni iusto tramite properans,
solidati conpaginis plenitudo exsistas — ideo in nomine indivisibilis trinitatis per in-
concussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cuius doctrinae magisteriis
dispensatione fungimur et locum sacrae sedis amministramus, modestiam tuae rele-
gionis instituimus atque praecipimus, ut in verbo gratiae Dei — quo igne saluti-
Cf. Luc. 12, 49. fero, quem mittere Dominus venit in terram, enitere[k] videris — ad gentes quascumque
infidelitatis errore detentas properare Deo comitante[l] potueris, ministerium regni Dei
per insinuationem nominis Christi domini dei nostri veritatis suasione designes et per
spiritum virtutis et dilectionis ac sobrietatis praedicationem utriusque testamenti menti-
bus indoctis consona ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti, quam ad
initiandos Deo praevio credituros tenere studeas, ex formula officiorum sanctae nostrae[m]
apostolicae sedis — instructionis[n] tuae gratia, praelibata — volumus ut intendas.
Quod vero actioni susceptae tibi deesse perspexeris, nobis, ut valueris, intimare cu-
rabis. Bene vale.

Data Id. Maii, imperante domno piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno tertio, post consulatum eius[o] anno tertio, indictione secunda.

13.

Egburg Wynfrido scribit de orbitate venerationeque erga eum sua. Petit, ut pro se precetur. *716—720.*

Codd. 1 (fol. 120'), 2 (fol. 95'), 3 (fol. 64)[a].
Edd. S 101, WG 33, J 13.

12. a) *Lemma:* gregorii epistola ad bonifatium *4a; sine lemmate 1. 5.* b) religioso *4a.* c) religiosi *4a.* d) timoris *5.* e) cupimur *1.* f) qui *4a.* g) preduxisti *4a.* h) arbritrio *1.* i) et *add. 5.* k) eniteri *1;* emittere *4a.* l) comittente *1;* annuente *4a.* m) vestrae *4a.* n) actionis *4a.* o) imperii eius *codd.*, post consulatum eius *scr. Jaffé cf. supra p. 225.*

13. a) *Sine lemmate.*

ABBATE[a] [1] SANCTO VEROQUE AMICO, IURE AC MERITO HONORANDO, DIVINAE SCIENTIAE AC RELEGIONIS GRATIA REPLETO WYNFRIDO[b] EGBURG[c] [2] ULTIMA DISCIPULORUM SEU DISCIPULARUM TUARUM[d] AETERNAM[e] IN DOMINO SOSPITATIS SALUTEM[3]. 716-720

Karitatis tuae copulam[f] fateor[g]: ast dum per interiorem hominem gustavi, quasi quiddam[h] mellitae dulcedinis[4] meis visceribus hic sapor insidet. Et licet interim, ut nancta[i] sum, ab aspectu[k] corporali visualiter defraudata sim, sororis tamen semper amplexibus collum tuum constrinxero. Quam ob rem, mi amande, iam olim[l] frater, nunc autem ambo pariter in Domino dominorum: abba atque frater appellaris[m], quia, postquam a me separavit amara mors et crudelis illum, quem supra omnes alios amare consueveram, germanum meum Osherem[n], te poene ceteris omnibus masculini sexus caritatis amore praeferebam. Et ne diutius varie verba protelarem[o], non volvitur[p] dies neque nox elabitur ulla sine memoria magisterii tui. Idcirco crede mihi, Deo teste, quia te summo conplector amore[5]. Et de te confido, quod numquam inmemor sis illius amicitiae[q], quam cum fratre meo te certum fuit habere. Ego autem, licet scientia tardiora, meritis viliora[r] illo sim, tamen erga tuae caritatis obsequium dispar non sum. Et quamvis temporum series[s] ocius[t] currendo decrescerit[u], meroris tamen numquam[v] me nebula atra[6] deseruit: sed maiorum[w] spatia[x] temporum[y] maiorum[z] mihi addiderunt lucra iniuriarum, ut scriptum est[7]: 'Amor hominis deducit dolorem, amor autem Christi inluminat cor'. Et postquam mihi simul carissima soror Wethburg[a], quasi inflicto vulnere iteratoque dolore, subito ab oculis evanuit[8], cum qua adolevi[b], cum qua adoravi idem nutricum sinus[9]; una mater ambobus in Domino et dereliquid: Iesum testor: ubique dolor, ubique pavor, ubique mortis imago[10]. Malui[c] mori, si sic Deo auspice, cui arcana non latent[11], placuisset, vel tarda mors non tricaverit. Sed quid dicam nunc? Ante inprovida tandem[d] nos non amara mors, sed amarior divisio separavit ab invicem: illam, ut reor, felicem; me vero infelicem, quasi quoddam depositum, huic saeculo servire permisit, sciens[e] enim, quantum illam dilexi, quantum amavi, quam nunc, ut audio, Romana[f] carcer includit. Sed amor Christi, qui in eius pectore viruit floruitque, omnibus vinculis fortior et validior est, et 'per- I. Ioh. 4, 18.
fecta caritas foras[g] mittit timorem'. En[h], inquam, ille superi rector Olimpi[12] ineffabili

a) *sic codd.* b) uuinfrido *1. 2;* uuynfrido *3.* c) egburg *1. 2;* eggburg *3.* d) *om. 2.* e) *om. 1.* f) culpam *1. 2.* g) *sic codd.* h) quidtam *1.* i) *corr. in* nacta *2.* k) abspectu *1, corr. in* aspectu *2, pro* ab aspectu *3.* l) ollim *3.* m) apellaris *1. 3.* n) óserem *1.* o) *corr. in* protelem *2.* p) volbitur *3.* q) amiticiae *1.* r) *corr. in* tardior — vilior *2.* s) serięs *1;* serier *3.* t) occius *3.* u) *corr. in* decreverit *2.* v) nuquam *1.* w) maiori *1;* maiora *2.* x) spatio *1.* y) tempore *3.* z) maiora *1.* a) vivethburg *2;* uuiecthburg *3.* b) cumque adolevit *2.* c) mallui *3.* [a) l. 21] d) tandaem *1.* e) seis *3.* f) romana *1. 3; corr. in* romanus *2.* g) foris *1;* foras *corr. in* foris *3.* h) ęn *1.*

1) *i. e. patri; cf. Marc. 14, 36.* 2) *Egburgam et Heaburgam sive Buggam eandem esse Loofsii est coniectura valde incerta (Zs. für Kirchengesch. V, 627).* 3) *Hahnio (Bonifaz u. Lul p. 101), qui hanc epistolam inter annos 717. et 722. scriptam esse coniecit, Hauck (Kirchengesch. I, 404 n. 7) refragatus eam primo itineri Frisiaco assignare maluit, Bonifatio nec Romam ituro nec Roma redeunte.* 4) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 7 (p. 6 ed. Giles):* mellitae dulcedinis gustum. 5) *Cf. infra ep. 140 v. 12:* Crede mihi, quia te summo conplector amore. 6) *Verg. Aen. VIII, 258:* nebulaque . . atra. 7) *Ubi loci nescio.* 8) *Aen. IX, 658:* ex oculis evanuit. 9) *Hieronymi ep. 3 ad Ruffin. mon. (opp. ed. Vallarsius I, 12):* Scis ipse . . . ut ego et ille pariter . . adoleverimus . ., ut iidem nos nutricum sinus, iidem amplexus foverint baiulorum. 10) *Verg. Aen. II, 369. 370:* Crudelis ubique Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago. *J.* 11) *Cf. infra ep. 98.* 12) *Aen. II, 779:* superi regnator Olympi.

716-722 gratulatur tripudio, qui taliter te doctrina exornat divina: et in lege eius die noctuque [Rom. 10, 15.] meditaberis[a] [1]; ut scriptum est: 'Quam speciosi pedes evangelizantium, evangelizantium autem bona'. Illa arduam et arctam[b] iam greditur[c] callem; ego autem adhuc in infimis lege carnali ceu quadam compede praepedita iaceo. Illa gratulabunda in iudicio [Matth. 25, 36. 43.] futuro pariter cum Domino decantans dicit: 'In carcere fui, et visitastis me'. Tu autem [Cf. Matth. 19, 28.] in regeneratione[d], cum sederint[e] duodecim[f] apostoli in sedibus duodecim[g], sedebis et ibi; et quantos labore proprio adquesieris[h], de tantis ante tribunal aeterni regis, dux [Ps. 83, 7.] futurus deauratus, gaudebis. Ego autem adhuc in valle lacrimarum, ut emeritum est, lugeo propria peccata, eo quod talibus me indignam fecisset Deus adherere comitibus. Quapropter, crede mihi, non sic tempestate iactatus portum nauta desiderat, non sic sitientia imbres arva desiderant, non sic curvo litore anxia filium mater expectat [2], quam ut ego visibus vestris fruere[i] cupio. Sed quia, peccatis meis exigentibus et innumeris delictis adgravata, ut hoc evenire[k] queat, ut ab inminentibus periculis absoluta sim, in disperationem deducta sum; idcirco ego peccatrix vestigiis celsitudinis tuae[l] provoluta, ex intimis precordiorum[m] penetralibus [3] inplorans, a finibus terrae ad te[n] clamavi, o beatissime domine, dum anxie[o] requirit cor meum, ut in petra[p] [Cf. Ps. 60, 3. 4.] orationum tuarum exaltabis me; quia factus es spes mea, turris fortitudinis a[q] facie visibilis et invisibilis inimici. Et[r] ad consolationem inmensi doloris, ad sedandam meroris undam obsecro, ut tuo suffragio mea fragilitas quasi quibusdam sustentaculis, ut non prorsus corruat, fulciatur. Similiter supplex rogito, ut mihi aliquod solacium vel in reliquiis sanctis vel paucula saltim per scripta beatitudinis tue[s] verba distinare digneris, ut in illis tuam praesentiam semper habeam.

Vale iugiter prosperis successibus, vivens Deo, terque quaterque interpellans pro me [4].

Ego autem similiter Ealdbeorcth[t] pauperculus Christi in Domino cum omni affectu saluto te. Deprecor te, ut illius amicitiae, quam olim spopondisti, in tuis deificatis orationibus recorderis; et licet corpore separemur, tamen recordatione iungamur.

14.

Eangyth abbatissa et Heaburg Wynfritho de litteris missis gratias agunt. De sua fortuna adversa Romamque eundi desiderio. Denewaldum commendant.

719—722.

Codd. 1 (fol. 107—108), 2 (fol. 86'), 3 (fol. 21'), P[a].
Edd. S 38, WG 30, J 14.

---

a) meditaveris *1. 3; corr. in* meditaris *2.* b) artam *1.* c) *corr. in* graditur *2.* d) regeratione *1.* e) sederit *1;* sedent *3.* f) duodecem *1.* g) XII. *1. 2.* h) *corr. in* adquisieris *2.* i) *corr. in* frui *1. 2.* k) venire *2.* l) tui *3.* m) precordiarum *1.* n) tę *1.* o) anxia *1.* p) *corr. in* penetralibus *2.* q) et *1.* r) ut *add. 1. 3.* s) tui *1.* t) ealdbeorach *1,* ealdbeorah *2.*

14. a) *Lemma:* item epistola eanguthi (eanguthae *2;* eangythi *3*) *1; P sine lemmate.*

1) *Ps. 1, 2:* Et in lege eius meditabitur die ac nocte. 2) *Hieronymi ep. ad. Ruffin. mon. 3 (ed. Vallarsius I, 10):* Credas mihi, frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat, non sic sitientia imbres arva desiderant nec sic curvo arridens littori anxia filium mater expectat. 3) *Cf. infra ep. 49:* ex intimis praecordiorum iliis; *ep. 75:* intimis praecordiorum precibus; *Aldh. ep. ad Eahfr. (opp. p. 92):* ex penetralibus praecordii. 4) *Cf. infra ep. 29. ep. 140.*

BENEDICTO IN DEO, IN FIDE AC DILECTIONE VENERABILI WYNFRITHO[a] COGNOMENTO BONIFATIO[b], PRESBITERATUS PRIVILEGIO[c] PRAEDITO ET VIRGINALIS CASTIMONIAE FLORIBUS VELUD[d] LILIARUM[e] SERTIS CORONATO NEC NON DOCTRINAE SCIENTIA ERUDITO, EANGYTH, INDIGNA ANCILLA ANCILLARUM DEI ET NOMINE ABBATISSAE SINE MERITO FUNCTA, ET UNICA FILIA EIUS HEABURG[f] COGNOMENTO[g] BUGGAE[h] IN SANCTA TRINITATE AETERNAM SALUTEM. 719-722

Ad referendas gratias amplitudinis[i] et dilectionis, qua transmarinis litteris per gerulum scedarum[k] pietatis tuae transmisisti, nullus oris nostri sufficit sermo. Gratulandum est, si vera laus est qua[l] laudati sumus; timendum est valde, ne[m] magis vituperatio sit non merita laus quam laudatio.

Amantissime frater, spiritalis magis quam carnalis et spiritalium gratiarum munificentia magnificatus, tibi soli[n] indicare voluimus[o] et Deus solus testis est nobis, quas cernis interlitas[p] lacrimis[1]: quod multis miseriarum molibus, velud gravissima sarcina aut pressura premente[q], depressi[r] sumus[s] et saecularium rerum tumultibus[2]. Tamquam spumosi maris vortices verrunt[t] et vellunt[u] undarum cumulos conlisos[v] saxis, quando ventorum violentia et procellarum tempestates saevissime inormem[w] euripum inpellunt, et cymbarum carinae sursum inmutate et malus[x] navis deorsum duratur[y], haut secus animarum nostrarum naviculae magnis miseriarum[z] machinis et multifaria[a] calamitatum quantitate quatiantur, et velud veritatis voce de evangelica domo dicitur: 'Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti et inpegerunt[b] in domum illam' et reliqua. Matth. 7, 25. 27.

Igitur primum omnium ponitur et super omnia alia, quae illa exterius accendunt[c] memorata, innumerabilium concatenatio criminum et nullius boni plena et perfecta fiducia: et non tantum recordatio animarum nostrarum, sed — quod difficilius[d] est et multo gravius[e] — universarum commissarum[f] animarum promiscui sexus et aetatis: et multorum mentibus et diversis moribus deserviturae et postea ante sublime tribunal Christi rationem redditurae non solum pro manifestis peccatis gestorum sive dictorum, sed simul pro occultis cogitationibus quae homines latent, Deo tantum teste, et cum simplici acie[g] adversus duplicem et cum decem milibus adversus viginti milia Cf. Luc. 14, 31. duellium ducturae[h]. Et additis animabus nostris additur interea domesticae rei difficultas et disputatio diversarum discordiarum, quas seminat omnium[i] bonorum invisor, qui rancida corda virorum inficit malitia et inter omnes[i] homines spargit[3], maxime per monasticos et monachorum contubernia, et scit, quia potentes potenter tormenta Sap. 6, 7. patiuntur[k].

Angit praeterea paupertas et penuria rerum temporalium et angustia cespitis ruris[4] nostri; et infestatio regalis, quia accusamur[l] apud[m] eum ab his, nobis qui in-

---

a) uuynfrido *1;* uuinfritho *2;* uuinfredo *P.* b) bonifacio *3.* c) privileio *1.* d) velut *2. 3.* e) *corr. in* liliorum *2.* f) haeaburg *1;* eadburg *P.* g) cognomine *P.* h) bugge *1;* buggę *P.* i) amplectitudinis *P.* k) scedare *P.* l) quia *P.* m) me *1.* n) sol *1.* o) noluimus *1;* volumus *P.* p) inter litteras *P.* q) permente *1.* r) deperri *1;* depresse *2.* s) simus *2.* t) verrant *1. 2. P.* u) velud *codd.;* vellunt *corr. Jaffé.* v) conlisas *1. 2. 3;* colisos *P.* w) enormem *2.* x) malis *1.* y) *corr. in* ducatur *2;* duratus *3.* z) misseriarum *3.* a) multifariae *1;* multifera *P.* b) inpingerunt *1. 3,* |[a]) l. 19| *corr. in* inpegerunt *2.* c) accedunt *3.* d) difficili ius *3.* e) quod *add. 1. 2. 3.* f) commisarum *1.* g) aciae *1.* h) dicturę *P.* i) *om. P.* k) patuntur *1. 2;* patientur *P.* l) accussamus *1. 3.* m) aput *1.*

1) *Hieron. ad. Heliod. ep. 14 (I, 29 ed. Vallarsius):* istae quoque literae testes sunt, quas lacrimis cernis interlitas. 2) *Cf. Aldh. ad Acirc. p. 327:* saecularium rerum tumultuantes strepitus. 3) Nam qui rancida — malitiam inter homines spargit *occurrunt in Anacleti p. epist. c. 14 (Pseudo-Isidor. ed. Hinschius p. 73).* 4) *Aldh. de laud. virg. v. 118 (p. 139):* de cespite ruris.

719-722 vident[a], ut quidam sapiens ait: 'Fascinatio et invidia obscurat multa bona': similiter
Cf. Sap. 4, 12. servitium regis et reginae, episcopi et praefecti et potestatum et comitum: quae omnia
enumerare longum est, et facilius possunt[b] mente tractari quam sermone.

Additur his omnibus miseriis amissio[c] amicorum et contribulium caterva propinquorum et consanguineorum[d] turba. Non habemus filium neque fratrem, patrem aut patruum, nisi tantum unicam filiam penitus destitutam[e] omnibus caris in hoc saeculo, praeter unam tantum sororem eius et matrem valde vetulam et filium fratris earum, et illum valde infelicem propter ipsius mentis[f] et quia rex noster eius gentem multum exosam[g] habet. Et nullus est[h] alius, qui noster sit necessarius; sed diversis casibus transtulit illos Deus. Alii obierunt in patrio solo; et corpora eorum in terrae pulvere squalente requiescunt, iterum resurrectura in die necessitatis, quando herilis tuba concrepat et omne[i] humanum genus atris tumbis[k] emergerit[l], rationem redditura, et spiritus eorum angelicis ulnis[m] [1] evecti regnaturi cum Christo; ubi omnis dolor deficiet et invidia fatescit et fugiet dolor et gemitus a facie sanctorum. Ast alii patria litora[n] reliquerunt et aequoreis campis[2] se crediderunt et sanctorum petivere apostolorum limina Petri et Pauli et multorum martyrum, virginum atque confessorum, quorum numerum et nomina Deus scit.

Pro his omnibus et huiuscemodi causis, que vix uno die enumerari possunt, quamvis, ut dicitur, Sextilis aut Quintilis tempora protelent aestatis, tedebit[o] nos vitae nostrae et pene nobis pertesum[p] est vivere. Omnis homo in sua causa deficiens et in suis consiliis[q] diffidens[r], querit sibi amicum fidelem, in cuius consiliis confidat[3], qui[s] in suis diffidet[t]; et talem fiduciam habeat in illo, ut omnem[u] secretum sui pectoris[v] pandet[w] et aperiat, et ut dicitur: quid dulcius est, quam habeas illum, cum quo omnia possis loqui ut tecum[4]? Et ideo, pro his dumtaxat omnibus miseriarum necessitatibus, quae lacinioso sermone enumeravimus[x], nobis necessarium fuit, ut quaereremus[y] amicum fidelem et talem, in quem confidamus melius quam in nosmet ipsos[z]; qui dolores nostros et miserias et paupertates suas deputaret et conpatiens nobis fuisset et consolaret[a] nos et sustentaret eloquiis suis et saluberrimis sermonibus sublevaret. Diu quaesivimus. Et confidimus, quia invenimus in te[b] illum amicum, quem[c] cupivimus[d] et optavimus[e] et speravimus. Et si nobis Deus dedisset, ut per angelum
Dan. 14, 33. suum — sicut Ambacuc[f] [5] prophetam[g] cum prandiis in lacum leonum ad Danielum[h]
Act. 8, 26. 27. vatem misit et Philippum[i] unum de septem diaconibus ad eunuchum[6] — in illas terras
et in illam peregrinationem possemus[k] pervenire, ubi habitas; et si licuisset nobis

a) qui invident *om. 1, lacuna relicta.* b) *om. 1, lacuna relicta.* c) *sic 1. 2 pro* amissa; amisio *3.* d) consanguinum *1, corr. in* consanguineorum *2;* consanguinium *3.* e) destituam *1;* destitutum *3.* f) meritis *3;* amentiam *add. P.* g) exossam *1. 3.* h) sit *P.* i) *om. 1. 2.* k) tumbus *1.* l) *corr. in* emerserit *2.* m) ultus *P.* n) littora *3.* o) dededit *1.* p) pertessum *1. 2. 3.* q) conciliis *1.* r) difidens *3.* s) *an* quia? *Jaffé.* t) *corr. in* diffidit *2.* u) *corr. in* omne *2;* omne *P.* v) pectori *1.* w) *corr. in* pandat *2;* pandat *P.* x) enumerabimus *2. 3.* y) queremus *P.* z) ipsis *3;* et *add. 1.*
[a) l. 28] a) *corr. in* consolaretur *2;* consolaretur *P.* b) tae *3.* c) quae *2. 3.* d) cupimus *1. 3. P, corr. in* cupivimus *2.* e) optamus *P.* f) ambacuc *1, corr. in* abbacum *2;* ambacu *3;* abacuch *P.* g) profetam *2. 3.* h) danielem *2;* danihelem *P.* i) philipum *3.* k) possumus *1. 3, corr. in* possemus *2.*

1) *Cf. Aldh. de laud. virg. v. 2273 (opp. ed. Giles p. 197):* Angelicis ulnis. 2) *Ibid. de laud. virg. v. 12:* aequoreos . . campos; *de basil. v. 21; ad Acirc. 4 v. 5 (opp. ed. Giles p. 116. 136. 267).* 3) *Cf. infra ep. 63:* solacium vel consilium ab illis quaerere, de quorum maxime amicitia vel sapientia et foedere confidunt. 4) Omnis enim homo sua c. d. et in s. hesitans cons. — diffidebat et t. f. habet i. i. ut omne s. s. p. expandat et ap. Quid d. e quam ut — tecum *repetuntur in Anacleti p. epist. c. 13 (Ps. Isid. ed. Hinschius p. 73).* 5) *Habacuc (Ἀμβακούμ secundum versionem septuaginta interpretum).* 6) Et sicut per a. s. Abacuc pr. — Danihelem v. m. et — eunuchum *occurrunt in Anacleti p. ep. l. l. J.*

719-722

viva verba[a] ex ore tuo audire, quam dulcia faucibus meis eloquia tua, domine, super mel et favum ori nostro! Cf. Ps. 118, 103.

Sed quia hoc nostris meritis non meruimus, sed longo intervallo terrae marisque et multarum provinciarum terminis dividimur[b], tamen pro hac fiducia supra memorata notum tibi facere volumus, frater Bonifatius[c]: quia multum temporis[d] fluxit, ex quo desiderium habuimus, sicut plurimi ex necessariis nostris et cognatis sive alienis, dominam[e] quondam[f] orbis Romam peteremus[g] et ibi peccatorum nostrorum veniam impetremus[h], sicut alii multi fecerunt et adhuc faciunt, et ego maxime, quae aetate provectior sum et multa pluriora[i] in vita mea commisi et perpetravi. Et huius meae voluntatis atque propositi mihi conscia fuit Wale[k], abbatissa quondam mea et mater spiritalis. Et unica filia[l] adhuc in annis iuvenilibus[m] fuit, et huius rei desiderium querere nescivit. Sed quia[n] scimus, quod multi sunt, qui hanc voluntatem vituperant et hunc amorem derogant et eorum sententiam his adstipulantibus adfirmant: quod canones synodales praecipiant, ut unusquisque in eo loco, ubi constitutus fuerit et ubi[o] votum suum voverit, ibi maneat et ibi Deo reddat vota sua[1]; sed quia[p] universi diversa voluntate vivimus et nobis incerta re[q] et occulta Dei iudicia, sicut ait propheta[r]: 'Iustitia tua sicut montes Dei, et iudicia tua abyssus[s] multa', (Ps. 35, 7.) et eius secreta voluntas et dispensatio in hac re nobis[t] valde occulta est: pro his ergo incertis et occultis ambae te supplices atque prostratis vultibus flagitamus[u], ut sis nobis Aaron, id est mons fortitudinis[2], orationum[v] tuarum nos suffragio fulcias[w] et dirigas turibulum deprecationum tuarum sicut incensum[x] in[y] conspectu[z] divinitatis, et elevatio manuum tuarum conparetur sacrificio vespertino. (Ps. 140, 2.) Vere enim confidimus in Deum et eius clementiam exoramus, ut per supplicationem oris tui et orationes medullatas ostendat nobis[a] per te, quod profuturum et utile iudicaverit: sive in patrio solo vivere vel in peregrinatione exulare. Similiter postulamus pietatem tuam, ut tua rescripta trans pontum dirigere digneris et respondeas his, quibus in his kartis[b] caraxavimus[c] rustico stilo et inpolito sermone, quia non[d] multam[e] fiduciam habemus aput eos, qui in facie gloriantur et[f] non in corde, set[g] de tua fide et[h] caritate in Deum et dilectione in proximum. (Cf. 2. Cor. 5, 12.)

Et illum fratrem — supra memoratum sine[i] nomine — necessarium amicum nostrum Denewaldum, si Deus disponat vel decreverit, ut dirigat viam eius in illas partes terrae et peregrinationem illam, in qua habitas, tu illum cum[k] caritate et dilectione suscipias et, si voluntas eius vel desiderium flagitat[l], cum tua benedictione et gratia et[m] eulogia dirigere digneris ad venerabilem fratrem nomine Berhtheri[n] [3], presbiteratus[o] gratia decoratum et confessionis titulo notatum[p], qui diu incoluit illam peregrinationem.

a) herba *P* b) dividamus *3;* dividamur *P.* c) *corr. in* bonifaci *2;* bonifaci *P;* bonifacius *3.* d) tempus *P.* e) dominamque *1. 3.* f) quandam *1.* g) petere *2.* h) impetraremus *P.* i) *corr. in* multo plura *2.* k) uualę *3.* l) quae *add. P.* m) iuvenalibus *P.* n) *deletum est in 2.* o) ibi *1. 3.* p) quod *3.* q) re *corr. in* res est *2;* res est *P.* r) profeta *2. 3.* s) abysus *3.* t) vobis *3. P.* u) flagittamus *3.* v) orationumque *2.* w) fultis *1, corr. in* fulcias *2;* fultes *3.* x) a te *add. P.* y) *om. P.* z) conspectum *P.* a) *om. P.* b) fartis *1. 3, corr. in* kartis *2;* chartis *P.* c) carexavimus *2.* d) *om. 1. 3; superscr. 2.* e) multum *1. 3.* f) *om. P.* g) *om. 1. 3.* h) *om. 1.* i) sive *1. 2. P.* k) *om. 1. 2.* l) flagittat *3.* m) *deletum est in 2.* n) bethcheri *P.* o) presbiteratis *1. 3, corr. in* presbyteratus *2.* p) decorato — notato *1. 3, corr. in* decoratum — notatum *2.* [a) l. 24]

1) *Cf. Benedicti Lev. Capitul. l. II c. 420 (LL. II b, 97):* Quod in eo loco manendum unicuique, ubicunque votum voverit. Ut unusquisque in loco, ubi constitutus fuit et ubi votum vovit, ibi maneat et ibi reddat vota sua. 2) *Cf. Isid. Etymol. VII, 6, 47:* Aaron mons fortitudinis interpretatur. 3) *Willibrordi quidam socius alias ignotus ex coniectura Hauckii (Kirchengesch. D. I, 407 n. 2). Hahnii opinio, qua eum eundem Berhtheri fuisse censuit, quem Willibaldus (V. Bonif. c. 6 p. 453) inter malos Thuringorum doctores vocat, minus placet (Bonif. u. Lul p. 106).*

719-722 Vale, frater spiritalis fidelissime atque amantissime et sincera et pura dilectione dilectissime [a]; et prosperis successibus polle in Domino dilecto [b]. Amicus diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur [1]. Ora pro nobis, ut non noceant nobis noxarum crimina amara.

15.

Bugga Bonifatio de bono rerum successu gratulatur. Postulatas martyrum passiones posterius se missuram esse. Alia munera mittit. *720—722.*

Codd. 1 (fol. 105), 2 (fol. 85), 3 (fol. 20'), P[a].
Edd. S 35, WG 3, J 16.

VENERANDO DEI FAMULO ET PLURIMIS SPIRITALIUM CARISMATUM ORNAMENTIS PRAEDITO BONIFATIO SIVE WYNFRITHO [b] DIGNISSIMO DEI PRESBITERO BUGGA VILIS VERNACULA [c] PERPETUAE [d] CARITATIS SALUTEM.

Notum sit almitatis tuae auctoritati, quod gratias omnipotenti Deo referre non desino, eo quod tibi — in [e] scriptione beatitudinis tuae agnovi — multipliciter misericordiam suam tribuit, ut [f] te transeuntem per ignotos [g] pagos piissime [h] conduxit. Primum pontificem gloriosae sedis [2] ad desiderium mentis tuae blandiendum inclinavit [3]. Postea inimicum catholicae ecclesiae Rathbodum [4] coram te consternuit [i]. Deinde per somnium temet ipso [k] revelavit, quod debuisti manifeste messem Dei metere et congregare sanctarum animarum manipulos in horream [l] regni caelestis [5]. Idcirco eo magis confiteor, quod nulla varietas temporalium vicissitudinum statum mentis meae [m] inclinare queat a proposita caritatis tuae custodia. Sed ardentius vis amoris in me calescit, dum pro certo cognosco [n], per orationum tuarum suffragia ad portum alicuius quietis pervenisse. Ideo iterum humiliter moneo, ut intercessionum tuarum studia pro mea parvitate Domino offerre digneris, quatenus sua gratia me faciat incolumem cum tuis [o] protectionibus.

Simulque sciat caritas tua, quod passiones martyrum, quas petisti tibi transmitti, adhuc minime potui impetrare. Sed, dum valeam, faciam. Et tu, mi carissimus, dirige [p] meae [q] parvitati ad consolationem, quod per dulcissimas litteras tuas [r] promisisti, id est congregationes aliquas sanctarum [s] scripturarum.

Similiter deposco, ut sanctarum missarum oblationes offerre digneris pro anima [t] mei propinqui, qui mihi prae ceteris carus erat, cui nomen erat [u] .N. Et per eundem portitorem tibi transmitto nunc quinquaginta solidos [v] et pallium altaris; quia maiora

---

a) dilectis *1. 2. 3;* dilecte *P.* b) dilecte *P.*

15. a) *Lemma:* item epistola buggae (bugga *2*) *1. 3; P sine lemmate.* b) uuynfrido *P.* c) bernacula *corr. in* vernacula *2. 3.* d) perpetua *1;* perpetrare *3.* e) sicut *superscriptum est in 2.* f) *corr. in* et *2;* et *P.* g) ignotas *1.* h) piissimae *3.* i) constrenuit *1;* consternuit *corr. in* consternavit *2;* consternavit *corr. in* consternuit *3;* consternavit *P.* k) *corr. in* tibimet ipsi *2;* temet ipsum *P.* l) *corr. in* horrea *2;* horrea *P.* m) mei *1. 3, corr. in* meae *2.* n) agnosco *P.* o) cum tuis *1. 3;* cum totius vitae *2, ubi* vitae *superscriptum est.* p) direge *3;* dirigere *P.* q) mei *3.* r) dulc. has tuas litteras *P.* s) missarum *add. 1, erasum in 2.* t) animam *3.* u) *om. 2.* v) solidorum *3. P.*

1) *Cf. Hieronymi epp. 3 (ed. Vallarsius 1, 13). Idem locus laudatur ab Alcuino saepius, vide Jaffé Biblioth. V, 184. 396. 423. 448. 548.* 2) *Gregorium II.* 3) *V. ep. 12 supra p. 258.* 4) *regem Fresonum, qui obiit a. 719. J.* 5) *de hoc somnio Bugga ab ipso Bonifatio per eas, quas supra memorat, litteras certior facta esse videtur. J.*

munuscula minime potui adipiscere[a]. Sed tamen[b] haec sunt cum maxima caritate directa, licet sint parva in specie[c]. 720-723

Vale in hoc saeculo sancte[d] et 'in caritate non ficta'. 2. Cor. 6, 6.

16.

Bonifatii iuramentum[1]. *722 (723) Nov. 30.*

Codd. 1 (fol. 1), 4 (fol. 178)[a].
Edd. S pag. 163, W pag. 19, G tom. II p. 9, J 17.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. IMPERANTE DOMNO[b] LEONE[2] A DEO CORONATO MAGNO IMPERATORE ANNO VI, POST CONSULATUM[c] EIUS ANNO VI[d], SED ET CONSTANTINO[3] MAGNO IMPERATORE EIUS FILIO ANNO IIII, INDICTIONE VI[4].

Promitto ego, Bonifatius gratia Dei episcopus, vobis, beato Petro apostolorum principi vicarioque tuo, beato papae Gregorio, successoribusque eius per patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem inseparabilem, et hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere et in unitate eiusdem fidei, Deo operante, persistere, in qua omnis christianorum salus esse sine dubio conprobatur: nullo modo me contra unitatem communis et universalis aecclesiae, suadente quopiam, consentire, sed, ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum tibi et utilitatibus tuae aecclesiae, cui a domino Deo potestas ligandi solvendique data est, et praedicto vicario tuo atque successoribus eius per omnia exhibere; sed et, si cognovero antestites[e] contra instituta antiqua sanctorum patrum conversari, cum eis (cf. Matth. 16, 19.)

a) *corr. in* adipisci *2;* adipisci *P.* b) *om. P.* c) speciae *2.* d) sancto *3.*
16. a) *Sine lemmate.* b) domino *4;* piissimo augusto *excidisse videtur. Jaffé.* c) post consul *1.* d) anno sexto *om. 4.* e) antistites *4.*

1) *Bonifatii iuramentum quatenus a communi sacramento episcoporum suburbicariorum illius aetatis discedat, ex Libro diurno (ed. ab Sickel p. 79) intellegitur; ubi* Indiculum episcopi *hoc est:* In nomine Domini, imp. etc. Promitto ego, ill. episcopus sanctae ecclesiae ill., vobis, beato Petro apostolorum principi vicarioque tuo, beatissimo papae domno ill., successoribusque eius per patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem inseparabilem et hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem et puritatem sanctae fidei catholicae exhibere et in unitatem eiusdem fidei, Deo operante, persistere, in qua omnis christianorum salus esse sine dubio conprobatur, et nullo modo contra unitatem communis et universalis ecclesiae suadenti quippiam consentire, sed, ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum tibi utilitatibusque ecclesiae tuae, cui a domino Deo potestas ligandi solvendique data est, et predicto vicario tuo atque successoribus eius per omnia exhibere; promittens pariter, quia, si quid contra rem publicam vel piissimum principem nostrum quodlibet agi cognovero, minime consentire; sed, in quantum virtus suffragaverit, obviare et vicario tuo, domino meo apostolico, modis quibus potuero nuntiabo et id agere facerevel, quatenus fidem meam in omnibus sincerissimam exhibeam. Quodsi, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquod facere quodlibet modo seu ingenio vel occasione temptavero, reus inveniar in aeterno iudicio et ultionem Annaniae et Saphire incurram, qui etiam tibi, beato Petro, de rebus propriis fraudem facere et falsum dicere presumpserunt. Hoc autem indiculum sacramenti ego, ill. episcopus, manu propria subscripsi atque positum supra sacratissimum corpus tuum, sicut superius legitur, Deo teste et iudice, prestiti sacramentum. Quod et servare promitto'. 2) *III.* 3) *IV.* 4) *De anno, quo Bonifatius Romae ad episcopi dignitatem promotus sit, non inter omnes constat. Cum enim recentiorum plerique Jaffei sententiam secuti sint, qui secundum indictionem annum 722. pro certo habuit (supra p. 227), Loofs in dissertatione sua p. 8, Pagii et Rettbergii exemplis ductus, a. 723. potius hoc evenisse putavit. Hauck (KG. 1, 426 n. 2) et ipse Jaffei partes tenuit.*

722 (723) nullam habere communionem aut coniunctionem. Sed magis, si valuero prohibere, prohibeam; si minus, ne[a] [1] fideliter statim[b] domno meo apostolico renuntiabo. Quodsi, quod absit, contra huius promissionis meae seriem aliquid facere quolibet modo seu
Cf. Act. 5, 1-6. ingenio vel occasione temptavero, reus inveniar in aeterno iudicio, ultionem Annaniae et Saffire incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere vel falsum dicere presumserunt.

Hoc autem indiculum sacramenti ego, Bonifatius exiguus episcopus, manu propria scripsi[c] atque positum supra sacratissimum corpus tuum, ut superius leguntur, Deo teste et iudice, prestiti[d] sacramentum, quod et conservare promitto.

17.

Gregorius II papa universis christianis Bonifatium in Germaniam missum commendat. Cui qui obfuerint, eis anathema proponit. *722 (723) Dec. 1.*

Codd. 1 (fol. 6'), 2 (fol. 2, ubi non est nisi finis epistolae: quod non optamus — indictione sexta*), 4 (fol. 178'), cod. Vatic. 3833 (Deusdedit coll. can. fol. 80'), quem contulit Th. ab Sickel (V)*[a].

Edd. S 123, WG 6, J 18. Deusdedit Coll. canon. l. III n. 120, p. 295 ed. Martinucci. — Jaffé, Reg. 2160 (1657).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, UNIVERSIS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS, COEPISCOPIS[b], RELEGIOSIS[c] PRESBITERIS SEU[c] DIACONIBUS, GLORIOSIS DUCIBUS[d], MAGNIFICIS CASTALDIIS[e], COMITIBUS ETIAM VEL[f] CUNCTIS CHRISTIANIS DEUM TIMENTIBUS.

Luc. 1, 79. Sollicitudinem nimiam gerentes pro speculatione[g] credita — quia 'in umbra mortis' aliquas gentes in Germaniae partibus vel plaga orientali Reni[h] fluminis, antiquo hoste suadente, errare: quasi[i] sub relegione[k] christiana idolorum culturae eos servire[l] cognovimus; aliquos vero, qui necdum cognitionem Dei habentes[m] nec baptismatis sacri[n] unda sunt loti, sed conparatione brutorum animalium pagani factorem non recognoscunt[o] — necessario[p] pro utrorum inluminatione[q] ad predicandum recte fidei verbum harum[r] portitorem Bonifatium, reverentissimum[s] fratrem nostrum, episcopum[t] apud eisdem partibus[u] dirigere studuimus, ut et illis predicando verbum salutis vitam provideat sempiternam et, si quos forte vel ubicumque a recte fidei tramite destitisse cognoverit aut astutia diabolica suasos[v] erroneos repererit[w], corrigat atque sui edocatione ad portum reportet salutis eosque ex apostolicae[x] sedis huius doctrina informet et in eadem catholica fide permanere instituat[y].

Cui, hortamur[z], ob amorem domini[a] Iesu Christi et apostolorum eius reverentiam ut[b] in omnibus solaciare[c] nisibus totis debeatis eumque in nomine Iesu Christi reci-

---

a) *in litura 1; om. 4.* b) *om. 4.* c) subscripsi *4.* d) prostiti *1.*

17. a) *1. 2. V sine lemmate; 4:* epistola eiusdem ad episcopos presbiteros seu diaconos et ad cunctos christianos. b) episcopis *V.* c) *om. V.* d) et *add. V.* e) castaldis *4;* gastaldis *V.* f) seu *V.* g) specutione nobis *V.* h) rheni *V.* i) et quasi *4. V.* k) regione *4.* l) ydolorum servire culture *V.* m) necdum — habentes *om. V.* n) *om. V.* o) fact. suum non cognoscunt *V.* p) *om. V.* q) utrorumque illuminatione *V.* r) litterarum *add. V.* s) *om. V.* t) fratr. et coepiscopum nostrum *V.* u) apud easdem partes *4;* ad easdem partes *V.* v) persuasos *4.* w) repereri *1;* reppererit *4.* x) apostolicis *1. 4.* y) studuimus, ut eos ad viam salutis informet et in fide catholica doceat permanere *pro* stu-
[a) l. 31] duimus ut — permanere instituat *V.* z) hortamur igitur *pro* cui hortamur *V.* a) nostri *add. V.* b) ei *add. V.* c) solaciari *4. V.*

1) *nae.*

piatis, ut scriptum est de suis discipulis[a]: 'Qui vos recipit, me recipit': providentes in- 722 (723)
super necessaria itineris eius, comites tribuentes, cibum[b] etiam ac potum vel si[c] quid Matth. 10, 40.
eguerit largientes, ut uno labore et socia voluntate opus sibi creditum pietatis et negotium salutis annitente[d] Deo proficiatur[e], atque premia laboris[c] percipere mereamini deque conversione[f] errantium merces vobis ascribatur[g] in caelis. Si quis itaque huic Dei famulo[h] ad inluminationem gentium ab hac apostolica atque catholica Dei aecclesia destinato adsensum vel concursum prebuerit[i], exorantibus[k] apostolorum principibus, consortia mereatur sanctorum martyrum Iesu Christi[l]. Si quis vero, quod non optamus[m], adversando eius praepedire[n] conatus fuerit labori[o] aut contrarius extiterit ministerio sibi credito successorumque eius eundem laborem intrantium, ex sententia divina[p] anathematis vinculo percellatur[q], perpetuae[r] dampnationi[s] subiaceat[t]. Bene valete[u].

Data Kalendis Decembris, imperante domno[v] piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno septimo, post consulatum[w] eius anno septimo, sed et Constantino magno[x] imperatore[y] eius filio anno quarto, indictione sexta[z][1].

18.

Gregorius II papa clero, ordini et plebi Bonifatium episcopum iis praefectum commendat[2]. *722 (723) Dec. 1.*

Codd. 1 (fol. 7'), 2 (fol. 2), 4 (fol. 179)[a].
Edd. S 124, WG 10, J 19. — Jaffé, Reg. 2161 (1658).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CLERO, ORDINI ET PLEBI CONSISTENTI[b], DILECTISSIMIS FILIIS IN DOMINO, SALUTEM.

Probabilibus desideriis nihil[c] attulimus tarditatis, fratrem iam et coepiscopum nostrum Bonifatium[d] vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne umquam ordinationes praesumat inlicitas; ne bigamum aut qui virginem non est sortitus uxorem neque inlitteratum vel in qualibet corporis parte vitiatum aut ex penitente[e] vel curiae aut cuilibet condicioni obnoxium notatumque ad sacros ordines permittat accedere; sed, si quos huiusmodi forte reppererit, non audeat promovere. Afros passim ad aecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichei, aliqui rebaptizati saepius sunt probati. Ministeria atque ornatum aecclesiae, vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem, non minuere studeat sed augere. De reditu vero ecclesiae vel oblatione fidelium quattuor faciat portiones;

a) sicut ipse de talibus ait *pro* ut — discipulis *V.* b) providentes ei quae necessaria sunt et comites itineris cibum *V.* c) si quo indiguerit largientes, ut cum eo praemia laboris eius *V.* d) annuente *4b.* e) perficiatur *4.* f) conversatione *4.* g) acquiratur *V.* h) dei famulo *om V.* i) destinato auxilium praebuerit *V.* k) orantibus *V.* l) cons. sanctorum dei mereamur *V.* m) putamus *V.* n) impedire *V.* o) laborem *V.* p) sibi — divina *om. V.* q) anathemate percellatur ac *V.* r) *om. V.* s) dampnationis *1;* nisi digne penituerit *add. V.* t) subiaceant *4.* u) bene valete *om. 3.* v) imperante domno *in litura 2;* domno *om. 4;* imperante — quarto *om. V.* w) *pro* pater *1,* imperii *in litura 2 Jaffé scripsit* post consulatum. x) maī *1, corr. in* mag̃ *2.* y) imp̄ *1. 2.* z) indictione IIII. anno dnī ill. *3.*

18. a) *1 sine lemmate;* item eiusdem gregorii *2;* item epistola gregorii papae ad universum clerum et plebem thuringiae *4.* b) *non sequitur lacuna in 1. 2;* turingi *add. 4.* c) nichil *4.* d) bonifacium *2.* e) aut expoenitentem *lib. di.;* ex penitentiae *4.*

1) *anno 722; v. supra p. 227.* 2) *Omnis haec epistola, praeter nomina et notas temporis, assumpta est ex Libro diurno Romanorum pontificum (ed. ab Sickel p. 5), ubi formula haec inscripta sic est:* Synodale quem accipit episcopus.

722 (723) quarum unam sibi ipse retineat[a], alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus et peregrinis, quartam aecclesiasticis fabricis noverit reservandam[b], de quibus divino erit reddituros iudicio rationem. Ordinationes vero presbiterorum seu diaconorum non nisi[c] quarti, septimi et decimi mensium[d] ieiuniis, set et[e] ingresso[f] quadragessimali atque mediante[g] vespere sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi[h] sacramentum non nisi in paschali festivitate et pentecosten noverit esse praebendum, exceptis his qui[i], mortis urguente periculo, ne in aeternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Huic ergo sedis nostrae praecepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut inreprehensibile placidumque fiat corpus aecclesiae per Christum dominum nostrum, qui vivit et regnat cum deo patre omnipotente et spiritu sancto per omnia saecula saeculorum[k].

Deus vos incolomes[l] custodiat, dilectissimi filii.

Data Kalendis Decembris, imperante[m] domno piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno septimo, post consulatum[n] eius anno septimo[o], sed et Constantino magno[p] imperatore[p] eius filio anno quarto, indictione sexta[1].

19.

Gregorius II papa Thuringis christianis Bonifatium commendat.

722 (723) Dec.

Codd. 1 (fol. 2'), 4 (fol. 179), 5[a].
Edd. S 119, WG 8, J 20. — Jaffé, Reg. 2163 (1663).

VIRIS MAGNIFICIS, FILIIS ASULFO[b], GODOLAVO[c], WILAREO[d], GUNDHAREO[e], ALVOLDO[f] ET OMNIBUS DEO DILECTIS THURINGIS, FIDELIBUS CHRISTIANIS, GREGORIUS PAPA.

Insinuatam nobis magnificae in Christo fidei vestrae constantiam agnoscentes — quod paganis conpellentibus vos ad idola colenda fide plena responderitis, magis velle feliciter mori quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare — nimia exultatione repleti grates debitas persolvimus Deo nostro et redemptori, bonorum omnium largitori. Cuius gratia comitante, vos ad meliora et potiora[g] optamus proficere et ad confirmandum fidei vestrae propositum sanctae sedi[h] apostolicae religiosis mentibus adherere et, prout[i] opus poposcerit sacrae religionis, a memorata sancta sede apostolica, spiritali omnium fidelium matre, solacium quaerere, sicut decet filios coheredes regni a regali parente, ministerio quoque praesentis fratris karissimi Bonifatii. Quem ad vos episcopum consecratum in sorte praedicationis distinavimus, apostolicis institutionibus informatum, ad instruendam fidem vestram. In omnibus volumus et hortamur oboedientes ei consentire ad conplementum in Domino vestrae salvationis.

a) retenuat *1, corr. in* retineat *2.* b) reservandum *1, corr. in* reservandam *2.* c) primi *add. lib. di.* d) mensum *1, lib. di.* e) in *add. 2.* f) ingresso *corr. in* ingressu *2;* ingressu *1.* g) mediane̜ *l. d.;* medianae *4.* h) babtismi *2.* i) qui *corr. in* quibus *2.* k) amen *add. 4.* l) incolumes *2.* m) imperatore *4.* n) *pro* pat *1,* pater *4,* imperii *in litura 2 Jaffé scripsit* post consulatum. o) anno septimo *om. 1, deletum est in 2.* p) maī *1, corr. in* mag̃ *2.* q) imp̄ *1. 2.*

19. a) *1 sine lemmate; 4:* item epistola gregorii papae. b) asuflo *4;* asolto *5.* c) godelavo *4;* godolao *5.* d) wilereo *4;* wilario *5.* e) gunthareo *4;* gunthario *5.* f) alboldo *5.* g) fortiora *4.* h) sedis *1. 5.* i) ut *5.*

1) *anno 722; v. supra p. 227. J.*

20.

Gregorius II papa Karolo Martello duci commendat Bonifatium in Germaniam missum. 722 (723)

722 (723) Dec.

Cod. 5 (Othloni V. Bonifatii, cod. capit. Trevirensis 93 F f. 89').
Edd. WG 5, J 21. — Jaffé, Reg. 2162 (1656).

DOMNO GLORIOSO FILIO KAROLO DUCI GREGORIUS PAPA.

Comperientes te, in Christo dilectissime, religiosae mentis affectum gerere in multis oportunitatibus, debito salutis praemisso, notum facimus Deo dilectae tuae dignitati, praesentem fratrem Bonifacium — fide et moribus approbatum, a nobis episcopum consecratum atque institutionibus sanctae sedis apostolicae, cui Deo auctore praesidemus, aecclesiae generali sollicitudine, informatum — ad praedicandum plebibus Germaniae gentis ac diversis in orientali Reni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis vel adhuc ignorantiae obscuritatibus praepeditis, necessario destinare. Pro quibus eum gloriosae benivolentiae tuae omnimodo commendamus, ut eum in omnibus necessitatibus adiuvetis et contra quoslibet adversarios, quibus in Domino praevaletis, instantissime defendatis, certissime retinentes, Deo vos exhibere, quaecunque huic promptissimo impenderitis favore; qui, sanctis apostolis suis ad lucem
gentium destinatis, suscipientibus eos se suscipiendum praedixit. Quorum institu- Cf. Matth. 11, 40.
tionibus per nos informatus, praemissus antistes in sorte praedicationis procedit.

21.

Gregorius II papa Altsaxones ab idololatria avocat. Bonifatium commendat[1].

722 (723) Dec.?

Codd. 1 (fol. 3'), 4 (fol. 179')[a].
Edd. S 121, WG 9, J 22. — Jaffé, Reg. 2164 (1664).

GREGORIUS PAPA UNIVERSO POPULO PROVINCIAE ALTSAXONUM[b].

'Sapientibus et insipientibus debitor sum', fateor, karissimi[c], 'volens vos scire, Rom. 1, 14.
qualem sollicitudinem habeam pro vobis' — et pro his, qui verbum exhortationis fidei Col. 2, 1.
Iesu Christi domini nostri[d] susceperunt et qui adhuc suscepturi sunt —, 'ut conso- Col. 2, 2-4.
lentur corda vestra instructa in caritate et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei patris Iesu Christi', ut ait egregius apostolus, 'in quo sunt
omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi. Hoc autem dico, quoniam prope Luc. 21, 31.
est regnum Dei, ut nemo vos amplius decipiat in sublimitate sermonum', ut in quocumque metallo salutem vestram quaeratis, adorantes idola manu facta, aurea, argentea, aerea, lapidea vel de quacumque materia facta. Qui falsidica numina[e] a paganis anti-
quitus quasi[f] dii[g] vocati sunt[h], in quibus demones habitare noscuntur: 'quoniam omnes Ps. 95, 5.

---

21. a) *1 sine lemmate; 4:* epistola gregorii ad saxones. b) saxonum *4.* c) carissimi *4.* d) domini nostri *om. 4.* e) nomina *4.* f) qsi *1.* g) *om. 4.* h) *om. 4.*

1) *Has literas, quas Jaffé dubitanter Gregorio II adscripsit, Loofs (Zur Chronologie p. 5, Brieger's Zs. für Kirchengesch. V, 629—631) potius a Gregorio III dictatas esse putavit. Quae Hauckio (K.-G. I, 429 n. 2) ac Fischero (Forsch. z. D. G. XXVI, 642) minime persuasit neque ego impedimenti aliquid video, quin Gregorius II iam consilium Saxonum ad fidem christianam adducendorum ceperit; cf. etiam infra Bonifatii verba in literis ad Anglos datis (ep. 46):* duorum pontificum Romanae ecclesiae adstipulationem ... accepi.

722 (724) dii gentium, ut ait scriptura, demonia sunt': dominus autem Deus noster caelos[a] fecit.
Cf. Col. 2, 6. Quicumque autem in vobis susceperunt Christum Iesum dominum nostrum, in ipso
Col. 2, 7. 8. ambulent, 'radicati et superaedificati et confirmati fide, abundantes in gratiarum actionem[b]. Videte, ne quis vos[c] amplius decipiat per philosophiam et inanem fallatiam'.
Cf. Luc. 16, 8. Astutiores enim sunt filii tenebrarum quam filii lucis. Discedite, filii, ab idolorum
Cf. 1. Cor. 10, 14. cultura; et accedite et adorate dominum Deum nostrum, 'qui fecit caelum et terram,
Ps. 145, 6. Cf. Isai. 29, 22. mare et omnia quae in eis sunt'; et vultus vestri non erubescent. Unus enim dominus hominum, volucrum, quadrupedum et piscium, qui est benedictus in secula seculorum.
Cf. Col. 3, 9. 10. Expoliate ergo vos veterem hominem, et induite Christum novum, deponentes omnia:
Cf. Col. 3, 8. iram, indignationem, malitiam, blasphemiam; turpem sermonem nolite de ore vestro
Cf. Luc. 24, 29. producere. Ab idolorum cultu recedite; iam enim advesperascit dies. Nolite esse
Col. 3, 17. otiosi; sed potius operamini opus bonum, ut Christus habitet in vobis. Et 'quodcumque facitis in verbo aut in opere, in nomine domini nostri Iesu Christi[d], gratias agentes Deo et patri per ipsum', respuentes gentilitatis sectam, scientes, vos Dominum habere
Rom. 12, 12. in caelis. 'Orationi instantes', ad ipsum cor erigite, 'quoniam magnus est dominus Deus[e]
Ps. 95, 4. noster et laudabilis nimis et terribilis super omnes deos'; 'qui vult omnes homines
1. Tim. 2, 4. salvos fieri et ad agnitionem veritatis pervenire'. Hoc autem commoneo, fratres: ut, quicumque voluerit ex vobis ad Christum converti, nullo modo eum prohibeatis neque vim ei faciatis sculptilia adorare; quia ipse Christus dominus vivit cum deo patre omnipotente in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

Carissimi, fidelis minister et conservus in Domino, quem misi ad[f] vos Bonifatium, fratrem ac coepiscopum meum, ad hoc ipsum, ut cognoscat quae circa vos sunt, et consoletur corda vestra cum exortationis verbo in Christo Iesu domino nostro; ut a diabolica fraude liberati mereamini adoptionis filiis aggregari et ut ab aeterna damnatione liberati vitam habeatis aeternam.

22.

Carolus Martellus maior domus Bonifatii episcopi tutelam suscipit[1].

723 (724).

Codd. 1 (fol. 68), 2a (fol. 52), 2b (fol. 107'), 3 (fol. 19), 4 (fol. 188')[a].
Edd. S 32, WG 11, J 24. — Böhmer-Mühlbacher, Reg. 36.

DOMINIS SANCTIS ET APOSTOLICIS IN CHRISTO PATRIBUS EPISCOPIS, DUCIBUS, COMITIBUS, VICARIIS, DOMESTICIS VEL[b] OMNIBUS AGENTIBUS IUNIORIBUS NOSTRIS SEU MISSIS DECURRENTIBUS ET AMICIS NOSTRIS INLUSTER[c] VIR CARLUS[d] MAIOR DOMUS, BENE CUPIENS VESTER.

Cognoscatis, qualiter apostolicus vir, in Christo pater, Bonifatius[e] episcopus ad nos venit et nobis suggessit, quod sub nostro mundeburdio[f] vel defensione eum re-

---

a) ait propheta, deus autem cęlos *4.* b) actione *4.* c) *om. 4.* d) *add.* facite *4.* e) *om. 4.* f) fidelem ministrum et conservum misi ad *4.*

22. a) *Lemma:* epistola carolis *1;* epistola karoli in regno suo missa: in omnibus sancto bonifatio ad iustitiam oboedire *2a;* epistola caroli ad comites et duces de potestate sancti bonifatii *2b;* item epistola carl *3;* epistola karoli *4.* b) seu *1.* c) inlustris *1. 2a;* illustris *4. P.* d) carolus *2b.* e) bonefatius *4;* bonifacius *P.* f) mundeburgio *1. 2a. 3;* mundeburdo *4. P.*

1) *Cf. Cartas de mundeburde ap. Zeumer, Formulae p. 58. 111.*

cipere deberemus. Quod ita nos gratante[a] animo hoc[b] fecisse cognoscite. Proinde[c] 723-725
nos taliter visi[d], fecimus ei manu nostra[e] roboratam dare, ut ubicumque, ubi et ubi, ambulare videtur, cum nostro[f] amore vel sub nostro mundeburdio[g] et defensione quietus vel conservatus esse debeat; in ea ratione, ut iustitiam reddat et similiter iustitiam accipiat[h]. Et si aliqua causatio vel necessitas ei advenerit, quae per legem definiri non potuerit, usque ante nos quietus vel conservatus esse debeat, quot[i] ipse, quam qui per ipsum sperare videntur; ut ei nullus ullam contrarietatem vel dampnationem adversus eum facere non[k] debeat, nisi ut omni tempore sub nostro mundeburdio[l] vel defensione quietus vel conservatus[m] residere debeat. Et ut certius credatur, manu propria subter firmavi[n] et de anulo nostro subter sigillavimus[o].

23.

Daniel episcopus Vintoniensis Bonifatium docet, quibus rationibus utatur in paganis ad Christi cultum convertendis. *723—725.*

Codd. 1a (fol. 79'), 1b (fol. 113'), 2 (fol. 62), 3 (fol. 36), P (n. 24 et 53)[a].
Edd. S 67, WG 14, J 15.

VENERANDO ET AMANDO ANTESTITI BONIFATIO DANIEL[b] [1] PLEBI[c] DEI FAMULUS.

Quamvis, mi frater consacerdosque[d] carissime, te primam virtutum promereri gaudeam palmam — qui saxea[e] stiriliaque[f] actenus gentilium corda, fidei magnitudine fretus, fiducialiter adgrediendo, vomere evangelicae praedicationis infatigabiliter subigens[g] in glebas fertiles cotidiano labore convertere niteris, ut vere tibi aptari[h]
profeticum evangelicumque dictum possit: 'Vox clamantis in deserto' et cetera — tamen Isai. 40, 3. Matth. 3, 3.
secundae portio palmae non incongrue ipsis etiam praestabitur, qui tam pio tam[i] salubri operi congratulando quibus valent[k] subsidiis favent eorumque indigentiam[l] conpetentibus amminiculis supplent, quo alacris[m] ceptum praedicationis opus et sequentes Christo generare filios studeant.

Unde et devota benivolentia pauca tuae suggerere prudentiae curavi, quo magis advertas, secundum meum sensum qua potissimum[n] ratione obstinationem agrestium convincere promptus queas[o]. Neque enim contraria eis de ipsorum, quamvis falsorum, deorum genealogia[p] astruere debes[q] .... secundum eorum opinionem. Quoslibet

a) gratanti 4. b) *deletum est in 2a.* c) perinde *corr. in* proinde *P.* d) nisi 4. e) nostram *1.* f) vestro 4. g) mundeburgio *2a*; mundeburdo *4. P.* h) recipiat *1.* i) *corr. in* tam *2a. b.* k) *deletum est in 2a. b.* l) mundeburgio *2a*; mundeburdo *4. P.* m) conservatur *1. 3.* n) subterfirmavimus *4. P.* o) singillavim .. *1.*

23. a) *Lemma:* item epistola danielis (danihelis *3*) *1. 2. 3; P sine lemmate.* b) danihel *3.* c) plebis *2.* d) consacerdotesque *1b.* e) saxa *1a. 2. P.* f) steriliaque *1. P.* g) subiens *2.* h) apatri *1a.* i) *corr. in* tamque *2.* k) fabent *1a. 3, corr. in* favent *2*; fabunt *1b*; favent *P.* l) indulgentiam *P.* m) alacres *P.* n) potentissimum *P.* o) *hic finit P n. 53 his verbis additis:* ut supra, require retro et ibi invenies ea quae sequuntur. p) genealogium *1b.* q) *in codicibus non sequitur lacuna. Sed hic quoddam de interrogandis paganis consilium excidisse, docent ea quae post paullo sequuntur verba:* item interrogandi: utrum. *J.*

1) *episcopus Vintoniensis. Hanc epistolam cum Jaffeo inter annos 719. et 722. collocare non ausus potius cum Hahnio (Bonif. u. Lul p. 117) et Hauckio (K.-G. D. 1, 407. 431) tempore posteriore scriptam esse conicio, quia Daniel episcopus antistitis consacerdotis et reverentiae tuae vocabulis collegam allocutus esse videtur.*

723-725 ab aliis generatos per conplexum mariti[a] ac femine concede eos asserere: ut saltim modo hominum natos deos ac deas homines potius, non deos fuisse et[b] cepisse, qui ante non erant, probes.

Cum vero initium habere deos, utpote alios ab aliis generatos, coacti didicerint, item interrogandi[c], utrum initium habere hunc mundum an sine initio semper exstitisse arbitrentur. Si initium habuit: quis hunc creavit? cum[d] procul dubio ante constitutionem saeculi[e] nullatenus genitis[f] diis inveniunt subsistendi vel habitandi locum, mundum enim non hanc[g] visibilem tantum caelum et terram, sed cuncta etiam extenta locorum spatia — quae ipsi quoque pagani[h] suis imaginare[i] cogitationibus possunt — dico. Quodsi sine initio semper exstitisse mundum contenderint — quod multis refutare ac[k] convincere documentis argumentisque[l] stude — tamen[m] altercantes interroga: quis ante natos deos mundo imperaret? quis regeret? quomodo autem suo[n] subdere dominatui[o] vel sui iuris facere mundum ante se semper subsistentem potuerunt? unde autem vel a quo vel quando substitutus aut genitus primus deus vel dea fuerat? utrum autem adhuc generare deos deasque alios aliasque suspicantur? Vel, si iam non generant, quando vel cur cessaverunt a concubitu et partu; si autem adhuc generant, infinitus iam deorum effectus numerus est. Et quis tam[p] inter tot tantosque potentior sit, incertum mortalibus est; et valde cavendum, ne in potentiorem[q] quis offendat. Utrum autem pro temporali ac praesenti, an[r] potius pro aeterna et futura beatitudine[s] colendi[t] sint, arbitrantur? Si pro temporali, in quo iam feliciores pagani[u] christianis[v] sunt[w], dicant. Quid autem se suis conferre sacrificiis lucri diis[x] suspicantur pagani, cuncta sub potestate habentibus? Vel cur in potestate sibi subiectorum fieri permittunt[y] ipsi dii, quod[z] ipsis tribuant? Si talibus indigent, cur non ipsi[a] magis potiora elegerunt[b]? Si autem non indigent, superflue iam talibus hostiarum conlationibus placare[c] se posse deos[d] putant.

Haec et his similia multa alia, quae nunc enumerare longum est, non quasi insultando vel inritando[e] eos, sed placide ac magna obicere moderatione debes. Et per intervalla nostris, id est christianis, huiuscemodi[f] conparandae[g] sunt dogmatibus[h] superstitiones et quasi e latere tangendae, quatenus magis confuse[i] quam exasperate[k] pagani erubescant pro tam absurdis[l] opinionibus et ne nos latere ipsorum nefarios ritus ac fabulas estimant[m].

Hoc quoque inferendum: Si omnipotentes sunt dii et benefici et[n] iusti, non solum suos remunerant[o] cultores, verum etiam puniunt[p] contemptores. Et si haec[q] utraque temporaliter faciunt, cur ergo parcunt christianis totum pene orbem ab eorum cultura avertentibus idolaque evertentibus? Et cum ipsi, id est christiani, fertiles terras vinique et olei feraces ceterisque opibus habundantes possident provincias, ipsis autem, id est paganis, frigore[r] semper rigentes terras cum eorum diis reliquerunt, in quibus iam tamen toto orbe pulsi falso regnare putantur.

Inferenda quoque sepius eis est orbis auctoritas christiani; in quorum conparatione ipsi paucissimi in vanitate antiqua adhuc perseverant.

---

a) maris *2.* b) quod *P.* c) interroga *P.* d) *om. P.* e) mundi *P.* f) gentis *1a. 3, corr. in* genitis *2.* g) hanc *1a. 3, corr. in* hunc *2;* hoc *1b.* h) paginis *1a;* pagini *3.* i) *corr. in* imaginari *2.* k) ad *1. 3, corr. in* ac *2.* l) que *om P.* m) studet non *pro* stude tamen *1b.* n) *om. P.* o) dominatur *1a.* p) tam *1. 3, corr. in* iam *2.* q) potiorem *1a.* r) ac *1. 3. P, corr. in* an *2.* s) beatitudini *1b.* t) collenda *1, corr. in* colenda *2;* colenda *P.* u) paganis *P.* v) *om. P.* w) sint *1b. 3.* [a) l. 24] x) lucidus *pro* lucri diis *P.* y) promittunt *P.* z) quid *3.* a) ipsis *P.* b) eligiter *1b. 3;* eligunt *1b;* eliguntur *P.* c) placere *1. 3, corr. in* placare *2. P.* d) deas *1. 3. P, corr. in* deos *2.* e) inridando *1b.* f) huiuseemodae *3.* g) comparanda *1.* h) *corr. in* dogmatum *2.* i) confusę *1. P;* confusae *3: corr. in* confusi *2.* k) exasperati *3; corr. in* exasperati *2.* l) obsurdis *1. 2. P.* m) estiment *2.* n) bene silicet *1a. P;* bene scilicet *pro* benefici et *2.* o) renumerant *1b.* p) puniant *1b.* q) hoc *1. 3. P.* r) frigide *1b.*

Et ne quasi de legitimo semper a principio[a] super ipsas gentes deorum iactitent 723-725
imperio[b], intimandum eis: cunctum prius mundum idolorum[c] deditum culturae[d], donec
Christi gratia — veri omnipotentis conditoris rectoris uniusque Dei[e] notitia inluminatus
— vivificatus[f] reconciliatusque Deo est. Nam, quod aput christianos fidelium cotidie[g]
baptizantur filii, quid aliud faciunt, nisi a sorde[h] et reatu gentilitatis, quo totus olim
constitutus mundus[i] est, per singulos eos purgant?

Haec caritatis intuitu[k], frater mi, breviter tuae commemorare libuit dilectioni, et
qui[l] corporali praegravatus languore laboro ita, ut congrue illud psalmiste[m] dicere
possim: 'Cognovi, Domine, quia iustum iudicium tuum, et vere me[n] afflixisti[1]'. Unde
obnixius[o] tuam peto reverentiam, quatenus cum his, qui tecum Christo in spiritu
serviunt, pro me supplicationum fundere preces digneris, ut Dominus, qui me vino[p] Cf. Ps. 59, 5.
conpunctionis potavit, cito sua[q] etiam anticipet misericordia: ut, qui iuste corripuit, Cf. Ps. 78, 8.
clementer ignoscat profeticumque[r] illud sua faciat pietate me quoque gratulabundum
posse cantare: 'Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes[s] Ps. 93, 19.
tuae, Domine, laetificaverunt animam meam'.

Opto, ut in Christo bene valeas et mei memineris, consacerdos carissime.

24.

Gregorius II papa Bonifatio, quod coeptum opus prospere procedat, gratulatur. Significat de epistolis ad Carolum Martellum et ad Thuringos et ad Germaniae populum missis. *724 Dec. 4.*

Codd. 1 (fol. 8), 2 (fol. 7), 4 (fol. 179')[a].
Edd. S 125, WG 15, J 25. — Jaffé, Reg. 2168 (1661).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO[b] COEPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Creditae speculationis sollicitudine permoti, evangelica[c] quoque institutione, qua
ait: 'Obsecrate[d] dominum messis, ut eiciat operarios in messem suam', tuam proinde Matth. 9, 38. Luc. 10, 2.
reverendam fraternitatem ad imitationem apostolorum — ut Domino iubente praecepti
sunt: Euntes praedicate evangelium[e] regni: 'gratis accepistis, gratis date[f] — in par- Cf. Marc. 16. 15.
tibus Esperiarum[g] ad inluminationem Germaniae gentis in umbra mortis sedentis[h] Matth. 10, 8. Cf. Luc. 1, 79.
dirigere praevidimus, lucrum inde ut adportare deberes, quasi servus ille de negocio
talenti, sicut scriptum est, fidus in futuro auctori asseras[i] Deo fecisse. Quod quia ex Cf. Matth. 25, 20.
oboedientiae munere ministerium verbi cernimus adolere et praedicationis praeconio
populum infidelem, ut innotuisti, audivimus converti. Domini potentiae gratias refe-
rentes, ut ipse, a quo bonum procedit et ad agnitionem vult omnes venire veritatis, Cf. 1. Tim. 2, 4.
tibi optamus ut cooperetur et a tenebris ad lucem populum illum suae potentiae in-

---

a) princi *3;* principi *1a, corr. in* principio *2.* b) *corr. in* imperia *2.* c) idulorum *3.* d) cultura *1. 3. P.* e) *bis scr. 3.* f) vivicatur *3.* g) cottidiae *1.* h) sorte *1b.* i) *om. P.* k) intuitus *1a.* l) quia *1b.* m) ei *add. 1a.* n) *om. 1. 3, superscriptum est in 2.* o) obnoxius *3.* p) vivo *1b.* q) suo *1.* r) propheticumque *2. 3.* s) consolationis *1b. 3.*

24. a) *Sine lemmate 1, ubi tamen in Gregorii II literis posita haec epistola est;* item gregorii tertii *2;* item epistola eiusdem ad bonefacium episcopum *4.* b) bonefacio *4.* c) euangelica *4.* d) obsecra *1;* obsecrare *2.* e) euuangelium *4.* f) reddite *4.* g) esperiarum *1. 4, corr. in* hesperiarum *2.* h) sedent *2;* sedenti *2.* i) assentis *4.*

1) *Ps. 118, 75 secundum versionem Hieronymi ex Hebraeo; v. Sabatier, Bibliorum lat. versiones t. II p. 239. J.*

724 spiratione reducat. Hinc enim nobis[a] merces copiosa, credimus, quod ab omnipotente
2. Tim. 4, 7. Matth. 10, 22. Domino adscribatur[b] in caelis. 'Bonum' enim 'certamen', si perseveraveris, possis cum
apostolo dicere, 'certavi, cursum consummavi, fidem servavi'. Sed ut coronam percipias laboris, insiste; pollicetur enim Deus perseverantibus in fine salutem. Nec[c] minae terreant nec deiciant terrores, sed, fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuntia; erit enim ex adiutorio divino perfectio, tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur, quantos ab errore converteris, syllabarum tuarum recensito textu cognovimus laeti, uberes Deo nostro[d] gratias agentes, de lucro animarum exultamus.

Porro pro episcopo illo[1], qui nunc usque[d] desidia quadam[e] in eadem gente praedicationis verbum disseminare neglexerat et nunc sibi partem quasi in parrochiam defendit[f], Carolo excellentissimo filio nostro patricio[g], ut eum conpescat, suadentes paternis litteris scripsimus. Et credimus, quod hoc vitari[h] praecipiat. Ipse vero
Cf. 2. Tim. 4, 2. oportune inportune praedicare, quae sunt salutis, non desinas.

Igitur Thuringis et Germaniae populo ea, quae ad animae respiciunt utilitatem et salutem, scribere non omisimus, inter alia, ut construant episcopia et aeclesias
Cf. Ezech. 33, 11. condant, iniungentes[2]. Ipse enim, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, erit in omnibus daturus incrementum.

Deus te incolumem custodiat.

Data pridie Nonas Decembris, imperante domno piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno octavo, post consulatum[i] eius anno octavo[k], sed et Constantino magno[l] imperatore[m] eius filio anno quinto, indictione octava.

25.

Gregorius II papa universo Thuringorum populo commendat Bonifatium missum, ut eos legem christianam doceat. *724 Dec.*

Codd. 1 (fol. 2'), 4 (fol. 179')[a].

Edd. S 120, WG 7, J 26. — Jaffé, Reg. 2170 (1662).

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSO POPULO THURINGEORUM[b].

Dominus Iesus Christus, filius Dei, deus verus de caelis descendit, homo factus est, pro nobis pati et crucifigi dignatus est et sepultus tertia die resurrexit a mortuis
Matth. 28, 19. et ascendit in caelos. Discipulis etiam suis, sanctis apostolis, ait: 'Euntes docete
Cf. Matth. 19, 29. omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti'; ipse enim
credentibus in se vitam aeternam promisit. Cupientes vos ergo in perpetuum nobiscum gaudere, ubi finis nulla est nec tribulatio nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna, ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifatium episcopum ad[c] vos direximus, ut vos debeat baptizare et fidem Christi docere et ab errore ad viam salutis deducere[d], ut salutem habeatis et vitam sempiternam. Sed vos ei in omnibus oboedite et sicut

---

a) vobis *4.* b) adscribatur *1, corr. in* asscribatur *2:* ascribatur *4.* c) ne *4.* d) *om. 4.* e) desidio quodam *1, corr. in* desidia quadam *2.* f) defendat *corr. in* defendit *1;* defendat *2. 4.* g) *om. 4.* h) vetari *4.* i) *pro* pat *1,* imperii *in litura 2 scripsit Jaffé* post consulatum; *v. supra p. 225.* k) anno octabo *2.* l) maī *1, corr. in* mag̅ *2.* m) imp *1. 2.*

25. a) *1 sine lemmate; 4:* item epistola gregori papae ad thuringos *4.* b) turingorum *4.* c) apud *corr. in* ad *1.* d) reducere *4.*

1) *Geroldum Moguntinum episcopum dicere videtur; cf. Pfahler, Die Bonifazianische Briefsammlung p. 84, Hauck I, 433 l. l.* 2) *V. infra ep. 25.*

patrem vestrum illum honorate et ad eius doctrinam corda vestra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, sed pro lucro animarum vestrarum ad[a] vos eum misimus. Diligite ergo Deum[b] et in nomine eius baptismum suscipite, quia dominus Deus noster, quod oculus hominis numquam vidit nec in cor hominis ascendit, praeparavit diligentibus se. Iam recedite a malis operibus et agite bene. Non adoretis idola nec immoletis carnes, quia Deus non recipit ista. Sed in omnibus, secundum quod vos frater noster Bonifatius docuerit, observate et agite; et salvi eritis, et vos et filii vestri, in sempiternum. Facite ergo et domum, ubi debeat ipse pater vester episcopus[d] habitare, et aecclesias, ubi orare debeatis, ut Deus indulgeat[e] peccata vestra et donet vobis vitam perpetuam.

724.726

1. Cor. 2, 9.

26.

Gregorius II papa ad varias Bonifatii consultationes rescribit[a].

726 Nov. 22.

Codd. 1 (fol. 9'), 2 (fol. 3'), 4 (fol. 181'), Ph = codex Berolinensis Phillippicus 1741 (Meerman. 571) s. IX. (fol. 19) quo R. Pauli usus est (N. Arch. IV, 586). Exstat etiam in codice Parisino 3846 s. IX. (fol. 258).

Edd. S 126, WG 24, J 27. — Jaffé, Reg. 2174 (1667).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO[b] COEPISCOPO[c] GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Desiderabilem mihi[d] a te[e] missus Denual relegiosus[f] presbiter[1] attulit nuntium, cum te sospem[g] narravit et[h] ministerio, pro quo missus es, favente Deo proficere nuntiavit. Detulit etiam a te missas litteras, ubi indicasti, quod ager dominicus, qui incultus iacebat et spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomerem[k] tuae doctrinae exarantem[l] semen verbi suscepit et fertilem messem protulit fidelitatis.

In eisdem litteris quibusdam[m] subnexisti[n] capitulis[o] sciscitando, qualiter teneat vel doceat haec sancta apostolica Romana aecclesia. Bene satis[p], quia beatus[q] apostolus Petrus et apostolatus et episcopatus principium exstitit. Et consulenti[r] tibi de statu aeclesiae non ex nobis quasi ex nobis, sed eius gratia, qui aperit os mutum et linguas infantium facit disertas[s], qualiter tenere debeas, apostolici vigoris doctrina[t] edicimus[u]. Sap. 10, 21.

Igitur in primis legebatur, ut quota progenies propinquorum matrimonio copuletur. Dicimus, quod oportuerat quidem, quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad huius copulae non accedere societatem[2]; sed quia temperantia magis, et presertim

a) *corr. in* apud *1.* b) dominum *4.* c) et ipse *4.* d) *om. 4.* e) vobis *add. 4.*

26. a) *Sine lemmate Ph. 1, ubi tamen Gregorio II attributa haec epistola est his subiectis verbis:* huc usque gregorius a primo secundus: hinc gregorius a secundo iunior; *in 2 hoc lemma:* item gregorii tertia; *in 4:* epistola eiusdem *(scil. Gregorii III)* ad bonefacium. b) bonifacio *4. Ph.* c) *om. Ph.* d) michi *4.* e) ante *pro* a te *1.* f) *corr. in* religionis *2;* religiosus *4. Ph.* g) *corr. in* sospitem *2;* sospitem *4. Ph.* h) et ex *Ph.* i) et in *4.* k) *corr. in* vomere *2;* vomere *4. Ph.* l) *corr. in* exarante *2;* exarante *4. Ph.* m) quaedam *Ph.* n) *corr. in* subnexuisti *2;* subnexuisti *4. Ph.* o) capitula cum *Ph.* p) satis nosti *4.* q) satis *1.* r) exconsulenti *pro* et cons. *Ph.* s) dissertas *1, corr. in* disertas *2.* t) doctrina *corr. in* -nam *4.* u) dicimus *4. Ph.*

1) *Idem esse videtur, qui alibi (supra p. 263, infra in ep. 71) Denewaldus vocatur; cf. Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XV, 116).* 2) quamdiu — societatem *repetuntur a Pseudoisidoro in epist. Gregorii ad Felic. episc. p. 751 ed. Hinschius, a Bened. Lev. II c. 80 p. 77.*

726 in tam barbaram[a] gentem, placet plus quam districtione[b] censure, concedendum est, ut post quartam generationem iungantur.

Nam quod posuisti, quodsi mulier infirmitate correpta non valuerit viri[c] debitum reddere, quid eius faciat iugalis: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentiae vacaret; sed, quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis. Non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, cui infirmitas praepedit et non detestabilis culpa excludit[1].

De presbitero[d] vero vel quilibet sacerdos[e] a populo accusatus[f], si certi[g] non fuerint testes, qui crimini inlato[h] approbent veritatem iureiurando[i], erit in medio. Et illum testem proferat de innocentiae suae puritate, cui nuda et aperta sunt omnia[2]; sicque maneat in proprio gradu.

Nam de homine, qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illi[k] talis reiteratio prohibenda est[3].

In missarum autem[l] sollempniis[m] illud[n] observandum est, quod dominus noster Iesus Christus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit namque calicem et dat[o] eis
Matth. 26. 27. 1. Cor. 11. 25. dicens: 'Hic calix novi testamenti est in meo sanguine; hoc facite, quotiescumque[p] sumitis'. Unde congruum non est, duos[q] vel tres calices in altario ponere, cum missarum sollempnia[r] celebrantur.

De immolaticiis[s] autem escis consuluisti, si a fidelibus superductum fuerit vivificae crucis signum, edi liceret an[t] non. Illud sufficit respondere, quod beatus apostolus
1. Cor. 10. 28. Paulus[u] dicit: 'Si quis dixerit, quia hoc immolaticium est, nolite edere propter eum, qui indicavit, et propter conscientiam'.

Addidisti adhuc, quodsi pater vel mater filium filiamque intra septa monasterii in infantiae annis sub regulari tradiderint disciplinae[v], utrum liceat eis, postquam pubertatis inoleverint[w] annos[x], egredi et matrimonio copulare[y]. Hoc omnino[z] devitamus, quia nefas est, ut oblatis a parentibus Deo filiis voluptatis[a] frena laxentur[4].

Enimvero quosdam baptizatos absque interrogatione simbuli[b] ab adulteris et indignis[c] presbiteris fassus es[d]. In his tua dilectio teneat antiquum morem aecclesiae: quia, quisquis in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari[e] liceat minime; non enim in nomine baptizantis, sed in nomine trinitatis huius gratiae
Eph. 4, 5. donum percepit. Et teneatur, quod apostolus dicit: 'Unus Deus, una fides, unum baptisma'. Doctrinam vero spiritalem talibus studiosius ut inpertias, demandamus[f].

Pro parvulis vero, qui a parentibus subtracti sunt et, an baptizati sint vel non, ignorant, hos ut baptizare debeas secundum patrum traditionem, si non fuerit qui testificet, ratio poscit[5].

---

a) barbara *Ph.* b) districtio *4. Ph.* c) viro *4.* d) praesbiter *2, ubi* er *in litura;* presbiter *Ph.* e) *corr. in* quolibet sacerdote *1.* f) accussatus *1.* g) certe *2.* h) criminis inlati *Ph.* i) iusiurandum *4: alia manus addidit in 2;* iusiurandi *Ph.* k) illa *Ph.* l) *om. 4.* m) *corr. in* solempniis *2;* solemniis *Ph.* n) *om. 4.* o) dedit *4.* p) quotienscumque *4.* q) duo *1; corr. in* duos *2.* r) solemnia *Ph.* s) immolativis *Ph.* t) ad *Ph.* u) *om. Ph.* v) *corr. in* disciplina *2;* disciplina *4.* w) impleverint *Ph.*
[a) l. 26] x) *corr. in* anni *2.* y) *corr. in* copulari *2. 4.* z) omni modo *Ph.* a) volutatis *corr. in* -ptatis *4.* b) simboli *2;* symboli *4. Ph.* c) et indignis *om. 1.* d) ÷ *1;* baptizatos *add. Ph.* e) eum *add. Ph.* f) *hic finit Ph. et cod. Paris. 3846, de quo cf. Fr. Maassen (Bibl. iuris canon. p. 239).*

1) Quod proposuisti — excludit *sunt Gregorio III tributa in Gratiani Decr. P. II c. 32 qu. 7 can. 18. J.* 2) Presbyter vel quilibet — aperta sunt omnia *Gregorio III attributa sunt in Gratiani Decr. P. II c. 2 qu. 5 can. 5. J. Eundem locum laudat Hincmarus Remensis (Opp. ed. Sirmond I, 600. 657):* dicente beato iuniore Gregorio in epistola per Denualdum presbyterum directa ad Bonifacium Moguntinum episcopum *etc.* 3) De homine — prohibenda est *Gregorio III ascripta sunt in Gratiani Decr. P. III De consecr. D. 5 can. 9. J.* 4) Addidistis — laxentur *sunt in Gratiani Decr. P. II c. 20 qu. 1 can. 2. J.* 5) Parvulos, qui — poscit *Gregorio III attributa sunt in Gratiani Decr. P. III De consecr. D. 4 can. 110. J.*

Leprosis autem, si fideles christiani fuerint, dominici corporis et sanguinis participatio tribuatur; cum sanis autem convivia celebrare negentur. c. 725? 726.

Adiecisti etiam, quodsi pestifer morbus aut mortalitas in aecclesia vel monasteriis inrepserit, quos necdum tetigit, a[a] loco fugiant, evitantes periculum. Valde fatuum hoc iudicatur. Non enim valet[b] quisquam Dei effugere manus. Cf. Sap. 16, 15.

In finem[c] epistola continebat, quod sunt quidam presbiteri seu episcopi in multis vitiis inretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat, et si tibi liceret cum eis edere aut loqui nisi qui[d] heretici fuerint. Dicimus, ut hos ex apostolica auctoritate redarguendo ammoneas et ad munditiam aecclesiasticae disciplinae perducas; et si quidem oboedierint, salvabunt animas suas et ipse mercedem lucrasti. Verumtamen conlocutionem et mensam communem cum eis agere non recuses[e]. Plerumque contigit[f], ut, quos correctio disciplinae tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum sedula[g] et ammonitio blanda ad viam perducat iustitiae. Id ipsum autem et in illis proceribus, qui tibi adiutorium prestant, observare debebis.

Haec, frater karissime[h], ex apostolicae sedis vigore scripsisse sufficiant. De reliquo implorantes misericordiam Dei, ut, qui te illis in regionibus vice nostra ex apostolica auctoritate pergere fecit et in opacam silvam lumen[i] veritatis per os tuum micare praedistinavit[k], opitulationis suae misericordissimum tribuat incrementum, quatenus[l] de fructu operis et ipse valeas premia percipere et nos[m] veniam peccatorum invenire.

D e u s t e i n c o l o m e m c u s t o d i a t, r e v e r e n t i s s i m e f r a t e r.

Data X. Kalendas Decembris, imperante domno[n] piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno decimo, post consulatum eius anno decimo[o], sed et Constantino magno imperatore filio[p] eius anno VII., indictione decima.

27.

Bonifatius Buggae abbatissae, num demigret, consulenti respondet. Se sententias expetitas postero tempore missurum esse promittit. De muneribus gratias agit[1].

c. 725?

Codd. 1 (fol. 94'), 2 (fol. 76), 3 (fol. 12'), 4 (fol. 189'), P[a].
Edd. S 20, WG 32, J 88.

DOMINAE[b] DILECTISSIMAE ET IN AMORE CHRISTI OMNIBUS CETERIS FEMININI[c] SEXUS PREFERENDAE SORORI BUGGAN ABBATISSAE BONIFACIUS EXIGUUS, INDIGNUS EPISCOPUS, AETERNAM[d] IN CHRISTO SALUTEM.

Notum sit tibi, soror carissima[e], de illo consilio, quo me indignum per litteras interrogasti, quod ego tibi iter peregrinum nec interdicere per me nec audenter suadere presumo. Sed, quod visum est, dicam. Si enim sollicitudinem, quam erga

---

a) loca *1.* b) *om. 1.* c) fine *2.* d) quod *1;* quo *corr. in* qui*;* nisi coherciti *pro* nisi qui her. *4.* e) recusses *1.* f) contingit *4.* g) sedulitas *4.* h) kmae *1;* carissime *4.* i) lumine *corr. in* lumen *2;* lumina *4.* k) praedestinavit *4.* l) quatinus *4.* m) *delevit corrector in 4.* n) *om. 1.* o) post consulatum — decimo *scripsit Jaffé pro* imperio eius *1. 2. 4.* p) filio *scripsit Jaffé pro* regni *1. 2. 4.*

27. a) *Lemma:* item epistola bonifatii *1. 2. 3,* episcopi *add. 4; sine lemmate P.* b) donnę *P.* c) femini *3.* d) *om. P.* e) karissima *4.*

1) *Propter titulum episcopi simplicem, quo Bonifatius in his literis usus est (cf. vero epp. 106—108), Loofs v. cl. in commentario inedito eas non multo post consecrationem Bonifatii Romanam a. c. 725. scriptas esse coniecit. Quocum conveniunt et soror Wiethburga, de qua Romae commorante supra iam exposuit, et quae Bugga de itinere Romano futuro interrogat, quod anno circiter 736. fecisse constat. Quod idem Loofs contendit his literis ad epistolas 14. et 16. Bonifatium respondisse mihi admodum dubium videtur (Zeitschrift für Kirchengesch. V, 625).*

c. 725. 732 servos[a] Dei et ancillas[b] et monasterialem vitam habuisti, propter adquirendam quietem et contemplationem Dei dimisisti[c], quomodo debes nunc saecularium hominum verbis et voluntatibus servire cum labore et tediosa sollicitudine? Melius enim[d] mihi videtur, si propter saeculares in patria libertatem quiete[e] mentis habere nullatenus possis, ut per[f] peregrinationem[g] libertatem contemplationis, si volueris et possis, adquiras: quem ad modum soror nostra Wiethburga[h] faciebat. Quae mihi per suas litteras intimavit, quod talem vitae[i] quietem[k] invenisset iuxta limina sancti Petri, qualem longum tempus desiderando quaesivit. De isto autem tuo desiderio illa mihi mandavit — quia de te ad illam scripsi — ut expectes, donec rebelliones et temptationes et minae Sarracenorum, quae apud Romanos[l] nuper emerserunt, conquieverint, et quoad usque illa, Deo volente, suas litteras invitatorias ad te dirigat. Et hoc mihi optimum videtur esse. Et prepares tibi necessaria[m] itineris et sustineas[n] verbum eius et postea[o], quod pietas Domini iusserit, facias.

De conscriptione autem sententiarum, de qua rogasti, peccatis meis indulgere[p] habes[q], quia propter instantes labores et itinera[r] continua adhuc perfecte[s] conscriptum, quod rogasti, non habeam; sed, cum inplevero, ad presentiam dilectionis tuae transmittere curabo.

De muneribus namque[t] et[u] vestimentis, quae misisti, gratias agentes, Deum omnipotentem rogamus, ut tibi premium remunerationis aeternae cum angelis et archangelis in alto caelorum culmine reponet[v]. Obsecro igitur per Deum sororem carissimam, immo matrem ac dominam dulcissimam, ut adsidue pro me orare dignetur, quia pro peccatis meis multis tribulationibus fatigor et multo maiore mentis tribulatione[w] et sollicitudine quam corporis labore conturbor. Fidem antiquam inter nos numquam deficere scias. Vale in Christo[x].

28.

Gregorius III papa Bonifatio, quod iam permultos ad Christi fidem converterit, gratulatur, eumque et archiepiscopum facit et pallii iure ornat. Ad eius interrogationes respondet [1]. *c. 732.*

Codd. 1 (fol. 4'), 4 (fol. 180) [a].

Edd. S 122, WG 25, J 28. — Jaffé, Reg. 2239 (1724).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO[b] COEPISCOPO — AD INLUMINATIONEM GENTIS GERMANIAE VEL CIRCUMQUAQUE IN
Cf. Luc. 1, 79. UMBRA MORTIS MORANTIBUS GENTIBUS, IN ERRORE CONSTITUTIS, AB HAC APOSTOLICA DEI ECCLESIA DIRECTO — GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Magna nos habuit gratulatio, lectis sanctissime fraternitatis tuae litteris, cum in eis, relecta serie, fuisset repertum, domini nostri Iesu Christi gratia plurimos te a

a) servus *3.* b) ancellas *3.* c) dimissisti *1.* d) ē *1;* esse *4.* e) quietem *1. 2.* f) *om. 2. 4. P;* in *3.* g) peregrinatione *P.* h) wiehtburga *3;* uiuethburga *P.* i) vitam *codd.* k) quietam *4.* l) romonos *2.* m) necesaria *2.* n) substineas *P.* o) post *2.* p) indulge *1.* q) debes *4.* r) itenera *3.* s) perfectae *2.* t) nanque *4.* u) *om. P.* v) *sic 1. 2;* reponat *3. 4. P.* w) tribulationem *3.* x) cristo *4.*

28. a) *in 1 sine lemmate quidem inter Gregorii secundi epistolas legitur haec epistola; 4:* epistola gregorii papae ad bonefacium episcopum. b) bonefacio 4.

1) *Haec epistola licet in cod. 1 et in Gratiani decreto (v. infra p. 279 n. 1. 3) Gregorio II ascribatur, tamen, cum Willibaldus in Bonifatii vita (c. 6: Jaffé, Bibl. III p. 454) pallium a Gregorio III missum Bonifatio esse narret, has litteras a tertio Gregorio esse liquet. J.*

gentilitate et errore ad vere fidei agnitionem convertisse. Quod, quia divina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum, in talis[a] commercii lucro cum tota plaudemus[b] aecclesia. Hinc iure tibi sacri pallei[c] direximus munus, quod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus, Deo auctore, precipimus, ut censearis. Qualiter enim eum[d] utaris, ex mandato apostolico informatus cognosces ita, ut, dum missarum sollempnia geris vel episcopum te contingerit[e] consecrare, illo tantummodo tempore eum utaris. c. 732 Cf. Matth. 25, 16.

Quia vero turbas Domini gratia in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisses[f] conversas[g], nequire te occurrere omnibus: ea[h] quae salutis sunt impendere aut intimare — cum iam longe lateque gratia Christi eius fides in illis partibus propagetur — precipimus[1], ut iuxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolicae sedis debeas ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus[2].

Presbiterum namque[i], quem preterito asseruisti anno ad nos advenisse nostroque iudicio fuisse a suis nefariis absolutum actionibus, credas: neque nobis confessiones aliquas fecit nec a nobis, ut suos expleat libitus, absolutus est; sed, si eum errori deditum reppereris, hunc apostolicae sedis vigore ut iuxta sanctorum canonum censuram[k] corrigas precipimus et emendes, vel si quos forsan[l] tales inveneris. Ille enim veniens: 'Presbiter sum' ait; commendaticias apud filium nostrum Carolum litteras expetiit. Nullam illi aliam concessimus licentiam. Quem vitari, si prave conversatur, cum reliquis volumus.

Eosdemque, quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine trinitatis, mandamus[3].

Inter ea agrestem caballum aliquantos adiunxisti comedere, plerosque et domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, sanctissime, sinas frater, sed, quibus potueris Christo[m] iuvante modis, per omnia conpesce et dignam eis interdicito paenitentiam: inmundum enim est atque exsecrabile.

Pro oboeuntibus quippe, consuluisse[n] dinosceris[o], si liceat oblationes offerre. Sancta sic tenet aecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere christianis offerat oblationes atque presbiter eorum faciat memoriam. Et quamvis omnes peccatis subiaceamus, congruit, ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat. Non tamen pro impiis, quamvis christiani fuerint, tale quid agere licebit[4].

Nam et eos, qui se dubitant fuisse baptizatos an non, vel qui a presbitero Iovi mactanti et immolaticias carnes vescenti, ut baptizentur, precipimus.

Progeniem vero suam quemque usque ad septimam observare decernimus[5] generationem.

Et si valueris, devita[p], ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeat copulari.

---

a) talibus *1.* b) plaudimus *4.* c) pallii *4.* d) *corr. in* eo *4.* e) contigerit *4.* f) asseruisse *1;* asseruisti *4.* g) conversos *1.* h) et *4.* i) nanque *4.* k) censura *1.* l) forsam *1;* fortasse *4.* m) deo *4.* n) consulisse *4;* consoluisse *1.* o) dinosceres *1.* p) debita *1.*

1) Praecipimus — episcopatus *sunt Gregorio iuniori (id est secundo) tributa in Gratiani Decr. P. II c. 16 qu. 1 can. 53. J.* 2) *Cf. Gratiani Decr. P. I D. 80 can. 3:* Episcopi non in castellis aut modicis civitatibus debent constitui — et episcopus non ab uno sed a pluribus debet episcopis ordinari et, ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen episcopi. *J.* 3) Quos a paganis — mandamus *sunt Gregorio II tributa in Gratiani Decr. P. III de consecr. D. 4 can. 52. J.* 4) Pro obeuntibus — licebit *sunt Gregorio II attributa in Gratiani Decr. P. II c. 13 qu. 2 can. 21. J.* 5) *Cf. Pseudoisidor. ed. Hinschius p. 751 (Ep. Gregor. ad Felic.), Bened. Lev. II c. 80 p. 77, Decr. Gratiani P. II c. 35 qu. 2 et 3 can. 16. J.*

post 732 De his vero dicimus, qui patrem, matrem, fratrem aut sororem occiderint, ut toto vitae suae tempore corpus non suscipiat dominicum, nisi sui temporis exitu[a] pro viatico. Abstineat enim se et a carnis commestione et potu vini, donec advixerit; ieiunet secundam et quartam et sextam ferias; et[b] sic possit deflens diluere commissum scelus.

Nam et hoc inter alia discrimen agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis sua venundent mancipia. Hoc ut magnopere corrigere debeas, frater, commendemus[c], nec sinas fieri ultra; scelus enim est et impietas. Eis ergo, qui hoc perpetrati sunt, similem homicide indices paenitentiam.

Ut, quoties[d] episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum episcopi, ut Deo sit gratum quod geritur, ut eis convenientibus ipsisque presentibus consecres.

Haec te, karissime frater, diligenter observare volumus. Et studio pietatis coeptum[e] negotium salutis exsequere, ut de lucro adportato valeas a domino Deo nostro mercedem percipere in aeterna beatitudine. Privilegium vero iuxta quod[f] petisti facientes, his iunctum direximus, optantes, te domini Dei nostri presidio de conversione errantium Christo deo[g] nostro plenissimum atque integrum adportare lucrum.

Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater[1].

29.

Leobgytha Bonifatium rogat, ut pro parentibus suis seque Deum invocet. Munus mittit. *post 732.*

Codd. 1 (fol. 106), 2 (fol. 85'), 3 fol. 21), P[a].
Edd. S 36, WG 21, J 23.

DOMINO REVERENTISSIMO ET SUMME DIGNITATIS INFULA PREDITO BONIFATIO ATQUE IN CHRISTO CARISSIMO ET MIHI ADFINITATIS PROPINQUITATE CONEXO LEOBGYTHA[b2], ULTIMA LEVE IUGUM CHRISTI PORTANTIUM FAMULA, PERENNEM SOSPITATIS SALUTEM. (Cf. Matth. 11, 30.)

Rogo tuam clementiam, ut memorare digneris prioris amicitiae, quam iam dudum cum patre meo copulasti, cuius vocabulum est Dynne[c], in occiduis regionibus — qui nunc ante VIII annorum curriculum ab hac luce subtractus est — ut pro anima illius preces offerre Deo non rennues[d]. Nec non et matris meae[e] memoriam commendo tibi, quae cognominatur Aebbę[f3]; quae tibi, ut melius nosti, consanguinitatis nexibus copulatur et adhuc laboriose vivit et diu valide[g] ab infirmitate obpressa est. Ergo[h] unica

a) exitus *4.* b) ut *4.* c) commonemus *4.* d) quotiens *4.* e) ceptum *4.* f) quae *4.* g) christo domino deo *4.*

29. a) *Lemma:* item epistola liobgide *1;* item epistola leobgithae *2. 3; sine lemmate P.* b) leobgyda *1;* leobguda *P.* c) tinne *1.* d) rennues *1. 3, corr. in* rennuas *2;* rennuas *P.* e) mea *3.* f) aebbe *1. P;* aebae *2.* g) valida *P.* h) ego *3. P.*

1) *Hac clausula usus est Pseudoisidorus Clem. 55, Telesfor. 5 (ed. Hinschius p. 52. 112).* 2) *s. Lioba, postea abbatissa Biscopesheimensis. Hanc epistolam primam fuisse, quam Leobgytha (ex Anglia) ad Bonifatium dederit, Hauck recte monuit (K.-G. I, 448 n. 1), eamque post annum 732. datam esse, quo Bonifatius archiepiscopus consecratus est, Loofs, titulum:* summae dignitatis infula praedito *argumentatus, mihi persuasit. Leobgytha anno c. 737. in Germaniam venisse videtur.* 3) *V. Rudolfi Vita s. Leobae c. 6 (SS. XV p. 124):* parentes eius natione Angli, genere quidem nobiles erant .. Pater enim Dynno, mater vero Aebba vocabatur.

filia sum ambobus parentibus meis; et utinam, licet sim indigna, ut[a] merear te in 732. c. 735
fratris locum accipere, quia in nullo hominum generis mei tanta fiducia spei posita est mihi, quanta in te. Hoc parvum munusculum mittere curavi, non ut dignum esset tuae almitatis aspectui, sed ut memoriam parvitatis meae[b] retines[c], ne longa locorum intercapidine[d] oblivione tradas[1], quin immo vere dilectionis ligatura[e] reliquum nodetur in aevum[2]. Hoc, frater amande, enixius efflagito[f], ut tuarum orationum pelta muniar contra hostis occulti venenata iacula[3]. Illud etiam peto, ut rusticitatem huius epistolae[4] digneris emendare; et mihi aliqua verba tuae affabilitatis exempli gratia transmittere non recusses[g], quae inhianter audire satago[5].

Istos autem[h] subter scriptos versiculos conponere nitebar secundum poeticae traditionis disciplinam[i 6], non audacia confidens, sed gracilis ingenioli rudimenta exercitare[k] cupiens[7] et tuo auxilio indigens. Istam artem ab Eadburge magisterio didici[l], quae indesinenter legem divinam rimare[m] non cessat.

Vale, vivens aevo longiore, vita feliciore, interpellans pro me[8].

Arbiter omnipotens, solus qui cuncta creavit[n 9],
In regno patris semper qui lumine fulget[o],
Qua iugiter flagrans sic regnat[p] gloria Christi,
Inlesum servet semper te iure perenni.

30.

Bonifatius Eadburgae abbatissae Thanetensi de libris missis gratias agit.

c. 735.

Codd. 1 (fol. 86), 2 (fol. 68), 3 (fol. 8), P[a].
Edd. S 14, WG 18, J 73.

DILECTISSIMAE SORORI ET IAM DUDUM SPIRITALIS CLIENTELAE[b] PROPINQUITATE CONEXAE EADBURGE ABBATISSAE BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN CHRISTO SALUTEM[10].

Carissimam sororem remunerator aeternus iustorum operum in superna laetificet curia angelorum[11]; quae sanctorum[12] librorum munera transmittendo exulem Ger-

---

a) *deletum est in 2.* b) me *1.* c) retines *1. 3. P, corr. in* retineas *2.* d) intercapidine *1. 3, corr. in* intercapedine *2;* intercapedine *P.* e) ligatam *P.* f) efflagitto *3;* afflagito *1.* g) recuses *2. P.* h) ater *1.* i) disciplina nam *1.* k) excitare *3.* l) dedici *3.* m) *corr. in* rimari *2;* rimari *P.* n) arbiter — creavit *om. 1. 2. P.* o) fulgiet *3.* p) regnet *1. 3. P, corr. in* regnat *2.*

30. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (boñ *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) clientellae *3.*

1) *Cf. Aldhelmi epist. ad. Acirc. (opp. p. 228):* aut longa locorum intercapedine refrigescant. 2) *Ib.:* verae dilectionis ligatura tanto strictius .. reliquum nodetur in aevum. 3) *Ib. p. 327:* contra .. venenata garrulorum iacula .. metrorum pelta ... protegere digneris. 4) *Ib. p. 227:* epistolarem .. rusticitatem. 5) *Cf. infra ep. 71:* per aliqua verba tuae affabilitatis .. quae inhianter audire satago. 6) *Aldh. ad. Acirc. p. 229:* secundum poeticae traditionis disciplinam. 7) *Ib. p. 227:* gracilis ingenii frutices; *229:* prima ingenioli rudimenta exercitare cupiens. 8) *Cf. infra epp. 49. 140.* 9) *Aldh. poema de aris p. 120:* Arbiter omnipotens ad caeli culmina vexit; *Aenigm. p. 267:* Omnipotens rector, nutu qui cuncta creavit. 10) *Hauck (K.-G. D. I, 457 n. 2) hac epistola Bonifatium Eadburgae abbatissae Thanetensi gratias agere existimavit de codice Petri epistolas continente,quem literis 35. (infra p. 285) ab ea expetiverat. Quamvis haec mihi valde incerta esse videantur, eidem fere tempori ego quoque hanc epistolam, quam Bonifatius archiepiscopus dictavit, adscribendam esse putaverim, praesertim cum quae de rebus Germanicis affert cum epistolis, quae sequuntur, bene congruant; cf. etiam Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XV, 121).* 11) *Cf. infra ep. 35 p. 286. ep. 46.* 12) *i.e. biblicorum.*

c. 735 manicum spiritali lumine consolata est, quia, qui tenebrosos angulos Germanicarum
Cf. Ps. 118, 105. gentium lustrare debet, nisi habeat lucernam pedibus et lumen semitis suis verbum
Cf. Ps. 17. 6. Domini, in laqueum mortis incidet. Praeter ea de caritate tua diligenter[a] confidens
obsecro, ut pro me orare digneris, quia peccatis meis exigentibus periculosi maris[b]
Ps. 112, 5. 6. tempestatibus[1] quatior[c]; rogans, ut ille, qui in altis habitat et humilia respicit, indul-
Cf. Eph. 6, 19. 2. Thess. 3, 1. gens flagitia, praestet mihi verbum in apertione oris mei, ut currat et clarificetur inter
gentes evangelium gloriae Christi.

31.

Bonifatius quendam hortatur, ut Deum pro se invocet. *c. 735.*

Codd. 2 (fol. 106), 3 (fol. 17)[a].
Edd. S 23, W 98, G 87, J 89.

REVERENTISSIMO FRATRI ET SPIRITALIS GERMANITATIS PROPINQUITATE CONEXO BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM[2].

Clementiam fraternitatis vestrae intimis flagitamus precibus, ut nostrae medio-
critatis memores intercedere dignemini, quia peccatis nostris exigentibus periculosi
Ps. 112, 5. 6. maris tempestatibus undique quatimur; rogantes, ut ille[b], qui in altis habitat et hu-
Eph. 6, 19. 2. Thess. 3, 1. milia respicit, indulgens flagitia, prestet nobis verbum in apertione oris nostri, ut currat
et clarificetur inter gentes evangelium gloriae Christi.

32.

Bonifatius Pehthelmo episcopo Candidae-casae munera mittit. Quaerit, liceatne viro uxorem ducere eam, cuius filio baptizando sponsor interfuerit. *c. 735.*

Codd. 1 (fol. 84'), 2 (fol. 66), 3 (fol. 7), P[a].
Edd. S 11, WG 39, J 29.

VENERANDO[b] FRATRI, IMMO DILIGENDO PEHTHELMO COEPISCOPO BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM[3].

Paternam sanctitatis vestrae clementiam intimis obnixę flagitamus[c] precibus, quia nobis opus est periclitantibus, ut vestris Deo dignis orationibus adiuvemur et, quia

---

a) *om. P.* b) matris *1.* c) quatuor *P.*

31. a) *Lemmata:* epistola bonifatii *2;* item epistola bonifacii archiepiscopi *3.* b) illae *3.*

32. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (bonif. *1)* archiepiscopi *1. 2. 3; P sine lemmate.* b) dilectissimo ac reverentissimo *1.* c) flagittamus *3.*

1) *Cf. epp. 32. 33.* 2) *Hahn (Bon. u. Lul. p. 84) has literas earum, quas Bonifatius ad Eadburgam abbatissam dedit, tam similes esse cognorit, ut utrasque eodem fere tempore scriptas esse vix dubitari liceret.* 3) *primo episcopo Candidae-casae sive Witernensi (prov. Glascuensis; in Scotia: 'Hwiterne'), qui, c. a. 730. episcopus factus (v. Bedae hist. eccl. V c. 23, cf. 13. 18, ed. Holder p. 253. 259. 284), obiit a. 735. (v. Florentii Wigorn. chron., Mon. hist. Britan. I p. 542). J. — Hanc epistolam et duas, quae sequuntur, Jaffé eam ob causam coniunxit, quia in tribus de eadem interrogatione ad ius canonicum*

Germanicum mare periculosum est navigantibus, vestris precibus et Deo gubernante c. 735 ad[a] aeternae tranquillitatis litus sine macula vel damno anime perveniamus et, dum caecis proprias tenebras ignorantibus et aspicere nolentibus lumen evangelicae veritatis offerre nitimur, tenebris propriorum peccaminum non involvamur et non in vacuum curramus aut cucurrissemus, sed vestris intercessionibus fulti ad aeternitatis lumen Cf. Gal. 2, 2. inmaculati et inluminati tendamus. Preterea parva munuscula pro indicio caritatis vobis direximus, id est corporale pallium albis stigmatibus[b] variatum et villosam ad tergendos pedes servorum Dei. Quae petimus ut pro memoria accipere non dedignemini.

De una quoque re vestrum consilium et responsum audire desideramus. Adfirmant sacerdotes per totam Franciam et per Gallias nec non et pro his: maximi criminis reum esse hominem, qui in matrimonium acciperit[c] illam viduam, cuius antea[d] filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Quod peccati genus, si verum est, actenus ignorabam et nec in antiquis canonibus nec in decretis pontificum patres nec in calculo peccatorum apostolos usquam enumerasse cognovi. Qua de re si aliquid uspiam in ecclesiasticis scriptis disputatum invenissetis, nobis indicare curate, et, quid vobis videatur, nosse velimus[e].

Sospitatem vestram sanctis virtutibus proficere, et longo tempore valere te[f] cupio in Christo[g].

33.

Bonifatius Nothelmi archiepiscopi Cantabrigiensis amori se commendat. Petit, ut Augustini interrogationes et s. Gregorii responsiones sibi mittat. Sitne sancitum, ne quis uxorem ducat, cuius filio baptizando sponsor interfuerit. Quo incarnationis anno primi sacerdotes a s. Gregorio in Angliam missi sint. 735.

Codd. 1 (fol. 86'), 2 (fol. 68'), 3 (fol. 8)[a].
Edd. S 15, WG 40, J 30.

DOMINO DILECTISSIMO, SUMMI PONTIFICATUS INFULA PRAEDITO[b] [1], NOTHELMO ARCHIEPISCOPO [2] BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI OPTABILEM IN CHRISTO AETERNAE CARITATIS SALUTEM.

Almitatis vestrae clementiam intimis obsecro precibus, ut mei in vestris[c] sacrosanctis orationibus memores esse dignemini et navem mentis meae variis Germanicarum gentium tempestatum fluctibus quassatam[d] precibus vestris in portu[e] firmae petrae stabilire studeatis, et ut communioni fraternae non aliter, quam ut mihi vene-

---

a) *om. P.* b) stigmatum *P.* c) *corr. in* acceperit *2;* acceperit *P.* d) ante *1.* e) vellimus *1. 3;* vellemus *2.* f) *erasum est in 2.* g) in christo *om. P.*

33. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (boñ *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; P sine lemmate.* b) inpredito *1. 3; deletum est* in *ante* predito *in 2.* c) vestro *1. 3. P, corr. in* vestris *2.* d) quassatum *2. 3.* e) inportunę *3;* in portum *P.*

pertinente agitur, sed etiam de rebus Germanicis similia in eis Bonifatius scribit. Quae si recte se habent, eas anno 735. assignemus oportet, quo et Pehthelmus episcopus obiit et Nothelmus archiepiscopus ad munus suum administrandum accessit; cf. Hahn, Bonifaz u. Lul p. 153 n. 2; 154 n. 1.

1) *Cf. Aldh. ad Acirc. (p. 219):* Eleazar summi pontificatus infula praeditus. 2) *Cantabrigiensi 735—739; cf. Bedae chronol. contin. ed. Holder p. 291.*

735 rande memoriae[a] antecessor vester, Berhtwaldus archiepiscopus[1], exeunti a[b] patria concessit, vobiscum adunatus sim[c] nexu spiritali et glutino[d] caritatis coniunctus[e] simul cum fraternis comitibus peregrinationis meae catholicae fidei unitate et spiritalis amoris dulcedine semper sociatus vobis esse merear.

Similiter et diligenter obsecro, ut illius epistolae, qua continetur[f], ut dicunt, interrogationes Augustini pontificis ac praedicatoris primi Anglorum et responsiones sancti Gregorii papae[2], exemplar mihi dirigere curetis — in qua inter cetera capitula continetur, quod in tertia generatione propinquitatis fidelibus liceat matrimonia copulare[3], — et ut scrupulosa cautela[g] diligenter investigare studeatis, si illa conscriptio supra dicti patris nostri sancti Gregorii esse conprobetur an non, quia in scrinio Romanae aecclesiae, ut adfirmant scriniarii[h], cum ceteris exemplaribus supra dicti pontificis quaesita non inveniebatur.

Praeter ea de uno peccato commisso vestrum consilium audire desidero, quod cuidam homini in matrimonio concedendo nesciens commisi. Quod hoc modo contigit. Homo quidam, sicut multi solent, alterius filium de sacri baptismatis fonte elevans adoptavit[i] sibi in filium, cuius matrem postea viduatam marito duxit uxorem. Quod Romani peccatum esse adserunt et capitale peccatum[k], ita ut in talibus divortia facere praecipiant[l]. Et adfirmant[m], regnantibus christianis imperatoribus illius matrimonii scelus capitali sententia multandum vel peregrinatione perpetua delendum. Ut, si hoc in catholicorum patrum decretis vel canonibus vel etiam in sacro eloquio pro tam magno peccato conputatum esse inveniretis, indicare mihi curetis, ut et ego intellegendo cognoscam, cuius auctoritas sit in illo iudicio, quia nullatenus intellegere possum, quare in uno loco spiritalis propinquitas in coniunctione carnalis copulae[n] tam[o] grande peccatum sit, quando omnes in sacro baptismate Christi et ecclesiae filii et filiae, fratres et sorores esse comprobemur.

Similiter rogo, ut mihi studeatis indicare, in quoto anno ab incarnatione Christi praedicatores primi missi[p] a sancto Gregorio ad gentem Anglorum venissent. Vale.

34.

Bonifatius Duddum abbatem veteris amicitiae commonefacit. Petit, ut sibi libros de s. Paulo scriptos mittat quaeratque, cur cautum sit, ne, qui baptizando filio interfuerit, eiusdem matrem in matrimonium ducat. *735.*

Codd. 1 (fol. 102), 2 (fol. 82), 3 (fol. 16'), P[a].
Edd. 22, WG 41, J 31.

---

a) memoria *3.* b) exeunti a *corr. in* ex reverentia *2.* c) sum *1.* d) gluttino *2. 3.* e) convinctus *1. P.* f) *corr. in* continentur *2.* g) cautella *1. 3, corr. in* cautela *2.* h) scrinarii *1. 2.* i) adoptabit *3.* k) esse — peccatum *om. P.* l) praecipiunt *1. 3, corr. in* praecipiant *2.* m) affirment *P.* n) copula *1. 3;* carnali coppullata *P.* o) *om. P.* p) misi *1. 3.*

34. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3. P sine lemmate.*

1) *Cantabrigiensis 692—731. V. Bedae Hist. eccl. V, 8 et 23 (ed. Holder p. 238. 283. 288). J.* 2) *quae leguntur ap. Bedam, Hist. eccl. I, 27 (ed. Holder p. 39); cf. Regesta pont. Rom. n. 1843. J.* 3) *hoc pacto:* Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. *J.*

DILECTO FILIO DUDDO[1] ABBATI BONIFATIUS, QUI ET WYNFRETHUS, 735
SERVUS SERVORUM DEI[a] OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Memorem te esse, fili carissime, desidero sapientis cuiusdam sententiae, qui dixit: 'Serva antiquum amicum'[2], ut antiquae amicitiae, quam in pueritia iam olim coepimus et servavimus, in senectute non obliviscaris, sed recorderis patris tui iam nunc decrepiti et membris omnibus ad viam universae terrae vergentibus. Et licet parum doctus praeceptor fuissem[b], tamen tibi omnium devotissimus, ut ipse testis es, esse studivi[c]. Illius devotionis memor, miserere iam senis[3] Germanici maris tempestatibus undique quassantibus fatigati, hoc est, ut orationibus[d] ad Deum fusis me sublevare studeas et in sanctis scripturis adiuvare, maxime in sanctorum patrum spiritalibus tractatibus. Quia spiritalis[e] tractatus magister legentium sacrum eloquium esse dinoscitur, rogo, ut mihi in adiutorium divinae scientiae partem tractatus super apostolum Paulum, quae[f] mihi deest, mittere digneris. Habeo enim super duas epistolas tractatus, id est[g] ad Romanos et ad Corintheos primam. Similiter, ut[h] quicquid in sacro scrinio[i][4] inveneris et mihi utile esse arbitreris et[k] me latere vel scriptum non habere aestimes, insinuare, sicut fidelis filius licet rustico patri, et rescripta beatitudinis tuae dirigere dignare. Et, si tibi placuerit ut iusseris[l], ambo inter nos ita faciamus, ut quicquid[m] ..... tibi filius meus, Eaba[n] presbiter[5], gerulus litterarum mearum[o], verbo indicaverit de matrimonio commatrum, quarum[p] filios in baptismo suscepimus, in scripturis quaere, unde iudicetur capitale peccatum esse apud Romanos. Et si alicubi in scriptis ecclesiasticis de hoc peccato disputatum aliquid reperias, mihi manifestare non dubites.

Valere dilectionem beatitudinis tuae[q] et prosperis successibus[r] proficere[s] in Christo optamus.

35.

Bonifatius Eadburgam abbatissam Thanetensem rogat, ut s. Petri epistolas sibi describat litteris aureis. *735.*

Codd. 1 (fol. 184), 2 (fol. 84), 3 (fol. 18'), P[a].
Edd. 28, WG 19, J 32.

---

a) servorum dei servus *1.* b) fuisset *P.* c) studivi *1. 3, corr. in* studui *2.* d) orationis *1. 3, corr. in* orationibus *2.* e) quod spiritalis *3;* qui spiritalibus *P.* f) quem *1. P.* g) idem *pro* id est *P.* h) *deletum est in 2.* i) scrutinio *1. 3, corr. in* scrinio *2.* k) *om. P.* l) *om. P, qui hoc loco lacunam habet.* m) *hoc loco quaedam excidisse liquet, neque vero lacuna in codd. relicta est. J.* n) eaba *1. 3. P, corr. in* eabo *2.* o) meo *3.* p) quare *P.* q) beatitudinem tuam *3.* r) succesibus *2.* s) perficere *P.*

35. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; P sine lemmate.*

1) Dud abbas *apparet in tabula Hillae anno 744. data ap. Birch, Cartular. Saxon. I, 243. J. Ad eundem exstat carmen acrostichon Bonifatii valde artificiosum (Poet. Carol. I, 16), cuius haec est summa:*

Vynfreth priscorum Duddo congesserat artem,
Viribus ille iugis iuvavit in arte magistrum.

2) *Eccli. 9, 14:* Ne derelinquas amicum antiquum. 3) *Ex his verbis Hauck (K.-G. I, 411 n. 3) probabiliter conclusit, Bonifatium non longe ante annum 675. natum esse, cum non ante annum sexagesimum aetatis suae senem se vocare potuerit. De senectutis molestiis Bon. saepius conqueritur; cf. ap. Jaffé p. 160. 192. 218. 220. 258.* 4) *i. e. scrinio ecclesiae tuae, minime Romano, ut Hahn (B. u. L. p. 130) haud recte interpretatus est; cf. Nürnberger, Aus der litterar. Hinterlassenschaft des h. Bonifat. p. 3.* 5) *Idem fortasse ex coniectura Hahnii (Bon. u. Lul p. 131), qui postea chorepiscopus Traiectensis cum Bonifatio ipso trucidatus est.*

732-746 REVERENTISSIME AC DILECTISSIME SORORI EADBURGE[a] ABBATISSAE[1] BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO OPTABILEM CARITATIS SALUTEM.

Deum omnipotentem, retributorem et remuneratorem omnium bonorum operum, deprecor, ut tibi in caelestibus mansionibus et in aeternis tabernaculis omnium beneficiorum tuorum, quae mihi prestitisti, aeternalem mercedem et in superna curia beatorum angelorum restituat, quia sepe sive solamine librorum sive vestimentorum adiuvamine pietas tua tristitiam meam consolata est. Sic et adhuc deprecor, ut augeas quod coepisti, id est, ut mihi cum auro conscribas epistolas domini mei, sancti Petri apostoli, ad honorem et reverentiam sanctarum scripturarum ante oculos carnalium in praedicando, et quia dicta eius, qui me in hoc iter direxit, maxime semper in praesentia cupiam habere. Et ad scribendum hoc, quod rogo, per Eoban presbiterum destino. Fac ergo, soror carissima, de hac petitione nostra, sicut benignitas tua de cunctis precibus meis semper solebat, ut et hic opera tua ad gloriam caelestis patris aureis litteris fulgeant.

Valere te[b] in Christo et sanctis virtutibus ad meliora conscendenda proficere opto.

36.

Sigebaldus (abbas ut videtur Certesiensis) Bonifatio scribit, se per Eobo presbyterum ab eo petiisse, ut una cum Daniele Vintoniensi episcopo suus episcopus esset. Memoriae eius se commendat. *732—746.*

Codd. 1 (fol. 113), 2 (fol. 91), 3 (fol. 31'), P[a].
Edd. S 49, WG 26, J 57.

REVERENTISSIMO PRAESULI ET PIAE PATERNITATIS PRAEROGATIVA DEVULGANDO[b] ARCHIEPISCOPO BONIFATIO SIGEBALDUS[2] LICET INDIGNUS ET ULTIMUS FAMULORUM DEI FAMULUS OPTABILEM IN DOMINO SALUTEM.

Primitus subnixis precibus ac si progeniculans flexis poplitibus[c][3] ut indulgeas obsecro petitionem meam, quam rogavi te per tuum presbiterum nomine Eobo[4], id est, ut tibi indicaret meam petitionem et desiderium, id est, ut tu[d] meus esses episcopus cum meo episcopo Danielo[e][5]. Pro[f] tua clementia hoc mihi concedebas[g], si ita fecisset, sicut eum rogavi. Putabam a te, domine mi, aliquem consolationis ser-

---

a) eadburgę *corr. in* eadbun *P;* eadbun *1. 2.* b) *om. 1. 3, superscriptum est in 2.*

36. a) *Lemma:* item epistola sigebaldi (sigibaldi *2*) *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) divulgando *2. P.* c) *corr. in* poblitibus *2.* d) *om. 1. P.* e) danihele *P.* f) et pro *2, ubi* et *superscriptum est.* g) cendebas *1, corr. in* condebas *2.*

1) *Thanetensi, v. supra ep. 30. Cum in hac epistola Bonifatius de muneribus saepius missis, in altera (supra p. 281) de uno tantum librorum dono Eadburgae abbatissae gratias agat, hanc tempore posteriore scriptam esse putaverim, utramque post annum 732., quo Bon. ad dignitatem archiepiscopi accessit; cf. Hahn, Bon. u. Lul p. 84. 89. Jaffé probabili coniectura ductus has litteras et eas, quae ad Duddonem abbatem datae sunt, eodem Eabae presbyteri itinere expeditas esse opinatus est, etsi, ut is compluries in Angliam profectus sit, fieri potuit.* 2) *abbas, ut videtur, Certesiensis (monasterii Chertsey, a Londinio inter occidentem et meridiem). J.* 3) *Cf. supra p. 234 n. 3.* 4) *Haec fortasse ad idem Eobani presbyteri iter pertinent, de quo antea in epp. 34. 35 agitur (Loofs). Ceterum epistolam post annum 732. et ante annum 746. scriptam esse constat.* 5) *Vintoniensi.*

monem venire ad me. Notum sit tibi, quia ex eo tempore nomen tuum adscriptum habuissem, cum missarum sollemnia celebrarem, simul cum nominibus episcoporum nostrorum: et modo non cesso quamdiu subsistam: et, si supervixero tibi, cum nomine patris nostri, Erenwaldi[a] episcopi[1], tuum adscribo nomen. Et hoc tibi intimare curabo, quod hoc scribens[b] non quia de merito mei peccatoris confidens sim, sed de misericordia Dei et spe[c] tua, quam habes in Deum. Ideo[d] deprecor te[e], ut tecum memoria mea secundum parvitatem meam et in presente[f] et in futuro persistat. Vale in Christo. 732-755

37.

Quidam Si. aegrotantem consolatur. *732—746?*

Cod. 3 (fol. 31)[a].

Edd. S 48, W 162, G 150, J 140.

REVERENTISSIMO FRATRI CHRISTIQUE EMERITO MILITI[b] .SI. IN AETHERIO DEO GLORIOSAM DIVINAE SOSPITATIS SALUTEM[2].

Quorumdam venerabilium servorum Dei relatione dedici, quod acerba morborum valitudine graviter affectus, diu cruciatus, laboriose fatigatus sis, non tamen lugubriter defectus. Ut autem hoc mihi conpertum est, grates spiritali patri agens, celesti gratia te visitatum, divino munere ditatum, spiritali specimine ornatum esse intellexi. Ista, inquam, visitatio flagellantis Domini te invitat, ut ei inhiante desiderio et inmarcescibili caritate iungeris. Ideo numquam de memoria oblitterandum, quod dictum est: Concupivit rex speciem tuam. (Cf. Ps. 44, 12.) Et sollerti meditatione non ignores te, licet ad tempus manu flagellantis et amantis Domini infirmatum, tamen aeternaliter ad animae salutem preparatum, quia flagellat Deus omnem filium, quem recipit. (Cf. Hebr. 12, 6.) Et gratulabundus laetusque dicas cum Paulo apostolo: 'Quando infirmor, tunc potens sum' (2. Cor. 12, 10.) et: 'Virtus in infirmitate perficitur' (ib. 9.), ut inbecillitas corporalis fortitudo sit spiritalis, ut mereris esse filius Altissimi, qui te ad thalamum regis aeterni invitat.

Valere te iugiter prosperis successibus in Christo opto.

38.

Bonifatius Aldherium abbatem rogat, ut una cum sua congregatione pro ipso, pro Germanis, pro mortuis quibusdam Deo supplicet. *732—755.*

Codd. 2 (fol. 106'), 3 (fol. 17)[a].

Edd. S 24, W 100, G 89, J 90.

---

a) erenvaldi *P.* b) et — scribens *om. P.* c) spes *1;* spēs *3.* d) ideoque *2.* e) *om. 2.*
f) *corr. in* presenti *2;* praesenti *P.*

37. a) *Lemma:* item epistola. b) milite *3.*

38. a) *Lemmata:* epistola bonifatii ad altherium *2;* item epistola bonifacii archiepiscopi *3.*

1) *Londiniensis († 693), qui ante susceptum episcopatum monasterium Certesiense condidit: v. Bedae hist. Anglor. IV c. 6 ed. Holder p. 177:* cuius videl. viri in episcopatu et ante episcopatum vita et conversatio fertur fuisse sanctissima; *Monasticum Anglican. Lond. 1846 t. I, 422; V. s. Erconwaldi, Acta SS. Apr. III, 781. J.* 2) *Cum haec epistola in codice 3 antecedat eam, quam Sigibaldus presbyter ad Bonifatium dedit, hanc a Bonifatio ad Sigibaldum datam esse coniectura probabilis est et Hahnii (Forsch. XXI, 397) et Diekampi (Neues Archiv IX, 14).*

709-755 VENERANDO FRATRI ALDHERIO ABBATI BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO SALUTEM.

Caritatis vestrae clementiam medullatis et intimis precordiorum obsecramus precibus[1], ut in vestris sacrosanctis orationibus intercedendo nostri memores esse dignemini et almitatis vestrae precibus inplóretis, ut pius Dominus, qui causa est peregrinationis nostrae, navem fragilitatis nostrae, ne fluctibus Germanicarum tempestatum submergatur, dextera sua protegente et gubernante, inlesam custodiendo ad caelestis Hierusalem litus tranquillum perducat. Salutate[a] omnes fratres sanctae congregationis vestrae, nostros in Deo carissimos, in osculo dilectionis ac devotionis nostrae. Commendamus scilicet nos vestris[b] orationibus, ut sive viventes sive morientes vestrae communioni[c] caritatis sociemur. Et ut hoc ita firmetur, devotione fraternae caritatis a vobis iuxta voluntatem clementiae vestrae[d] promereri[e] volumus, in quantum potestas profectum adtribuerit. Petimus quoque, ut pro Germanicis gentibus[f] idolorum culturae deditis intercedere curetis, rogantes Dominum, qui pro totius mundi salute pro-
1. Tim. 2, 4. prium sanguinem fudit et 'vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire', ut eas ad agnitionem creatoris et ad gremium matris aeccelesiae convertat. Similiter, ut pro dormientium fratrum animabus, qui nobiscum laborabant in Domino, orationum adiuvamina et missarum sollemnia celebrare faciatis, precamur, quorum nomina gerulus harum litterarum demonstrabit[g].

Valere beatitudinem vestram et sanctis successibus proficere in Christo diligenter optamus.

39.

Daniel episcopus Vintoniensis Forthereo episcopo Sciréburnensi commendat Merwalhum tandem factum diaconum. *709—738.*

Cod. 3 (fol. 36')[a].
Edd. S 66, W 148, G 138, J 33.

PATRI DEI FAMILIAE ET DIGNO NOBIS CONSACERDOTI FORTHERE[2] DANIHEL[3] SANCTAE PLEBI FAMULUS.

Recitatis supplicatoriis nobis allatis litteris de diaconatu electi fratris mei Merwalh, et quamvis posterius ordinaliter constituto tempore eis venisset, qui presbiterii et diaconii[b] ordinem fuerant adepti, non distulimus eum. Quamquam incognita et inportuna petitio visa, prevaluit tamen pia fratrum postulatio: eo quod nihil defuisse in eo meriti, una vobiscum conspeximus ad ordinem diaconii promoveri. Postposita nobis distentione et sua deposita pertinatia, etsi sero, tandem consentaneus effectus est; officiumque honoris susceptus[c] est. Ideo cum advertitis, vobis satis in eo factum, et voti conpotes adsequuti, honorifice iam eum in levitarum numero constitutum habitote eique[d] in magisterio perfecta devotione concurrite, ut fiduciam in Christo Iesu adquirere valeatis.

Longe vos in fide catholica et felicis[e] successibus florere faciat omnipotentis Dei gloria.

---

a) salutē 2. b) nostris 2. c) commoni . . . 3. d) caritatis *add.* 2. e) promeriri *1. 2.* f) gentis *1. 2.* g) demonstravit *3, corr. in* demonstrabit *2.*

39. a) *Lemma:* item epistola danielis. b) diaconi *3; cf. infra.* c) *an* adeptus? *Jaffé.* d) eisque *3.* e) *sic.*

1) *Cf. infra ep. 75:* intimis praecordiorum precibus almitatis tuae clementiam obsecro. 2) *episcopo Sciréburnensi 709—738; cf. supra p. 248 n. 1.* 3) *ep. Vintoniensis 705—744.*

40.

Bonifatius monachis Fridislariensibus post Wigberti I abbatis mortem praecepta dat. *c. 735—737.* c. 735-737

Codd. 1 (fol. 88'), 2 (fol. 70'), 3 (fol. 9), P[a].
Edd. S 17, W 79, G 69, J 64.

CARISSIMIS FILIIS TATWINO[b] ET WIGBERTO PRESBITERIS, BERNHARDO[c] ET HIEDDE[d], HUNFRITHO[e] ET STIRME[f], BONIFACIUS SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN DOMINO SALUTEM.

Paterno amore dilectionem vestram obsecro, ut eo maiore .....[g] monasterialis normam vitae custodire studeatis, quo pater noster[h] Wigbertus[1] defunctus est. Wigbertus presbiter et Megingotus[i] diaconus[2] regulam vestram vobis insinuent et spiritales[k] horas[3] et cursum aecclesiae custodiant et ceteros admoneant et magistri sint infantum et predicent verbum Dei fratribus. Hiedde sit prepositus et servos nostros admoneat: et Hunfrithus[l] adiuvet illum, ubicumque opus sit. Styrme[4] in coquina sit. Bernhardus operarius sit et aedificet domuncula nostra[m], ubi opus sit. Et de omnibus, ubicumque vobis necesse sit, Tatwinum abbatem interrogate et, quodcumque[n] vobis insinuet, hoc facite. Et unusquisque[5] studeat secundum vires suas, et proprios mores in castitate conservare et in communi vita vestra alterum adiuvare et[o] in fraterna caritate permanere usque ad praesentiam reversionis[p] nostrae in Dei voluntate. Et tunc simul, laudantes Dominum, in omnibus ei[q] gratias agamus. Valete in Christo.

41.

Bonifatius suis in Germania relictis significat, se a Gregorio III papa bene susceptum esse conciliogue celebrato ad eos reversurum. *c. 737—738.*

Codd. 1 (fol. 103'), 2 (fol. 83)' 3 (fol. 18'), P[a].
Edd. S 27, WG 42, J 34.

DILECTISSIMIS FILIIS GEPPAN[b] ET EOBAN, TATWINO ET WYIGBERTO[c] ET OMNIBUS FRATRIBUS AC SORORIBUS NOSTRIS BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO PURAE CARITATIS SALUTEM[6].

Notum sit caritati vestrae, et gratias agite Deo, quia, cum prosperitate venientes ad limina beati Petri principis apostolorum, gratanter nos cum gaudio aposto-

---

40. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopī *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) tavino *P.* c) bernardo *P.* d) iedde *1.* e) hunfrido *1. 2. P.* f) stirme 2. g) cura *s.* diligentia *excidisse videtur. J.* h) vester *1.* i) megintotus *P.* k) spiratales *3;* spirituales *P.* l) hunfridus *1. 2. P.* m) *corr. in* domunculas nostras *2.* n) et edificet domuncula nostra, ubi opus sit, stirme in coquina sit, bernardus operarius sit et de omnibus, ubicunque *pro* styrme — quodcumque *P.* o) *om. P.* p) revisionis *P.* q) *om. 2.*

41. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1.2.3; sine lemmate P.* b) geppam *1;* geppā 2. c) uuygberto *2.3;* Vuyxsiberto *P.*

1) *I abbas Fridislariensis,* quem *inquit Lupus Ferrariensis in vita Wigberti (c. 4, SS. XV, 39),* beatus Bonifacius ... summa veneratione suspexit, quippe quod, ut natu maior, ille studiis flagrasset ante divinis. *Wigberti mortem ad annum 747. referunt Annales Weissenburgenses, ad ann. 746. Quedlinb. et Lamberti (SS. III, 35); ad diem 13. Augusti Hrabanus Maurus, v. Canisii Lect. ant. VI, 731; sed annum illum nullius momenti esse neque de tempore mortis eius quidquam certi constare et Hahn (Bon. u. Lul p. 142) et Holder-Egger (SS. XV, 41 n. 1) perspexerunt.* 2) *episcopus postea Wirciburgensis.* 3) *s. canonicas horas, i. e. supplicationes diurnas.* 4) *abbas postea Fuldensis, Wigberti discipulus.* 5) *Hunc locum adhibuit Pseudoisidorus in epist. Fabiani c. 7 et Silverii p. 169. 709 ed. Hinschius.* 6) *Hauck (K.-G. D. I, 450 n. 5) has literas ad monachos Fridislarienses datas esse coniecit, sed Boni-*

c. 737-738 licus pontifex[1] suscepit et de legatione nostra laeta responsa reddidit et consilium et praeceptum dedit, ut iterum ad vos revertamus et in certo[a] labore persistamus[2]. Nunc autem hic exspectantes sacerdotum concilium[b] vel synodus[c] consultum, adhuc ignoramus, quando hoc fieri faciat apostolicus[d] pontifex. Sed eo finito, Deo volente et vita comite, ad vestram praesentiam festinabimus[e]. Hoc autem scientes, nos cum
Gal. 6, 2. fraterna caritate et fidei unitate exspectate, alter alterius honera portantes; et sic adimplebitis legem Christi et gaudium vestrum renovabitis.

Valete in Christo et orate pro nobis.

42.

Gregorius III papa omnibus episcopis, presbyteris, abbatibus Bonifatium Roma revertentem commendat, cui ad paganos in fide erudiendos concedant adiutores.

c. 737.

Codd. 1 (fol. 12), 4 (fol. 180')[a].
Edd. S 127, WG 43, J 35. — Jaffé, Reg. 2245 (1729).

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMIS NOBIS OMNIBUS EPISCOPIS, VENERABILIBUS PRESBITERIS, RELIGIOSIS ABBATIBUS OMNIUM PROVINCIARUM.

Marc. 16, 20. 'Domino cooperante et sermonem confirmante' per[b] presentem sanctissimum virum Bonifatium, fratrem ac coepiscopum nostrum, verbum veritatis, sicut a decessore nostro sanctae recordationis Gregorio presule in illis partibus missus fuerat predicare verbum Dei, post multum temporis, Domino cooperante anchelanti[c] desiderio, orationis causa liminibus sacris beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli presentandus advenit[d]. Qui, perfecta oratione, ad acceptum laborem, angelo Domini previante, a nobis est absolutus. Cui vestra omnium dilectio seu reverentia et relegiositas propter Christi amorem iuvamina inpendere dignemini, dum et agnoscitis, quae dominus noster
Matth. 10, 41. Iesus Christus inquit dicens: 'Qui susciperit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui susciperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet'. Et si forsitan[e] ex vestris ministris sese ipso sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctae catholice fidęi adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis, karissimi. Magis autem concursum prebetę et ex vestro ovile adiutores ei tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficienter gentibus ministrare verbum predicationis[f], ut omnipotenti Deo nostro animas lucrifaciant, ut et vestra communitas boni operis por-
Cf. Matth. 19, 29. tionem sortiatur[g], atque illi mereantur dominicam vocem audire: Vos, qui dereliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis.

Bene valete.

a) incepto *pro* incerto *P.* b) consilium *1.* c) sinodus *1;* synodi *P.* d) apostolicis *1.* e) festinavimus *1. 3, corr. in* festinabimus *2.*

42. a) *1 sine lemmate; 4:* hucusque gregorius a primo secundus. hinc gregorius a secundo iunior. b) per *addidit Jaffé;* presens sanctissimus vir bonifacius frater ac coepiscopus noster *4.* c) anhelanti *4.* d) adenit *4.* e) forsan quis *4.* f) perdicationis *1.* g) sortiantur *4.*

fatius certe etiam alios respexisse videtur; at post Wigberti abbatis mortem scriptas esse putaverim, cum nulla mentio eius iniciatur.

1) *Gregorius III.* 2) *Bonifatium (a. 738.) solum se Saxonibus convertendis dedere voluisse idque a papa prohibitum esse, Hauckii coniectura est probabilis (K.-G. I, 454 n. 2).*

43.

Gregorius III papa optimates et populum provinciarum Germaniae monet, ut Bonifatio redeunti obsequantur ritusque ethnicos devitent. c. 737 *c. 737.*

Codd. 1 (fol. 12'), 2 (fol. 3, ubi non est nisi exitus epistolae), 4 (fol. 181)[a].
Edd. S 128, WG 44, J 36. — Jaffé, Reg. 2246 (1730).

GREGORIUS PAPA UNIVERSIS OPTIMATIBUS ET POPULO PROVINCIARUM GERMANIAE, THURINGIS ET HESSIS[b], BORTHARIS[1c] ET NISTRESIS[2], WEDRECHS[d3] ET LOGNAIS[4], SUDUODIS[5] ET GRAFFELTIS[e6] VEL OMNIBUS IN ORIENTALI PLAGA CONSTITUTIS.

Quoniam decessor[f] noster sanctae recordationis Gregorius presul, nutu divino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam presentium portitorem litterarum Bonifatium, [Cf. Luc. 1, 17.] reverentissimum fratrem nostrum ac coepiscopum, ordinans ad vos usque distinavit eumque regulam et normam[g] apostolicae et catholicae fidei Romanae, cui Deo auctore deservimus, aecclesiae edocens direxit, et post temporum spatia orationis causa ad limina beatorum principum apostolorum sese presentavit et, quae ad salutem animarum pertinent[h], a nobis exposcit imbueri[i]: nos, Deo favente ut sacra docet scriptura eum edocantes[k], ad vos, karissimi, remeandum absolvimus, hortantes vos in Domino, ut digne suscipiatis ab eo verbum exhortationis et episcopos[l], presbiteros, quos ipse ordinaverit per apostolicam sibi datam auctoritatem, in aecclesiae ministerio recipiatis. Et quos forsitan[m] deviantes invenerit a recte fidei tramite seu canonica doctrina eosque prohibuerit, a vobis nullo modo inpediatur; et quod eis inpositum fuerit, oboediendo propter Deum suscipiant; nam qui temerator exstiterit ad oboe- [Cf. Rom. 13, 2.] diendum, sibi ipso[n] dampnationem adquirit. Vos autem, karissimi, 'qui in nomine [Gal. 3, 27.] Christi baptizati estis, Christum induistis', abstinete et prohibete vosmet ipsos ab omni cultu paganorum, non tantum vosmet ipsos corrigentes, karissimi, sed et subditos vestros. Divinos[o] vel sortilegos, sacrificia mortuorum, seu[p] lucorum vel fontium auguria vel filacteria et[q] incantatores et veneficos, id est maleficos, et observationes sacrilegas, quae in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes atque abicientes[r], tota mentis intentione ad Deum convertimini. Ipsum timete, adorate et honorificate, sanctorum memoriis communicantes, ut ait apostolus. [Cf. Rom. 12, 13.] Si enim fides vestra Domino dicente fuerit ut granum sinapis[s], 'dicetis monti huic: Transi hinc[t]', et transfertur. [Matth. 17, 20.] Ipse enim dominus Deus et salvator noster Iesus Christus in suo sacro eloquio inquit dicens: 'Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex [Matth. 22, 37.] tota virtute tua': et iterum: 'Qui me confessus fuerit coram hominibus, et egó con- [Matth. 10, 32. Luc. 12, 8.] fitebor eum coram patre meo, qui in caelis est'. Unde et in alio loco promisit dicens: 'Quodcumque petieritis patrem in nomine[u] meo, fiet vobis'; [Cf. Ioh. 14, 13.] et iterum: 'Petite et accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis; omnis enim qui petit accipit, [Luc. 11, 9. 10.] et qui querit invenit, et pulsanti aperietur'. Et vos, karissimi, facite fructus dignos, [Cf. Matth. 3, 8.] ut in die adventus domini nostri Iesu Christi sidereas mereamini adipiscere[v] mansiones.

Bene valete.

---

a) *Sine lemmate 1;* epistola gregorii papae *4.* b) hesis *4.* c) borthoris *corr. in* bortharis *4.* d) wedrevis *4.* e) graeffeltis *4.* f) predecessor *4.* g) regulam et regulam *1.* h) pertineant *4.* i) imbui *4.* k) edocentes *4.* l) vel *add. 4.* m) forsan *4.* n) ipsi *4.* o) autem *add. 4.* p) vel *4.* q) vel *4.* r) atque abicientes *om. 4.* s) synapis *4.* t) transi hinc *om. 4.* u) nomne *1.* v) *corr. in* adipisci *2.*

1) *Boroctra (Bructerorum) pagus.* 2) *Niftharsi pagus ad fluvium Diemel situs.* 3) *Wedereiba (Wetterau).* 4) *Lahngau.* 5) *Cf. Rettberg, K.-G. Deutschlands I, 592 n. 20.* 6) *Grabfeld, in quo monasterium Fuldense conditum est.*

44.

c. 737 *Gregorius III papa episcopis Baioariae et Alamanniae mandat, ut, Bonifatii vicarii sui praeceptis usi, mores gentiles abiciant et bis in anno concilium celebrent.*
c. 737.

Codd. 1 (fol. 13'), 2 (fol. 3), 4 (fol. 181), 6[a].
Edd. S 129, WG 45, J 37. — Jaffé, Reg. 2247 (1731).

DILECTISSIMIS NOBIS EPISCOPIS IN PROVINCIA BAIOARIORUM ET ALAMANNIA CONSTITUTIS, WIGGO[b 1], LIUDONI[2], RYDOLTO[c 3] ET PHYPHYLO[d 4] SEU ADDAE[e 5], GREGORIUS PAPA[f].

Catholica[g] et sanctorum patrum[h] iubet auctoritas, ut bis in anno pro salute populi christiani seu exhortatione[i] adoptionis filiorum[6] sinodalia debeant celebrari et causarum canonicarum examinatio provenire, ut[k], uniuscuiusque[l] ut[m] necessitas poposcerit, pia edocatione[n] subveniantur[o]. Unde secundum apostoli doctrinam ammoneo
Eph. 4, 1. et hortor vos, karissimi, per misericordiam Dei 'ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis', ut ministerium vestrum perfectum sit coram Deo.

Oportunum namque est, vos nosse fratrem ac[p] coepiscopum nostrum, presentem Bonifatium nostram agentem vicem, cum digno et debito honore pro Christi nomine suscipere. Et ministerium aecclesiasticum cum fide catholica[q] secundum morem et normam sanctae catholicae et apostolicae Dei aecclesiae, qua misericordia Dei preveniente preesse videmur, sicut apostolica auctoritate a nobis distinatus[r] est, ab eo suscipientes dignanter teneatis. Et gentilitatis ritum et doctrinam vel venientium Brittonum vel falsorum sacerdotum hereticorum sive adulteros[s], aut undecumque sint, rennuentes ac prohibentes abiciatis. Et ut populum vobis a Deo commissum piis ammonitionibus[t] edoceatis et a sacrificiis mortuorum omnino devitetis. Et iuxta quod fueritis a predicto nostro consacerdote edocti, ita catholicam[u] et apostolicam doctrinam tenentes, domino Deo et salvatori nostro placere festinetis. Et in quo vobis loco ad celebranda concilia convenire mandaverit, sive iuxta Danuvium[v] sive in civitate Augusta vel ubicumque indicaverit, pro nomine Christi[w] parati esse inveniamini, quatenus[x] cognoscamus per eius mandatum de vestro conventu, ut in diem adventus Christi Iesu
Isai. 8, 18. cum fructu boni operis ante eius tribunal adsistere mereamini, dicentes: 'Ecce nos et
Ioh. 18, 9. pueri, quos dedisti nobis, Domine; non perdidimus ex eis quemquam', ut et vos do-
Matth. 25, 34. minicam vocem audire mereamini dicentem: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'.

Bene valete[y].

44. a) *Sine lemmate 1. 6;* item gregorii tertii *2;* item epistola beati gregorii papae *4.* b) viggo *2. 4;* wiggo *corr. in* wiggoni *1;* wiggo augustensi *6.* c) ridolto *4.* d) phiphylo *2;* phiphilo *4;* vivila pataviensi *6.* e) adae *4.* f) tertius *add. 6.* g) katholica *6.* h) *om. 4.* i) exortatione *6.* k) vel *6.* l) *corr. in* unicuique *2;* unicuique *4.* m) *corr. in* prout *2;* prout *4.* n) *corr. in* educatione *2.* o) *corr. in* subveniatur *2;* subveniatur *4.* p) et *6.* q) katholica *6.* r) destinatus *4.* s) adultores *1.* t) admonitionibus *4;* ammonicionibus *6.* u) katholicam *6.* v) *corr. in* danubium *2. 4.* w) *om. 1.* x) quatinus *4.* y) bene valete *om. 2.*

1) *Augustensi (sive Ratisbonensi). Ex sententia Hauckii (K.-G. I, 456 n. 1) Wiggo idem est qui et Wicterpus, Augustensis episcopus; sed de Liudone et Rydolto nihil certi adfirmari potest.* 2) *Spirensi.* 3) *Constantiensi.* 4) *Patariensi.* 5) *Argentinensi.* 6) *Rom. 8, 15:* accepistis spiritum adoptionis filiorum.

45.

Gregorius III papa Bonifatio, qui ad centum milia Germanorum christianae fidei conciliaverit, gratulatur. Eum laudat, quod, quatuor Bavariae paroeciis institutis, tres episcopos creaverit. Addit de presbyteris consecrandis, de baptismate, de Vivilone, de concilio. In uno loco morandi licentiam ei denegat. 739 *739 Oct. 29.*

Codd. 1 (fol. 14'), 2 (fol. 5'), 4 (fol. 182), 6[a].
Edd. S 130, WG 46, J 38. — Jaffé, Reg. 2251 (1734).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI[b] BONIFATIO COEPISCOPO[c] GREGORIUS[d] SERVUS SERVORUM DEI[e].

Doctoris omnium gentium, egregii apostoli, beati Pauli vox est dicentis: 'Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum'. (Rom. 8, 28.) Agnoscentes itaque[f]: in sillabis fraternitatis tuae innotuisti tam de Germaniae gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate[g] paganorum liberavit et ad centum milia animas in sinu sanctae matris aecclesiae tuo conamine et Carli[h] principis Francorum aggregare dignatus[1] est, sed et in Baioariorum provincia quae a te acta sunt agnoscentes, datori omnium bonorum, domino Deo nostro, extensis ad[i] caelum palmis, gratias retulimus, qui ianuam misericordiae et pietatis in illis partibus Speriis[k] ad cognoscendam viam salutis, ostium misericordiae[l] aperuit et misit angelum suum, qui praeparavit viam tuam ante te. (Cf. Matth. 11, 10.) Ipsi[m] gloria in secula seculorum[n].

Igitur, quia indicasti, perrexisse te ad gentem Baioariorum et invenisse eos extra ordinem aecclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia, nisi unum nomine Vivilo[2], quem nos ante tempus ordinavimus, et quia[o] cum assensu Otile[p], ducis eorumdem Baioariorum, seu optimatum provinciae illius tres alios ordinasses episcopos, et in quattuor partes provinciam illam divisistis, id est quattuor parrochiae[q], ut unusquisque episcopus[r] suum habeat parrochium[s]: bene et satis prudenter peregisti, frater, quoniam apostolicam preceptionem ex nostra vice implesti et, sicut tibi precepimus, ita peregisti. Itaque non desinas, frater[t] reverentissime, docendo eos sanctam catholicam[u] et apostolicam Romanae sedis traditionem[v], ut inluminentur rudes et viam salutis teneant, per quam possint ad aeterna praemia pervenire.

Presbiteros vero[3], quos ibidem repperisti — si incogniti fuerint[w] viri illi, a quibus sunt ordinati, et dubium est, eos episcopos fuisse an non, qui eos ordinaverunt — si bone actionis et catholici viri sunt ipsi presbiteri et in ministerio Christi omnemque legem sanctam edocati[x], apti[y] ab episcopo suo benedictionem presbiteratus[z] suscipiant et consecrentur et sic ministerio sacro fungantur.

---

45. a) *Sine lemmate 1. 6;* item gregorii tertii *2;* item epistola eiusdem ad bonefacium *4.* b) *om. 1.* c) *om. 4.* d) tertius *add. 6.* e) de baioariorum provincia in quatuor parrochias ordinata *add. 6.* f) quod *excidisse videtur. Jaffé.* g) postate *1.* h) *corr. in* caroli *2;* carnali *corr. in* carli *4.* i) *ante* ad *est* manibus *deletum in 4.* k) *corr. in* hesperiis *2;* esperiis *4.* l) ostium misericordiae *subducta linea deletum est in 2.* m) *sequitur* est *deletum in 4.* n) amen *add. 4.* o) qui *1.* p) otilonis *2;* otilo *4;* odtilo *6.* q) quatuor parochia *6;* parrochias *2;* parocchias *4.* r) episcopum *6.* s) *corr. in* suam — parrochiam *2;* suam — parocchiam *4;* parrocium *6.* t) frater non desinas *6.* u) katholicam *6.* v) tradicionem *6.* w) id est vel sunt *add. corrector in 4.* x) *corr. in* omnique lege sancta edocati *2;* omnique lege sancta edocti *4.* y) abti *1;* apti *corr. in* aperte *2.* z) prespiteratus *6.*

1) *Bonifatium de Saxonibus conversis retulisse, quos Carolus Martellus a. 738. tributarios fecerat, O. Fischer existimavit (Forsch. z. D. G. XXVI, 642).* 2) *ep. Pataviensem.* 3) Presbyteri, quos — fungantur *sunt in Benedicti Lev. Capit. II c. 81 p. 77, Gratiani Decr. P. I D. 68 can. 2. J.*

739. c. 737 Illi[a] quippe, qui baptizati sunt per diversitatem et declinationem[b] linguarum gentilitatis, tamen, quod[c] in nomine trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus inpositionis[d] et sacri crismatis[e] confirmari.

Nam Vivilo episcopus a nobis est ordinatus. Et si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce et corrige eum iuxta Romanae aecclesiae traditionem[f], quam a nobis accepisti[g].

De concilio vero, ut iuxta ripam Danuvii[h] debeas celebrare nostra vice, praecipimus fraternitati tuae, apostolica auctoritate te ibidem praesentari; et in quantum Dominus tibi vires dederit, praedicare verbum salutis non cesses, ut religio christiana in nomine Domini crescat et multiplicetur.

Nec enim habebis licentiam, frater, percepti[i] laboris[k] in uno morari loco. Sed confirma corda[l] fratrum et omnium fidelium, qui rures[m] sunt in illis Speriis[n] partibus; ubi tibi Dominus aperuerit viam salutis, praedicare non desistas. Et ubi locum inveneris necessarium, secundum canonicam regulam episcopos ordina ex nostra vice, et apostolicam atque canonicam traditionem[f] eos tenere edocabis[o]. Ex hoc enim magnum mercedis praemium tibi praeparabis; quoniam omnipotenti Deo nostro facies
Cf. Luc. 1, 17. plebem perfectam. Non pigeas[p], dilectissime frater, itinera carpere aspera et diversa,
ut christiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque est:
Matth. 7, 14. 'Arta et angusta via[q], quae ducit ad vitam'. Operare itaque, frater, bonum opus quod
cepisti, ut in die Christi dei nostri merearis dicere, inter cetum sanctorum probabilium
Isai. 8, 18. patrum assistens: 'Ecce ego et pueri, quos dedisti mihi[r]; non perdidi ex eis quem-
Ioh. 18, 9. quam'; et iterum: 'Domine, quinque talenta mihi tradidisti; ecce alia quinque super-
Matth. 25, 20. lucratus sum'; ut subsequenter merearis vocem Domini audire dicentis: 'Euge, serve
Matth. 25, 21. bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra[s] multa te constituam; intra in
gaudium domini tui'[t].

Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater.

Data IIII. Kalendas Novembris, imperante domno piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno vicesimo tertio, post consulatum[u] eius anno vicesimo tertio, sed et Constantino magno imperatore eius filio anno XX, indictione octava[1].

46.

Bonifatius universos Anglos cohortatur, preces faciant, ut Saxones ad fidem Christi transeant. *c. 737.*

Codd. 2 (fol. 104, ubi fragmentum tantum huius epistolae legitur; v. infra p. 295 n. c), 3 (fol. 4')[a]. *Edd. S 6, WG 36, J 39.*

a) vero *add. 4.* b) *corr. in* pro diversitate et declinatione *2.* c) quia *2. 4. 6.* d) *corr. in* inpositionem *2;* impositionem *4;* inposicionem *6.* e) chrismatis *2. 4;* unctionem *add. 4.* f) tradicionem *6.* g) accepistis *2;* excepisti *6.* h) *corr. in* danubii *2;* danubii *4.* i) procepti *corr. in* percepti *1;* pro cepti *2. 6;* pro iure cepti *4.* k) officio *addidit manus alia in 2.* l) *corr. in* confirmato corde *2;* confirmatis cordibus *4;* confirmata corda *6.* m) rures *1, corr. in* rudes *2;* rudes *4. 6; an* rure? *Jaffé.* n) *corr. in* hesperiis *2;* esperiis *4.* o) *corr. in* educabis *2;* edocebis *4.* p) pigeat *4.* q) est *add. 4.* r) mihi tradidisti *pro* dedisti mihi *6.* s) super *6.* t) *om. 4.* u) a Deo — consulatum *scripsit Jaffé pro* imperii *1. 2. 4; v. supra p. 225.*

46. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *3.*

1) *Omnes temporis notae hanc epistolam anno 739. attribuunt; v. supra p. 226. J.*

UNIVERSIS REVERENTISSIMIS COEPISCOPIS, VENERABILIBUS PRESBITERATUS CANDIDATIS GRATIA, DIACONIBUS, CANONICIS, CLERICIS, VERO GREGI CHRISTI PRELATIS ABBATIBUS SEU ABBATISSIS[a], HUMILLIMIS ET PRO DEO SUBDITIS MONACHIS, CONSECRATIS ET DEO DEVOTIS VIRGINIBUS ET CUNCTIS CONSECRATIS ANCILLIS CHRISTI, IMMO GENERALITER OMNIBUS CATHOLICIS DEUM TIMENTIBUS, DE STIRPE ET PROSAPIA ANGLORUM PROCREATIS, EIUSDEM GENERIS VERNACULUS, UNIVERSALIS ECCLESIAE LEGATUS GERMANICUS ET SERVUS SEDIS APOSTOLICE BONIFACIUS, QUI ET WYNFRETHUS, SINE PRAEROGATIVA MERITORUM NOMINATUS ARCHIEPISCOPUS, HUMILLIMAE COMMUNIONIS[b] ET SINCERISSIMAE IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM. 737-741

Fraternitatis vestrae clementiam intimis obsecramus precibus, ut nostrae parvitatis in orationibus vestris memores esse dignemini, ut liberemur a laqueo venantis satanae et ab inportunis et malis hominibus, et 'sermo Domini currat et clarificetur', (Cf. Ps. 90, 3. 2. Thess. 3, 1.) et ut praecibus pietatis vestrae impetrare studeatis: ut deus et dominus noster Iesus Christus, 'qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem Dei venire', (1. Tim. 2, 4.) convertat ad catholicam fidem corda paganorum Saxonum, et resipiscant a diabuli laqueis, a quibus capti tenentur, et adgregentur filiis matris ecclesiae [1]. Miseremini illorum, quia et ipsi solent dicere: 'De uno sanguine et de uno osse sumus' [2], recordantes, quia adpropinquat via universae terrae, et nemo in inferno confitebitur[c] Domino neque mors (Cf. Isai. 38, 18.) laudabit[d] eum; et adpropinquat via universae terrae. Et scitote, quod in hac prece duorum pontificum Romanae ecclesiae [3] adstipulationem et consensum et benedictionem accepi. Agite nunc de hac obsecratione[e] nostra, ut mercedis vestrae praemia in superna curia angelorum clarescant et crescant.

Unitatem et communionem dilectionis vestrae valentem ac proficientem in Christo creator omnipotens aeternaliter custodiat [4].

47.

Torhthelmus episcopus Leicestrensis Bonifatio *respondet. Gaudet, quod laboret, ut Saxones ad Christi fidem adiungantur. Munus mittit.* 737—741.

Codd. 1 (fol. 112'), 2 (fol. 90), 3 (fol. 25'), P[a].
Edd. S 43, WG 28, J 101.

DOMINO MEO DULCISSIMO ET SINCERISSIMO[b], CARITATIS CULTU ET PRAECIPUE DEI GRATIA COPIOSO SEMPERQUE IN CHRISTO PASTORALIS CURAE REGIMINA GUBERNANTI[c] BONIFATIO, QUI ET WYNFRITHUS[d], ARCHIEPISCOPO TORHTHELMUS EPISCOPUS [5] SERVUS SERVORUM DEI IN DOMINO SALUTEM.

Desiderabiles litteras excellentiae vestrae suscepimus[e]. Quas relegentes, cognovimus tuam piissimam devotionem ferventissimumque amorem, quem habes propter

a) abbatisis *3.* b) commonionis *3.* c) confitebitur — custodiat *leguntur in 2 fol. 104; antecedens enim eiusdem codicis folium excisum est.* d) laudavit *3.* e) observatione *3.*

47. a) *Lemma:* item epistola torthelmi episcopi *1. 2. 3; P sine lemmate.* b) Donno sincerissimo meo et dulcissimo *P.* c) gubernante *1. 2. 3.* d) wynfridus *1;* wynfretus *P.* e) suscipimus *3.*

1) Fraternitatis — matris ecclesiae *repetuntur in epistola Fabiani p. c. 4 ed. Hinschius p. 157 sq. multis mutatis vel additis.* 2) *sc. cum Saxonibus Britanniae.* 3) *Gregorii II et III.* 4) Unitatem — custodiat *repetuntur nonnullis mutatis in epist. Stephani papae c. 13 ed. Hinschius p. 189.* 5) *Leicestrensis, 737—764. V. Simeon. Dunelmensis hist. (Mon. hist. Brit. I, 659) 737:* Hwicca et Tocca

737-741 beatam vitam: ut[a], dextera[b] Domini protegente, meditaris die ac nocte, ad fidem catholicam atque apostolicam pro tuae animae redemptione corda paganorum[c] Saxonum converti[d]. Quis enim audiens haec suavia non laetetur? Quis non exultet et gaudeat in his operibus, quia gens nostra Christo omnipotenti deo credat? Per gerulum vero apicum tuorum modicum tibi munusculum, sed magni affectus pignus transmitto, simul et indicans, quod omnia, quae[e] a parvitate nostra petere dignatus es, libentissime suscepimus[f], hoc est, quod in sacris missarum celebritatibus et in cottidianis precibus tuae sanctitatis memoria[g] celebratur, optantes[h] et obnixe deprecantes, nostrae fragilitatis conscii, hoc idem a vestra parte, quanto meritis excellentiores estis, tanto circa nos perfectius observari. Festinet igitur vestra celsitudo[i], novum Christo populum coacervare et dedicare. Profecto enim habetis protectorem humani generis redemptorem, dominum nostrum Iesum Christum[k]. Fraterno itaque affectu[l] salutantes vestram excellentiam, et divinam deprecamur iugiter clementiam, quae vos vestrosque omnes in omnibus bonis[m] operibus auxiliare[n] dignetur, ut cum Christo in futuro regnet[o] saeculo.

Cf. Ios. 1, 8. Ps. 1, 2.

48.

Bonifatius Griponem, Caroli Martelli filium, obsecrat, si potestatem obtinuerit, ut presbyteros Thuringiae et monachos et monachas et omnino christianos a paganis defendat. *741 exeunte anno.*

Codd. 2 (fol. 107), 3 (fol. 78)[a].
Edd. S 26, W 92, G 81, J 40.

BONIFACIUS SERVUS SERVORUM DEI GRIPONI[b] FILIO CARLI[c] [1] OPTABILEM IN CHRISTO SALUTEM.

Obsecro et adiuro pietatem vestram per Deum patrem omnipotentem et per Iesum Christum filium eius et per spiritum sanctum, per sanctam trinitatem et unitatem Dei, ut, si tibi Deus potestatem donaverit[2], ut[d] adiuvare studeas servos Dei, sacerdotes, presbiteros, qui sunt in Thyringia[e], et monachos et ancellas[f] Christi defendere

---

a) *corr. in* et *2.* b) dexterae *1. 3, corr. in* dextra *2.* c) paganarum *3.* d) *corr. in* convertere *2.* e) q:· *1.* f) suscipimus *3.* g) celebritatibus — memoria *om. 2.* h) optanter *1.* i) *sequitur* uti *in 1. 3;* uti *deletum est in 2.* k) *om. 1.* l) affecto *1.* m) *om. 1. 2.* n) *corr. in* adiuvare *2;* auxiliari *P.* o) *corr. in* regnetis *2;* regnetis *P.*

48. a) *Lemmata:* epistola bonifatii ad griphonem filio caroli *2;* item epistola bonifacii archiepiscopi *3.* b) griphoni *2.* c) caroli *2;* carlo *3.* d) *deletum est in 2.* e) thuringia *2.* f) *corr.* ancillas *2.*

Mercis et Midil Anglis sunt consecrati antistites; *(p. 663) 764:* episcopus Merciorum gentis nomine Totca defunctus est. *Cf. Nomina praesulum Leogerensium in Florentii Wigorn. chronici appendice, unde Tottam et Torthelmum eundem fuisse liquet.* Torhthelm episcopus *apparet etiam in tabulis annorum 742. et 749. ap. Birch, Cartul. Saxon. I, 234. 239. 256. J. Propter necessitudinem, quam inter hanc epistolam a Torthelmo episcopo scriptam et eam, quae antecedit, existere patet, Oelsner (Jahrbücher des fränk. Reiches p. 75) utramque inter annos 737. et 741. eodem fere tempore editam esse putavit, cui Hauck (K.-G. D. I, 454 n. 2) plene assentitur.*

1) *Martelli.* 2) *itaque hanc epistolam paullo post mortem Caroli Martelli (v. infra p. 297 n. 1), exeunte anno 741. scriptam esse puto; cf. Hahn, Jahrbücher des fränk. Reichs p. 216. J. Eadem opinione ducitur Oelsner (Jahrb. des fränk. Reiches p. 77), qui ternos Caroli filios epistolis similibus tunc salutatos esse coniecit. Georgius Pfahler vero (p. 73), Rettbergii vestigia secutus, has literas anno 747. assignare maluit, ei scil. tempori, quo Gripo, seditione contra Pippinum fratrem mota, cum asseclis suis in Saxoniam Thuringis vicinam se contulerat. Anno 741. enim, quoad scimus, nihil Thuringiae ei obtigit.*

contra paganorum malitiam et adiuvare christianum populum, ut eos pagani non per- c. 732-742
dant; ut ante tribunal Christi mercedem habeas perpetuam. Et cognoscite, quod memoria vestra nobiscum est coram Deo; sicut et pater vester vivus[1] et mater[2] iam olim mihi commendarunt. Deprecamur Deum salvatorem mundi, ut dirigat viam vestram et vitam ad salutem animae vestrae, ut in gratia Dei semper hic et in futuro saeculo
permaneatis. Interea mementote, filii carissimi, quia iuxta vocem psalmigrafi: 'Homo[a] Ps. 102, 15.
sicut foenum dies eius, et sicut flos agri ita florie'. Et apostolus ait: 'Totus mundus 1. Ioh. 5, 19.
in maligno positus est'[3]; et item in evangelio veritas dixit: 'Quid enim proderit homini, Marc. 8, 36.
si lucretur universum mundum, animae vero suae detrimentum patiatur?' et iterum in
evangelio de gloria iustorum: 'Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum'. Matth. 13, 43.
Et Paulus apostolus de beatitudine vitae aeternae: 'Quod oculus non vidit, nec auris 1. Cor. 2, 9.
audivit, nec in cor hominis ascendit, quod praeparavit Deus diligentibus se'. Facite ergo, filii, ut mercedis vestrae praemia in alto[b] caelorum culmine clarescant et crescant[c].

Valere vos in longitudine dierum in Christo optamus.

49.

Denehartus et Lullus et Burghardus Cuneburgam abbatissam rogant, ut pro se precetur. Duos libertos ad se mitti vult Lullus. *c. 732—742.*

Codd. 2 (fol. 104'), 3 (fol. 4)[a].
Edd. S 5, WG 35, J 41.

DOMINAE DILECTISSIMAE CHRISTIQUE RELEGIOSISSIMAE ABBATISSAE CUNEBURGE[b] REGALIS PROSAPIAE GENEROSITATE PRAEDITAE DEN[E-HARTUS] ET L[UL] ET B[URGHARDUS][c 4], FILII TUI AC[d] VERNACULI, SEMPITERNAE SOSPITATIS SALUTEM.

Agnoscere cupimus almitatis tuae clementiam, quia te prae ceteris cunctis feminini[e] sexus[5] in cordis cubiculo cingimus amore[6]; quod genitoris et genetricis et aliorum propinquorum nostrorum ob[f] obitum ad Germanicas gentes transivimus[7], usque in venerandi archiepiscopi Bonifatii[g] monasticae conversationis regula suscepti ipsiusque laboris adiutores sumus, in quantum nostrae[h] pauperculae[i] vilitas praevalet. Nunc itaque ex intimis praecordiorum iliis[k 8] suppliciter flagitamus, ut digneris nos habere

a) ó homo *3.* b) alta *3.* c) et crescant *om. 2.*

49. a) *Lemmata:* epistola deneharti et lul ad cuniburgam *2; item* epistola *3.* b) cuniburgae *2.* c) B. *codd.; Jaffé scripsit* Burghardus, *ut scribendum esse videbatur Mabilioni in Act. SS. ord. Ben. saec. III, 2 p. 393.* d) an *2.* e) feminei *2.* f) ob *addidit J.* g) boñ *2. 3.* h) noāe *2;* nōa *3.* i) *an* paupertatulae? *J.* k) illis *2.*

1) *Carolus Martellus obiit m. Octobri a. 741.* 2) *Swanahilde (Sonihilde); de qua v. Annales Einhardi 741. et Annal. Mettenses 719. et 741. (SS. I, 135. 325. 327). J.* 3) *Verbis* mementote — positus est *Pseudoisidorus usus est in epist. Stephani c. 13 p. 187 ed. Hinschius.* 4) *post ep. Wirziburgensis.* 5) *Cf. infra ep. 98:* nullam repperisse . . feminini sexus personam fideliorem in omnibus. 6) *Cf. supra p. 246 V, 1:* quem in cordis cubiculo cingo amoris vinculo; *p. 235.* 7) *Hauck (K.-G. I, 444 n. 1) in medio relinquere vult, utrum Lul Roma primo in Angliam, tunc in Germaniam reversus fuerit, an potius continuo Roma in Germaniam se contulerit (cf. Hahn, Bon. u. Lul p. 240. 241); sed eum ex Anglia ad Bonifatium profectum esse verisimilius ei videtur. Cf. etiam epitaphium eius v. 3. 4 (Forsch. z. D. Gesch. XXV, 177). Eum non ante annum 732. ad Bonifatium accessisse ex hac epistola elucet.* 8) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 14 (p. 14):* imis praecordiorum ilibus; *ep. ad. Acirc. (p. 278):* praecordiorum ilia; *cf. supra p. 260 n. 3.*

c. 732-742 in tuae sacrae congregationis communione[a], et nostram lintrem procellosis fluctibus huius mundi fatigatam tuorum oraminum praesidio ad portum[b] salutis[1] deducere et atra contra[c] piaculorum spicula parma tuae orationis protegere[2] non recuses, sicut nos quoque, licet peccatores[d], pro tuae celsitudinis statu divino subfragio singulis momentis deprecantes sumus. Hoc vero, si corporibus praesentes[e] fuissemus, flexis genuum poplitibus[f] et salsis lacrimarum imbribus[3] rogitantes diligenti petitione speramus posse impetrari; et nunc absentes hoc idem obnixis precibus postulamus. Illud etiam scire desideramus tuae sagacitatis industriam: quod, si cui nostrum contingit huius Brittanicae[g] telluris sceptra[4] visitare, quod nullius hominis oboedientiam et institutionem antea quaerimus, quam tuae benivolentiae[h] subiectionem, qui[i] in te firmissimam spem mentis nostrae[k] positam habemus.

Similiter obsecramus, ut[5] puerulos duos nomine[l] Beiloc[m][6] et Man — quos ego Lul et pater noster liberos dimisimus Romam destinantes et avunculo[n] nostro commendavimus — pro mercede animae tuae[o], et si[p] liberi arbitrii sint[q] et[r] illorum voluntas sit et in tua potestate sint, nobis transmittere per harum litterarum gerulos studeas. Et si aliquis ėis[s] prohibere vellet[t] iter pergendi sine iustitia, deprecamur, ut eos defendere digneris. Parva quoque munusculorum transmissio[u] scedulam istam comitatur[7]; quae sunt tria, id est turis et piperis et cinnamomi permodica xenia[v], sed omni mentis affectione destinata. Huius muneris magnitudinem ut non consideres, sed spiritalis caritatis amorem adtende, poscimus[w]. Illud etiam petimus, ut rusticitatem huius epistiunculae emendes[x] et nobis aliqua verba tuae dulcedinis non rennuas[y] dirigere, quae inhianter audire gratulabundi satagimus[8].

Vale, vivens Deo aevo longiore et vita feliciore, intercedens pro nobis[9].

50.

Bonifatius Zachariae creato papae gratulatur. Rogat, ut sedes episcopales a sese Wirziburgi, Buraburgi, Erphordiae constitutas confirmet. Scribit de synodis habendis; de sacerdotibus improbis; de suo successore praestituendo; de re matrimoniali; de insaniis Kalendarum Ianuariarum Romae actitatis. Munera mittit[10]. *742 Ian.—Mart.*

Codd. 1 (fol. 17'), 2 (fol. 7'), 4 (fol. 182')[a].
Edd. S 132, W 51, G 49, J 42.

---

a) commonione *3, corr. 2.* b) portam *3* c) *om. 2.* d) *addidit Jaffé.* e) presenti *3.* f) genarum poblitibus *3.* g) brettanicae *3.* h) bonevolentiae *3.* i) quia *2.* k) nōe *2.* l) .N. *2;* ñ *3.* m) begiloc *2; v. Jaffei editionem p. 12 et 13 n. 4.* n) abunculo *3.* o) meae *2.* p) *om. 2.* q) sunt *2.* r) si *add. 2.* s) *corr. in* eos *2.* t) velit *2.* u) transmisio *3.* v) permodia zeńia *3.* w) poposcimus *3.* x) emendas *3.* y) rennues *3.*

50. a) *Lemmata:* incipit epistola bonifatii ad zachariam *2;* epistola bonefacii ad zachariam papam *4; sine lemmate 1.*

1) *Cf. infra ep. 71:* ad portum salutis pervenire merear et piaculorum meorum .. veniam consequi. 2) *Aldh. de laud. virg. c. 13 (p. 13):* venenatisque piaculorum spiculis; *ad Acirc. p. 327:* grammaticorum parma protegere digneris; *infra ep. 70.* 3) *Cf. supra p. 234 n. 1, Aldh. de laud. virg. c. 60; c. 10:* lacrimarum imbribus, *14:* salsis lacrimarum fontibus *(p. 81. 10. 14).* 4) *Cf. infra ep. 98.* 5) *Cf. infra l. l.:* Similiter obsecro, ut .. 6) *Cf. Aethilbaldi chartam a. 755/57. (Birch, Cartular. Saxon. I, 259), cui subscripsit etiam:* Manus Baegloci abbatis. *J.* 7) *Cf. ep. 71:* Ergo vilium munusculorum transmissio scedulam istam comitatur. 8) *Cf. supra p. 281:* Illud etiam peto, ut rusticitatem huius epistolae digneris emendare et mihi aliqua verba tuae affabilitatis .. transmittere non recuses, quae inhianter audire satago. 9) *Cf. supra p. 281:* Vale, vivens aevo longiore, vita feliciore, interpellans pro me. 10) *Argumenta, quibus motus Loofs (Zur Chronol. p. 9) has literas aestati vel auctumno eiusdem anni assignare voluit, Hauck (K.-G. I, 473 n. 1) satis refutavit.*

DOMINO KARISSIMO, SUMMI PONTIFICATUS INFULA PREDITO, VIRO APOSTOLICO ZACHARIAE BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI. 742

Confitemur, domine pater, quia — postquam per nuntios referentes audivimus, quod venerande memoriae apostolatus vestri praecessor[a] Gregorius[1], pontifex apostolicae sedis, ergastulo corporeo[b] absolutus ad Dominum migravit[c][2] — quod maiorem laetitiam et maius gaudium nobis non audivimus et suspansis[d] ad aethera palmis[3] Deo gratias egimus, quam quod clementem paternitatem vestram altissimus arbiter canonica iura regere et apostolicae sedis gubernacula gubernare concessit[4]. Ergo non aliter quam ut ante vestigia vestra geniculantes, intimis subnixę flagitamus precibus, ut, sicut praecessorum vestrorum pro auctoritate sancti Petri servi devoti et subditi discipuli fuimus, sic et vestrae[e] pietatis servi oboedientes, subditi sub iure canonico, fieri mereamur optantes, catholicam fidem et unitatem Romane ecclesiae servando[f]. Et quantoscumque audientes vel discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad oboedientiam apostolicae sedis invitare et inclinare non cesso.

Necesse quoque habemus indicare paternitati vestrae, quia per Dei gratiam Germaniae populis[g] aliquantulum percussis vel correctis tres ordinavimus episcopos et provinciam in tres parrochias discrevimus. Et illa tria oppida sive urbes, in quibus constituti et ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestrae confirmari et stabiliri precantes desideramus. Unam esse sedem episcopatus decrevimus in castello, quod dicitur Wirzaburg[h]; et alteram in oppido, quod nominatur Buraburg[5]; tertiam in loco, qui dicitur Erphesfurt[i], qui fuit iam olim urbs paganorum rusticorum. Haec tria loca propria carta auctoritate apostolatus vestri roborare et confirmare diligenter postulamus, ut, si Dominus voluerit, per auctoritatem et praeceptum sancti Petri iussionibus apostolicis fundatae et stabilite sint tres in Germania episcopales sedes, et ut praesentes vel futurae generationes non praesumant, vel parrochias corrumpere vel violare praeceptum apostolicae sedis.

Notum similiter sit paternitati vestrae, quod Carlomannus dux Francorum me arcessitum[k] ad se rogavit, ut[l] in parte regni Francorum, quae in sua est potestate, synodum cepere[m] congregare. Et promisit, se de aecclesiastica religione, quae iam longo tempore, id est non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos, calcata et dissipata fuit, aliquid corrigere et emendare velle[n]. Quapropter, si hoc Deo inspirante veraciter implere voluerit, consilium et praeceptum vestrae[o] auctoritatis, id est apostolicae sedis, habere et sapere debeo[p][6]. Franci enim, ut seniores dicunt, plus quam per tempus octuginta[q] annorum synodum non fecerunt nec archiepiscopum habuerunt nec aecclesiae canonica iura alicubi[r] fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates episcopales sedes traditae sunt laicis cupidis ad possidendum vel adulteratis clericis, scortatoribus et publicanis, seculariter ad perfruendum. Nam si per verbum vestrum hoc negotium, duce rogante supra dicto,

a) predecessor *4.* b) corporis *4.* c) migrarit *4.* d) *corr. in* suspensis *2;* suspensis *4.* e) petri *4.* f) servando dilatare *4.* g) populus *1.* h) uuịrzaburg *2.* i) erpesfurd *2. 4.* k) accersitum *2. 4.* l) *om. 4.* m) cepere *1, corr. in* inciperem *2;* incipere *4.* n) vellet *1.* o) sanctae *add. 4.* p) *om. 1.* q) octoginta *4.* r) alicui *1.*

1) *III.* 2) *741. Nov. 29. Episcopatum Erfordiensem aliquamdiu revera constitutum esse contendit Hauck (K.-G. I, 467 n. 1) contra Rettbergium (K.-G. I, 351) atque Dadani nomen fuisse primo atque unico eius episcopo idem coniecit (I, 475 n. 1).* 3) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 1 (p. 1 ed. Giles):* erectis ad aethera palmis. 4) *741. Dec. 3.* 5) *quod in Hassia fuit prope Fridislariam (inter occidentem et meridiem), in monte, qui etiam hodie Bürberg s. Büraberg vocitatur. De quo v. Falckenheiner, Geschichte Hessischer Städte I, 3 sq. J.* 6) *Itaque scripta est haec epistola ante diem 21. Aprilis a. 742; v. infra ep. 56. J.*

742 movere et incipere debeo, praeceptum et iudicium apostolicae sedis cum canonibus[a] aecclesiasticis praesto habere cupio.

Si invenero inter illos, diaconos[b] quos nominant, qui, a pueritia sua semper in stupris, semper in adulteriis et in omnibus semper spurcitiis vitam ducentes, sub tali testimonio venerunt ad diaconatum et modo in diaconatu, concubinas quatuor vel quinque vel plures noctu in lecto habentes, evangelium tamen legere et diaconos se nominare nec erubescunt nec metuunt et sic, in talibus incestis ad ordinem presbiteratus venientes, in hisdem[c] peccatis perdurantes et peccata peccatis adicientes, presbiteratus officio fungentes, dicunt, se pro populo posse intercedere et sacras oblationes offerre, novissime, quod peius est, sub talibus testimoniis, per gradus singulos ascendentes, ordinantur et nominantur episcopi: ut habeam praeceptum et conscriptum et auctoritatis vestrae, quid de talibus diffiniatis; et per responsum apostolicum convincantur et arguantur peccatores. Et inveniuntur quidam inter eos episcopi, qui, licet dicant se[d] fornicarios vel adulteros non esse, sed sunt ebriosi et incuriosi vel venatores, et qui pugnant in exercitu armati et effundebant[e] propria manu[f] sanguinem hominum, sive paganorum sive christianorum. Et quia servus et legatus apostolicae sedis esse dinoscor, unum sit verbum et meum hic et vestrum ibi, si contingat, ad iudicium auctoritatis vestrae ut pariter missos[g] direximus[h].

Propter ea[i] de una re et consilium quaerere et licentiam petere necesse habeo, eo quod venerande memoriae praecessor vester, sicut audistis, in praesentia vestra mihi praecepit, ut presbiterum post obitum meum, Deo volente, in aecclesiastico ministerio heredem et successorem constituere deberem. Et hoc mihi, si Dei voluntas est, placet. Sed modo dubito et nescio, si fieri possit; quod[k] postea[l] frater illius avunculum[1] ducis Francorum occidit, et adhuc ignoramus, qualiter ista discordia pacificari et finiri valeat. Et obsecro, ut auctoritatis vestrae licentia sit, ut cum consilio servorum Dei de ista electione faciam, quod nobis in commune pro Deo et pro aecclesiae utilitate vel fructu spiritali et defensione religionis optimum esse videatur; ut consensum vestrum habeam: de hoc facere, quod optimum esse mihi inspirare dignetur Deus; quia hoc non videtur posse fieri, si contrarius princeps fuerit.

Inter ea quaerere et interrogare paternitatis vestrae consilium debeo de quadam confusione et scandalo praedicationis, quae nuper ad nos veniens mentem nostram conturbavit et sacerdotibus aecclesiarum verecundiam incutiebat. Quia laicus quidam magne personae ad nos veniens dicebat: sibi ab apostolicae sedis pontifice sanctae memoriae Gregorio datam fuisse licentiam, ut in matrimonium acciperet viduam avunculi sui. Quae et ipsa fuit uxor consobrini sui, et ipsa illo vivente discessit ab eo; et isti viro — qui, nunc eam accipere desiderans, adfirmat[m] sibi licentiam datam — in tertio ienuculo[n] propinqua illius esse dinoscitur; et votum vovit Deo castitatis et velata fuit et iterum, abiecto velamine, maritata. Tale enim matrimonium supra dictus homo sibi ab apostolica sede adfirmat esse[o]. Quod non estimamus esse[p] verum;

---

a) *hic desinit fol. 8 codicis 2, ubi quod sequebatur folium deest.* b) diacones *4.* c) isdem *4.* d) *om. 4.* e) effundunt *4.* f) manus *1.* g) misos *1.* h) dirigamus *4.* i) praeterea *4.* k) qui *4.* l) ptea *1.* m) *hinc* (.. firmat) *incipit f. 9 cod. 2.* n) *corr. in* geniculo *2; in marg. 1 additum est* et ill..; tercio genuculo *4.* o) concessum *superscr. manus correctoris in 2;* concessum *4.* p) *om. 2. 4.*

1) *Qui* Theobaldus interfectus *esse anno 741. fertur in annal. Petarian., Lauresham., Alamannicis, Nazarianis, Mosellanis (SS. I, 11. 26. 27, XVI, 495); hunc alii et Theodaldum illum maiorem domus, Grimoaldi II filium, et istum Karolomanni 'avunculum' esse putant (ut Eccard, Francia or. I, 338. 402), alii eundem quidem ac Grimoaldi filium fuisse concedunt, sed negant in hac epistola de Theodaldo scripsisse Bonifatium (ut Oelsner de Pippino rege p. 7 n. 6). Cf. etiam Hahn, Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752 p. 19. J.*

742

quia synodus et aecclesia, in qua natus et nutritus fui, id est in transmarina Saxonia Lundunensis synodus — inprimis a discipulis sancti Gregorii, id est Augustino[1], Laurentio, Iusto[2], Milleto[a][3] archiepiscopis, constituta et ordinata fuit[b] — talem copulam et matrimonium maximum scelus et incestum et horribile flagitium et damnabile piaculum fieri, ex auctoritate sanctae scripture iudicabant. Quapropter paternitas vestra huius rei veritatem nobis iudicare[c] non dedignetur, ut aecclesiae sacerdotibus vel populo christiano inde scandala et scismata vel novi errores non oriantur et concrescant.

Et qui[d] carnales homines, idiotae, Alamanni vel Baioarii[e] vel Franci, si iuxta Romanam urbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quae nos prohibemus, licitum et concessum a sacerdotibus esse putant et[f] nobis inproperium deputant, sibi scandalum vitae accipiunt. Sicut adfirmant[g]: se vidisse annis singulis in Romana urbe et iuxta aecclesiam[h] sancti Petri in die vel nocte, quando Kalende Ianuarii intrant, paganorum consuetudine chorus[i] ducere per plateas et adclamationes ritu gentilium et cantationes[k] sacrilegas celebrare et mensas illa die vel nocte dapibus onerare et nullum de domo sua vel ignem vel ferramentum vel aliquid commodi vicino suo praestare velle. Dicunt quoque: se vidisse ibi mulieres pagano ritu filacteria et ligaturas et in brachiis et cruris[l] ligatas habere et publice ad vendendum venales ad conparandum aliis offerre. Quae omnia, eo quod ibi a carnalibus et insipientibus videntur, nobis hic inproperium et inpedimentum praedicationis et doctrinae perficiunt. De talibus ait apostolus increpans: 'Diem[m] observatis et tempora; timeo, ne sine causa Gal. 4, 10. 11.
laboraverim in vobis'. Et sanctus Augustinus dixit: 'Nam qui dictis[n] malis, id est carais et divinis et aruspicibus vel filacteriis et aliis quibuslibet auguriis crediderit, etsi ieiunet, etsi oret, etsi iugiter ad aecclesiam[o] currat, etsi largas elymosinas[p] faciat, etsi corpusculum suum in omni adflictione cruciaverit, nihil[q] ei proderit, quamdiu sacrilegia illa non relinquerit[r]'[4]. Nam si istas paganias ibi paternitas vestra in[s] Romana urbe prohibuerit, et sibi[t] mercedem et nobis maximum profectum in doctrina aecclesiastica proficerit[u].

Episcopi quoque et presbiteri generis Francorum, qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu episcopatus vel presbiterii fornicationum filii nati arguunt, revenientes ab apostolica sede dicunt: sibi Romanum pontificem licentiam dedisse, ministerium episcopale in aecclesia ministrare. Quos contra contendimus; quia apostolicam sedem contra decreta canonum nequaquam audivimus iudicasse.

Haec omnia, domine karissime, propterea nota vobis facimus, ut vestrae auctoritatis responsum talibus dare possimus, ut per cautelam[v] vestrae doctrine oves aecclesiae non seducantur, sed lupi rapaces convicti et superati pereant.

Interea munuscula parva[w] vobis direximus, non quia digna sint paternitati vestrae, sed pro indicio caritatis et oboedientiae[x] devotionis, id est villosam[y][5] unam et argenti et auri tantillum.

Dextera Domini protegente, incolomem valere et in Christo proficere beatitudinem vestram in longitudine dierum optamus.

---

a) *corr. in* mellito *2;* melito *4.* b) qui *add. manus corrigens in 2.* c) *corr. in* indicare *2;* indicare *4.* d) quia *4.* e) buguarii *2;* bauguarii *4.* f) dum *add. 4.* g) *corr. in* affirment *2.* h) iuxta romanam ęcclesiam *4.* i) *corr. in* choros *2;* choros *4.* k) *corr. in* incantationes *2.* l) *corr. in* in cruribus *2. 4.* m) dies *2. 4.* n) praedictis *2. 4.* o) ęcclesias *4.* p) elemosinas *2. 4.* q) nichil *4.* r) *corr. in* reliquerit *2. 4.* s) ibi in *ante* Romana *in rasura 2.* t) si *1.* u) *corr. in* perfecerit *2;* perficiet *4.* v) cautellam *4.* w) parvula *4.* x) *corr. in* oboedientia *2.* y) uuillosam *1. 4, corr. in* villosam.

1) *archiepiscopo Brittanniarum (Cantabrigiensi).* 2) *episcopo Roffensi.* 3) *s. Mellito episcopo Londiniensi.* 4) *S. Augustini appendicis sermo 278 (quondam sermo 241 de tempore). Opp. ed. Benedictini, Venetiis 1731, t. V appendicis p. 463. J.* 5) *mantele, cf. p. 160. 180 editionis Jaffeanae.*

742.743 Te Deus altithronus[a] sancta conservet in aede,
Sedis apostolice rectorem[b], tempora longa,
Melliflua gratum populis doctrina per orbem,
Perficiatque[c] Deo dignum pia gratia Christi[d].
Splendida percipiat florens sua gaudia mater,
Atque domus Domini laetetur prole[e] fecunda.

51.

Zacharias papa Bonifatio respondet. Sedes episcopales Wirziburgi, Buraburgi, Erphordiae constitutas comprobat. De concilio; de improbis sacerdotibus deiciendis. Ne nisi moriens aliquando sibi successorem designet. Addit de dirimendis nuptiis quibusdam; de perversa Kalendarum Ianuariarum celebritate a sese remota. *743 Apr. 1.*

Codd. 1 (fol. 54), 2 (fol. 11), 4 (fol. 186')[a].
Edd. S 142 b, W 52, G 50, J 43. — Jaffé, Reg. 2264 (1741).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO[b] COEPISCOPO[c] ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI[d].

Susceptis sanctissimae[e] fraternitatis tuae litteris[1] per Denehardum[f] religiosum presbiterum tuum, quia te sospem[g], ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti ac misericordissimo Deo nostro magnas retulimus grates, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim in cordibus nostris infundis laetitiam, quotiens nobis sanctitatis tuae scripta mittuntur, quando repperimus, quae ad salutem respiciant animarum, dum cottidie[h] in gremio sanctae matris aecclesiae per tuam praedicationem novi populi adduntur.

Ubi et tres episcopos per loca singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognovimus, qui eidem populo, quem sibi dominus Deus noster per tuam sanctitatem aggregare dignatus est, praeesse debeant. Et petisti, ut per auctoritatem nostrae[i] sedis episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas pertractet mature et subtili consideratione discernat, si expedit, aut si loca vel populorum turbae talia esse probantur, ut episcopos habere mereantur. Meminis[k] enim, carissime[l], quid in sacris canonibus praecipimur observare: ut minime in villulas vel in modicas civitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi[2]. Sed nos tuis[m] sincerissimis atque a nobis dilectis syllabis provocati, quae poposcisti, absque mora concedi patimur. Et statuimus per apostolicam auctoritatem episcopales illic esse sedes, qui[n] per successionem episcopos mereantur, et populis praesint atque verbum praedicationis subiectis insinuent; id est[o] in castello, quod dicitur Wirzaburg, et

---

a) altitonus *4.* b) in *add. 4.* c) perficiat *4.* d) cristi *4.* e) plebe *4.*

51. a) *Lemmata:* epistola zachariae ad bonifatium *2;* epistola zacharię papae ad bonefacium episcopum *4; sine lemmate 1.* b) bonifacio *4.* c) episcopo *1. 4.* d) domini *1.* e) sanctissime me, me *deleto a correctore 4.* f) deneardum *4.* g) *corr. in* sospitem *2;* sospitem *4.* h) cotidie *4.* i) auctorem nostrę *4.* k) memineris vel meministi *4.* l) karissime *4.* m) *om. 4.* n) *corr. in* quae *2;* quae *4.* o) unam *addidit manus corrigens in 2.*

1) *ep. 50 supra p. 298. Hauck (K.-G. I, 474 n. 1) eam ob causam papam responsum distulisse suspicatus est, quia tunc cum Odilone duce contra maiores domus Francorum se coniunxerat; cf. p. 486—87, ubi annalista Mettensis huius rei testis laudatur.* 2) *V. supra p. 279 n. 2, Pseudoisid. ed. Hinschius p. 39. 82.*

alteram[a] in oppido, quod[b] nominatur Buraburg, tertiam[c] in loco, qui dicitur Erpfesfurt[d]; 743 ita ut nulli post haec liceat cuiquam, haec[e] quae a nobis sancita sunt aliquo[f] modo violare. **Quae auctoritate beati Petri apostoli firma esse decrevimus.**

De eo autem, quod nobis intimasti, quod te Carulomannus[g] filius noster apud se rogavit accedere: ut in parte[h] regni[i] Francorum in sua ditione sive potestate constituta synodum celebrari[k], eo quod omnis aecclesiastica regula sive disciplina ab eadem provincia funditus abolita est, quod nimis merendum[l], quod per spatia temporum ibidem synodus sacerdotum minime celebraretur, unde neque, quid sit sacerdotium, ab eis, qui se sacerdotes esse existimant, cognoscitur. Sed dum iuvante[m] Deo, quae a praefato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tua[n] fraternitas memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro, si quos reppererit episcopos, presbiteros aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse — id est in adulterio, vel si plures uxores abuerunt[o], aut si sanguinem christianorum sive paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis quibus canonibus obviasse reppererit[p] tua sanctitas — nulla ratione apostolica auctoritate permittat sacerdotium[q] fungi; quia tales a suo tantum[r] proprio ore falsę[s] nominantur sacerdotes et deteriores secularium[t] esse noscuntur, qui[u] se neque a fornicationibus neque a nefariis matrimoniis abstineunt[v] neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias. Quales[w] se esse sacerdotes existimant aut quid inde[x] sentiunt, dicente Deo: 'Sacerdotes mei semel nubant', et apostolus: 'Unius uxoris virum' et cetera. 1. Tim. 3, 2. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est; nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt. Quomodo se[y] sacerdotium[z] fungi considerant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur, ut neque seculares fideles his facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non pertimescunt divina mysteria contingere? Aut quomodo ad orandum pro peccata[a] populi accedere praesumunt, dum sacri canones neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis praecipiunt? Isti enim e contrario; non solum quia post susceptum sacerdotium se abstinere nolunt ab una uxore, immo luxoriae[b] obvoluti peiora secularium scelera committunt, ut plures uxores habere praesumant, quorum[c] neque una[d] concessum est post susceptum ministerium adtractare. Sed et[e] ista parvi pendentes atque Domini[f] iracundiam provocantes, maiora committunt facinora, dum propriis manibus christianos atque paganos homines necant; et fit ut, quorum[g] in remissionem peccatorum debuerunt lavacrum regene- Cf. Tit. 3, 5. rationis inpendere atque Christi sacramenta donare, ne in aeternum perirent, eorundem sacrilegis manibus[h] extinguantur. Quis enim sapiens habens cor eos aestimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstineunt[i] neque ab effusione sanguinum manus servant innoxias? Quisve eorum sacrificiis Deum esse credit placatum, dicente propheta: 'Virum sanguinum et dolosum abhominabitur Dominus'. Ps. 5, 7. Isti namque, ut praemisi[k], ne sacerdotium[l] fungi patiantur neque divina contingere misteria, commonemus. Quicquid vero aliud, ut dictum est, eos contra aecclesiasticam regulam excessisse reppereris, canones sive instituta patrum prae manibus habeto et, iuxta quod in eis edoctus fueris, discerne.

a) alterum *1. 4.* b) qui *4.* c) tercium *4.* d) erpesfurt *2;* erphesfurt *4.* e) cuiquam haec *corr. in* ea *2.* f) quo *1;* quoquomodo *4.* g) *corr. in* carlomannus *2;* carlomaunus *4.* h) urbe *4.* i) *om. 1.* k) *corr. in* celebrares *2;* celebrare debeas *4.* l) est *add. 4.* m) iubante *1, corr. in* iuvante *2.* n) *corr. in* tuaque *2;* tuaque *4.* o) habuerunt *4.* p) repperit *1.* q) sacerdotio *4.* r) *om. 4.* s) falsi *4.* t) secularibus *4.* u) qui (Q *superscr.*) *2.* v) *corr. in* abstinent *2;* abstinent *4.* w) *om. 1.* x) se *add. manus corrigens in 2.* y) *om. 4.* z) sacerdotio *4.* a) *corr. in* peccatis *2;* [a) l. 25] peccatis *4.* b) luxuriae *4.* c) *corr. in* quibus *2;* quibus *4.* d) *corr. in* unam *2;* unam *4.* e) *om. 4.* f) dm̄ *1. 2; addidit* ad *manus corrigens in 2;* deum ad *4.* g) *corr. in* quibus *2;* quibus *4.* h) ipsi *add. 4.* i) *corr. in* abstineant *2;* abstinent *4.* k) praemissi *1.* l) sacerdotio *4.*

743 Te autem ut[a] tibi successorem constituere dixisti et[b] te vivente[c] in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem aecclesiasticam regulam vel instituta patrum esse monstratur. Sed volumus, ut tibi ministret et sit
1. Tim. 3, 13. in evangelium[d] Christi adiutor, dicente apostolo: 'Si quis bene ministraverit, gradum sibi bonum adquirit[e]'. Nimis enim reprehensibile ac detestabile[f] esse manifestum est, ut te vivente[c] tibi alium substituamus. Sed hoc commonemus, ut, quamdiu te divina iusserit clementia superesse, sine intermissione orare ne cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis et populum, quem ad suam gratiam per tuae sanctitatis industriam vocare voluit, inreprehensibiliter regere valeat[1] atque ad viam vitae elaboret perducere. Nam quomodo haec, quae poposcisti, si et voluerimus, concedere possumus? dum nos fragiles homines existentes et sub conditione mortis constituti, ignorantes, quid superventura pariat dies, non valentes[g] investigare, quis e nobis propior[h] de praesenti saeculo migret. Sin autem et eundem divina voluerit clementia post tui diem[i] transitus superesse, si eum aptum[k] cognoveris et in tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de praesenti saeculo migraturum cognoveris, praesentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Quod nulli alio concedi patimur, quod tibi, caritate cogente, largiri censuimus[2].

De illo namque[l], qui viduam avunculi sui, quae et ipsa fuit uxor consobrini sui et sacrum velamen habere monstrata est, et a beatae memoriae praecessore[m] nostro sibi licentiam concessam esse divulgavit, ut eam[n] in pernitioso matrimonio adsumi[o] debuisset, absit hoc, ut decessor noster ista praeciperet[p]. Nec enim ab hac apostolica sede illa diriguntur, quae contraria esse patrum sive canonum[q] institutis probentur. Ammonere[r], adhortare[s], increpare eos, frater karissime[t], ne cesses, quatenus[u] a talibus scelestis recedant matrimoniis[v], ut non in aeternum pereant. Reminiscantur enim, se Christi sanguine[w] esse redemptos. Et non sponte se contradant — nisi ab isto recesserint incesto matrimonio — diaboli potestati[x], sed magis illi Deo et Christo filio eius, spiritui quoque sancto, in cuius nomine ab illius antiqui hostis erepti sunt po-
Cf. Iac. 5, 19. 20. testate. Elabora namque[y], sanctissime frater, in eis, quia scriptum cognoscis: 'Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvavit[z] animam eius a morte et suorum operit multitudinem peccatorum'. Nam et nos ei pro hoc commonitoria scripta dereximus.

De Kalendis[a] vero Ianuariis vel ceteris auguriis filacteriis et incantationibus vel aliis diversis observationibus, quae gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum vel in urbe Roma, haec et nobis et omnibus christianis detestabile et per-
Cf. Levit. 19, 26. niciosum[b] esse iudicamus, dicente Deo: 'Non augurabimini vel certe non observabitis';
Cf. Num. 23, 23. et iterum scriptura dicit: 'Non est auguria[c] in Israel, nec observatio in domo Iacob'. Ita et a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus adtendamus; quia, omnia haec abscisa[d] esse a patribus, sumus edocti. Et quia per insti-

a) Te autem ut *corr. in* de hoc autem quod *2;* quod autem ut *4.* b) *corr. in* ut *2.* c) iubente *1, corr. in* vivente *2;* vivente *4.* d) euangelium *4.* e) adquiret *4.* f) ac detestabile *om. 4.* g) ualentes *corr. in* ualemus *4.* h) proprior *1, corr. in* prior *2.* i) die *1.* k) esse *add. 2.* l) nāqūe *1;* nanque *4.* m) *corr. in* praedecessore *2.* n) eum *1, corr. in* eam *2.* o) *corr. in* assumere *2;* assumere *4.* p) perciperet *1.* q) canon *1.* r) admonere *4.* s) adortare *1, corr. in* adhortare *2.* t) *om. 4.* u) quatinus *4.* v) a talibus scelestibus — matrimonio *1, corr. in* a tam scelesto matrimonio *2;* a tali scelesti — matrimonio *4.* w) sanguine *1.* x) potestate *1.* y) nanque *4.* z) sal-
[a) l. 32] vabit *2. 4.* a) calendis *4.* b) *corr. in* detestabilia et perniciosa *2.* c) auguria *corr. in* augur *1, in* augurium *2;* augurium *4.* d) abscissa *4.*

1) De eo autem, quod tibi successorem — irreprehensibiliter regere valeat *sunt in Gratiani decr. P. II C. VII q. 1 c. 17. J.* 2) Si eumdem divina voluerit — largiri censuimus *sunt tn Gratiani decr. P. II C. VII q. 1 c. 17. J.*

gationem[a] diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iussit divina clementia — quamquam inmeriti existamus — apostoli vicem gerere, ilico omnia haec amputavimus. 743
Pari etenim modo volumus tuam sanctitatem populis sibi subiectis praedicare atque[b] ad viam aeternae perducere vitae. Nam et sanctae recordationis praedecessoris[c] atque nutritoris nostri, domni Gregorii papae, constitutione omnia haec pie[d] atque fideliter amputata sunt et alia diversa quam plura, quae diabolo suggerente pullulabant in Christi ovile. Cuius instar pro illius populi salute dirigere maturavimus.

Nam de sacerdotibus illis, qui falsa opinantur, qui etiam adulteri et fornicatores probantur, et sibi ab apostolica sede indultum esse, et e contrario sibi licentiam praedicationis[e] largitam esse: hoc nulla ratione credat sancta tua fraternitas. Sed similiter[f] in eis canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his quibus[g] superius[h] a nobis edoctus[i] monstraris. Non enim aliud te agere volumus, praeterquam quod[k] sacri praecipiunt canones vel etiam ab hac apostolica sede instructus[l] esse dinosceris.

Secundum tuae namque sanctitatis petitionem et tribus episcopis tuis singulas confirmationis epistolas misimus[m], quas per tuae sanctitatis manus[n] eis largiri volumus.

Et Carolomanno[o] filio nostro alia scripta direximus, ut, quae tibi poposcit[p], adimplere festinet atque[q] adminicula praestet.

Sed haec, frater karissime[r], de omnibus superius[s] comprehensis[t] capitulis, ut Dominus donavit, respondimus ad omnia amputanda diabolicae fraudis scandala. Tua vero sancta fraternitas, si quid de cetero evenerit, ut sacri docent canones, studeat emendare in[u] plebibus sibi a Deo commissis. Non enim aliud nobis convenit praedicare, praeter quod a sanctis patribus sumus edocti. Si vero et novi aliquid, inimici astutia agente, acciderit, quod tua sancta fraternitas minime per canonum instituta discernere[v] possit, huc nobis non pigeat insinuare, quatenus Deo iuvante[w], quaeque ad emendationem novae plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus. Cognoscat[x] enim, frater karissime, tua sancta fraternitas, ita dilectionem tuam[y] habere in nostris praecordiis, ut te praesentialiter[z] cottidie[a] videre desideremus et ita te in nostro consortio habeamus ut certe ministrum Dei et dispensatorem aecclesiarum Christi.

De cetero namque 'confortare' in Domino, frater karissime, 'et esto robustus' et Ios. 1, 6.
elabora in opus, quod te divina voluit evocare clementia. Magna enim te spes remunerationis exspectat[b], quam promisit Deus diligentibus se. Et nos, licet peccatores exsistamus[c], tamen Dei nostri non cessamus absque intermissione[d] inmensam exorare clementiam, ut, qui coepit in vobis, perficiat opus bonum usque adhuc. Et beatus Cf. Philipp. 1, 6.
apostolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, quae[e] ei parere desideras.

Deus te incolumem custodiat, reverentissime et sanctissimę frater.

Data Kalend. Apriles, imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno vicesimo quarto, post consulatum[f] eius anno secundo, indictione undecima[1].

---

a) instigatione *1.* b) *om. 1.* c) prodecessoris *1.* d) piae *1.* e) affirmant *add. manus corrigens in 2.* f) simili *1.* g) *deletum est in 2.* h) *om. 1.* i) esse *add. manus corr. in 2.* k) quae *4.* l) fructus *1.* m) missimus *1.* n) manibus *1.* o) *corr. in* carlomanno *2;* carlomanno *4.* p) promisit *4, corr. in* poposcit *4.* q) *om. 1.* r) sicut *add. manus corrigens in 2.* s) *om. 2.* t) comprehendis *2.* u) im *1. 2.* v) discerne *1.* w) iubante *1.* x) cognoscant *1.* y) tuam nos *4.* z) praesentaliter *1.* a) cotidie *4.* b) expectat *4.* c) existamus *4.* d) intermisione *1.* e) *corr. in* [a) l. 27] quibus *2;* qui *4.* f) pater *1. 4, corr. in* imperii *2;* post consulatum *scripsit Jaffé.*

1) *Omnes hae temporis notae et hanc et duas, quae sequuntur, epistolas ad annum 743. referunt exactissime; v. supra p. 226. Quare responsum ad Bonifatii epistolam 50 supra p. 298 tam diu dilatum sit, in medio relinquo. J. Cf. quae Jaffé ad hunc locum postea observavit (Forsch. z. D. Gesch. X, 405).*

52.

743 *Zacharias papa Wittae episcopo Buraburgensi per Bonifatium constituto gratulatur eiusque sedem confirmat.* *743 Apr. 1.*

Codd. 1 (fol. 16), 2 (fol. 10), 4 (fol. 183'), 6[a].
Edd. S 131, W 53, G 51, J 44. — Jaffé, Reg. 2265 (1742).

DILECTISSIMO NOBIS WITTANE[b] SANCTAE AECCLESIAE BARBARANE[1] ZACHARIAS PAPA.

Marc. 16, 20. 'Domino cooperante et sermonem confirmante[c]' ad delatandam[d] christianitatis legem et orthodoxe[e] fidei tramitem, ad docendum, iuxta quod praedicat sancta haec Romana, cui Deo auctore praesedemus[f], aecclesia. Innotuit nobis sanctissimus ac reverentissimus frater et coepiscopus noster Bonifatius nuper decrevisse[g] et ordinasse in Germaniae partibus episcopales sedes, ubi praeest vestra dilectio: et provinciam in tres dividisset[h] parrochias. Quo cognito, cum magna exultatione extensis ad sidera[i] palmis[2], inluminatori et datori omnium bonorum domino Deo et salvatori nostro Iesu Eph. 2, 14. Christo gratias egimus, 'qui facit utraque unum'. Flagitavit autem a nobis per suas syllabas[k] iam dictus sanctissimus[l] vir, per apostolicam auctoritatem vestras confirmari sedes. Pro quo et nos ardenti animo et divino iuvamine — auctoritate beati Petri Cf. Matth. 16, 19. principis apostolorum, cui data est a deo et salvatore nostro Iesu Christo ligandi solvendique potestas peccata hominum in caelo et in terra — confirmamus atque solidas permanere vestras episcopales sedes sancimus; interdicentes ipsius principis apostolorum auctoritate a praesenti omnibus et in futuras generationes, ut nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem, quam[m] dignante Deo[n] ex nostra praeceptione in vobis[o] facta est; et hoc interdicentes, ut nullus audeat — iuxta sanctorum canonum traditionem[p] — ex alio episcopatu ibidem translatari aut ordinare episcopum post vestram de hoc seculo evocationem, nisi is[q], qui apostolicae nostrae sedis in illis partibus praesentaverit vicem. Sed nec unus alterius parrochias invadere aut aecclesias subtrahere praesumatis. Nam si, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram praeceptionem temerario ausu venire temptaverit, sciat se aeterno Dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum. Si quis[r] vero apostolica servaverit praecepta et normam recte et orthodoxe fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. De cetero petimus divinam clementiam, ut confirmet et conroboret hoc, Cf. Luc. 2, 9. quod operatus est Dominus in vobis. Et claritas[s] Dei, gratia et pax vera sit cum spiritu vestro, sanctissimi et dilectissimi nobis. Toto conamine[t] elaborate pro fide Christi et ministerium eius proficiendum[u] decertate, ut et[v] cum egregio[w] apostolo 2. Tim. 4, 7. 8. mereamini dicere: 'Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de

52. a) *Sine lemmate 1. 6;* item epistola zachariae ad bonifatium *2;* epistola zacharię ad wittam *4.* b) wittę *2. 4;* witte *6.* c) confirmantem *1. 6.* d) *corr. in* dilatandum *2;* dilatandam *4.* e) ortodoxe *6.* f) *corr. in* praesidemus *2;* praesidemus *4.* g) discrevisse *2. 1. 6.* h) *corr. in* divisisset *2;* divisisse *4.* i) sydera *6.* k) pro suis syllabis *corr. in* per suas syllabas *1;* pro suis syllabis *2. 4. 6.* l) *corr. in* sanctus *2.* m) *corr. in* quae *2;* quae *4.* n) *om. 6.* o) nobis *1, corr. in* vobis *2.* p) tradicionem *6.* q) his *6.* r) que *6.* s) *corr. in* caritas *2;* caritas *4.* t) canamine *2.* u) *corr. in* perficiendum *2;* perficiendum *4.* v) *om. 1. 4.* w) egreio *6.*

Pfahler (p. 59. 89) notas temporum inter se congruentes trium epistolarum temere mutare ausus anno 742. eas assignare voluit. Difficultates a Loofsio motas (Zur Chronol. p. 10) Hauck (K.-G. I, 474 n. 2, cf. 506 n. 1) mihi quidem optimo iure sustulisse videtur.

1) *Buraburgensis.* 2) *Cf. supra p. 293 lin. 15; p. 299 lin. 6.*

reliquo reposita est mihi[a] corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illum diem iustus iudex'. 743

Salutantes vos in Domino valere optamus. Bene valete.

Data Kalendis Aprilis, imperante domno piissimo augusto[b] Constantino a Deo coronato[c] magno imperatore anno XXIIII, post consulatum[d] eius anno[e] II, indictione XI.

53.

Zacharias papa Burchardo episcopo Wirziburgensi per Bonifatium constituto gratulatur et eius sedem confirmat. *743 Apr. 1.*

Cod. 1 (fol. 21'–22')[a].

Edd. S 133, J 45. — Jaffé, Reg. 2266 (1743).

DILECTISSIMO NOBIS BURCHARDO SANCTAE ECCLESIAE WIRZIBURGONENSIS ZACHARIAS PAPA.

'Domino cooperante et sermonem confirmante[b]' ad delatandam christianitatis legem Marc. 16, 20
et orthodoxae fidei tramitem, ad docendum, iuxta quod praedicat sancta haec Romana,
cui Deo auctore praesedemus, aecclesia. Innotuit nobis sanctissime ac reverentissime
frater et coepiscopus noster Bonifatius tres decrevisse ac ordinasse in Germaniae
partibus episcopales sedes, ubi praeest vestra dilectio, et provinciam in tres divisisse
parrochias. Quo cognito, cum magna exultatione extensis ad sidera palmis, illuminatori et datori omnium bonorum domino Deo et salvatori nostro Iesu Christo gratias
agimus, 'qui facit utraque unum'. Flagitavit autem a nobis per suas syllabas iam dictus Eph. 2, 14.
sanctissimus vir, per apostolica auctoritate vestras confirmari sedes. Pro quo et nos
ardenti animo et divino iuvamine[c] — auctoritate beati Petri principis apostolorum,
cui data est a Deo et salvatori nostro Iesu Christo ligandi solvendique potestas peccata Matth. 16, 19.
hominum in caelo et in terra — confirmamus atque solidas permanere vestras episcopales sedes sanccimus: interdicentes ipsius principis apostolorum auctoritate praesentis omnibus et in futuras generationes, ut nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem, quam dignante Deo ex nostra praeceptione in vobis facta est: et hoc interdicentes, ut nullus audeat — iuxta sanctorum canonum traditione — ex alio episcopatu ibidem translatari aut ordinare episcopum post vestram de hoc saeculo evocationem, nisi is, qui apostolice nostrae sedis in illis[d] partibus praesentaverit vicem. Sed nec unus alterius parrochias invadere aut aecclesias subtrahere presumatis. Nam si, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc nostram preceptionem temerario ausu venire temptaverit, sciat se aeterno Dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum[e]. Si quis vero apostolica servaverit precepta et normam rectae et orthodoxae fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. De cetero petimus divinam clementiam, ut confirmet et corroboret hoc, quod operatus est Dominus in
vobis. Et claritas Dei gratia et pax vera sit cum spiritu vestro, sanctissimi et di- Cf. Luc. 2, 9.
lectissimi nobis. Toto conamine elaborate pro fide Christi et ministerium eius pro-
ficiendum decertate, ut cum egregio apostolo mereamini dicere: 'Bonum certamen 2. Tim. 4, 7. 8.
certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illum diem iustus iudex'.

Salutantes vos in Domino valere optamus. Bene vale.

---

a) michi *6.* b) piissimo augusto *addidit Jaffé.* c) a deo coronato *add. Jaffé.* d) imperii *1. 2. 4. 6;* post consulatum *scrips. J.* e) vero *add. 6.* f) sexta decima *in rasura 4.*

53. a) *Sine lemmate.* b) confirmantem *1.* c) iubamine *1.* d) illius *1.* e) innotatum *1.*

743.742 Data Kalende Aprilis, imperante[a] domino piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno[b] imperatore anno vicesimo quarto, post consulatum[c] eius anno secundo, indictione undecima.

54.

Gemmulus diaconus Romanus Bonifatio de litteris gratias agit. Sperat fore, ut postulatas sancti Gregorii epistolas postero tempore ei mittat. Suffimentum adiungit.
742.

Codd. 1 (fol. 64'), 2 (fol. 49), P[a].
Edd. S 149, W 69, G 59, J 54.

DOMINO SANCTISSIMO ET NIMIUM DESIDERANTISSIMO ATQUE CUM OMNI AFFECTU CARITATIS RECOLENDO PATRI BONIFATIO, ARCHIEPISCOPO PROVINCIAE GERMANIE, GEMMULUS INDIGNUS DIACONUS SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE[b] [1].

Venerabilibus sanctissimae paternitatis vestrae syllabis susceptis, per presentem gerulum Deneardum venerabilem virum missis, cum omni[c] ut decuit veneratione atque caritatis affectu suscepisse insinuo simul et benedictionem, quam mihi misistis. Quae apud parvitatem meam super aurum et argentum accepta est, eo quod mei memorem esse in sanctis suis orationibus almitatis vestrae coronam cognovi. Quem concedere mihi divina patiatur magestas incolumem, quamdiu me superna voluerit clementia superesse; ut vestris sacris interventionibus iuvatus exercitior inveniar Deo propitio adversus antiqui hostis insidias repugnare.

Inter ea insinuastis mihi, quod vobis de illis epistolis sancti Gregorii mitteremus. Sed nunc minime potuimus sanctis paternitatis vestrae praeceptis parere, eo quod nimis attritum atque in podagrico humore et dolore fatigatum memoratus vester presbiter per tempus cognovit, ita ut in eo me dolore afflictum relinqueret; quod et ore vobis proprio intimabit. Sed, si vita comes fuerit et vestra mihi oratio non defuerit, quae iussistis, dum saluti fuero plenius restitutus, sanctissimae paternitatis vestrae obtemperabo iussionibus; ut, dum alia vice hic vestrum missum direxeritis[d], quae praecepistis, impleta esse reperiantur, ut absque tarditate quae desideratis expleantur.

Transmisimus enim per predictum vestrum presbiterum aliquantum cotzumbri[e], quod incensum Domino offeratis temporibus matutinis et vespertinis, sive dum missarum celebratis sollemnia, miri odoris atque fraglantiae[f]. Sed peto, ut absque iniuria suscipiatis, quod pura caritate dirigitur. Salutans vestram sanctissimam paternitatem in Domino, et ut pro nobis orare iubeatis deposco. Sed et omnem ecclesiam, quae
Iac. 5, 16. vobiscum est, per vos saluto, et ut ipsi pro me exorent. 'Multum enim valet deprecatio iusti adsidua'. Nam et ego, licet peccator existam, tamen vestri memoriam ante

a) imperante *addidit J.* b) magno *addidit J.* c) post consulatum *scripsit J. pro* imperii *in litura posito 1; v. supra p. 225.*

54. a) *Sine lemmate 1. P;* item epistola gemmuli diaconi ad sanctum bonifatium *2.* b) domino — apostolicae *om. P.* c) omnia *P.* d) direxistis *P.* e) cozumbri *2.* f) flagrantia *1. P;* fraglantiae *2.*

1) *Hahn (Jahrb. p. 207) hanc Gemmuli epistolam, quae in tribus codicibus alteram sequitur, multo ante, anno 742. editam esse coniecit, quo anno Deneardus iam Romam profectus est. Eadem opinione ducitur etiam Pfahler (p. 61).*

sacras confessiones apostolorum faciens orationi incumbo. His premissis, optamus sanctitatem paternitatis vestrae in Domino bene valere. Atque in opere, quo adsumptus es, multo amplius fructum boni operis pullulare concedat et ad incrementum perducere patiatur divina maiestas. 729-744

Trinitas indivisa sanctitatem vestram conservet orantem pro nobis.

55.

Aldhunus abbas et Cneuburga ac Coenburga abbatissae Coengilso et Ingeldo abbatibus et Wiehtberhto presbytero scribunt de mutua precatione.

729—744.

Cod. 3 (fol. 32').[a].

Edd. S 52, W 160, G 148, J 46.

FRATRIBUS IN CHRISTO CARISSIMIS COENGILSO[1] ET INGELDO ABBATIBUS ET SINGULARITER COGNATO NOSTRO WIETBERTO PRESBYTERO OMNIS CONGREGATIO TRIUM MONASTERIORUM, ID EST ALDHUNI[2] PATRIS REVERENTISSIMI ET CNEUBURGE CHRISTI FAMULAE NEC NON ET COENBURGE ABBATISSARUM[b], PERENNEM ATQUE INSOLUBILEM[c] IN DOMINO SALUTEM.

Libenter nanque atque gratanter vestrae salutationis munuscula suscepimus Deoque adiuvante isdem digna reconpensare disideramus et eam, quam circa nos scripsistis habere in orationibus, communionem bono animo et pura fide erga vos indesinenter habere horis, quibus intimastis, consentimus. Nomina quoque nostrarum defunctarum sororum ego Cneuburg memorialiter te habere, o Wiehtberhte presbiter fidelis, deprecor et omnibus circumquaque amicis transmittere. Quarum prima fuit Quoengyth soror mea germana, et Edlu, quae erat, cum adhuc viveret, mater Etan, Aldhuni quondam tui abbatis propinquae; quarum utique ambarum fuit uno die depositio, id est Idibus Septembris[d]. Orantem pro nobis beatitudinem vestram Dominus omnipotens custodire dignetur incolomem, dilectissimi fratres[e] et domini. Per aevum Emmanuel. Saluta omnes circumquaque Christi servos nostris veracissimis verbis, dilectissimi fratres[e].

56.

Carolomannus synodi anno 742. habitae acta confirmat et auget synodo Liptinensi. *742 Apr. 21.*

Codd. 1 (fol. 68—71), 2 (fol. 52'—54'), 3 (fol. 51—52'), 4 (fol. 188'), Vaticani Palatini V1 = 577 (saec. XI fol. 4), V2 = 583 (s. X fol. 53'), Monacenses M1 = 6285 (s. X fol. 97'), M2 = 27246 (s. XI fol. 70, de quo cf. LL. II, 551), Salisburg. S. Petri IX, 32 (s. XI fol. 221), quo supersedere potuimus, cf. Phillips der Codex Salisburgensis S. Petri 32 p. 68 (Wiener Sitzungsber. a. 1863), BL = Benedicti Levitae collect. can. L. V c. 2 (pag. 45)[a].

Edd. S post 78, W 56. 57, G tom. II p. 11, J 47.

---

55. a) *Lemma:* item epistola. b) abb *3.* c) solubilem *3.* d) īd sēp. *3.* e) fr̄ *3.*

56. a) *Lemmata:* synodus quam sanctus bonifatius karolomanno consentiente cum episcopis et ceteris dei servis habuit *2;* incipit synodus cum actibus suis iussione apostolica a sancto bonifatio et francorum

1) *abbati Glestingaburgensi, 729—c. 744. Coengilsi successor, Tunberht abbas apparet iam in tabula d. a. 744. ap. Birch, Cartul. Saxon. I, 242. J.* 2) *Hunc fuisse abbatem Winburnensem censet Mabillio (Annal. ord. Bened. II, 10). Sed hoc confirmationis eget. J.*

742 IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. EGO KARLMANNUS[a], DUX ET PRINCEPS FRANCORUM, ANNO AB INCARNATIONE CHRISTI SEPTINGENTESIMO[b] QUADRAGESIMO SECUNDO. XI.[c] KALENDAS MAIAS. CUM CONSILIO SERVORUM DEI ET OPTIMATUM MEORUM EPISCOPOS[d], QUI IN REGNO MEO SUNT, CUM PRESBITERIS ET[e] CONCILIUM ET SYNODUM PRO TIMORE CHRISTI CONGREGAVI, ID EST BONIFATIUM[f] ARCHIEPISCOPUM ET BURGHARDUM[g][1] ET REGENFRIDUM[h][2] ET WINTANUM[i][3] ET WILBALDUM[k][4] ET DADANUM[5] ET EDDANUM[l][6] CUM PRESBITERIS[m] EORUM[7]: UT MIHI CONSILIUM DEDISSENT, QUOMODO LEX DEI ET ECCLESIASTICA RELEGIO RECUPERETUR, QUAE IN DIEBUS PRAETERITORUM PRINCIPUM DISSIPATA CORRUIT, ET QUALITER POPULUS CHRISTIANUS AD SALUTEM ANIMAE PERVENIRE POSSIT[n] ET PER FALSOS SACERDOTES DECEPTUS[o] NON PEREAT.

Et per consilium sacerdotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos et constituimus super eos archiepiscopum Bonifatium[p], qui est missus[q] sancti Petri.

Statuimus[r] per[s] annos singulos synodum congregare, ut nobis praesentibus canonum decreta et ecclesiae iura restaurentur[t] et relegio christiana emendetur.

Et fraudatas pecunias[u] ęcclesiarum ęcclesiis restituimus et reddidimus. Falsos[v] presbiteros et adulteros vel fornicatores diaconos et clericos de pecuniis ecclesiarum abstulimus et degradavimus et ad poenitentiam coegimus[w].

Servis[x] Dei per omnia omnibus, armaturam portare vel pugnare aut in exercitum et in hostem[y] pergere, omnino[z] prohibuimus[a], nisi illi[b] tantummodo, qui propter divinum ministerium[c], missarum[d] scilicet sollemnia adimplenda[e] et sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi[f] sunt. Id est: unum vel duos episcopos cum capellanis presbiteris[g] princeps secum habeat, et unusquisque praefectus[h] unum presbiterum; qui hominibus peccata confitentibus iudicare et indicare poenitentiam possint[i]. Nec non et illas venationes et silvaticas vagationes cum canibus omnibus servis Dei interdiximus; similiter, ut[k] acceptores[l] et walcones[m] non habeant.

Decrevimus quoque secundum[n] sanctorum canones[o], ut unusquisque presbiter

episcopis sub Karlomanno (Karolomanno *M2*) duce habita anno incarnationis dominicae DCCXLII *M2. BL*; epistola carlomanni *4*; *sine lemmate rell. codd.*

a) carlmannus *2. 3*; carlmanus *V1*; carlomannus *4. V2*; karlomannus *BL*; karalmannus *M1*; karolomannus *M2*. b) XII *M1*; videlicet *add. V2. M2. BL.* c) septingentessimo *2*; septingentissimo *3. V1*; septingesimo *M1*. d) episcoporum *M1*. e) ad *V2. M2*. f) bonifacium *M*. g) burhardum *1*; burgchardum *3*; burchardum *V2. M.* h) reginfredum *1*; reginfridum *M*. i) huuinanum *V1*; huuitanum *M1*; guintanum *V2. M2*; wiztanum *BL*. k) uuillabaldum *1. V1*; uuillipaldum *M1*; uuitbaldum *V2. M2. BL.* l) dadanum et dadanum *(in ras.) V1*; ac reliquos episcopos *add. V2. M2.* m) presbiteriis *3. V1*. n) possit *om. M1*. o) decoeptus *V2*. p) bonifacium *M*. q) misus *V1*. r) que *add. M2. BL.* s) super *1*. t) restauretur *M2*. u) peccunias *V2*. v) vero *add. V2. M2. BL.* [a) l. 23] w) cogimus *1*. x) servi *V1*. y) ostem *M. 2*. z) exercitum ire et in hostem omnino *M1*. a) prohibemus *M2*. b) illis *BL*. c) mysterium *V*. d) misarum *V1*. e) solemnia adinplenda *V1*. f) electi hoc *M1*. g) presbiterum *1*; presbiteriis *3*; praesbiteriis *V1*. h) perfectus *1. V1*. i) possit *V2. M2. BL.* k) *om. V2*. l) *corr. in* accipitres *2. M2*. m) falcones *2. V2. M2. BL*; valcones *M1*. n) secundum *M1*; iuxta *M2. BL*; *om. rell. codd.* o) sequentes *alia manu superscriptum est in 2.*

1) *ep. Wirziburgensem.* 2) *ep. Coloniensem.* 3) *ep. Buraburgensem.* 4) *ep. Eistetensem.* 5) *Dadani episcopi nomen alias ignotum (Traiectensis ex coniectura doctorum anteriorum) Loofs (Zur Chronol. p. 14) emendandum esse censuit, ita ut Davidus (Spirensis) legeretur; at Hauck (K.-G. I, 475 n. 1) sub hoc nomine episcopum Erfordiensem, cuius nomen ignoramus, latere coniecit.* 6) *ep. Argentinensem.* 7) *De tempore huius concilii recte definiendo cf. Hauck I, 474.*

in parrochia[a] habitans[b] episcopo subiectus sit illi, in cuius parrochia habitet[c]. Et 742
semper in quadragesima[d] rationem et ordinem ministerii sui sive de baptismo[e] sive[f] de fide catholica sive de precibus et ordine missarum[g] episcopo reddat et ostendat. Et quandocumque iure[h] canonico episcopus[i] circumeat parrochiam populos ad confirmandos, presbiter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione et adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum crisma[k] ab episcopo quaerat[l], ut episcopum[m] testis adsistat castitatis et vitae et fidei[n] et doctrinae illius.

Statuimus[o], ut secundum canonicam[p] cautelam[q] omnes undecumque[r] supervenientes ignotos episcopos vel presbiteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium[s] non admitteremus.

Decrevimus[t], ut secundum canones unusquisque episcopus in sua parrochia[u] sollicitudinem adhibeat[v], adiuvante gravione[w], qui defensor ecclesiae est[x], ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias gentilitatis abiciat et respuat. Sive[y] sacrificia mortuorum sive sortilegos vel divinos sive filacteria et auguria sive incantationes sive hostias immolaticias — quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum, Deum[z] et suos sanctos[a] ad iracundiam provocantes — sive illos sacrilegos ignes, quos niedfyor[b] [1] vocant, sive omnes, quaecumque sunt[c], paganorum observationes[d] diligenter[e] prohibeant.

Statuimus similiter, ut post hanc synodum, quae fuit XI. Kalendas Maias[f], ut[g] quisquis servorum Dei vel ancillarum Christi in crimen fornicationis lapsus fuerit, quod[h] in carcere poenitentiam faciat in pane et aqua. Et si ordinatus presbiter fuisset[i], duos annos in carcere permaneat et antea flagellatus et scorticatus[k] [2] videatur et post episcopus[l] adaugeat. Si autem[m] clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem[n] in carcerem missus[o] vertentem[p] annum ibi penitentiam agat[q]. Similiter et nonnae[r] velatae[s] eadem poenitentia conteneantur[t] et radantur omnes capilli capitis[u] eius.

Decrevimus quoque, ut presbiteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis utantur, ritu servorum Dei; et nullus in sua domu[v] mulierem habitare permittat. Et ut monachi et ancillae[w] Dei monasteriales[x] iuxta regulam sancti Benedicti ordinare et vivere[y], vitam[z] propriam gubernare studeant[a].

---

a) barrochia' *V1*; porrochia *V2*. b) habitat *V2. BL*. c) porrochia habitat *V2*. d) quadragissima *3. V1*. e) baptissimo *3*; babtismo *V1*. f) seu *V2*. g) misarum *3. V1*. h) iurae *1*. i) *om. M1*. k) krisma *1*; chrisma *V2. M1. BL*. l) ab eo querat *M1*. m) episcopo *V2. M2. BL*; episcopum *corr. in* episcopus *1. 2*; episcopus *M1*. n) castitatis fideique et vitae *M1*. o) etiam *add. M2*. p) *om. V2. M2. BL*. q) cautellam *3. V1*. r) undique *M2*. s) minysterium *1*. t) quoque *add. V2. M2. BL*. u) porrochia *V2*. v) habeat *M2. BL*. w) grafione *M2*; graphione *V2*. x) est ecclesiae *M1*. y) profana *add. V2. M2. BL*. z) domini *M2*. a) sanctos suos *M1*. [a) l. 17] b) *ita V1*; nejdfyr *M1*; niedf̃rs *2*; niedf̃rs *3*; nidfrs *M2*; nedfrs *V2*; nedfratres *BL*. c) sint *V1. SP. M1*. d) observationibus *V2*. e) diligentes *1. 3. V1. M1*. f) *verba* quae fuit XI. kal. maias *fortasse recens addita sunt, cum haec capitula Liptinensibus canonibus augerentur BOR*. g) unus *BL*. h) et *M2*; ut *V2*. i) fuisset presbiter *M1*; presbiter sit *V2. M2. BL*. k) *corr. in* excorticatus *2*. l) episc. *2*; episc. *3*. m) *om. B1*. n) ververationem *V1*. o) misus *3. V1*. p) vertantum *M1*. q) agat et nonnae v. e. p. c. similiter et *M1*. r) nonanes *V2. M2*; nonnanes *BL*. s) vaelatae *3*. t) *corr. in* contineantur *2*; contineantur *V2. BL*. u) cappilli capiti *M1*. v) *corr. in* domo *2*; domo *V2. M1. BL*. w) ancellae *3*. x) coenobia vel synodochia (xenodochia *BL*) (sua *V2*) *add. V2. M2. BL*. y) guberuare *add. V2. M2. BL*. z) *corr. in* vitamque *2*. a) studeant et vitam propriam degere secundum praedicti [a) l. 31] patris (ordinationem *add. V2. BL*) non neglegant *V2. M2. BL (qui hoc loco solus recte scripsisse videtur Hahnio cf. Forsch. z. D. Gesch. XV, 113)*.

1) *Cf. Grimm, Deutsche Mythologie (ed. tertia) I, 570. J. Cf. etiam indiculum superstitionum et paganiarum, Capitul. ed. Boretius I, 223.* 2) *cruentatus.*

743 Modo[a] autem[b] in hoc synodali conventu, qui congregatus est ad[c] Kalendas Martias in loco qui dicitur Liftinas[d] [1], omnes venerabiles sacerdotes Dei et comites et praefecti prioris synodus[e] decreta consentientes firmaverunt, se[f] implere velle et observare promiserunt.

Et omnis ecclesiastici[g] ordinis clerus, episcopi et presbiteri et diaconi cum[h] clericis, suscipientes antiquorum patrum canones, promiserunt se velle ecclesiastica iura moribus et doctrinis et ministerio recuperare[i]. Abbates[k] et monachi receperunt sancti patris Benedicti regulam[l] ad restaurandam normam regularis vitae.

Fornicatores[m] et adulteros clericos, qui sancta loca vel monasteria ante tenentes coinquinaverunt, praecipimus inde tollere et ad paenitentiam redigere[n]: et si post hanc diffinitionem[o] in crimen fornicationis vel adulterii eeciderint[p], prioris synodus[q] iudicium sustineant. Similiter et monachi et nonnae.

Statuimus quoque cum consilio servorum Dei et populi christiani propter inminentia bella et persecutiones ceterarum gentium, quae in circuitu nostro sunt, ut sub precario[r] et censu aliquam partem ecclesialis pecuniae in adiutorium exercitus nostri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus; ea conditione, ut annis singulis de unaquaque casata[s] solidus, id est duodecim denarii, ad ecclesiam vel[t] monasterium reddatur[u]; eo modo, ut, si moriatur ille, cui pecunia commodata[v] fuit, ecclesia cum propria pecunia revestita[w] sit. Et iterum, si necessitas cogat, ut[x] princeps iubeat, precarium removetur[y] et rescribatur novum. Et omnino observetur, ut ecclesiae vel monasteria penuriam et paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario praestita sit; sed, si paupertas cogat, ecclesiae et domui Dei reddatur integra possessio[2].

Similiter praecipimus[z], ut iuxta decreta canonum adulteria et incesta[a] matrimonia, quae non sint[b] legitima, prohibeantur et emendentur episcoporum iudicio; et ut mancipia christiana paganis non tradantur.

Decrevimus quoque, quod et pater[3] meus[4] ante praecipiebat: ut, qui paganas observationes in aliqua re fecerit, multetur et damnetur quindecim solidis[5].

---

a) *verbo* modo *praescriptum est lemma hoc:* de alio synodali conventu *1. 2. 3. V1;* item altera synodus a supradictis episcopis ac principe apostolica auctoritate kal. mart. lyptinas habita *V2. BL. c. 5. Codicibus M1. 2. SP cetera desunt.* b) *om. V2. BL.* c) *om. V2. BL.* d) lyptinas *V2. BL.* e) synodi *BL.* f) seque ea *V2. BL.* g) omnes aeccleastici *V1.* h) reliquis *add. V2. BL.* i) recupare *1.* k) vero *add. V2. BL.* l) regulam *add. manus corrigens in 2; om. V1.* m) namque *add. V2. BL.* n) redire *V2.* o) difinitionem *3;* definicionem *V1;* definitionem *V2.* p) ceciderunt *V1.* q) synodis *2;* synodis *2;* synodi *V2. BL.* r) ut suprecario *1. 2.* s) cassata *2;* casata *corr. in* casa *V2;* casa *BL.* t) vel ad *V1.* u) reddantur *V2. BL.* v) commendata *1.* w) revertita *1. 2. 3.* [a) l. 24] x) aut *V2.* y) *corr. in* renovetur *1;* renovetur *V1. V2. BL.* z) precypimus *V1.* a) incerta *1. 2. 3. V1.* b) sunt *1. V2. BL.*

1) Liphtinas *vicinam esse monasterio Laubacensi (Lobbes ad Sambram fl., in pago Hainoensi), scripsit Folcuinus in Gestis abbatum Laubiensium (SS. IV, 56). Exeunte saec. XVI idem vicus 'Lestines' vocabatur, teste Valesio in Notitia Galliarum (Parisiis 1675) p. 281. Sed hodie solum hoc nomen: 'Estinnes' duobus locis finitimis est: 'Estinnes au mont' et 'Estinnes au val', a Laubaco inter occidentem et septemtriones, a Binche ad occidentem. J. Hincmarus Remensis duobus locis (Opp. II, 132. 657) synodi apud Liptinas habitae meminit, sed illum eam cum concilio Compendiensi a. 757. celebrato confudisse probavit iam Boretius (Capitul. reg. Franc. I, 27).* 2) cum consilio — possessio *repetit Bened. Lev. etiam II c. 425 p. 97.* 3) *Carolus Martellus.* 4) *Ex verbis his:* Decrevimus quoque, quod et pater meus ante praecipiebat *perspicuum fit, sicut anni 742. synodum superiorem ita hanc quoque Liftinensem synodum a Carlomanno habitam esse; istamque non fuisse eandem synodum, quam* mediantibus Pippino et Carlomanno *peractam esse, scripsit Zacharias papa in duabus epistolis d. 31. Oct. a. 745. datis, v. infra. J. Quamquam Hahn et qui eum ducem secuti sunt synodum Liptinensem a. 745. habitam ad totum Francorum regnum pertinuisse contenderunt, ego cum Jaffeo (Forsch. z. D. G. X, 413), Oelsnero (Jahrb. 482), Pfahlero (p. 64—68), Boretio (Capitul. I, 26), Mühlbachero, Hauckio (I, 485 n. 1) aliis eam Austrasiae soli atque anno 743. vindico.* 5) *In cod. bibl. Vaticanae Palat. 577, hanc confir-*

57.

Zacharias papa Bonifatio gratulatur, quod a Pippino et Carlomanno adiuvetur. Grimonem Rotomagensem, Abel Remensem, Hartbertum Senonensem episcopos metropolitanos ab eo factos confirmat; quibus pallia missa esse nuntiat. Laudat eum, quod Aldebertum et Clementem damnaverit in carceremque coniecerit. 744 *744 Iun. 22.*

Codd. 1 (fol. 59), 2 (fol. 44), P[a].
Edd. S 144, W 59, G 54, J 48. — Jaffé, Reg. 2270 (1745).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO ZACHARIAS[b].

Legimus in libro actuum apostolorum, sanctum spiritum apostolis precepisse: 'Separate mihi Barnaban et Paulum in opus, quod[c] adsumpserim eos', id est, ut per Act. 13, 2. predicationem christianae religionis et eiusdem spiritus sancti gratiam mundum[d] inluminarent universum. Quorum inluminatio[e] predicationis atque doctrine Christi presidio mansit et manet catholica Dei aecclesia praefulgens horum et beati apostolorum principis Petri inluminata doctrinis. Et eorum sequi pedem, ex[f] inspiratione divina tuam sanctissimam fraternitatem in partibus illis esse credimus destinatam, ut etiam instar eorum idem spiritus sanctus in eodem te adsumpsit[g] opere ad inluminationem gentium illarum. Unde nimis exultamus in Deo et eius omnipotentiae inmensas referimus laudes. Dum vero et series sillabarum[h] tuarum nobis panderetur per singula, multo amplius laetati sumus in Domino, qui tibi suam gratiam ita largiri dignatus est, ut sic durae gentis corda lenires[i], quatenus libenti animo inclinarentur ad oboediendum fidęi et divinis obtemperarent praeceptis.

Indicasti etenim nobis, quomodo et qualiter tetigisset Deus corda excellentissimorum filiorum nostrorum Pippini et Carlomanni, ut tibi in praedicatione socii et adiutores esse niterentur ex[k] inspiratione divina. Quorum merces copiosa manet in caelis; quoniam[l] benedictus homo, per quem benedicitur Deus.

De episcopis vero metropolitanis, id est Grimone[1], quem nos iam conpertum habemus, Abel[2] sive Hartbercto[m][3], quos per unamquamque metropolim per provincias[n] constituisti, hos per tuum testimonium confirmamus et pallia dirigimus[o] ad eorum firmissimam stabilitatem et aecclesiae Dei augmentum, ut in meliori proficiant statu. Qualiter enim mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi, qui pallium[p] uti licentia conceduntur, eis direximus, informantes eos, ut sciant, quid sit pallii usus, et subiectis viam praedicare salutis, et aecclesiastica disciplina eorum in aecclesiis inmutilate[q] servetur et maneat inconcussa, et sacerdotium, quod in eis fuerit, non pollutum, ut antea fuit, sed mundum et acceptum Deo esse possit, quantum humana condicio valet; ita ut nullus repperiri possit sacris deviare canonibus et sacri-

---

57. a) *Lemma:* epistola zachariae ad bonifatium de grimone abel et hartberto metropolitanis confirmatis *2; sine lemmate 1. P.* b) *inscriptionem om. P.* c) quo *P.* d) illum *sequitur in 1. P; deletum est in 2.* e) *corr. in* inluminatione *2.* f) et *1.* g) *corr. in* assumpserit *2.* h) syllabarum *P.* i) linires *1, corr. in* lenires *2.* k) et *1.* l) quorum *1.* m) artberto *P.* n) provintiam *P.* o) *om. 1.* p) pallio *P.* q) salutis in aeclesiis et aeclesiastica disciplina eorum inmutilate *2.*

mationem Liptinensem continente, eandem proxime sequitur synodus Attiniacensis anno 765. habita (LL. I, 29), post hanc demum posita est ea, quae in nullo epistolarum Bonifatianarum codice reperitur, Formula abrenuntiationis diaboli *et* Indiculus superstitionum et paganiarum *(ibid. p. 19). Ex quo apparet, abrenuntiatio cum indiculo quam inconsiderate cum synodo Liptinensi contexi solita sit. Formulam illam aut anno 772. aut post paulo factam esse, senserunt Müllenhoff et Scherer, Denkmäler deutscher Poesie und Prosa ed. II p. 497. J.*

1) *Rotomagensi.* 2) *Remensi.* 3) *Senonensi.*

744 ficium mundum eorum[a] ab eis immoletur: ita ut Deus in[b] eorum placetur muneribus et populus[c] Dei, purificatis mentibus ex omni squalore, sincerum exhibere valeant christiane religionis officium.

Retulisti etiam nobis, karissimę frater, quod duos pseudoprophetas in eadem Francorum provintia repperisses, quos nǫn pseudoprophetas, sed magis pseudochristianos appellare[d] debemus. Ex quibus unum[1] quidem et novum Simonem iuxta tenorem tuarum syllabarum repperimus. Qui etiam sibi et sacerdotium vindicabat et a luxoria se minime continebat, seducens populum et inania praedicans; non solum suam animam iuri diabolico[e] tradens, sed et[f] populorum corda in interitum demergens et seducens populum per falsitates, ita ut eum ab aecclesia Dei subtraheret et a christiana lege discordaret. Et cruces statuens in campis et oratoriola, illic populum seducebat; relinquens aecclesias publicas, concurrens ad illa signa, quae ab eo false fiebant. Et sanctitatis nomine se vocari censuit, et in suo nomine aecclesias consecraret[g], adfirmans se etiam angelorum nomina scire, quorum[h] in tuis sillabis nobis[i] conscripta direxisti; quae nomina nos non angelorum, sed magis demoniorum adfirmamus. Alium[2] vero ita luxoriae deditum, ut concubinam haberet et duos[k] ex ea filios procrearet. Et tamen sacerdotium sibimet vindicabat, adfirmans hoc iustum esse iuxta traditionem veteris[l] testamenti, ut[m] defuncti fratris superstes frater ducat uxorem; et quia Christus resurgens ab inferis nullum ibi reliquisset, sed omnes inde abstraxisset. Quae omnia haec[n] detestabilia et scelesta[o] iudicamus. Bene enim tua sancta fraternitas[p] iuxta aecclesiasticam regulam eos dampnavit et in custodiam misit et optime vocavit antichristi[q] ministros et precursores.

De cetero decerta, karissime, et viriliter age et pervigil permane in ministerio Christi, ut amplius quam[r] amplius Christi grex augeatur, et tibi praemium aeternae retributionis maneat copiosum, et cum sanctis et electis Dei, ut credimus, esse inveniaris particeps et apostolorum consors.

Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater.

Data X. Kalendas Iulias[s], imperante domno piissimo augusto[t] Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno III, post consulatum[u] eius anno III, sed et Niciphoro[v] magno imperatore anno III, indictione duodecima[w][3].

58.

Zacharias papa Bonifatium, cum tribus archiepiscopis pallia postulasset antea, novissimis litteris unum Grimonem Rotomagensem ornari pallio velle miratur. Se simoniae

a) *erasa voce* eorum *in litura* deo *positum est in 2.* b) *om. 1.* c) populis *P.* d) appellari *1.* e) diaboli *P.* f) *om. P.* g) consecravit *P.* h) *corr. in* que *2.* i) *om. P.* k) duo *1.* l) vetris *1.* m) et *1, corr. in* ut *2.* n) *deletum est in 2.* o) sceleste *1.* p) fraterna sancta *P.* q) antechristi *P.* r) et *2;* quam amplius *om. P.* s) Octobris *coni. Hauck.* t) p. a. *om. P.* u) p *1. 2;* pater *P. Jaffé scripsit* post consulatum; *v. supra p. 225.* v) nicaphoro *2;* nicapharo *P.* w) duodecima *scripsit J. pro* decima *1. 2. P.*

1) *Aldebertum.* 2) *Clementem.* 3) *Non est obscurum, hanc et eam, quae sequitur, epistolam esse anni eiusdem. Epistolam 58 autem d. d. 5. Nov. pertinere ad a. 744., apparet ex ind. XIII (a d. 1. Sept. 744. proficiscente). In hac igitur ep. 57, d. d. 22. Iunii perperam praebent codices ind. X pro ind. XII (a d. 1. Sept. 743. ad 31. Aug. 744. progrediente). Ceterum Artavasdi et Nicephori, hominum iam mense Novembri 743. excaecatorum exsilioque affectorum, imperia qua voluntate, Constantino IV imperatori infesta, ad describendum tempus in curia Romana hoc anno 744. sint (non sine mendis, v. supra p. 225) adhibita, ignoramus. J. Hanc et sequentem epistolas Loofs (p. 21 sq.) secundum annos Artavasdi et Nicephori anno 743. assignavit, quem Hauck (I, 495) quoque probavit. Diem Antonium Pagium secutus ita emendare voluit, ut Octobris loco Iulias legeret. Pfahler (p. 90) hanc priorem Zachariae epistolam nondum missam esse coniecit, cum Bonifatius iterum papam adierit.*

ab eo accusari indignatur. De falso sacerdote in Bavaria reperto. Non solum Bavariae sed etiam Galliarum curam ei committit. 744

744 Nov. 5.

Codd. 1 (fol. 58), 2 (fol. 43)[a].

Edd. S 143, W 60, G 55, J 49. — Jaffé, Reg. 2271 (1716).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.

Suscipientes sanctissime fraternitatis tuae litteras[1] per presentium[b] gerulum et relegentes, quae in eis continebantur, in exstasi quadam[c] incidimus et admiratione magna[d], eo quod nimis reperte sint dissonare ab eis syllabis, quae a tua directe sunt fraternitate per elapsum Augustum[e] mensem. Ubi nobis indicasti, quod et concilium, adiuvante Deo et Carlomanno[f] praebente consensum[g] et contestante[h], factum est: et qualiter falsos sacerdotes, qui divinum non erant digni attrectare ministerium, a sacro munere suspendisti: et, quia tres archiepiscopos per singulas metropolim ordinasses, reseruisti, id est Grimonem in civitate, quae dicitur Rodoma, secundum vero Abel in civitate, quae dicitur Remorum[i], tertium denique Hartbertum in civitate, quae dicitur Sennis. Qui et apud nos fuit et tua nobis pariter et Carlomanni[k] atque Pipini[l] detulit scripta, per quae[m] suggessistis, ut tria pallea[n] hisdem tribus praenominatis[o] metropolitanis dirigere deberemus; quod et largiti sumus pro adunatione et reformatione aecclesiarum Christi. Nunc autem, denuo tuas[p] suscipientes syllabas, valde sumus ut diximus mirati eo, quod antea nobis una[q] cum memoratis principibus Galliarum pro tribus palliis suggessisti[r] et postea pro solo Grimone. Sed volumus, ut nobis tua indicet fraternitas[s], cur[t] nobis ita direxisti antea pro tribus et postmodum pro uno, ut, et nos certi redditi, ex hoc nulla in nobis sit ambiguitas.

Repperimus etiam in memoratis tuis litteris, quae nimis nostros animos conturbavit, quod talia a te nobis referantur, quasi nos corruptores simus canonum et patrum rescindere traditiones quaeramus ac per hoc, quod absit, cum nostris clericis in simoniacam heresim incidamus, accipientes et conpellentes, quorum[u] pallia tribuimus, ut nobis praemia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed, karissime frater, ortamur sanctitatem tuam, ut nobis deinceps tale[v] aliquid minime tua fraternitas scribat; quia fastidiosum a nobis et iniuriosum suscipitur, dum illud nobis ingeritur, quod nos omnimodo detestamur. Absit enim a nobis et a nostris clericis, ut donum, quem[w] per spiritus sancti gratiam[x] suscepimus, precio venundemus. Dum et illa tria pallia, quae te suggerente ut praediximus sumus largiti[y], nullum ab eis quispiam commodum expetiit. Insuper et charte, quae secundum morem[z] a nostro scrinio pro sua confirmatione atque doctrina tribuuntur, de nostro concessimus, nihil ab eis auferentes. Absit, vel si quidem a tua fraternitate criminis nobis simoniaci obicitur[a] nomen; anathematizantes[b] namque omnes, quicumque ausi fuerint donum sancti spiritus precio venundare.

Suggessisti etiam nobis per alia tua scripta, quod in Baioaria unum repperisses falsum sacerdotem, qui et adfirmabat, quod a nobis fuisset episcopus ordinatus. Et

---

58. a) *Lemma:* epistola zacharie papae ad bonifatium archiepiscopum *2; sine lemmate 1.* b) praesentem *2.* c) *corr. in* extasī quandam *2.* d) admirationē magnā *2.* e) *an* Aprilem? *J.* f) caromanno *1.* g) consensu *1.* h) concertante *2.* i) remôram *2.* k) carromanni *1.* l) pippini *2.* m) qua *1.* n) *corr. in* pallia *2.* o) pernominatis *1.* p) duas *1.* q) *om. 1.* r) suggessistis *2.* s) fraternitatis *1.* t) quur *1.* u) *corr. in* quibus *2.* v) tali *1.* w) *corr. in* quod *2.* x) gratia *1.* y) flagiti *1, corr. in* largiti *2.* z) morum *1.* a) abicitur *1;* obiciat *2.* [a) l. 36] b) *corr. in* anathematizamus *2.*

1) *Huius epistolae initium mutuatus est Pseudoisidor. epist. Felicis 17, p. 204 ed. Hinschius.*

744.745 tua hoc fraternitas optime[a] egit, dum ei non credidit — quia falsus homo omnia false suggessit — et falsum repperiens sacerdotio suspendi. Sic etenim auctoritate beati Petri apostolorum principis tibi praecipimus, ut, quemcumque reppereris[b] sacris canonibus deviare, nulla ratione patiaris sacrum ministerium obtrectare.

Et[c] quia, si deberes in Baioariae provinciam[d] ius habere praedicationis sciscitasti an non, quam a decessore nostro habuisti concessam; nos denique auxiliante Deo de ea, quae tibi largitus est decessor et praedecessor[e] noster, non minuimus, sed augemus. Et non solum Baioariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam, donec te divina iusserit superesse maiestas, nostra vice per praedicationem tibi iniunctam, quae reppereris contra christianam relegionem vel canonum instituta, spiritaliter stude ad[f] normam rectitudinis reformare[g].

Deus te incolumem custodiat, reverentissime et sanctissime frater.

Data Nonas Novembris, imperante domno piissimo augusto Artavasdo a Deo coronato magno imperatore anno tertio, post consulatum[h] eius anno tertio, sed et[i] Nicaphoro[k] magno imperatore eius filio anno tertio, indictione tertia decima.

59.

Acta synodi Romanae, qua Aldebertus et Clemens damnantur. *745 Oct. 25.*

Codd. 1 (fol. 23'), 2 (fol. 15'). Exstat etiam in cod. Schlettstadiensi Nr. 29 (quondam Hirsaugiensi) saec. XII[a].

Edd. S post 134 et 135, W 66 et 67, G tom. II p. 40, J 50.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. IMPERANTE DOMNO PIISSIMO AUGUSTO CONSTANTINO[b] IMPERATORE ANNO XXVI, POST CONSULATUM EIUS ANNO V, MENSE OCTOBRI, DIE VICESIMA QUINTA, INDICTIONE XIIII. PRESEDENTE SANCTISSIMO AC BEATISSIMO DOMNO ZACHARIA PAPA IN PATRIARCHIO[c] LATERANENSE, IN BASILICA QUAE APPELLATUR[d] THEODORI[1]; CONSEDENTIBUS AUTEM[e] CUM EO SANCTISSIMIS EPISCOPIS EPIPHANIO SILVA CANDIDA, BENEDICTO NOMENTO, VENANTIO PENESTRE, GREGORIO PORTUENSE, NICETA GABIIS, THEODORO OSTENSE[f], GRATIOSO VILLITRIAS; SEU VENERABILIBUS PRESBITERIS, ID EST IOHANNE ARCHIPRESBITERO, GREGORIO, STEPHANO, ITEM STEPHANO, DOMINICO, THEODORO, ANASTASIO, GEORGIO, SERGIO, IORDANNE[g], LEONE, ITEM LEONE, GREGORIO, STEPHANO, EUSTATHIO[h], PROCOPIO ATQUE THEOPHANIO.

Prepositis[i] in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius et numenculator[k] dixit: 'Denéardus religiosus presbiter, legatus Bonifatii sanctissimi archiepiscopi provinciae Germaniae, directus apud vestrum sanctum apostolatum, prae velo est et petit se ingredi. Quid precipitis?'

---

a) obtime *1.* b) repperis *1.* c) *Verba* Et — reformare *laudat Hincmarus (Opp. ed. Sirmond. II, 732).* d) provincia *Hincm.* e) prodecessor *1;* et — noster *om. Hincm.* f) studeat *1, pro* stude ad; stude ac ad *Hincm.* g) reformas *1.* h) pater *1;* imperii *in litura 2. Jaffé scripsit* post consulatum; *v. supra p. 225.* i) *om. 1.* k) nicapharo *1, corr. in* nicaphoro *2.*

59. a) *Sine lemmate 1;* sinodus ipsius *2.* b) a deo coronato magno *excidisse videtur. J. V. supra p. 225.* c) patriarchia *1.* d) appelatur *1.* e) etiam *2.* f) ortense *1. 2 (cf. infra pg. 319. 320).* g) *corr. in* iordane *2.* h) eustatio *2;* eustochio *1.* i) *corr. in* propositis *2.* k) nomenculator *1.*

1) *postea oratorium s. Venantii; v. Ciampini, De sacris aedificiis p. 17. J.*

Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset[a], Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa sanctae Dei catholicae atque apostolicae urbis Romae dixit: 'Ante hos dies syllabas reverentissimi atque sanctissimi fratris nostri Bonifatii archiepiscopi nobis retulisti, per quas nobis, quae oportuna ei visa sunt, indicavit. Quid ergo denuo nostris secretariis te ingredi postulasti?' Deneardus religiosus presbiter dixit: 'Domine mi, dum iuxta sancti apostolatus praeceptionem meus dominus Bonifatius episcopus, famulus pietatis vestrae, in provincia Francorum synodum aggregasset et repperisset illic falsos sacerdotes, hereticos et scismaticos, id est Aldebertum et Clementem, sacerdotio privans, una cum principibus Francorum, retrudi fecit in custodiam. Illi autem non in paenitentia degunt, ut iudicatum est, sed e contrario adhuc populum seducent[b]. Pro quo et hanc epistolam praefati mei domini, quam manibus gero, vestro sancto apostolatui missus offero, ut eam coram sacrosancto concilio relegi faciatis'. Dictum est: 'Suscipiatur epistola, et coram nostra presentia relegatur'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et saccellarius relegit in his sermonibus: 745

'Excellentissimo[c] patri atque apostolico pontifici et ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum magisterio freto, Zachariae papae, Bonifatius exiguus servus servorum Dei optabilem in Christo karitatis salutem.

Postquam me ante annos prope XXX sub familiaritate et servitio apostolicae sedis, annuente et iubente venerandae memoriae antestite[d] apostolico Gregorio[1] anteriore, voto constrinxi, quicquid mihi laetitiae vel tristitiae acciderat, apostolico pontifici solebam indicare; ut in letis simul laudaremus Deum et in tristibus eius consilio roborarer. Ita et nunc mihi vobis liceat. Pietati vestrae supplico, sicut scriptum est: 'Interroga patrem tuum, et adnuntiabit[e] tibi; seniores tuos, et dicent tibi'. Deut. 32, 7.

Notum enim sit paternitati vestrae, quia, postquam indigno mihi mandastis in provincia Francorum, sicut et ipsi rogaverunt[f], sacerdotali concilio et sinodali conventui praeesse, multas iniurias et persecutiones passus sum, maxime semper a falsis sacerdotibus, ab adulteratis presbiteris seu diaconibus et fornicariis clericis.

Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hereticos pessimos et publicos et blasphemos contra Deum et contra catholicam fidem. Unus, qui dicitur Eldebert, natione generis Gallus est, alter, qui dicitur Clemens, genere Scottus est; specie erroris diversi, sed pondere peccatorum conpares. Contra istos, obsecro apostolicam auctoritatem vestram, quod meam mediocritatem defendere et adiuvare et per scripta vestra populum Francorum et Gallorum corrigere studeatis, ut hereticorum fabulas et vana prodigia et signa precursoris[g] antikristi non sectantur, sed ad canonica iura et ad viam verae doctrinae convertantur, et ut per verbum vestrum isti heretici duo mittantur in carcerem, si vobis iustum esse videatur, cum vitam et doctrinam illorum vobis intimavero. Et nullus cum eis loquatur aut[h] communionem habeat, ne forte fermento doctrine illorum fermentatus aliquis pereat; sed segregati vivant — et iuxta dictum apostoli 'huiusmodi traditi satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini' et iuxta evangelicum praeceptum 'dum aecclesiam non audierunt, sint nobis sicut aethnici et publicani' — donec discant non blasphemare nec scindere tonicam Christi. Propter istos enim persecutiones et inimicitias et maledictiones multorum populorum patior et aecclesia Christi impedimentum fidei et doctrinae recte sustinet. 1. Cor. 5, 5. Matth. 18, 17. Cf. Ioh. 19, 23. 24.

a) *om. 1.* b) *corr. in* seducunt *2.* c) *haec ep. est ap. S 135, W 67, G 57.* d) *corr. in* antistite *2.* e) adnunavit *1.* f) rogarunt *2.* g) precussoris *1.* h) *om. 1; superscriptum est in 2.*

1) *II.*

745 Dicunt enim[a] de Aldebercto[b], quod eis sanctissimum apostolum abstulissem, patronum et oratorem, et virtutum factorem et signorum ostensorem abstraxissem. Cf. Matth. 7, 15. Sed pietas vestra audiens vitam eius iudicet ex fructu, utrum vestimentis ovium indutus, intus autem[c] lupus rapax fuisset an non. In primeva enim aetate ypochrita fuit dicens, quod sibi angelus Domini in specie hominis de extremis finibus mundi mire et tamen incerte sanctitatis reliquias attulisset; et exinde potuisset omnia, quaecumque poposceret[d], a Deo impetrare. Et tunc demum per illam simulationem, sicut 2. Tim. 3, 6. apostolus Paulus praedixit, 'penetravit multorum domos et captivas duxit post se mulierculas oneratas peccatis, quae ducebantur variis desideriis', et multitudinem rusticorum dicentium, quod ipse esset vir apostolicae sanctitatis et signa et prodigia multa fecisset. Deinde conduxit episcopos indoctos, qui se contra praecepta canonum absolute ordinarunt[1]. Tum demum in tantam superbiam elatus est, ut se aequipararet apostolis Christi. Et dedignabatur in alicuius honore apostolorum vel martyrum aecclesiam consecrare. Et interrogavit, quid voluissent homines visitando limina sanctorum apostolorum. Postea in proprio honore suo dedicavit oratoria vel, ut verius dicam, sordidavit. Fecit cruciculas et oratoriola in campis[e] et ad fontes vel ubicumque sibi visum fuit et iussit ibi publicas orationes celebrare; donec multitudines populorum, spretis ceteris episcopis et dimissis antiquis aecclesiis, in talibus locis conventus celebrabant dicentes: 'Merita sancti Aldeberti adiuvabunt nos'. Ungulas suas et capillos dedit ad honorificandum et portandum cum reliquiis sancti Petri principis apostolorum. Tum demum, quod maximum scelus et blasphemia contra Deum esse videbatur, fecit. Venienti enim populo et prostrato ante pedes eius et cupienti confiteri peccata sua dixit: 'Scio omnia peccata vestra, quia mihi cognita sunt occulta vestra. Non est opus confiteri; sed dimissa[f] sunt vobis[g] peccata vestra praeterita. Securi et absoluti revertimini ad domos vestras cum pace'. Et omnia, quaecumque sanctum evangelium ypochritas fecisse testatur, suo habitu et incessu et moribus imitatus est.

Alter autem hereticus, qui dicitur Clemens, contra catholicam contendit aecclesiam, canones ecclesiarum Christi abnegat et refutat, tractatus et intellectus sanctorum patrum Hieronimi, Augustini, Gregorii recussat[h]. Synodalia iura spernens, proprio sensu adfirmat, se — post duos filios sibi in adulterio natos sub nomine episcopi — esse Cf. Deuter. 25, 5. posse legis christianae episcopum. Iudaismum inducens, iustum esse iudicat christiano, ut, si voluerit, viduam fratris defuncti accipiat uxorem. Qui contra fidem sanctorum patrum contendit dicens, quod Christus filius Dei, descendens ad inferos, omnes, quos inferni carcer detinuit, inde liberasset, credulos et incredulos, laudatores Dei simul et cultores idulorum[i]. Et multa alia horribilia de predistinatione Dei, contraria fidei catholicae, adfirmat. Quapropter de hoc quoque heretico precor, ut per litteras vestras mandare curetis duci Carlomanno, ut mittatur in custodiam: ut semina satanae latius non seminet, ne forsitan una ovis morbida totum gregem polluat.

Valere sanctitatem vestram et prosperis profectibus gaudere in longitudinem dierum optamus'.

Cumque relecta esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Audistis, karissimi fratres, quid in ista epistola relectum sit ex sacrilegis illis, qui se ad suam condempnationem apostolos populis praedicaverunt[k]'. Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Audivimus certe per omnia non apostolos, sed ministros

a) *om. 2.* b) aldeberto 2. c) *om. 2.* d) *corr. in* posceret 2. e) imcampis 2. f) dimisa *1.* g) *om. 1.* h) recusat 2. i) idolorum 2. k) praedicarunt 2.

1) *episcopum scilicet.*

satanae et precursores antikristi. Quis enim aliquando apostolorum aut quilibet sanctorum ex capillis suis aut ungulis pro sanctualia populis tribuerunt, ut iste sacrilegus et perniciosus agere conatus est Aldebertus[a]. Sed hoc scelus a vestro sancto apostolatu est resecandum, tam de illo quamque etiam de transgressore Clemente, qui sacros canones spernit atque expositionem[b] sanctorum patrum Ambrosii, Augustini et ceterorum respuit dicta sanctorum. Sed isti iuxta factis et transgressionibus suis[c] dignam suscipiant sententiam'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quia hodie iam tardior hora est, venturo secretario etiam conscriptam vitam et orationem, quam sibi exposuit, vel cetera quae utebatur, dum nobis relecta fuerint, communi consensu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractandum est'. 745

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo augusto Constantino[d] magno imperatore anno XXVI, post consolatum[e] eius anno V, mense Octobri, die XXV, indictione XIIII. Praesedente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa in patriarchio Lateranense, in basilica quae appellatur Theodori: consedentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silva Candida, Benedicto Nomento, Venantio Penestre, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostense, Gratioso Villitrias; seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordanne, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustathio, Procopio atque Theophanio.

Praepositis in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Iuxta vestri sancti apostolatus praeceptionem, quam in praeterito secretario iussistis, Denéardus relegiosus presbiter adest prae velo. Quid praecipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus esset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Actus illius nefandissimi Aldebereti sive cetera illius conscripta, quae praeterito secretario prae manibus gerebas, coram praesente concilio porrige legenda'. Et accipiens[f] Theophanius notarius regionarius et sacellarius relegit vitam illius, cuius initium tale est:

'In nomine domini nostri[g] Iesu Christi. Incipit vitam sanctum et beatum Dei famulum, praeclarum atque totum speciosum, ex electione Dei natum, sanctum Aldeberetum episcopum. De simplicibus parentibus fuit procreatus et de gratia Dei est coronatus. Quia dum in utero matris suae erat, ibidem gratia Dei caepit et, antequam pervenisset beatissima nativitas eius, sic vidit genetrix eius, quasi per visionem, egredientem vitulum de dextero latere suo. Quia qui vitulus illi designabat illam gratiam[h], quam acceperat ab angelo, antequam exiret de vulva ....'.

Cumque hic libellus usque ad finem relectus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quid ad haec blasphemia[i] responditis[k], sanctissimi fratres?' Epiphanius sanctissimus episcopus sanctae aecclesiae Silvae Candide dixit: 'Certe, apostolice[l] domine, ex divina inspiratione motum est cor sancti vestri apostolatus, ut praedictum Bonifatium, sanctissimum fratrem nostrum, episcopum quamque Francorum principes commoneretis, quatenus in partibus illis post longa tempora concilium aggregaretur sacerdotum, ut haec scismata quamque blasphemiae usquequaque sancto vestro apostolatui minime celarentur'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Si quid adhuc habet Denéardus relegiosus presbiter nobis porrigere relegendum,

a) aldeberctus *2*. b) expositiones *2*. c) *corr. in* iuxta facta et transgressiones suas *2*. d) a deo coronato *excidisse videtur J.* e) consulatum *2*. f) acipiens *1*. g) *om. 2*. h) illa gratia *2*. i) *corr. in* blasphema *2*. k) respondetis *2*. l) apostolicae *1*.

745 porrigat'. Deneardus relegiosus presbiter respondit: 'Ecce domine epistolam, quam utebatur, et divulgabat esse Iesu et de caelo cecidisse'. Et accipiens Theophanius notarius regionarius et sacellarius relegit. Cuius initium tale est:

'In Dei nomine. Incipit epistola domini nostri Iesu Christi filii Dei; qui in Hierosolima cecidit, et per Michael archangelum ipsa epistola inventa est ad portam Effrem. Et per manus sacerdotis nomine Icore epistola ista fuit[a] relecta ipsa exemplata; et transmisit ipsam epistolam ad Geremiam[b] civitatem ad alio sacerdoti[c] Talasio. Et ipse Talasius transmisit ipsam epistolam ad Arabiam civitatem alio sacerdoti[d] Leoban. Et ipse Leobanus[e] transmisit epistolam istam ad Vetfaniam civitatem; et recepit epistolam istam Macrius sacerdos Dei et transmisit ipsam epistolam in monte sancto archangelo Michael. Et ipsa epistola per manus angeli Domini pervenit ad Romanam[f] civitatem, ad locum sepulcri sancti Petri, ubi claves regni caelorum constitutae sunt. Et XII papati, qui sunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias in ieiuniis, in orationibus, per diebus et noctibus ....' et cetera usque ad[g] finem perlecta.

Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Pro certo, karissimi fratres, et praedictus in insaniam conversus Aldebertus et omnis, qui hanc utitur scelere commentatam epistolam, parvulorum more absque memoria mentium esse possunt et quibusdam mulieris insaniunt sensibus. Sed ut ne leviores adhuc amplius decipiant, indiscussam et absque sententia causam hanc in eum relinquere minime possumus'. Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Ex divina inlustratione cognoscimus cor sancti vestri apostolatus inluminatum; et quae a vobis dicta sunt ex administratione sancti spiritus emanarunt. Et idcirco, ut a vobis praevisum fuerit, in utrisque sententia promulgetur'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Non ut a nobis solis praevisum fuerit, sed pariter cum sanctitate vestra est pertractandum. Sed, si Domino placuerit, in futuro secretario, quod rectum praevisum fuerit et Dominus suis famulis administraverit[h], ex omnibus actis promulgabitur sententia'.

In nomine domini Dei et[i] salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domno piissimo augusto Constantino[k] magno imperatore anno XXVI, post consulatum eius anno V, mense Octobrio, die XXV, indictione XIIII. Praesedente sanctissimo ac beatissimo domno Zacharia papa in patriarchio Lateranense, in basilica quae appellatur Theodori; consedentibus etiam cum eo sanctissimis episcopis Epiphanio Silva Candida, Benedicto Nomento, Venantio Penestrae, Gregorio Portuense, Niceta Gabiis, Theodoro Ostense, Gratioso Villitrias; seu venerabilibus presbiteris, id est Iohanne archipresbitero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anastasio, Georgio, Sergio, Iordanne, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Eustathio, Procopio atque Theophanio.

Praepositis in medio sacrosanctis evangeliis, adstantibus quoque diaconibus vel cuncto clero, Gregorius notarius regionarius et numenculator dixit: 'Secundum quod a vestro sancto apostolatu praeceptum est in praeterito secretario, ut Denedardus relegiosus presbiter hodie se vestris obtutibus praesentaret, praesto est prae foribus. Quid praecipitis?' Dictum est: 'Ingrediatur'. Cumque ingressus fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Habes adhuc ex sacrilegorum illorum conscripto, ut coram concilio porrigere debeas relegendum?' Deneardus relegiosus presbiter

a) *om. 1.* b) hieremiam 2. c) alium sacerdotem 2. d) ad alio sacerdote 2. e) leobanius 2. f) romam 2. g) in 2. h) adminystraverit 1. i) et *om. 1. 2.* k) a deo coronato *excidisse videtur. J.*

respondit: 'Etiam, domine mi, habeo orationem, quam sibi Aldebertus conponere nisus 715 est; et ecce prae manibus eam gero. Iubete eam suscipi'. Et accipiens relegit in his sermonibus orationem, cuius initium tale est:

'Domine Deus omnipotens, Christi filii Dei pater, domini nostri Iesu Christi, et A et Ω, qui sedis super septimo throno et super Cherubin et Seraphin: pietas magna et dulcitudinis satis est apud tibi. Pater sanctorum angelorum, qui fecisti caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, te invoco et clamo et invito te super me miserino, quia tu dignus fuisti dicere: Quodcumque petieritis a patre in nomine meo, Cf. Ioh. 16, 23. dedi[a] vobis. A te peto, a te clamo, a domino Christo confido animam meam'. Cumque per ordinem legeretur, pervenit ad locum, ubi ait: 'Praecor vos et coniuro vos et supplico me ad vos, angelus Uriel, angelus Raguel, angelus Tubuel, angelus Michael, angelus Adinus[b], angelus Tubuas, angelus Sabaoc, angelus Simiel'.

Dum vero haec oratio sacrilega usque in finem perlecta fuisset, Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Quid ad haec, sanctissimi fratres, respondituis?' Sanctissimi episcopi et venerabiles presbiteri responderunt: 'Quid aliud agendum est, nisi ut omnia, quae nobis relecta sunt, igni concrementur, auctores vero eorum anathematis vinculo pervellantur? Quia octo nomina angelorum, quae in sua oratione Aldebertus invocavit, non angelorum, praeterquam Michaelis: sed magis demones in sua oratione sibi ad prestandum auxilium invocavit. Nos autem, ut a vestro sancto apostolatu edocemur et divina tradit auctoritas, non plus quam trium angelorum nomina cognoscimus, id est Michael, Gabriel, Raphael. Vel siquidem iste[c], sub obtentu angelorum, demonum nomina introduxit'. Zacharias sanctissimus ac beatissimus papa dixit: 'Optime provisum est a vestra sanctitate, ut conscripta illius omnia igne cremarentur; sed oportunum est, ut ad reprobationem eius in sancto nostro scrinio reserventur ad perpetuam eius confusionem. Nunc vero, quia omnia peracta sunt, de utrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, pertractandum est'.

Universum concilium dixit: 'Aldebertus, cuius nobis actus et nefaria commenta relecta sunt, et quia se apostolum censuit nominare et capillos et[d] ungulas suas populis pro sanctualia tribuebat, seducens populum diversis erroribus, qui etiam sub obtentu angelorum in suo auxilio demones invocat, sit ab omni officio sacerdotali alienus, agens poenitentiam pro commissis, et amplius iam populum minime seducat. Sin autem in his erroribus perseveraverit et populum amplius seduxerit, sit ei anathema et aeterno Dei iudicio condempnetur[e], vel omnis, qui ei consenserit aut eius secutus fuerit doctrinam aut adiunctus fuerit illi. Similiter autem et Clemens, qui per suam stultitiam sanctorum patrum statuta respuit vel omnia sinodalia acta, inferens etiam christianis iudaismum, dum praedicet, fratris defuncti accipere uxorem, insuper et dominum Iesum Christum descendentem ad inferos omnes pios et inpios exinde praedicat abstraxisse, ab omni sit sacerdotali officio nudatus et anathematis vinculo obligatus pariterque Dei iudicio condempnatus, vel omnis, qui eius sacrilegis consenserit predicationibus'.

† Zacharias, episcopus sanctae Dei catholicae[f] atque apostolicae urbis Romae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Epiphanius, episcopus sanctae aecclesiae Silvae Candidae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Benedictus, episcopus sanctae aecclesiae Nomentane, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

---

a) dedo *2*. b) adiniis *2*. c) vel si qui de misterio *1*. d) atque *1*. e) contempnetur *1*. f) ęcclesiae *1*.

745 † Venantius, episcopus sanctae aecclesiae Penestrinae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gregorius, episcopus sanctae aecclesiae Portuensi, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Nicetas, episcopus sanctae aecclesiae Gabinatis, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theodorus, episcopus sanctae aecclesiae Ostense[a], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gratiosus[b], episcopus sanctae aecclesiae Velliternense[c], his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Iohannes, archipresbiter tituli sanctae Susannae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gregorius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Clementis, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, gratia Dei presbiter sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Marci, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Eusebii, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Dominicus, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Priscae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theodorus, humilis presbiter sanctae Romanae ecclesiae tituli sancti Laurentii, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Anastasius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Mariae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Georgius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctorum Iohannis et Pauli, his gestis atque sententiae a nobis[d] promulgatis subscripsit.

† Sergius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Potentiane, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Iordannes, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Sabinae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Theophanius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctorum quattuor coronatorum, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Leo, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Anastasiae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Leo, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli Damasi, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Gregorius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sanctae Balbinae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Stephanus, presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Chrissogoni, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Eustathius, humilis presbiter sanctae Romanae aecclesiae, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

† Procopius, indignus presbiter sanctae Romanae aecclesiae tituli sancti Cyriaci, his gestis atque sententiae a nobis promulgatis subscripsit.

a) hostense *2.* b) gratoosus *2.* c) villiternense *2.* d) a nobis *om. 1.*

60.

Zacharias papa Bonifatium confirmat et consolatur. Acta synodi in Francorum provincia habitae probat. Sedem metropolitanam ei Coloniae constitutam confirmat. De consecratione et baptismate per falsos sacerdotes factis; de sacerdotibus deiectis; de suis ad Francorum principes litteris; de Francorum censu; de synodo Romana; de Geoleobo episcopo; de concilio in Francorum provincia quotannis agendo. 745 *745 Oct. 31.*

Codd. 1 (fol. 35'), 2 (fol. 25), 4 (fol. 184')[a].
Edd. S 138, W 70, G 60, J 51. — Jaffé, Reg. 2274 (1749).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.

Cum nobis sanctissime fraternitatis tuae syllabae delate fuissent atque per singula relegi fecissemus et repperissemus in earundem litterarum tuarum serie, quod, peccatis nostris facientibus, dum dominici tritici semina quaereres elaborare ad augendam segetem spiritalem, subito inimici superseminant zizania, ut sanctitatem tuam in bono opere impediant: sed tua sancta fraternitas incessanter orationi instet pariter cum fratribus, qui secum laborant, et spiritales sarculos construens et zizania eradicens[b] deportet ad conburendum, ut beatus Gregorius papa[1]: 'Bonum' inquit 'opus vobis sit in voluntate; nam ex divino erit adiutorio in perfectione'. His ita se habentibus, carissime frater, confortare in Domino, et ipse erit adiutor tuus. Cf. Matth. 13, 25.

De incursione autem gentium, quae in tuis plebibus facta est, merendum nobis est. Sed haec adversitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet. Quia et Romana civitas ex accidentibus facinoribus sepius est depopulata, et tamen omnipotentia[c] sua Dominus ex supernis eam dignatus est consolare[d]. Sic etenim credimus, quia et vos consolabitur. Sed populis tibi commissis, reverentissime frater, praedica ieiunium, supplicationes apud Deum laetaniarum: et supereminens clementia eius adiuvabit vos. Te autem, ut praediximus, nullatenus adversa conturbent; sed in bono opere, quod caepisti, nullo modo deficias. Nos vero, licet inmeriti et peccatores exsistamus, nostris precibus vel consacerdotum nostrorum, in quantum possumus, adiuvamus.

De synodo autem congregata[e] apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino[f] et Carlomanno[g] excellentissimis filiis nostris, iuxta nostrarum syllabarum commonitionem, peragente nostra vice[h] tua sanctitate, qualiter egisses, cognovimus. Et omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adiutores existerent. Et omnia optime et canonice peregisti tam de falsis episcopis et fornicariis et scismaticis quamque[i] etiam et in reliquis nomine sacerdotibus contra canonum instituta agentibus vel contra catholicam et apostolicam Dei aecclesiam. De quibus secundum tuam relationem per singula respondemus.

De eo namque quod suggessisti, quod elegerunt unam civitatem omnes Francorum principes coniungentem usque ad paganorum fines et in partes Germanicarum gentium, ubi antea praedicasti, quatenus[k] ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas et inde ceteros episcopos ad viam instrueres rectitudinis et post tui successores perpetuo iure possideant: hoc, quod decreverunt, nos laeto suscepimus

60. a) *Sine lemmate 1;* alia de gawileobo et ceteris abiciendis et agrippina metropoli id est colonia *2;* eiusdem ad bonefacium *P.* b) *corr. in* eradicant *2;* eradicans *4.* c) potentia *2.* d) *corr. in* consolari *2;* consolari *4.* e) congregato *1, corr. in* congregata *2.* f) pipino *4.* g) Carolomanno *4.* h) *corr. in* nostram vicem *2.* i) quanque *4.* k) quatinus *4.*

1) *Homil. in evang. l. II homil. 21, ed. Benedictin. I, 1526.*

745 animo, eo quod ex Dei nutu factum est. Vel siquidem falsi sacerdotes et scismatici hoc impedire conati sunt, quorum vanum agonem Dominus dissipabit[a], et illa faciet stabilita, quae sanctorum patrum statutis conveniunt concordare. Et quia tibi ipsi principes Francorum etiam in hoc adiutores exstiterunt, retribuat illis omnipotens Deus vicissitudinis premium et innumera largiatur bona.

Nam de illo similiter falso episcopo, quem dixisti — adulterati clerici et homicidae filius in adulterio natus et absque disciplina nutritus[b], et cetera mala et horribilia, quae per singula enarrasti, ac per hoc et sui similes sacerdotes consecravit — de hoc, meminit tua reverenda fraternitas, quia[c] tibi iam vicibus scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat obtrectare, sed neque expenitentes[d] aut talis, qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem[1]. De baptizatis vero ab illis seu aecclesiis consecratis requirat tua fraternitas, si aut aecclesias in nomine trinitatis consecravit aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur. Et sic[e] consecratio aecclesiarum et parvulorum baptisma sit confirmatum.

Et hoc pariter suggessisti, quod illi, qui a te[f] proiecti sunt sacerdotes, a nobis absolutos se apud Francorum provinciam devulgentur[g]. Quod tua sancta fraternitas nullo modo credat; quia — quod inpossibile est — si hoc fecissemus, tuae caritati per nostras indicassemus litteras. Sed hoc, quod inpossibile est, nullo modo credas. Quia non aliud praedicamus et aliud agimus aut dirigimus, ut[h] illi garriunt; sed auxiliante Deo illud, quod praedicamus, fine tenus observandum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam, firmissime ut teneas, hortamur — ut sanctorum patrum institutis et consultis sacrorum canonum omnimodo assequi[i] debeas —, quia nos nullatenus aliud praedicamus aut aliud agimus.

Nam de eo quod obsecrasti, ut Francorum principibus scriberemus vel ceteris Francis: ut petisti, eis per singula scripsimus, ut tibi et amici sint et adiutores in dominico opere existant.

De censu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum aecclesiis vel monasteriis non potuisti, quam ut in[k] vertente anno ab unoquoque coniugio servorum XII denarii reddantur; et hoc gratias Deo, quia hoc potuisti impetrare — et dum[l] Dominus donaverit quietem, augentur et luminaria sanctorum — pro eo, quod nunc tribulatio accidit Saracinorum[m], Saxonum vel Fresonum[n], sicut tu ipse nobis innotuisti.

De eo namque quod interrogasti, quod illi, qui depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali — dum eos repperisses adulteros, homicidas, ut nec sacerdotes nec clerici esse possint[o], nec sub penitentia monachi esse volunt — sed pergentes apud palatium regis Francorum rogant, ut eis loca tribuat aecclesiarum vel monasteriorum, ut laicam vitam[p] vivant, dispergentes sanctorum loca: sed et de hoc pariter, qualiter fieri debeat, Francorum principibus commonentes direximus.

In[q] alia quippe tua epistola[2] repperimus contineri omnia, quae contra te egerunt falsi et scismatici episcopi, id est[r] Aldebertus et Clemens: per quae omnia acta ipsorum et impiissimum errorem singillatim indicasti. Nos vero, congregatis fratribus et consacerdotibus nostris, eorundem pravorum sceleratissima acta in eorum praesentia relegi fecimus. Et dum nobis coram concilio relecta fuissent, pio studio omnes, eadem[s] scismatica dogmata ipsorum seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus con-

a) dissipavit *1. 2.* b) nutritum *4.* c) quod *corr. in* quot *2.* d) penitens *4.* e) sic et *4.* f) ante *pro* a te *1. 4.* g) *corr. in* divulgent *2;* divulgent *4.* h) quod *4.* i) obsequi *4.* k) *delevit corrector in 4.* l) *om. 4.* m) *corr. in* sarracenorum *2;* sarracenorum *4.* n) frisonum *2.* o) possunt *4.* p) *corr. in* laica vita *2.* q) I *in* In *literis rubris 4.* r) id est *om. 4.* s) eodem *1.*

1) *V. ep. 51 supra p. 305.* 2) *supra p. 317.*

scribere fecit, una voce exclamaverunt, ut igni cremarentur. Sed nos hoc non fieri[a] 745
rectum iudicavimus, pro eo quod — ad reservandum sive in aeternum eos condemnandum — in scrinio sanctae aecclesiae reservanda mandavimus: suscipientes ipsi dignam sententiam. Cuius instar[1] actionis ad tuam direximus fraternam sanctitatem, ut, relecta in provincia Francorum, omnis scismaticus audiens taliter a sancta Dei catholica et apostolica aecclesia iudicatum a sensus sui pravitate resipiscat.

In tertia[b] namque tua epistola intimasti nobis de alio seductore nomine Geoleobo[c], qui antea false episcopi[2] honore fungebatur, et quia sine cuiuscumque consultu apud nos properat. Et[d] dum advenerit, ut Domino placuerit, fiet.

Tua autem reverentia, ut auxiliante Domino coepit, vice nostra volumus ut omni anno apto tempore in Francorum provincia concilium debeat celebrare[e], ut, frequentia sacerdotum sive institutis[f] sacrorum canonum[g] mediantibus, illuc[h] quid adversum nullo modo valeat pullulare; sed magis, aecclesiae Dei unitas et disciplina catholica[i] atque apostolica ubique in illis partibus dilatata, cunctae populorum turbae etiam in occiduis partibus veri catholici esse possint et non amplius per falsos sacerdotes erroribus involuti demergantur in interitum. Dum vero concilium aggregaveris, sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis, quos confirmavimus, de eo quod dixisti, ut nullus sine commendaticiis suscipiatur epistolis. Tamen — et pro hoc ipso et pro omnibus — Francorum principibus commonitionis direximus litteras, ut iam superius fati sumus.

De civitate namque illa, quae nuper Agrippina[k] vocabatur, nunc vero Colonia, iuxta petitionem Francorum per nostrae auctoritatis praeceptum nomini tuo metropolim confirmavimus; et tuae sanctitati direximus pro futuris temporibus eiusdem metropolitanae aecclesiae stabilitatem.

Deus te incolomem custodiat, reverentissime et sanctissime frater.

Data pridie[l] Kalendas Novembris, imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno XXVII[3], post consulatum[m] eius anno V, indictione XIIII.

61.

Zacharias papa omnes clericos laicosque per Gallias et Francorum provincias constitutos laudat, quod in synodo a Pippino et Carlomanno convocata ad Bonifatii praecepta sacerdotes perversos expulerint. Victoriam promittit. De synodo quotannis habenda[4]. *745 (Oct. 31).*

Codd. 1 (fol. 34), 2 (fol. 24), V2 = Vatic. Palat. 583 (s. X fol. 53'), M2 = Monac. 27246 (s. XI fol. 69'), BL = Benedicti Lev. can. collect. V, 1 (p. 45)[a].

Edd. S 137, W 50, G 48, J 52. — Jaffé, Reg. 2275 (1744).

---

a) fieri hęc non *4.* b) (I)n tercia *4.* c) geolobo *corr. in* geolebo *4.* d) *deletum est in 2.* e) celebrari *4.* f) instituta *1, corr. in* institutis *2.* g) canonorum *4.* h) *corr. in* illic *2;* illic *4.* i) ecclesiastica *corr. in* vel catholica *4.* k) agripina *4.* l) pridiae *1.* m) imp̄ *1;* imperii *4;* p *2, ubi manus posterior superscripsit* imperii *et* p *delevit;* post consulatum *scr. Jaffé.*

61. a) *Sine lemmate 1;* epistola zachariae de synodo, quam habuit sanctus bonifatius cum episcopis ac servis dei consentiente pipino et carlomanno *2;* epistola (epistula *V2*) zachariae papae francis et gallis directa *V2. BL.*

1) *exemplum.* 2) *Moguntini.* 3) *immo XXVI.* 4) *Hanc epistolam anno 745. circ. d. 31. Oct., non anno 742., scriptam esse, docuit Hahn, Jahrbücher des Fränkischen Reichs 741—752 p. 192 et 193. J.*

745 ZACHARIAS PAPA UNIVERSIS EPISCOPIS, PRESBITERIS, DIACONIBUS, ABBATIBUS, CUNCTIS ETIAM DUCIBUS, COMITIBUS OMNIBUSQUE DEUM TIMENTIBUS PER GALLIAS ET FRANCORUM PROVINCIAS CONSTITUTIS.

Referente nobis reverentissimo atque sanctissimo fratre[a] nostro Bonifatio episcopo, quod — dum sinodus[b] aggregata[c] esset in provincia vestra iuxta nostram[d] commonitionem, mediantibus filiis[e] nostris Pippino[f] et Carlomanno[g] principibus vestris, peragente etiam[h] vice nostra[i] praedicto Bonifatio[k] — Dominus autem[l] inclinasset[m] corda vestra cum principibus vestris in praedicatione[n] eius, ut omnibus commonitionibus eius oboediretis et falsos et scismaticos et homicidas et fornicarios a vobis expelleretis sacerdotes, omnipotenti Deo nostro gratias egimus[o]. Et pro vobis incessanter[p] sumus orantes, ut, qui coepit in vobis opus bonum, perficiat usque in finem.

Obsecro[q] enim omnes vos coram Deo, ut eius commonitionibus firmiter oboediatis. Ipsum enim vice nostra in partibus illis ad praedicandum constitutum habemus, ut vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, et a cunctis facinoribus salvi esse possitis. Habuistis enim peccatis facientibus nunc usque falsos et erroneos sacerdotes. Unde et cunctae paganae gentes vobis pugnantibus praevalebant, quia non erat differentia inter laicos et sacerdotes, quibus pugnare licitum non est. Qualis enim victoria datur, ubi sacerdotes una hora dominica pertractant mysteria et Christi[r] dominicum porrigent[s] corpus pro suarum animarum redemptione et post christianos, quibus hoc ministrare[t] debuerant, aut paganos, quibus Christum praedicare, propriis sacrilegisque
Matth. 5, 13. manibus necant? Et fit secundum Domini verbum[u]: 'Vos estis sal terrae; quod si sal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum[v] valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus'. Et dum haec ita sint et tales in vobis fuerint sacerdotes, quomodo victores contra vestros inimicos esse poteritis? Nam si mundos et castos ob omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes, ut sacri praecipiunt canones et[w] nostra vice praedicat prefatus Bonifatius[x] frater noster, et ei in omnibus oboedientes exstiteritis[y], nulla gens ante vestrum conspectum stabit, sed corruent ante faciem vestram omnes paganae gentes, et eritis victores; insuper et bene agentes vitam aeternam possidebitis.

Vos[1] autem, karissimi[z] fratres, qui estis veri sacerdotes vel sub regulari[a]
Cf. 2. Cor. 6, 4. 3. disciplina constituti, sic vosmet ipsos exhibete[b] ut certe[c] Dei ministros et dispensatores mysteriorum[d] Dei; ut non vituperetur ministerium[e] vestrum[f], ne fiat in vobis,
Isai. 24, 2. quod[g] scriptum est: 'Erit sicut populus sic[h] sacerdos'. Et si hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis a Deo exspectatur retributio? Sed sic[2] vos corrigite ut veri sacerdotes et tales ad sacerdotium producite[i], ut et vobis et illis testi-
Cf. 1. Tim. 3, 7. monium maneat bonum ab his, qui foris sunt; quatenus[k] ab hominibus vobis adquiratis laudem et[l] a Deo mercedis praemium in aeterna beatitudine percipere mereamini,

a) fratri *M2*. b) synodus *M2*. c) adgregata *V2. BL.* d) vestram *M2*. e) *om. 1.* f) pipino *V2. BL.* g) karolomanno *M2*; karlomanno *BL.* h) etenim *M2*. i) *corr. in* vicem nostram *2.* k) metropolitano bonifacio *M2*; metropolytano bonifatio *V2. BL.* l) *om. V2. M2. BL.* m) illuminasset *V2. M2*; inluminasset *BL.* n) predicationem *V2. M2. BL.* o) agimus *M2*. p) incessantes *corr. in* incessanter *M2*. q) Obsecramus *BL.* r) christianis *2. V2. M2. BL.* s) *corr. in* porrigunt *2*; porrigunt *V2. M2. BL.* t) minystrare *1.* u) praecipue dicente eis domino *pro* et — verbum *V2. M2. BL.* v) nichilum *M2*. w) ut *M2*. x) bonifacius *M2*. y) extiteritis *V2. M2.*
[a) l. 30] z) carissimi *M2*. a) regali *BL.* b) exibete *M2*. c) certos *BL.* d) ministeriorum *1*; ministeriorum *corr. in* misteriorum *V2. M2.* e) minysterium *1.* f) nostrum *1. V2.* g) sicut *2. V2. M2. BL.* h) sic et *V2.* i) perducite *V2. BL.* k) quatinus *V2. BL.* l) ut *BL.*

1) Vos autem — sacerdos *repetit paucis mutatis Pseudoisidor. ep. Anacl. 40 p. 86 ed. Hinschius.* 2) Sic — inconcussa *repetit Pseudoisid. ep. Anacl. 41 l. l.*

eo quod per vos ad Christi perducti sunt rectam fidem, innoxios habentes sacerdotes. 745
Ad synodum namque omni anno convenite ad pertractandum de unitate aecclesiae; et si quid adversi acciderit, radicitus amputetur, et Dei aecclesia maneat inconcussa. Bene valete[a].

62.

Gemmulus diaconus Romanus Bonifatio de synodo Romae peracta significat. Se monacharum commendatarum curam habiturum esse. Munera mittit. *745 Oct.*

Codd. 1 (fol. 63'), 2 (fol. 48), P[a].
Edd. S 148, W 68, G 58, J 53.

DOMINO SANCTISSIMO APOSTOLORUMQUE MERITIS DECORATO BONIFATIO ARCHIEPISCOPO GEMMULUS INDIGNUS DIACONUS SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE[b].

Summis et Deo amabilibus apicibus acceptis, cum magno et omni, quo condecet, honore et veneratione relegi. Et quia post tot tempora merui ex vestris syllabis visitari, omnipotenti Deo nostro gratias egi, qui me, indignum famulum suum, etiam de vestra letificavit incolomitate. Igitur omnia, quae nobis per nunc directas litteras praecepistis, ut Dominus vires donare dignatus est, adimplevimus[c], sed et ea, quae domno apostolico[1] suggessistis[d], per nos sunt suscepta et adnuntiata atque relecta[e]. Et nos ea pertractantes, omnia scripta, quae vobis[f] ab eo directa sunt, a nobis esse dictata iuxta vestram voluntatem, cognoscite.

Sed et, quod vos non sperabatis, fieri suggessimus. Et facta est synodus sacerdotum, praesedente domno apostolico. Et relecta est sacrilega illius Aldeberti nefandissimi vita et omnia opuscula illius[g] coram synodo, pariter et epistola sanctissimae paternitatis vestrae, ubi de illo et de Clementis dementia suggessistis. Et sic gesta peracta, sententia anathematis in eis promulgata est vel in omnibus, qui eorum nefandam secuti fuerint sectam; cuius instar[2] vobis a domno apostolico directa est. Et haec coram presentia praesentis fratris nostri Deneardi[3], venerabilis presbiteri, acta sunt; et ipse vobis ore proprio poterit enarrare, quod omnia ista per nos acta sunt.

Nam pro certo cognoscite, sanctissimę pater, quia in omnibus me paratum offero vestris obtemperandum praeceptis. Tantummodo peto, ut pro nobis orare iubeatis. Scio enim, quia, vestris orationibus adiuvatus, erutus sum a temptationibus inimici et misertus Dominus suo famulo medelam[h] tribuit. Et diversis infirmitatibus circumdatus, quamquam indignus, illud apostoli sequor consolationis dictum, quo ait: 'Dum 2.Cor. 12, 10.
infirmor, tunc potens sum'; et: 'Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet 2.Cor. 12, 9.
in me' per vestras sanctas praeces 'virtus Christi'.

Venerandas namque sorores nostras et Dei ancillas, quae apud limina sanctorum principum apostolorum properaverunt, quas etiam nobis vestra sancta paternitas commendare iussit, in quantum Dominus vires donare dignatus fuerit, curam earum habemus propter vestram sanctam praeceptionem.

---

a) bene valete *om. M2.*

62. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola gemmuli diaconi ad bonifatium archiepiscopum *2.* b) domino — apostolicae *om. P.* c) adimplemus *1.* d) suggessisti *P.* e) adque relicta *1.* f) a vobis *P.* g) eius *2.* h) medellam *1.*

1) *Zachariae.* 2) *exemplum. Cf. supra p. 325 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 316.*

745-c. 746 Benedictionem etenim, quam nobis direxistis, suscepimus, id est poculum argenteum et syndonem unam. Quam in duplici suscepimus benedictione, eo quod a tanto patre meruimus visitari. Et licet[a] retribuere non valeamus, tamen ad vicem[b] caritatis cum magna reverentia dreximus cinnamomum uncias IIII, costum uncias IIII, piper libras II, cozumbrem libram I. Quae[c] peto ut absque iniuria suscipere iubeatis; et ut pro nobis orare dignemini, omnimodo deposco.

Incolumem sanctissimam[d] paternitatem vestram divina conservet maiestas, orantem pro nobis, domine et meritis apostolorum decorate pater.

63.

Bonifatius Danielem episcopum Vintoniensem de perversorum sacerdotum communione consulit. Petit, ut prophetarum librum a Winberto abbate exaratum sibi impertiatur. Munera mittit. Oculis captum consolatur. *c. 742—746.*

Codd. 1 (fol. 73'), 2 (fol. 57), 3 (fol. 2'), P[a].
Edd. S 3, WG 12, J 55.

DOMINO DILECTISSIMO DANIELI[b] EPISCOPO[1] BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Consuetudo apud homines esse dinoscitur, cum aliis[c] triste et honerosum quid acciderit, ancxiatae mentis solacium vel consilium ab illis quaerere, de quorum maxime[d] amicitia vel sapientia et foedere confidunt. Eodem modo et ego de paternitatis vestrae probabili sapientia et amicitia confidens vobis fessae mentis angustias expono et vestrae pietatis consilium et solacium quaero. Sunt enim nobis iuxta dictum apostoli
2. Cor. 7, 5. non solum 'foris pugne et intus timores', sed etiam intus pugnae simul[e] cum timore, maxime semper per falsos sacerdotes et hypochritas, qui et Deo adversantur et sibi perduntur et populum per plurima scandala et varios errores seducunt, dicentes po-
Ier. 6, 14. pulis iuxta dictum prophetae: 'Pax, pax! et non est pax'. Et semen verbi, quod de sinu catholicae et apostolicae ecclesiae sumptum et nobis commendatum seminare aliquantulum studemus, illi cum lolio superseminare et suffocare nituntur vel in herbam pestiferi generis convertere. Et quod plantamus non inrigant ut crescat, sed evellere student ut marcescat, offerentes populis et docentes novas sectas et diversi[f] generis
1. Tim. 4, 3. errores. Quidam 'abstinentes a cibis, quos Deus ad percipiendum creavit'; quidam, melle et lacte proprie[g] pascentes se, panem et ceteros abiciunt cibos; quidam autem adfirmant, quod plurimum populo nocet, homicidas vel adulteros in ipsis sceleribus perseverantes fieri tamen[h] posse Dei sacerdotes. Populi autem iuxta dictum apostoli
2. Tim. 4, 3. 'sanam doctrinam non sustinebunt[i], sed coacervabunt[k] sibi magistros secundum sua desideria' et reliqua.

Nos quidem, patrocinatus auxilium in palatio Francorum quaerentes, a talium corporali communione abstinere et segregare nos iuxta praeceptum canonum non pos-

a) liceat *P.* b) ad invicem *P.* c) qua *1. 2.* d) sanctissime *P.*

63. a) *Lemmata:* item epistola bonifacii archiepiscopi ad danielem *1. 2;* item epistola bonifacii archiepiscopi. epistola beati bonifati episcopi *3; sine lemmate P; v. p. 12 et 13 n. 1 editionis Jaffeanae.* b) danielo *3, corr. in* danieli *1.* c) alii *2. 3. P; an* illis? *Jaffé.* d) maxima *2.* e) *om. P.* f) diversis *P.* g) propriae *1.* h) tum *P.* i) sustinent *2.* k) coacervant *2;* coacerbant *3.*

1) *Vintoniensi, 705—746. V. supra p. 257 n. 1.*

sumus: nisi hoc tantum, quod per[a] sacra missarum sollemnia[b] in sacris mysteriis c. 742-746
corporis et sanguinis Domini cum eis non communicamus[c]. Sed et consilium et consensum illorum devitamus. Nam talibus et cum paganis et cum permixta et plebeia multitudine nostri labores et pugnae forasticae[1] videntur esse. Immo[d] vero, quando quis de gremio matris ecclesiae presbiter vel diaconus, clericus vel monachus discedit[e] a fide et veritate, tum deinde prorumpunt[f] cum paganis in contumelias filiorum aecclesiae. Et erit obstaculum horrendum evangelio gloriae Christi.

De his namque omnibus, ut sine detrimento animae cursum ministerii[g] nostri implere possimus, in primis paternitatis vestrae apud Deum intercessionem quaerimus. Et intimis per Deum obsecramus precibus, uti pro nobis intercedere dignemini, ut pius laborantium consolator Deus inter tales turbines diversarum causarum animas nostras inlesas et sanas a peccatis custodire dignetur.

De supra dicta autem dictorum sacerdotum communione salubre[h] consilium vestrum audire et exaudire inhianter desidero. Sine[i] patrocinio principis Francorum nec populum aecclesiae regere nec presbiteros vel clericos, monachos vel ancillas Dei defendere[k] possum; nec ipsos paganorum ritus et sacrilegia idolorum in Germania sine illius mandato et timore prohibere valeo. Cum autem ad illum, de istis[l] causis auxilium quaerens, pervenero, a talium communione abstinere canonice nullatenus corporaliter possum, nisi tantum a consensu illorum. Nam ego de illa communione culpam timeo, quia recolo, me ordinationis meae tempore iuxta praeceptum Gregorii[2] papae iurasse in corpore sancti Petri, talium communionem me declinaturum, si eos ad viam canonicam convertere nequiverim[3]. Set item[m] timeo magis[n] damnum de praedicatione, quam populis inpendere debeo, si ad principem Francorum non venero. De istis[o] quid paternitas vestra tristi et dubitanti filio decernere et iudicare et mandare ad consilium voluerit, indicare dignemini. Mihi enim maxima ex parte ab illis segregatus esse videor, si ab illis voluntatis consilio et consensu et aecclesiastico ministerio, ubi canonici non sunt, abstinuero.

Praeterea paternitatis vestrae clementiam de uno solacio peregrinationis meae intimis precibus diligenter rogare velim[p], si praesumam; id est, ut librum prophetarum, quem venerandae[q] memoriae Winbertus[r], abbas[4] et magister quondam meus, de hac vita ad Dominum migrans[s] dereliquit, ubi sex prophetae[t] in uno corpore claris et absolutis[u] litteris scripti repperientur[v], mihi transmittatis. Et si hoc Deus cordi vestro facere inspiraverit, maius solacium vitae meae senectuti[w], et maius vobis premium mercedis, transmittere non potestis. Quia librum prophetarum talem in hac terra, qualem desidero, adquirere non possum; et, caligantibus oculis, minutas litteras ac connexas[x] clare discere[y] non possum. Et propterea de illo libro supra dicto rogo, quia tam clare discretis et absolutis litteris scriptus est.

Interea per Forthereum[z] presbiterum litteras et parva munuscula propter in-

---

a) *om. P.* b) sollempnia *1.* c) communicavimus *1, corr. in* communicamus *P.* d) immo *scripsit Jaffé pro* intimi *codd. 1. 2, quae vox* (intimi) *manu posteriore in* intime *correcta est in 3;* intimae *P.* e) et *add. 3.* f) prorumpunt *scripsit Jaffé pro* prorumpit *codd. 1. 2. 3;* demum presumpsit *pro* deinde prorumpunt *P.* g) minysterii *1.* h) commonione salubrae *3.* i) nam *addidit ante* sine *alia manus in 1.* k) *om. 1.* l) ipsis *1.* m) sed item *add. alia manus in 1, om. 3;* item *om. 2.* n) *corr. in* maius *1.* o) eis *P.* p) vellim *corr. in* volo *3.* q) verande *1.* r) wynbertus *3.* s) cum de hac vita — migravit *2.* t) profetae *3.* u) absalutis *1.* v) repperientur *1, corr. in* repperiuntur *2. 3;* reperientur *P.* w) *corr. in* senectutis *2.* x) *corr. in* conexas *2;* conexas *P.* y) discernere *P. Baron.* z) fortereum *P.*

1) *alienae, cf. infra p. 331; Aldhelm. epist. ad Acirc. (opp. ed. Giles p. 225):* seculares quoque et forasticae philosophorum disciplinae. 2) *II.* 3) *V. supra Bonifatii iuramentum p. 265.* 4) *Nutscellensis.*

c. 742-746 dicium purae caritatis transmitto vobis: id est casulam, non holosiricam[a], sed caprina
lanugine mixtam et villosam[b] ad tergendos pedes dilectionis vestrae.

Nuper quoque, revelante presbitero, qui a vestra praesentia ad Germaniam venit,
corporalis orbitatis[c] vobis contigisse cognovi. Sed — ut vos, domine, melius scitis, qui
Prov. 3, 12. vel per quem dixit —: 'Quem diligit Deus, corripit' et cetera; et Paulus apostolus:
2. Cor. 12, 10. 9. 'Quando infirmor[d], tunc potens sum': et: 'Virtus in[e] infirmitate perficitur': et psalmi-
Ps. 33, 20. graphus: 'Multe tribulationes iustorum' et reliqua. Habes, pater mi — sicut Antonius[1]
de Didimo[2] fertur dixisse — oculos[f], quibus potest Deus videri[3] et angeli eius et
supernae[g] Hierusalem gloriosa gaudia speculari. Et propter hoc, de sapientia tua et patientia confidens, credo, quia[h] hoc Deus ad profectum[i] virtutum et ad augmentum meritorum tibi dedisset, et ut eo magis spiritalibus oculis ea conspicias et desideres, quae praecipit et diligit Deus, et eo minus respicias vel concupiscas, quae non amat, sed interdixit Deus. Quid enim sunt isto[k] periculoso tempore corporales oculi nisi, ut ita dicam, maxima[l] ex parte veraciter fenestrae peccatorum, per quas aut ad[m] peccata et ad peccantes aspicimus aut, quod peius est, ad nos ipsos flagitia considerantes et concupientes contrahimus.

Valere sanctitatem vestram et pro me orare in Christo diligenter opto.

64.

Daniel episcopus Vintoniensis Bonifatio respondet. Ad perseverantiam hortatur. De sacerdotio homicidarum et adulterorum; de communione falsorum fratrum non devitanda. Gratias de consolatione agit. *c. 742—746.*

Codd. 1 (fol. 76), 2 (fol. 59) [a].
Edd. S pag. 299, WG 13, J 56.

DOMINO[b] REVERENTISSIMO ET MERITO AB OMNIBUS ORTHODOXIS AMPLECTANDO[c], MULTIPLICI SCIENTIA VARIARUMQUE VIRTUTUM GRATIA INSIGNITER DECORATO, BONIFATIO ARCHIEPISCOPO DANIEL[d], DEI PLEBIS FAMULUS, SINCERISSIMAM IN DOMINO CUNCTA CAELORUM CULMINA SUPEREMINENTI[e] SALUTEM.

Lectis litteris a tua fraternitate transmissis, multum merore commoti sumus, quod[f] hoc amantibus intollerabile visum fuerit, si his, a quibus amantur, aliquid incommodi contigerit. Quandam tamen consolationem[g], sepius revolventes, invenimus in eo, quod hostis callidi inextricabilis astutia nequaquam ritus religionis[h] vestrae[i] tanta violentia et tam variis bellorum seu errorum oppositionibus per sublimes sacerdotum vel ceterorum quorumcumque reproborum personas expugnare temptaverit, nisi etiam in illa[4] maioris meriti excellentiam agnosceret. Unde vos operam dare primitus

a) olosericam *P.* b) uuillosam *1.* c) *corr. in* corporalem orbitatem *3.* d) infirmior *P.* e) *om. P.* f) *sequitur* sicut *in 3;* sicut *in 2, corr. in* scilicet *P.* g) super rite *1. 3. P.* h) quod *1.* i) perfectum *P.* k) frater isto *P.* l) maximę *1.* m) *om. 1.*

64. a) *Sine lemmate.* b) domno *P.* c) *corr. in* amplectendo *2.* d) danihel *P.* e) praeeminenti *2;* preminenti *P.* f) quia *2.* g) consulationem *1.* h) relegionis *2.* i) vestrae *corr. in* nostrae *P.*

1) *S. Antonius Magnus.* 2) *Alexandrino, sancti Hieronymi praeceptore.* 3) *Narrat Rufinus in Hist. eccl. II c. 7 (Opp. ed. Vallarsius t. I, 278) Antonium Didymo dixisse haec:* habes oculos, quos angeli habent, et quibus Deus videtur. *Cf. Hieronymi ep. 68 ad Castratium (Opp. ed. Vallarsius t. I, 408). J.*
4) *religione vestra.*

[c. 742-746] oportet, ut incoeptio gloriosa — quae est, ut arbitror, apostolicis coequanda certaminibus — nullatenus propter illorum deseratur insidias, qui dolis instructi salutiferae solent resistere doctrinae. Sed tanto libentius inlatae difficultates ferendae sunt, quanto certius conperimus, sanctorum esse ac martyrum in mundo pressuras, in caelo autem copiosissimam, Domino promittente, mercedem[a]; quem et hic auxiliatorem, si tantum in tribulationibus tollerantiae non tedet, et illic cum iustis gavisuri remuneratorem mereamur habere. Quapropter, cum caritas excellentiae tuae consilium sibi a nostra parvitate petere dignata sit, hoc existimamus profuturum, quatenus invicta patientia perferre studeat, quod non[b] absque Dei[c] providentia provenire[d] non nesciat[e].

Quamvis ergo forasticae[1] pugnae pernicies seva sit, ipsaque atrocius[f] intestina formidanda ferocitas noceat — quod utique non miror: cum Christus Iesus olim fratrem [Cf. Matth. 10, 21.] a fratre in mortem esse tradendum testatus est, et filium a patre et parentes a nepotibus propter nomen suum necandos —; licet impugnantes per escarum superstitiosissimam observationem Dei[g] opus destrui quaerunt, quae[2] propemodum in ipso usu hominis pari detrimento peribunt — aut si, turpe lucrum sectantes, adolationis[h] gratia vel etiam ipsorum laudis, vestrae vero vituperationis, falso securitatem populis pronuntient[i] ac, ficta blanditie[k], pacis appellationem ingeminent[l] et secundum Esaie vaticinantis praesagium 'dicentes[m] malum bonum, et bonum malum' et reliqua: vel si [Isai. 5, 20.] segetem vestrae venerabilitati commissam sterile lolium interserendo suffocare conentur: quia[n] utique ante messis maturitatem in quodam commate conpescitur evelli, [Cf. Matth. 13, 30.] de quo uberius infra dicemus —; licet, inquam, actenus inaudita proferant dogmata ad decipienda minus intellegentium corda, quae vos, in divinis voluminibus optime eruditos, neque ad horam introducta latent neque etiam ea, quae eis oportune possint opponi; — sed, ne te diutius morer ducendo per singula, dicam breviter —: quanquam universa nefandae factionis argumenta ad expugnandos et adfligendos vos exerceant, tamen secundum praecedentium sanctorum exemplar, quod corrigendo curari nequit, saltem sustinendo portate.

De sacerdotio autem homicidarum et adulterorum, qui absque ulla resipiscentia in peccatis suis perdurare presumunt, satis tibi sacratissimi[o] canones ac decreta pontificum persuadent. Si igitur homicidis iugiter agentibus poenitentiam circa exitum vitae perfectio, id est communionis Christi gratia, conceditur, incorrectis qua ratione cura regimonii[p][3] christiane conversationis iniungitur? Adulter vero, quem nec sero suae inpudiciciae penituit, qua consequentia sibi sacerdotale officium usurpabit? quando — secundum statuta Innocentii papae[4] ceterorumque — qui viduam aut secundam duxerit uxorem, non modo a ministerio aecclesiastice dignitatis, verum etiam a clericatu coercetur. Cum et haec propter carnis fragilitatem indulgenter concessa sunt, adulteria vero ab omnibus peritissimis prohibentur.

A communione autem falsorum fratrum sive sacerdotum, quale consilium est tam idoneum, ut te in rebus corporalibus separatim disiungat, nisi forte de hoc mundo exire[5] incipias? quando isti ubique et semper subintroire nituntur. A quibus se peri- [Cf. 2. Cor. 11, 26.] culis implicatum Paulus apostolus adserebat. Et ceteri christiane religionis conditores id ipsum aut se passos aut posteris patiendum fore fatentur.

---

a) *sequitur* habere *superscriptum in 1.* b) *addidit Jaffé.* c) *om. 1.* d) pervenire *1, corr. in* provenire *2.* e) nescit *P.* f) a totius *P.* g) domini *P.* h) *corr. in* adulationis *2.* i) pronuntiant *corr. in* pronuntient *1;* pronuntiant *2.* k) afflicta blanditię *pro* ac ficta blanditie *P.* l) ingeminant *P.* m) dicentis *P.* n) *corr. in* quod *2.* o) sanctissimi *P.* p) regiminii *1.* regiminis *P.*

1) *Cf. supra p. 329 n. 1.* 2) *escae.* 3) *regiminis.* 4) *V. Reg. pont. Rom. I, 44 n. 286.* 5) *1. Cor. 5, 10:* alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.

c. 742-746

Dicis enim, te ab illis in sacris oblationum libaminibus remotissimum esse, ne [Cf. Matth. 7, 6.] sanctum canibus dare
 videreris[a] — de hoc quid sentiret sanctus Augustinus, inter cetera subtus insinuabimus — insuper non sponte, non[b] consensu neque ex voluntate, sed sola necessitate cogente nonnumquam te inter ipsos habitantem. Nempe Hieronimus ait: 'In evangelio voluntas quaeritur, quae, si etiam effectum non habuerit, tamen praemium non amittit'[1]. Quodsi his coniungeris verbi gratia: 'in perceptione ciborum [Matth. 9, 13.] vel in cohabitatione loci', nonne ille, qui 'non venit vocare iustos' et reliqua, ibat ad [Cf. ib. 9, 11.] convivia peccatorum, ut occasionem haberet docendi? Aut[2]: 'in eo quod mixtim[c] adire regem interdum debetis et pro pace aecclesiastica pariter deprecari, quia ipsi ut veri[d] pastores plerumque pro ovibus intervenire se fingunt', primum quidem[e] im- [Cf. 1. Petr. 2, 13.] plendum esse, quod scriptum est, sciamus: 'Subditi estote omni humane ordinationi' [Rom. 13, 1.] et reliqua, et: 'Omnibus potestatibus sublimioribus' et reliqua[f]. Deinde considerandum [Cf. Matth. 13, 25.] est: 'quia proposita est similitudo tritici et zizaniorum de permixtione malorum atque bonorum'. 'Et munda et[g] inmunda animalia', ut ait Augustinus, 'introisse in arcam leguntur[3]. Neque enim, quacumque libuit, intraverunt inmunda animalia, arcae conpage confracta, sed ea integra per unum atque idem ostium, quod artifex fecerat. Non enim' inquit 'per has similitudines et pronuntiationes consilium desidiae[h] bonis datum est, qua[i] neglegant quod prohibere debent, sed patientiae, qua perferant, salva doctrina veritatis, quod emendare non valent'. Item dicit[4]: 'Cum ergo inveniamus in aeccclesia malos, quos aecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa praesumptio, qua existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non coinquinemur[k], atque[l] ita post nos trahere conemur veluti mundos sanctosque discipulos, ab unitatis conpage quasi a malorum consortio segregatos. Veniant in mentem illae de scripturis similitudines, quibus demonstratum est, malos in aecclesia permixtos bonis usque ad finem seculi tempusque iudicii futuros'; 'et nihil bonis unitate ac participatione sacramentorum, quia[m] eorum factis non consenserint, obfuturos'.

'Cum vero eis, per quos aecclesia regitur, adest pace salva potestas disciplinae adversus reprobos aut nefarios exercende, tunc rursus, ne socordia segnitiaque dormiamus, aliis aculeis praeceptorum, quae ad severitatem coercitionis[n] pertinent, excitandi sumus'. 'Ita[5] est etiam ratio dissimulandi et tollerandi malos in aecclesia; et est rursus ratio castigandi et corripiendi, non amittendi vel a communione removendi'; 'ut[6] nec patientiae nomine[o] torpescamus nec[p] obtentu diligentiae seviamus'.

Dicam quoque, quod ex operibus antiquorum excerpsi doctorum; et utiliter in tam perniciosa barbarie[q] ad memoriam debet reduci. Si forte in prefata condescensione a quolibet calumniaris[r] de aliquo simulandi sive etiam fingendi genere, legi- [Gal. 2, 12.] mus[s], quod utilis simulatio adsumenda sit in tempore. Unde et Cephas 'subtrahebat [Cf. Act. 9, 15; 18, 18; 16, 3.] et segregabat se, timens eos' et reliqua; et vas electionis totondit capud et Timotheum [Luc. 8, 45. Ioh. 11, 34.] circumcidit. Ipse quoque Dei filius finxit, se longius ire et nescire quae sciebat, ut [Ps. 33, 1.] est in evangelio: 'Quis me tetigit?' et: 'Ubi posuistis eum?' Sed et psalmista 'inmutavit

a) videretis *corr. in* videremini *P.* b) nec *2.* c) mixtum *P.* d) ovium *P.* e) ergo *2.* f) et omnibus — reliqua *om. P.* g) *om. P.* h) dissidiae *1, corr. in* desidiae *2.* i) quod *P.* k) inquinemur *2.* l) ac *P.* m) q̄ *1;* quia *2.* n) coercionis *2.* o) *om. P.* p) ne *P.* q) barbariae *1.* r) calumniarus *1.* s) legimus *corr. in* legerimus *1.*

1) *Hieronymi commentarii in Matthaeum l. I, cap. 11 vers. 30, Opp. ed. Vallarsius t. VII, 75. J.* 2) *sc. 'si his coniungeris'.* 3) *Augustinus de fide et operibus c. 49 (Opp. ed. Benedictini Venetiis 1731 t. VI, 191. 192). J.* 4) *Ibid. c. 7 (Opp. l. l. t. VI, 168).* 5) *Ibid. c. 4 l. l. p. 167.* 6) *Ibid. c. 7 l. l. p. 169.*

vultum suum coram Habimelech[a]: et Ioseph ludens fratribus locutus est. Nec non et Israel hedinis pellibus membra contexit. Hoc fecit, ut putaretur esse, qui non erat; et si diligenter et fideliter adtenditur, non est mendacium, sed misterium. Per hedinas quippe pelles peccata, per eum vero, qui eis se operuit, ille significatur, qui aliena peccata portat. c. 742-746 Cf. Gen. 42, 7. Cf. Gen. 27, 16.

Haec tuae caritati, non quasi priscae auctoritatis ignare vel nostrae rusticitatis admonitione indigenti, ne quid[b] tuis rogatibus derogassemus[c], trepidantes scripsimus pro eo, quod te cum maioribus contraxisse negocium conperimus. Amore[d] tamen atque oboeditione[e] amplius incitati quam arte vel audacia freti — tantum revelando[f], non etiam imperando[g] — prolata[h] diximus: ne forte in aliquo his, qui ultra modum excellentiores sunt, adversari[i] videremur.

Exhortatoria profecto tuae suggessionis monita de instanti corporis molestia perferenda satis libenter suscipimus[k]. Et in quantum vires sufficiunt, ipso Domino auxiliante, qui pro sua misericordia monuit nos, tuis salutaribus obtemperabimus dictis.

Hoc quoque cognoscat vestra benivola dilectio, quia, licet terrarum spatioso sequestremur[l] intervallo ac maris inmensitate nimia et caeli inaequali clymmate[m] dirimamur[n], pari tamen tribulationum deprimimur fasce. Eadem est enim operatio satanae hic et ibi. Propter quod diligentissime deprecor vos, ut[o] nos orationum[p] mutua vicissitudine iugiter muniamus, reminiscentes sermonis, quem dixit Dominus[q]: 'Si consenserint ex vobis duo aut tres' et reliqua. Matth. 18, 19.

Vale, vale, centupliciter[r] carissime[s] mihi, et alia manu[t].

65.

Bonifatius Eadburgam abbatissam Thanetensem rogat, ut pro se et pro paganis preces faciat. *c. 742 — c. 746.*

Codd. 1 (fol. 85'), 2 (fol. 67'), 3 (fol. 7'), P[a].
Edd. S 13, WG 17, J 72.

AUREO SPIRITALIS AMORIS VINCULO AMPLECTENDAE ET DIVINO AC VIRGINEO CARITATIS OSCULO STRINGENDAE SORORI EADBURGAE[b] ABBATISSAE[1] BONIFATIUS EPISCOPUS, LEGATUS ROMANAE ECCLESIAE, IN CHRISTO[c] SALUTEM[2].

Dilectionis vestrae clementiam intimis imploramus precibus, ut pro nobis intercedere apud auctorem[d] omnium dignemini. Ut[e] non ignoretis causam huius precis[f], sciatis, quia nostris[g] peccatis exigentibus conversatio peregrinationis nostrae variis

---

a) abimelehc *2;* abimelech *P.* b) quit *1.* c) derogassem *2. P.* d) amor *P.* e) obedientia *P.* f) *super* revelando *posuit alia manus* vel relevando *in 2.* g) imparando *P.* h) prēlata *1;* praelata *2;* prolati *P.* i) adversarii *P.* k) suscepimus *P.* l) spatio sequestramur *P.* m) climmate *2.* n) dirimemur *1, corr. in* dirimamur *2.* o) uti *P.* p) operationum *1.* q) *om. 1; superscriptum est in 2.* r) centipliciter *2.* s) carissimi *P.* t) manu *1, corr. in* manus *(cf. Neues Arch. IX, 25 n. 2).*

65. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (boñ *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) aeadburge *2.* c) domino *1. P.* d) actorem *3.* e) aũ *superscriptum est in 2;* et ut, *omittens* non *P.* f) precibus *P.* g) *om. P.*

1) *Thanetensi; v. supra p. 281 n. 10.* 2) *Hauck (K.-G. I, 457 n. 2) hanc epistolam et eam, quam numero 63 signavi, eodem fere tempore editas esse censuit, quia verbis similibus in utraque Bonifatius condicionem suam pingit. Post annum 741. scriptae esse videntur.*

c.742-c.746 tempestatibus inliditur. Undique labor, undique meror. 'Foris pugnae, intus timores'.
2. Cor. 7, 5. Super omnia gravissimum: quod vincunt insidiae[a] falsorum fratrum malitiam[b] infidelium
paganorum. Rogate ergo pium defensorem vitae nostrae et unicum salutare labo-
Ioh. 1, 29. rantium refugium, 'agnum Dei, qui abstulit peccata mundi', ut nos, inter talium luporum
cubilia lustrantes, dextera sua protegente inlesos custodiat: ut, ubi debuerunt esse
Cf. Rom. 10, 15. speciosi pedes portantium lucernam pacis[c] evangelicae, non inveniantur tenebrosa
Cf. Luc. 12, 35. errantium[d] apostatarum[e] vestigia: sed magis pater piissimus, accinctis lumbis nostris,
perficiat lucernas ardentes in manibus nostris et inluminet corda gentilium ad con-
templandum evangelium gloriae Christi.

Interea precor, ut intercedere pietas vestra pro istis paganis, qui nobis ab apostolica sede commissi sunt, dignetur: ut eos salvator mundi ab idolorum[f] cultura eripere dignetur et adgregare unicae[g] matris catholicae filiis ecclesiae, ad[h] laudem
1. Tim. 2, 4. et gloriam nominis sui, 'qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire'. Vale.

66.

Bonifatius N. monacham hortatur, ut pro se precetur. *c. 742 — c. 746.*

Codd. 1 (fol. 87'), 2 (fol. 69), 3 (fol. 8'), P[a].
Edd. S 16, WG 27, J 87.

REVERENTISSIMAE ET DILECTISSIMAE ANCILLE CHRISTI N.[b] BONIFACIUS SUPPLEX SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO SINCERAM CARITATIS SALUTEM[1].

Caritatis vestrae clementiam intimis obsecramus precibus, ut pro nobis peccatoribus apud Deum[c] intercedere curetis, quia multis et variis tempestatum turbinibus concussi[d] et quassati[2] sumus sive a paganis sive a falsis christianis seu a fornicariis clericis sive a pseudosacerdotibus et maxime[e], ut timemus, nostris meritis exigentibus tribulamur. Sed ut consolemur et eripiamur orationibus vestris, deprecamur. Et confidimus in domino Iesu, quia per orationes vestrae dilectionis et veniam peccatorum et tranquillitatem tempestatum invenire mereamur, quia fidelis promissor Iacobus
Iac. 5, 16. apostolus dixit: 'Confitemini alterutrum peccata vestra, ut salvemini: multum enim
1. Ioh. 5, 15. valet deprecatio iusti adsidua'; et Iohannes evangelista in prima epistola ait: 'Scimus, quoniam audit nos[f], quidquid petierimus; scimus, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo'. Et quia[g] iam ante de hoc ipso deprecatus sum, rogo, ut non indignemini; eo quod raro petere non debeo, quod sine intermissione semper fieri desidero, quia cotidiana[h] tribulatio divina solamina fratrum ac sororum me quaerere admonet; praeterea, quia timemus, easdem temptationes satanae ibi esse, quae hic
1. Cor. 15, 58. sunt, secundum dictum apostoli: 'Stabiles estote et inmobiles, habundantes in opere
1. Cor. 16, 13. 14. Domini semper: scientes, quod labor vester non est inanis in Domino'; et alibi: 'Vigi-

---

a) insidia *3.* b) malitia *P; haec in 2 sic sunt correcta:* timores, quodque est super omnia gravissimum, insidiae falsorum fratrum, que vincunt malitiam *cet.* c) pascis *1.* d) errantia *1. 3. P, corr. in* errantium *2.* e) apostatorum *1.* f) idulorum *3.* g) vicinae *2.* h) *om. P.*

66. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (bonī *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) N *1. 2;* .N. *3; om. P.* c) dominum *1. P.* d) concusi *3.* e) maximae *2.* f) et *superscriptum est in 2.* g) qui *P.* h) cottidiana *1.*

1) *De tempore, quo haec epistola scripta sit, cf. Hahn, Forsch. z. D. G. XV, 122, Bon. u. L. 113. 139. 167.* 2) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 10. 59 (ed. Giles p. 10. 80):* dirae tempestatis turbine quassata*; supra p. 235 n. 2.*

late et state in fide, viriliter agite et confortamini: omnia vestra cum[a] caritate fiant'. 742-746
Et si egestas tangat, dicti evangelici nolite oblivisci: 'Beati pauperes spiritu, quoniam Matth. 5, 3.
ipsorum est regnum caelorum'. Si tribulatio veniat, memores estote veritatis dicentis:
'In patientia vestra possidebitis animas vestras', et in psalmo: 'Patientia pauperum Luc. 21, 19. Ps. 9, 19.
non peribit in finem': si infirmitas corporis, Pauli apostoli sententia proferatur, qua[b]
dixit: 'Quando infirmor, tunc potens sum'; et: 'Virtus in infirmitate perficitur'. 2. Cor. 12, 10. 9.

67.

Bonifatius Leobgytham, Teclam, Cynehildam earumque sorores cohortatur, ut preces pro se faciant. *c. 742—c. 746.*

Codd. 1 (fol. 102'), 2 (fol. 82'), 3 (fol. 17'), P[a].
Edd. S 25, WG 22, J 91.

VENERANDIS ET AMANDIS CARISSIMIS SORORIBUS LEOBGYTHAE[b 1] ET TECLAE[c 2] NEC NON ET CYNEHILDAE[d 3] ET OMNIBUS IN CHRISTO DILIGENDIS SORORIBUS VOBIS COHABITANTIBUS AETERNE CARITATIS SALUTEM[4].

Obsecro et precipio quasi filiabus carissimis, quemadmodum vos iam incessanter
facere et fecisse et facturas esse confidimus, ut vestris orationibus crebris Dominum
deprecemini: 'ut liberemur' iuxta dictum apostoli 'ab inportunis et malis hominibus: 2. Thess. 3, 2.
non enim est omnium fides' — et scitote, quia[e] Deum laudamus, et tribulationes cordis
nostri[f] dilatatae sunt[g] — ut dominus Deus, qui est refugium pauperum et spes hu- Cf. Ps. 9, 10.
milium, de necessitatibus nostris et de temptationibus huius saeculi nequam eripiat
nos; 'ut sermo Domini currat et clarificetur' gloriosum evangelium Christi, ut 'gratia 2. Thess. 3, 1. 1. Cor. 15, 10.
Domini in me vacua non sit[h]' et — quia ultimus et pessimus sum omnium legatorum,
quos catholica et apostolica Romana ecclesia ad praedicandum evangelium destinavit —
ut omnino sine fructu evangelii sterilis[i] non moriar et vacuus filiorum et filiarum
numero non revertar; ne de abscondito talento Domino veniente reus esse iudicer Cf. Matth. 25, 25.
nec, peccatis exigentibus, vice laboris pro mercede ultionem infructuosi laboris
accipiam ab eo, qui misit me. Multi enim, quod peius est, quos oves in futuro iudicio
ad dexteram[k] Christi ponendos[l] fore censebam, versa vice, putidae[m] et petulcae et
ad sinistram statuendae capellae esse dinoscuntur. Et pietatem Domini precamini,
ut spiritu principali confirmet cor meum Deus, qui me indignum pastorem in populo
vocari voluit: ut, lupo veniente, more mercinarii[n] non fugiam, sed exemplo boni Cf. Ps. 50, 14. Cf. Ioh. 10, 12.
pastoris agnos pariter cum matribus, ecclesiam scilicet catholicam cum filiis et filiabus
suis, contra hereticos et scismaticos vel hypochritas fideliter ac fiducialiter defensare

---

a) in *1.* b) quia *P.*

67. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (bonif. *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) leobguthe *1. 2:* leogbutę *P.* c) dede *1. 2;* dedę *P.* d) cunihildae *1. 2;* cunehildę *P.* e) quoniam *P.* f) *om. P.* g) tribulatio — dilatata est *2.* h) fuit *1.* i) sterelis *3.* k) dextram *P.* l) ponendos *1. 3, corr. in* ponendas *2.* m) pudidae *1, corr. in* putidae *2.* n) *corr. in* mercennarii *2.*

1) *quam Bonifatius abbatissam Biscopesheimensem crearit. J.* 2) *quae Kizzingensi coenobio praefecta abbatissa est. J.* 3) *quam in Thuringia* magistram constituit *Bonifatius; teste Othlono in vita Bonifatii. J.* 4) *Haec epistola ex Hahnii (Bon. u. Lul p. 154) et Hauckii (K.-G. D. I, 457 n. 2) opinione eodem fere tempore scripta est, quo et epistolae 63. et 65. Fragminibus eiusdem ex arbitrio mutatis usus est Pseudoisidorus ad litteras Stephani papae consarcinandas; cf. c. 13 ed. Hinschius p. 188.*

c.742-c.746 studeam[a]. Praeterea, 'quia dies mali sunt, nolite esse inprudentes, sed intellegentes,
Eph. 5, 16. 17. 1. Cor. 16, 13. 14. quae sit voluntas Dei'. Quamobrem 'confortamini[b] et state in fide et viriliter agite et
Luc. 21, 19. confortamini: omnia vestra cum caritate fiant': et iuxta evangelium: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras'. Et recordamini sanctorum apostolorum et prophetarum: quia[c] multum laboraverunt in Domino[d], ideo adepti sunt premia sempiterna; et iuxta
Ps. 33, 20. psalmistam: 'Multae tribulationes iustorum, sed de his omnibus liberavit eos Dominus[e]':
Matth. 10, 22. et iuxta evangelium: 'Qui autem[f] perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'.

68.

Zacharias papa Bonifatium redarguit, quod in Bavaria rebaptizari baptizatos quosdam iusserit, quoniam sacerdos, sacris eos initians, Latine nesciens corrupta formula usus esset. *746 (?) Iul. 1.*

Codd. 1 (fol. 22'), 2 (fol. 15), 4 (fol. 184), 6[a]. *Exstat etiam in codice Schlettstadiensi (quondam Hirsaugiensi) nr. 99 saec. XII.*

Edd. S 134, W 62, G 56, J 58. — Jaffé, Reg. 2276 (1747).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI.[1]

Virgilius[2] et Sedonius[b 3], religiosi viri apud Baioariorum[c] provinciam[d] degentes, suis[e] nos litteris usi sunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda fraternitas eis iniungeret, christianos denuo baptizare. Quod audientes, nimis sumus[f] conturbati et in admirationem quandam incidimus; si habetur[g], ut dictum est. Retulerunt quippe, quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat et, dum baptizaret, nesciens Latini eloquii, infringens[h] linguam diceret: 'Baptizo te in nomine patria et filia[i] et spiritus sancti. Ac per hoc tua reverenda fraternitas consideravit rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizavit, non errorem introducens aut heresim, sed, pro sola ignorantia Romane locutionis[k] infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuo baptizentur[4]; quia, quod tua bene conpertum habet sancta fraternitas, quicumque baptizatus fuerit ab hereticis in nomine patris et filii et spiritus sancti, nullo modo rebaptizari debeatur[l], sed per sola manus inpositione[m] purgari debeatur[5]. Nam, sanctissime frater, si ita est ut nobis relatum est, non amplius a te illis predicetur huiusmodi[n], sed, ut sancti patres docent et predicant, tua sanctitas studeat conservare.

Deus te incolomem custodiat, reverentissime frater.

Data Kalendis Iulii, imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno XXVI, post consulatum[o] eius anno IIII, indictione XIIII[p].

---

a) studeamus *2.* b) *sic codd. pro* vigilate c) qui *2.* d) et *add. 2.* e) *om. 2.* f) quia qui *P.*

68. a) *Sine lemmate 1. 6;* epistola zachariae ad bonifatium (bonifacium episcopum *4*) *2. 4.* b) *corr. in* sidonius *2.* c) baivariorum *2. 6.* d) provintiam *4 (passim).* e) apud *add. 4.* f) fuimus *4.* g) haberetur *6.* h) infringens *inductum est in 2.* i) patris et filii *4.* k) locucionis *6.* l) *corr. in* debeat *2.* m) solam — inpositionem *2. 4.* n) huiuscemodi *4.* o) imperii *1. 2. 4;* post consulatum *scripsit Jaffé.* p) XIII *6 (in marg.:* iste annus est annus ab incarn. domini DCCXLVI*).*

1) *Cum temporum notae inter se minimum concordent, Loofs (Zur Chronol. p. 35) dubitavit, utrum anno 744. an 746. hae litterae adscribendae sint.* 2) *postea ep. Salzburgensis.* 3) *postea ep. Pataviensis.* 4) Retulerunt nuntii tui, quod — ut denuo baptizentur *sunt in Gratiani Decr. P. III De consecr. D. 4 can. 86. J.* 5) quicumque — purgandus est *repetit Bened. Lev. III, c. 403 p. 127.*

69.

Bonifatius Aethelbaldo regi Mercionum nuntium suum Ceola commendat. De nuntiis superiore anno bene exceptis gratias agit. Munera mittit[1]. *c. 732—751.* c. 745-746

Codd. 1 (fol. 85), 2 (fol. 67), 3 (fol. 7), P[a].
Edd. S 12, W 55, G 53, J 74.

DOMINO[b] REVERENTISSIMO ET DILECTISSIMO AETHELBALDO[c] REGI MERTIONUM[d] BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI INTIMAE CARITATIS SALUTEM.

Obsecramus celsitudinis[e] tuae clementiam, ut istum missum meum nomine Ceola, praesentem[f] harum litterarum, in necessitate nostra et itineris sui[g], et in quocumque illi necessitas contigerit, solacium praebere et adiuvare dignemini. Et mercedem pro[h] Deo habeas[i] de missis nostris, qui praeterito anno ad vos venerunt, quia eis in omnibus adiutorium, ut referebant, praestitistis. Interea pro signo veri amoris et devote amicitiae direximus[k] tibi accipitrem unum et duos[l] valcones[m], duo scuta et duas lances[n]. Quae rogamus, licet digna non[o] sint, munuscula tamen pro[p] caritate benedictionis suscipere digneris. Finem loquendi omnes pariter audiamus: 'Deum time et mandata eius observa'. Eccle. 12, 13. Petimus quoque, ut, si per[q] alterum nuntium verba nostra ad praesentiam tuam scripta pervenerint[2], auditum tuum adcommodare digneris et sollicite audire cures. Vale in Christo.

70.

Lul diaconus Eadburgam abbatissam Thanetensem monet, ut ipsum Deo commendet. Munera mittit. De suo erga eam studio. Litteras poscit[3]. *c. 745—746.*

Codd. 2 (fol. 105'), 3 (fol. 5)[a].
Edd. S 7, WG 16, J 75.

REVERENTISSIMAE ET IN CHRISTO CARISSIMAE EADBURGE ABBATISSE[4] .N.[5] INDIGNUS ET EXIGUUS DIACONUS PERENNEM IN DOMINO SALUTEM.

Almitatis tuae clementiam intimis obsecro precibus, ut mei memor esse digneris in tuarum sacrosanctis orationum subsidiis: sicut mihi per redeuntem fratrem nostrum .N. tua benigna caritas concedens promisit. Hoc etiam obnixa prece flagito, ut meae

---

69. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) donno *P.* c) ethelbaldo *1;* atebaldo *P.* d) mercionum *1. P.* e) celcitudinis *1.* f) *corr. in* praesentatorem *2;* presentator *P (gerulum excidisse videtur Jaffé).* g) *an* in necessitate videlicet itineris sui? *Jaffé.* h) *corr. in* a *2.* i) *corr. in* habeatis *2.* k) dileximus *1.* l) duo *P.* m) falcones *1. 2. P.* n) *corr. in* lanceas *2.* o) *om. P.* p) tamen pro *om. P.* q) *om. 1. 3, superscriptum est in 2.*
70. a) *Lemmata:* epistola lul ad eadburgam *2;* item epistola *3.*

1) *De tempore, quo haec epistola scripta sit, cf. Hahn (Forsch. z. Deutschen Gesch. I, 645), sed iam Serarius adnotavit haec: 'Huic dum accipitres et similia mittit regi s. Bonifacius facit quod in aegris boni medici, in pueris boni magistri. Cum enim altera, cuius hic mentio, epistola, quae inferius est 73., ipsum ob intemperantiam ac libidinem esset reprehensurus, mollioribus eum verbis gratisque ipsi, minimeque tamen malis muneribus docilem bonorumque capacem monitorum studet reddere'. De hoc dono cf. infra ep. 92.* 2) *Haec verba ad synodi admonitionem Aethelbaldo regi (716—757) mittendam pertinent.* 3) *Jaffé has litteras eam ob causam cum eis, quae antecedunt, coniungere voluit, quia utraque per eundem Ceolam gerulum in Angliam expeditae esse videntur.* 4) *Thanetensi.* 5) *Lul, v. huius epistolae not. a.*

c. 732-746 fragilitatis navem, quae cotidie presentis mundi procellarum turbinibus quatitur[a], tuae stabilitatis suffragio fulciatur; ut contra antiqui hostis venenata spicula[1] oraminum tuorum frequente[b] iuvamine muniar. Parva munuscula tuae venerandae dilectioni transmisi, id est unum graphium[c] argenteum et storacis et cinnamomi partem aliquam; quatenus ex his minimis cognoscas, allata munera tuae salutationis quam grata mihi sunt. Et si quid mihi per gerulum horum apicum, qui dicitur Ceola[d], vel per alium quemlibet imperare volueris, scit caritas illa, quae inter nos est copulata spiritali germanitate, id meam parvitatem totis nisibus implere velle. Interea rogo, ut mihi litteras tuae dulcidinis[e] destinare[f] non deneges.

Bene valere te desidero, et sanctis successibus proficere in Christo optamus.

71.

Lul Dealwinum magistrum rogat, ut pro se preces faciat, Aldhelmique opuscula sibi mittat[2]. *c. 732—746 (?).*

Codd. 2 (fol. 104), 3 (fol. 4)[a].
Edd. S 4, W 101, G 90, J 76.

REVERENTISSIMO FRATRI DEALWINO[b], IAM DUDUM MAGISTRO, LUL[c] INDIGNUS DIACONUS, SINE PREROGATIVA[d] MERITORUM DIACONATUS OFFICIO FUNGENS, OPTABILEM IN DOMINO SALUTEM.

Almitatis tuae clementiam intimis precibus flagito, ut meae mediocritatis carinam fulcire digneris tuis almis oraminibus; quatenus tuarum orationum intercessionumque[e] pelta[f] protectus[3] ad portum salutis pervenire[4] merear et piaculorum meorum in hoc terreno ergastulo veniam consequi; sicut iam praeterito anni circulo per Denewaldum[g] fratrem nostrum, litterarum mearum portitorem, deprecatus sum. Ergo vilium munusculorum transmissio[h] scedulam istam comitatur, non tam digna quam devota mente directa. Similiter obsecro, ut mihi Aldhelmi episcopi[5] aliqua opuscula seu prosarum seu metrorum aut rithmicorum dirigere digneris ad consolationem peregrinationis meae[6] et ob memoriam ipsius beati antestitis[i]. Et mihi per aliqua verba tuae affabilitatis indica, quid de istis valeat precibus tua fraternitas perficere; quae inhianter audire satago[7].

Bene valentem te et proficientem in prosperitate dierum et intercedentem pro me exopto longis temporibus[8].

---

a) quatiatur *3.* b) frequenti *2.* c) grafium *2.* d) coela *2.* e) dulcidinis *corr.* dulcedinis *2.* f) distinare *3.*

71. a) *Lemmata:* epistola lul ad dealbuuinum *2;* item epistola lul *3.* b) dealbuuino *2.* c) *r. p. 12 et 13 n. 2 editionis Jaffeanae.* d) pro rogativa *3.* e) intercessionibus *3.* f) peltra *3.* g) denevaldum *2.* h) transmisio *3.* i) antestites *3.*

1) *Cf. supra p. 281. 298; Aldhelm. de laud. virg. c. 13 (p. 13):* venenatisque piaculorum spiculis. 2) *Propter elocutionis similitudinem ut hanc epistolam cum ea quae antecedit coniungeremus placuit; cf. Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XXI, 394).* 3) *Cf. Aldhelm. de laud. virg. c. 11 (p. 11):* cum tuta pelta protectus, *supra p. 298.* 4) *Cf. supra ep. 49 p. 298.* 5) *Scireburnensis; cf. supra p. 215.* 6) *Cf. infra ep. 125:* ad consolationem peregrinationis nostrae*; 126. 127.* 7) *Cf. supra p. 281.* 8) *in cod. Vindobonensi sequitur Ausonii epigramma VIII hoc (Ausonii opusc. ed. Schenkl p. 197):*

72.

Ingalice presbyter Lullo diacono respondet. Munera mittit. Bonifatium salvere iubet. *c. 732—746 (?).* c. 732-746

Cod. 3 (fol. 23') [a].
Edd. S 39, W 102a, G 91, J 77.

CLARO ATQUE CARISSIMO DEI MINISTRO LULLE INGALICE INDIGNUS PRESBYTER, TUUS TAMEN PER OMNIA DEVOTUS FAMULUS, IN DOMINO OPTABILEM SALUTEM.

Litterae namque prudentiae tuae et munera largitatis tuae ad me usque directa pervenerunt. Quibus diligenter lectis et consideratis, post premissam pacificam salutationem, si bene intellexi, insinuasti nobis erga vos diversas molestias et tribulationes — que sepe solent in hoc mundo occupare servos Christi secundum apostoli sententiam: 'Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur' — 2. Tim. 3, 12.
contraque omnia temptamenta orationum nostrarum, qualiacumque sunt, amminicula humiliter postulasti. Quod et omnis congregatio nostra pro vestra sospitate sedulo ad Dominum preces fundere studuit. Et nunc, amantissime diacone, quia vicem rescribendo eruditionis tuae scriptis propter parvitatem ingenioli mei digne debitum persolvere non potui, tamen scio, quia vera 'caritas omnia sustinet'. Haec pauca verba 1. Cor. 13, 4. 7.
rusticitatis meae cum minimis munusculis, id est: quattuor cultellos nostra consuetudine factos et calamistrum argenteum et mappam unam, per fidelem portitorem, fratrem vestrum, immo nostrum Aldredum amabili presentiae tuae tantum pro memoria caritatis transmittere curavi. Quaeso fraternitatem tuam, ut eo animo a te haec suscipiantur, quo a me destinata noscuntur. Sed et intercessorem nostrum apud Deum, venerabilem Bonifacium presulem, omnis caterva fratrum nostrorum cum abbaterio [b] in Dei dilectione salutare desiderat.

73.

Bonifatius una cum aliis episcopis Aethelbaldum regem Mercionum ad virtutem revocat. *745—746.*

Codd. 1 (fol. 89'—94'), 2 (fol. 71—76), 3 (fol. 9'—12'), 4 (fol. 189'), P. — Haec epistola interpolata legitur in Baronii annal. eccl. ad a. 745. XVIII; et earundem litterarum adulteratarum excerpta habentur ap. Willelmum Malmesburiensem, Gesta regum Anglorum ed. Stubbs t. I p. 80—82 [a].
Edd. S 19, W 72, G 62, J 59.

Fama est, fictilibus cenasse Agathoclea regem
    Atque abacum Samio saepe onerasse [a] luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrea vasis [b]
    Et misceret opes pauperiemque simul,
Quaerenti causam respondit: Rex [c] ego qui sum
    Sicaniae, figulo sum genitore satus [d].
Fortunam reverenter habe [e], quicumque repente
    Dives ab exiguo progrediere loco.

a) samiosa morasse *corr. manus posterior in* samio saepe onerasse. b) aurea vasa *3.* c) rex *superscripsit manus posterior.* d) fatur *3.* e) habet *3.*

72. a) *Lemma:* item epistola. b) *sic cod.; fortasse* abbate nostro *legendum esse, opinatur Mabillon, Acta ss. ord. Ben. saec. III, 2 p. 393.*
73. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3. 4; sine lemmate P.*

745-746 DOMINO[a] CARISSIMO ET IN CHRISTI AMORE CETERIS REGIBUS PREFERENDO[b], INCLITA[c] ANGLORUM[d] IMPERII SCEPTRA GUBERNANTI AETHILBALDO[e] REGI BONIFACIUS ARCHIEPISCOPUS, LEGATUS GERMANICUS ROMANAE ECCLESIAE, ET WERA[1] ET BURGHARDUS[f 2] ET WERBERHTUS[g 3] ET ABEL[4] ET WILBALTH[h 5] COEPISCOPI PERENNEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM[6].

Confitemur coram Deo et sanctis angelis, quia, quandocumque prosperitatem vestram et fidem in Deo et opera bona coram Deo et hominibus per nuntios fideles audivimus[i], quod, inde gaudentes et pro vobis orantes, laeti gratias agimus Deo, postulantes et obsecrantes salvatorem mundi, ut vos sospites et in fide stabiles et in operibus coram Deo rectos in principatu christiani populi longo tempore custodiat. Quando autem aliqua dilectionis vestrae iniuria de statu regni vestri[k] vel eventu bellorum facta aut, quod maius est, de salute animae periculosum damnum perpetratum per auditum ad nos usque pervenerit, merore[l] et tristitia nos cruciat[7]; quia gaudio vestro[m] in Dei voluntate congaudemus et adversitati[n] contristamur.

Audivimus enim, quod elimosinarum[o] plurima facias. Et in hoc congratulamur; quia, qui elimosinas[p] minimis fratribus indigentibus tribuunt, iuxta veritatem evangelicam
Matth. 25, 40. in die iudicii clementem sententiam a Domino audituri sunt, dicente: 'Quam diu fecistis
ib. 34. uni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis; venite, benedicti[q] patris mei, percipite
regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'. Audivimus quoque[r], quod furta et iniquitates, periuria et rapinas fortiter prohibeas et defensor viduarum et pauperum esse dinosceris et pacem[s] stabilitam in regno tuo habeas[t]. Et in hoc quoque laudantes Deum[u] gavisi sumus; quia ipsa veritas et pax nostra, quae est[v] Christus,
Matth. 5, 9. dicebat: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'[w].

Sed inter haec[x] una malae aestimationis fama de vita pietatis vestrae ad auditum nostrum pervenit, qua audita contristati sumus. Et illam optamus non fuisse veram. Multis enim narrantibus, conpertum est nobis, quod[y] numquam legitimam in matrimonium uxorem duxisses. Quod[8] a domino Deo ab ipso mundi primordio constitutum
1. Cor. 7, 2. est, ut[z] per apostolum Dei Paulum preceptum et iteratum, illo docente[a]: 'Propter
fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque virum suum'. Nam, si hoc causa castitatis et abstinentiae facere voluisti, ut ab uxoris coniunctione pro timore et amore Dei abstinuisses et hoc verum et impletum pro Deo conprobaveris, et in hoc gaudemus; quia non est reprehensibile, sed magis laudabile. Si

a) donno *P.* b) proferendo *3.* c) inclina *1;* inclinata *P.* d) angelorum *P.* e) aet hiltibaldo *1;* aethelbaldo *4;* aethebaldo *P.* f) burghart *1. 2;* burghard *4;* burgard *P.* g) werbeht *1;* weberth *P.* h) wilbald *1. 2. 4;* wibald *P.* i) audimus *2.* k) vim *1;* vi *2;* vī *3.* l) meror *4. P.* m) nostro *1.* n) adversitate *1. 3.* o) elymosinarum *1.* p) elymosinas *1.* q) *sequitur* usque mundi *in 1. 3. 4. P.* r) namque *P.* s) pacem et *4.* t) habeat *4.* u) *om. 4;* dominum *P.* v) est *om. 2;* quae est *om. P;* quae est christus *om. 4.* w) pacifici usque vocabuntur *1. 3. 4. P.* x) *om. 1. 3;* in-
[a) l. 29] terim *pro* inter haec *4. P.* y) et quod *4.* z) vel *4.* a) quod etiam per apostolum dei paulum praeceptum et iteratum est docentem atque dicentem *2 pro* ut per apostolum — docente.

1) *hunc esse eundem ac Wittam ep. Buraburgensem, non concesserim Rettbergio, Kirchengeschichte Deutschlands I, 365. J.* 2) *ep. Wirziburgensis a. 741. Oct. 22. consecratus (Hauck, Kirchengesch. I, 489 n. 2).* 2) *neque hunc putem esse Arthbertum ep. Senonensem. J.; sed cf. Hahn, Forsch. zur D. Gesch. XV, 77.* 4) *ep. Remensis, 744—c. 751.* 5) *ep. Eistetensis.* 6) *Hanc epistolam et duas, quae sequuntur, ad eundem annum pertinere constat (cf. Hahn, Forsch. z. D. Gesch. I, 644). Synodum vero, quae hanc admonitionem ad Aethelbaldum regem misit, eandem esse, quae ex omni Francorum regno a. 745. convocata est, et Hahn (Jahrb. 73, Forsch. z. D. Gesch. XV, 77) et Loofs (Zur Chronologie p. 28) mihi persuaserunt.* 7) *sc. iniuria vel damnum.* 8) *matrimonium.*

autem — quod absit — ut multi dicunt, nec legitimam accepisti[a] uxorem nec casti- 745-746
tatis abstinentiam pro Deo servasti[b], sed libidine dominante in scelere luxoriae et adulterii famam gloriae tuae coram Deo et hominibus confuderis[c], in hoc valde contristamur; quia et in conspectu Dei flagitium et coram hominibus famae vestrae confusio esse dinoscitur.

Et adhuc, quod peius est, qui nobis narrant, adiciunt, quod hoc scelus ignominiae maximae cum sanctis monialibus et sacratis Deo virginibus per monasteria commissum sit. Nam hoc peccatum duplex esse non dubium est. Ut verbi gratia dicamus, cuius vindictae reus sit puer apud dominum suum, qui uxorem domini sui adulterio violaverit[d]: quanto magis illę, qui sponsam Christi, creatoris caeli et terrae, putredine suae libidinis conmaculaverit[e]; dicente beato Paulo apostolo[f]: 'An nescitis, quia cor- 1. Cor. 6. 19.
pora vestra templa sunt spiritus sancti?' et alibi: 'Nescitis, quia templum Dei estis, 1. Cor. 3. 16 17.
et spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim[g] Dei sanctum est, quod estis vos'. Et iterum idolatriae servituti adulteros et fornicatores in sermone et numero peccatorum iungit dicens: 'An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque forni- 1.Cor.6. 9.10.
carii neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt'[1]. Apud Grecos enim et Romanos — quasi blasphemiam[h] Deo[i] inrogasset, qui hoc reus sit — ut proprie[k] de hoc peccato ante ordinationem interrogatus, si reus inventus fuerit, ut cum velata et consecrata Deo nonna concubuisset[2], ab omni gradu Dei sacerdotii prohibetur[l 3]. Propter hoc, fili[m] carissimę, sollicite considerandum est, quanti ponderis hoc peccatum esse iudicetur ante oculos aeterni iudicis: quod facientem inter idolatriae servos constituat[n] et[o] divino ministerio altaris abiciat[p], licet ante peracta paenitentia reconciliatus sit Deo. Corpora enim per votum propriae sponsionis et per verba sacerdotis Deo consecrata templa Dei esse per sanctam scripturam dicuntur. Et ideo violatores illorum iuxta apostolum filii perditionis esse dinoscuntur[4]. Princeps autem apostolorum Petrus luxoriosos[q] 2.Thess. 2. 3.
libidine prohibens dixit: 'Sufficit enim preteritum tempus' et reliqua. Tum[r] est[s]: 1. Petr. 4. 3.
'Pretium scorti[t] vix unius est panis; mulier autem viri pretiosam animam capit'. Et Prov. 3. 26.
alibi: 'Non grandis est culpae, cum quis furatus[u] fuerit; furatur enim, ut esurientem Prov. 6. 30—32.
impleat animam; deprehensus quoque reddet septuplum. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam'. Longum est enim[v] enumerare, quanti spiritales medici huius peccati venenum et horrendum vituperabant et terribiliter prohibebant. Quia pene omnibus peccatis gravior et deterior est fornicatio; et veraciter dici potest laqueus mortis et puteus inferni et vorago perditionis[5].

Propterea obsecramus et contestamur, fili carissime, clementiam tuam per Christum filium Dei et per adventum eius et regnum ipsius, ut, si hoc verum sit, quod in isto scelere versaris[w], et[x] vitam tuam penitendo corrigas et purificando emendes. Et memor eris[y], quia indecens esse conprobatur, ut imaginem[z] Dei, quae

a) accipisti *3.* b) reservasti *2.* c) confunderis *3. P.* d) violavit *P.* e) commaculavit *P.* f) *om. 2.* g) *om. 1.* h) plasphemium *1. 3;* blasphemium *P.* i) domino *3. 4.* k) propriae *1. 3.* l) prohibeatur *2.* m) filii *1. 3.* n) constituet *1. 3;* constituit *4. P.* o) a *add. 2.* p) abiecit *1. 3;* abiicit *4. P.* q) a *add. 2.* r) dum *2.* s) *om. 2. P;* ē *1. 3.* t) scorte *1;* scortę *3.* u) *om. 3;* furaverit *4. P pro* furatus fuerit. v) *om. 2.* w) verseris *2.* x) ut *1. 2.* y) sis *2;* eis *4.* z) inmaginem *3.*

1) cum sanctis — possidebunt *adhibuit Bened. Lev. II, c. 424 p. 97.* 2) blasphemiam — concubuisset *adhibuit Bened. Lev. II c. 412 p. 96.* 3) si reus — prohibeatur *adhibuit Bened. Lev. II c. 413 p. 96.* 4) Corpora — dinoscuntur *repetuntur a Bened. Lev. II c. 414 l. l.* 5) Quia pene — perditionis *adhibuit Bened. Lev. II c. 415 l. l.*

745-746 in te creata est, per luxoriam ad imaginem et similitudinem maligni diaboli converteris[a] et tu — quem non propria merita, sed larga pietas Dei regem ac principem multorum[b] constituit — te ipsum per luxoriam servum maligno spiritui[c] Cf. Ioh. 8,34. constituas: quia iuxta dictum apostoli, quodcumque peccatum fecerit homo, huius servus est.

Non[d] solum a christianis, sed etiam ab[e] ipsis[f] paganis[g] in obprobrium et verecundiam deputatur. Quia ipsi pagani verum Deum ignorantes naturaliter, quae legis sunt et quod ab initio Deus constituit, custodiunt in hac re; quia, propriis uxoribus matrimonii foedera servantes, fornicatores et adulteros puniunt. Nam[h] in antiqua Saxonia, si virgo paternam domum cum adulterio maculaverit vel si mulier maritata, perdito foedere matrimonii, adulterium perpetraverit, aliquando cogunt eam, propria manu per laqueum suspensam, vitam finire[i]; et super bustum illius incensae et concrematae corruptorem eius suspendunt. Aliquando, congregato exercitu femineo, flagellatam eam mulieres per pagos circumquaque ducunt, virgis cedentes et vestimenta eius abscidentes iuxta cingulum; et cultellis suis totum corpus eius secantes et pungentes, minutis vulneribus cruentatam et laceratam de villa ad villam mittunt; et occurrunt semper novae flagellatrices zelo pudicitiae adductae[k] usque ad[l] eam aut mortuam aut vix vivam derelinquunt[m]; ut cetere timorem adulterandi et luxoriandi habeant[1]. Et Winedi[n], quod est[o] foedissimum et deterrimum genus hominum, tam magno zelo matrimonii[p] amorem mutuum observant[q], ut mulier, viro proprio mortuo, vivere recusat[r]. Et laudabilis mulier inter illos esse iudicatur, quia[s] propria manu sibi mortem intulit[t] et in una strue pariter ardeat cum viro suo[2].

Cum ergo gentiles, qui Deum nesciunt et legem non habent iuxta dictum apostoli, Rom. 2,14.15. naturaliter ea, quae legis sunt faciunt et 'ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis', praeterea[u], fili carissimę, cum tu christianus et veri Dei cultor esse cognominaris, si in iuventute adolescentiae tuae putridine[v] luxoriae inquinatus et foetore adulterii involutus et voragine libidinis quasi puteo inferni demersus fueras, iam tempus est, ut memor domini tui a diaboli laqueis resipiscas et a foetore luxoriae sordidatam animam laves; iam tempus est, ut pro timore creatoris tui tale piaculum iterare et te[w] maculare ultra non praesumas[x]; tempus est, ut multitudini[y] pereuntis populi parcas, quae sequendo exempla peccantis principis cadebat[z] in puteum mortis; quia, quantoscumque[a] vel per bona exempla ad[b] vitam caelestis patriae contrahimus vel per mala exempla ad perditionem sequentes praehibimus[c], de tantis procul dubio ab aeterno iudice vel poenas vel praemia accepturi sumus.

Si enim gens Anglorum — sicut per istas provincias devulgatum[d] est et nobis in Francia et in Italia inproperatur, et ab ipsis paganis inproperium est — spretis legalibus conubiis, adulterando et luxoriando ad instar Sodomitane gentis foedam

a) convertas *2.* b) multarum *1. 3.* c) serva a maligno spiritu *P;* servum maligni spiritus *2.* d) quod non *2.* e) a *2.* f) *om. 2.* g) paganis *om. 1. 3. 4. P.* h) *apud Willelmum, qui epistolam admodum contrahit, haec antecedunt:* Audivimus praeterea, quod optimates pene omnes gentis Merciorum tuo exemplo legitimas uxores deserant et adulteras et sanctimoniales constuprent; quod quam sit peregrinum ab honestate, doceat vos alienae gentis institutio: nam *etc.* i) finiri *1. P.* k) adluctae *1;* accinctae *2.* l) dum *2. 4; om. P.* m) derelinquant *2.* n) *om. P lacuna relicta;* vivendi *4;* apud Persas *pro* Winedi *Baron.* o) *om. P. Bar.* p) matrimonium *1. 3. P.* q) amore mutuo observant *P;* amorem mutuo servant *4.* r) recuset *2. 4. P.* s) qui *1;* quae *2. 4. P.* t) intulerit *1.* u) *corr. in* propterea *2.* [a) l. 32] v) putredine *2. 4. P.* w) *om. 1. 3.* x) praesumes *1. 3.* y) multitudine *1.* z) cedebat *3.* a) quantocunque *P.* b) ad — mala exempla *om. 1.* c) prehibimus *1. 3;* praeimus *2;* praeibimus *4. P.* d) devulgatum *1. 3;* divulgatum *2. 4. P.*

1) *Cf. Taciti German. c. 19.* 2) *Cf. Thietmari Chronic. l. IX c. 3 ed. Kurze.*

vitam vixerit[a], de tali commixtione[b] meretricum, aestimandum est, degeneres populos et ignobiles et furentes libidine fore procreandos, et ad extremum[c] universam plebem ad deteriora et ignobiliora vergentem et novissime nec in bello saeculari fortem nec in fide stabilem et nec honorabilem hominibus nec Deo amabilem esse venturam. Sicut aliis gentibus Hispaniae et Provinciae et Burgundionum populis contigit; quae sic a Deo recedentes fornicatae sunt, donec iudex omnipotens talium criminum ultrices poenas per ignorantiam legis Dei et per Sarracenos[d] venire et saevire permisit[e] [1]. 715-716

Et notandum, quod in illo scelere aliud inmane flagitium subterlatet[f], id est homicidium. Quia, dum illae meretrices, sive monasteriales sive saeculares, male conceptas soboles in peccatis genuerint, et[g] sepe maxima ex parte occidunt; non inplentes Christi ecclesias filiis adoptivis, sed tumulos corporibus et inferos miseris animabus satiantes [2].

Praeterea nuntiatum est nobis, quod multa privilegia ecclesiarum et monasteriorum fregisses et abstulisses inde quasdam facultates. Et hoc, si verum est, peccatum grande esse dinoscitur, testante sacra scriptura, quae[h] ait: 'Qui abstulerit aliquid patri vel matri, et dicit: 'Hoc non est peccatum', homicide particeps est'. Pater noster sine dubio Deus est qui nos creavit, mater nostra[i] aecclesia, quae nos in baptismo spiritaliter regeneravit[k]. Ergo, qui Christi pecunias et ecclesiae fraudavit[l] vel rapiet, homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur. De quo quidam sapientum dicebat[m]: 'Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit [3]'. Cf. Prov. 28, 24.

Et[n] dicitur, quod prefecti[o] et comites tui maiorem violentiam et servitutem monachis et sacerdotibus inrogent[p], quam ceteri ante christiani[q] reges fecissent. Igitur, postquam apostolicus pontifex sanctus Gregorius, ab apostolica sede missis predicatoribus catholicae fidei[r], gentem Anglorum ad Deum verum convertit, privilegia ecclesiarum in regno Anglorum[s] intemerata et inviolata permanserunt usque ad tempora Ceolredi regis Mercionum [4] et Osredi[t] regis[u] Dęrorum et Berniciorum [5].

Hi duo reges haec duo peccata maxima in provinciis Anglorum diabolico instinctu suis exemplis sceleratis contra praecepta evangelica et apostolica salvatoris nostri publice facienda monstraverunt. Et in istis peccatis commorantes, id est in stupratione[v] et adulterio nonnarum et fractura monasteriorum, iusto iudicio Dei damnati, de culmine regali huius vitae abiecti et inmatura et terribili[w] morte praeventi[x], a luce perpetua extranei, in profundum inferni et tartarum abyssi demersi sunt. Nam Ceolredum, precessorem venerande celsitudinis tuae[y] — ut testati[z] sunt, qui praesentes

a) *corr. in* duxerit *2.* b) commixione *1.* c) ad tremum *1.* d) sarracenas *1.* e) promisit *3.* f) subteriacet *P.* g) eas *Bar.* h) qui *3.* i) nam *1. 3;* nr̄a *2. 4. P.* k) generavit *1. 4. P;* regnavit *3;* regeravit *2.* l) fraudaverit *2;* fraudabit *4.* m) dicebit *3.* n) et qui *P.* o) perfecti *1. 3.* p) inrogant *P.* q) antichristiani *pro* ante christiani *P.* r) catholica fide *2.* s) ad deum — anglorum *om P.* t) hosredi *P.* u) *om. 2.* v) suprastitione *1.* w) terribile *3.* x) perventi *1.* y) stupratorem sanctimonialium et ecclesiasticorum privilegiorum fractorem *add. Baronius, Will. Malm.* z) testanti *1.*

1) Si gens Anglorum *(p. 342)* — saevire permisit *sunt in Gratiani decr. P. I D. 56 c. 10. J.* 2) Tempus est *(p. 342)* — satiantes *mutuatus est Bened. Lev. Add. IV c. 160 p. 156.* 3) *Cf. Hieronymi ep. ad Nepotianum (opp. ed. Vallarsius I, 267):* Amico quippiam rapere furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est. *J.* Et ideo indubitanter maximum est peccatum — ecclesie rapit, aufert vel fraudat, homicida est atque homicida — deputabitur. Qui rapit — iniquitatem operatur, qui — vel res ecclesie — facit *occurrunt in Lucii p. (Anacleti p.) epist. c. 7. 14 ed. Hinschius p. 73. 178, Bened. Lev. II c. 426 p. 97 cf. 370 p. 92.* 4) *709—716; cf. Bedae Hist. Angl. V c. 19. 24 p. 260. 287.* 5) *705—716; cf. Bedae Hist. Angl. V c. 18. 22. 24, p. 258 sq. 281. 287, Ann. Fuld. ant. 704 (SS. III, 116*:* Osraed regnavit*), Lindisfarn. 705. 716 (SS. XIX, 505).*

745-746 fuerant — apud comites suos splendidę epulantem malignus spiritus[a], qui eum ad
fiduciam dampnandae legis Dei suadendo pellexit, peccantem subito in insaniam mentis
convertit; ut sine paenitentia et confessione[b] furibundus et amens et cum diabolis
sermocinans et Dei sacerdotes abhominans de hac luce sine dubio ad tormenta inferni
migravit[1]. Osredum quoque spiritus luxoriae fornicantem et per monasteria nonnarum
sacratas virgines stuprantem et furentem agitavit: usque quod[c] ipse gloriosum regnum
et iuvenilem[d] vitam[2] et ipsam luxoriosam animam contemptibili et despecta morte
perdidit*.

Quapropter[3], fili carissime, cave tibi foveam, in quam vidisti coram te alios
cecidisse. Cave tibi iacula antiqui hostis, per quae propinquos proprios coram te
vulneratos cadere vidisti. Adtende tibi a laqueo insidiatoris, in quo notos et com-
militones tuos videbas strangulatos et presentem vitam et futuram perdere. Noli
Cf. Sap. 5, 1. talium ad perditionem exempla sequi[4]. Tales enim iuxta prophetiam[e] sanctae scripturae
sunt, qui angustiaverunt iustos et qui abstulerunt labores eorum. In die iudicii dicturi
Sap. 5, 6. sunt: 'Erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non est
Sap. 5, 7. ortus in nobis'; et: 'Viam Domini ignoravimus'; et: 'Quid nobis profuit superbia, aut
quid divitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra, et
tamquam nuntius precurrens et tamquam navis, quae pertransit, cuius non est vesti-
Sap. 5, 8—11. gium invenire, aut tamquam avis transvolans in aere'. Et post pauca: 'Sic et nos
Sap. 5, 13—15. nati continuo desivimus esse; in malignitate nostra[f] consumpti sumus. Talia dixerunt
in inferno hii, qui peccaverunt; quoniam[g] spes impii tamquam lanugo est, quae a vento
tollitur[h], et tamquam spuma gracilis, quae a procella dispergitur, et tamquam fumus[i],
qui a vento diffusus est, et tamquam memoria hospitis unius diei praetereuntis'. Et
Eccli. 18, 8. alias: 'Numerus dierum vitae hominis, si multum, centum anni, quasi parvula gutta
de magno mari deputatus est'. Haec enim omnia secundum auctoritatem sanctae
scripturae rerum conlatione simillima sunt. Sic et Iacobus frater Domini et apostolus
Iac. 1, 10. 11. de impio divite disputans dixit: 'Sicut flos foeni transibit; exortus est enim sol cum
ardore et arefecit[k] foenum; et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit[l], ita et
dives in itineribus suis marcescit'. Et ipsa veritas in evangelio proponens dixit:
Matth. 16, 26. 'Quid enim proderit homini, si lucretur[m] universum mundum, animae vero suae detri-

* *ap. Willelmum Malmesburiensem et Baronium sequuntur haec:* Carolus quoque princeps Francorum, monasteriorum multorum eversor et ecclesiasticarum pecuniarum in usus proprios commutator, longa torsione et verenda morte consumptus est[5].

a) spiritu *P.* b) sine confessione et viatico *Bar. WM.* c) *corr. in* quo *2;* quo *4.* d) iuvenalem *1. 3.* e) prophetam *1.* f) nam *1. 3. 4. P.* g) quia *2.* h) tolletur *1. 3.* i) *om. 2.* k) et *add. 1.* l) deperit *1. 3.* m) et cetera *1, ubi ut in 3. 4. P reliqua desunt.*

1) *Cf. ep. 10 supra p. 252. De cetero ipsum Aethelbaldum a Ceolredo decessore suo aspere tractatum esse scimus; v. vit. s. Gutlaci (Mabillon, Acta ss. ord. Ben. saec. III P. I, 279):* cum exul ille — Ethelbaldus, huc illucque persequente illum Ceolredo rege, in diversis nationibus iactaretur. *J.* 2) *Bedae Hist. gent. Anglor. V c. 18:* cui *(sc. Aldfrido)* succedens in imperium filius suus Osred puer octo circiter annorum regnavit annis undecim. 3) *Sequentia verba:* Quapropter — exempla sequi *adhibuit Pseudoisidorus in epist. Fabiani papae c. 5 p. 158 ed. Hinschius.* 4) *Cf. Bedae Chronol. contin. p. 292 ed. Holder a. 757:* Aedilbaldus rex Merciorum a suis tutoribus noctu morte fraudulenta miserabiliter peremptus occubuit, *et quae Alcuinus a. 793. Aethelredo regi scripsit (Mon. Alcuin. p. 188. 304):* Vidistis, quomodo perierunt antecessores vestri reges et principes propter iniustitias et rapinas et inmunditias vitae *et a. 796. Earduulfo regi Northanhumbrorum:* Considera intentissime, pro quibus peccatis antecessores tui vitam perdidissent et regnum . . ne tale tibi eveniat iudicium. 5) *de adulterino hoc additamento v. Pagii critica in annales Baronii ad a. 741. n. XVII et Roth, Geschichte des Beneficialwesens p. 467 sq. J.*

mentum patiatur?'[a]* Quapropter[1], fili carissime, paternis te et subnixis precibus[2] deprecamur, ut non despicias consilium patrum tuorum, qui pro Dei amore tuam appellare celsitudinem satagunt. Nihil enim[b] bono regi salubrius, quam si talia[b] commissa, cum arguuntur, libenter emendentur, quia per Salomonem dicitur: 'Qui diligit disciplinam, diligit sapientiam'. Ideo, fili carissime, ostendentes consilium iustum, contestamur et obsecramus per viventem Deum et per[b] eius filium Iesum Christum et per spiritum sanctum, ut recorderis, quam fugitiva sit vita praesens et quam brevis et quam[b] momentanea delectatio spurcae carnis et quam ignominiosum sit, ut brevis vitae homo mala exempla in perpetuum posteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus vitam componere et praeteritos errores iuventutis corrigere, ut hic coram hominibus laudem habeas et in futuro aeterna gloria gaudeas. 744-747 Prov. 12, 1.

Valere celsitudinem tuam et bonis moribus proficere optamus.

* *exitus epistolae in 2:* Nihil enim adiuvant opes terrenae in die vindictae, si eis homo male utens praesentem finierit vitam; cum post mortem corporis in penam animae ceciderit aeternam. His ergo admonitionibus, fili carissime, imbutus rogo, ut adquiescas sanis sermonibus legis Dei et corrigas vitam tuam. Desere vitia et studium inpende sacris virtutibus adimplendis; sicque in hoc mundo prospere vives et in futuro praemium consequeris sempiternum. Vale. Cf. Eccli. 5, 1.

Deus omnipotens in meliorem statum vitam tuam corrigat, ut gratiam ab ipso Domino invenire merearis aeternam.

74.

Bonifatius Herefrithum presbyterum hortatur, ut suae ad Aethelbaldum regem Mercionum epistolae adiumento sit. Munera mittit. *744—747.*

Codd. 1 (fol. 83'—84), 2 (fol. 65'—66), 3 (fol. 6'—7), P[a].
Edd. S 10, W 71, G 61, J 60.

DILECTISSIMO AC REVERENTISSIMO FRATRI HEREFRITHO[b] PRESBITERO[3] BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI AETERNAM[c] IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Almitatis tuae clementiam intimis obsecro precibus, ut in tuis sacrosanctis orationibus mei memor esse digneris — etiamsi sic[d], narrantibus et a te venientibus, iam[e] fecisse fraternitatem tuam et facturam esse, non dubito — ut sancti Iacobi apostoli sententia in nobis impleatur, qua dixit: 'Orate pro invicem, ut salvemini' et: 'Multum enim valet deprecatio iusti adsidua'. Iac. 5, 16.

Preterea nos octo episcopi, qui ad unam[f] synodum convenimus, quorum nomina subter adnotavimus[4], in commune te, frater carissime, deprecamur, ut verba admonitionis nostrae Aethbaldo[g] regi Mercionum interpretando et recitando adnunties et eo modo et ordine, quo ad te scripta transmittimus, sollicite enumerando et predicando illi indicaveris. Audivimus enim, quia pro timore Dei personam hominis non timeas;

---

a) *quae sequuntur sunt apud Willelmum Malmesbur., Baronium, Spelmannum.* b) *om. Baron.*

74. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (boni. *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) herefrido *1, corr. in* herenfrido *2;* heresfrido *P.* c) optabilem *P.* d) etiamsi sic *scripsit Jaffé pro* et etiam sic *1. 2. 3.* e) *deletum est in 2.* f) unum *1. 3. P, corr. in* unam *2.* g) aetbaldo *1;* aethebaldo *P.*

1) *Cf. quae Stubbs ad locum Willelmi Malmesbur. (p. 82 n. 1) adnotat: The close of the letter in the editions is quite different from this, and it may be suggested that there were two distinct letters of similar purport, one from Boniface himself alone which our author abridges, and the other from the collective episcopate of Germany, which is preserved in the edition of the letters.* 2) *Cf. supra p. 234.* 3) *V. Bedae chronologia continuata (ed. Holder p. 292) 747:* Herefridus vir Dei obiit *J.* 4) *nomina non leguntur infra; cf. ep. 73 supra p. 340, ubi sex tantum episcoporum nomina inveniuntur. J.*

744-747 et quod supra dictus rex aliquantulum quibusdam temporibus audire dignetur tua[a] monita. Et notum sit caritati tuae, quia haec verba admonitionis nostrae ad illum regem propter nihil aliud direximus nisi propter puram caritatis amicitiam: et quod, de eadem Anglorum gente nati et nutriti, hic per praeceptum apostolicae sedis peregrinamur. Bonis et laudibus gentis nostrae laetamur et gaudemus, peccatis autem eius et vituperationibus eius[b] tribulamur et contristamur. Obprobrium namque generis nostri patimur sive a christianis sive a[c] paganis dicentibus, quod gens Anglorum, Cf. 1. Cor. 7, 2. spreto more ceterarum gentium et despecto apostolico praecepto, immo Dei constitutione, legitimas uxores dedignentur habere et — hinnientium equorum[d] consuetudine vel rudentum asinorum more — luxoriando et adulterando[e] omnia turpiter fedet[f] et confundat. Igitur, si hoc scelus maximum verum sit, frater carissime, rogemus omnes communiter[g] supra dictum regem, ut semet ipsum cum populo corrigat; ne tota gens cum principe hic et in futuro pereat, sed ut, vitam propriam emendando et corrigendo, exemplis suis iterum gentem propriam ad viam salutis dirigat et, unde peccatum ante contraxit, inde[h] mercedem mereatur aeternam. Preterea partem timiamatis[i] et sabanum pro benedictione et signo purae caritatis tibi direximus.

Sanctis operibus florentem et probatis moribus proficientem fraternam dilectionem tuam atque bene valentem sancta trinitas aeternaliter custodiat.

75.

Bonifatius Ecbertho archiepiscopo Eboracensi de muneribus librisque missis gratias agit. Rogat, ut suam ad Aethelbaldum regem Mercionum epistolam sustentet. Bedae opuscula poscit. S. Gregorii epistolas mittit. *744—747.*

Codd. 1 (fol. 81'—83), 2 (fol. 63'—64'), 3 (fol. 5'—6), P[a].
Edd. S 8, W 54, G 52, J 61.

DILECTISSIMO AC REVERENTISSIMO FRATRI ECBERTHO[b] ARCHIEPISCOPO[1] BONIFATIUS SERVUS[c] SERVORUM DEI, LEGATUS GERMANICUS SEDIS APOSTOLICAE, SINCERAM IN CHRISTO SPIRITALIS GERMANITATIS SALUTEM.

Caritatis tuae muneribus et libris susceptis, erigens ad supera palmas[2], magnas omnipotenti Deo gratias egi, qui mihi longe peregrinanti talem invenire concessit amicum, qui mihi[d] et in rebus terrenis adiutorium et in spiritalibus, oratione et unitate[e] commonionis[f], divinum solacium transmisit. Nunc autem intimis praecordiorum precibus[3] almitatis tuae clementiam obsecro, ut vestrae fraternitatis synodo una cum

a) *om. 2.* b) *inductum est in 2.* c) *om. 1. P.* d) hinnientibus aequorum *1. 3, corr. in* hinnientium equorum *2.* e) adulteriando *1.* f) fedat *1. 3, corr. in* fedet *2;* foedet *P.* g) commoniter *1. 3, corr. in* communiter *2.* h) in *1. 3, corr. in* inde *2.* i) timeamatis *3.*

75. a) *Lemmata:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 3;* epistola bonifacii archiepiscopi *2; sine lemmate P.* b) hetberto *P.* c) *om. 1.* d) me *1. 3. P, corr. in* mihi *2.* e) et unitate *om. P.* f) communionibus *2;* communionis *P.*

1) *Eboracensi; qui Egbertus anno 732.* episcopus factus, *a. 735.* in archiepiscopatum confirmatus, *obiit a. 766; v. Bedae chronologia continuata, ed. Holder p. 291. 292; Ann. Lindisfarn. 735. 766 (SS. XIX, 505). J.* 2) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 2 (p. 1):* erectis ad aethera palmis *(infra ep. 91) et c. 52 (p. 70):* erectis ad sidera palmis. 3) *Cf. supra ep. 38 p. 288, infra ep. 112:* intimis obsecro praecordiis.

servis Dei mecum laborantibus adunatus esse merear: et sis mihi consiliarius et adiutor in[a] inquirendis et investigandis regulis aecclesiasticis iudiciorum Dei; et ut me, non ludivaga sermonum voce, sed serie rogantem ac dicentem esse scias: et me non arrogantem vel superbum aut proprio iudicio plus iusto placentem aestimes[b]. Nam catholica et apostolica Romana aecclesia, quando indignum ac vilem predicatorem ad predicandum Germaniae erroneis vel paganis gentibus direxit, praecepit mihi, ut ex auctoritate Romani pontificis, si alicubi viderem inter christianos pergens populos erroneos vel ecclesiasticas regulas mala consuetudine depravatas vel homines per invium a[c] catholica fide abductos, ad viam salutis invitare et revocare totis viribus niterer. 744-747

Hoc praeceptum servare cupiens, admonitoriam vel precatoriam[d] epistolam Aethelbaldo[e] regi Mercionum cum consilio et consensu episcoporum[1], qui[f] una nobiscum sunt, transmisi. Quam praesentare fraternitatis tuae obtutibus iussi, ut, si quae[g] in ea prave posita sint, emendes et, quae iusta sint, sale sapientiae tuae condias et auctoritate confirmes; et si radicem aliquam flagitiorum, de quibus in illa epistola contra regem Mercionum disputatum[h], in gente tua germinare velle videas, sicut providus et sapiens colonus cum falce dominicae auctoritatis in tempus praecidas[i] et radicitus evellas: ne[k] floruerit et[l] fiat ex vinea Sodomorum vitis eorum, et propago[m] eorum ex Gomorra, et sit furor draconum vinum eorum, et furor aspidum[n] insanabile[o][2]. Cf. Deuteron. 32. 32. 33. Inauditum enim malum est preteritis[p] saeculis et, ut hic servi Dei gnari scripturarum dicunt, in triplo vel in quadruplo Sodomitanam luxoriam vincens, ut gens christiana contra morem universae terrae, immo contra praeceptum Dei despiciat legitima matrimonia et adhereat[q] incestis[r] luxoriis[s] adulteriis[t] et nefanda stupra consecratarum et velatarum feminarum sequatur.

Praeterea obsecro[u], ut mihi de opusculis Bedan[v] lectoris[w] aliquos tractatus conscribere et dirigere digneris — quem nuper, ut audivimus, divina gratia spiritali intellectu ditavit et in vestra provincia fulgere concessit[3] — et ut candela, quam vobis Dominus largitus est, nos quoque fruamur.

Interea ad indicium caritatis fraternitati tuae direxi exemplaria epistolarum[x] sancti Gregorii — quas de scrinio Romanae ecclesiae excepi; quae non rebar ad Brittaniam[y] venisse; et plura iterum, si mandaveris, remittam; quia multas inde excepi — et corporale[z] pallium[a] et villosam unam ad tergendos pedes, cum laveris[b], servorum Dei.

Valere beatitudinem tuam et sacris virtutibus proficere in Christo optamus.

76.

Bonifatius Huetberhtum abbatem Wiremuthensem et Girwensem rogat, ut sibi opuscula Bedae et cloccam mittat. *744—747.*

Codd. 1 (fol. 83), 2 (fol. 65), 3 (fol. 6), P[a].
Edd. S 9 et 150, WG 37, J 62.

---

a) *om. P.* b) aestimaes *3.* c) *om. 1.* d) prẹcatoriam *1;* precotoriam *3.* e) aethilbaldo *2;* thebaldo rege *P.* f) quia *1.* g) *corr. in* qua *2.* h) est *superscriptum est in 2.* i) prẹdicas *1.* k) cum *add. P.* l) *om. 1. 3. P; superscriptum est in 2.* m) propaga *1. 3, corr. in* propago *2.* n) aspide *1.* o) insensabile *1.* p) prę ceteris *P.* q) adhere ad *1.* r) incertis *1.* s) luxosus *1;* luxuriosos *P;* et *add. 2.* t) adulteros *P.* u) *om. 1. 2.* v) bedani *1;* bedae *2.* w) sancti *add. manus corrigens in 2.* x) epistularum *3.* y) *corr. in* brittanniam *2.* z) corporalem *1.* a) pallios *P.* b) lavaveris *3.* [a) l. 32]
76. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (boni. *1*) archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.*

1) *V. ep. 73 supra p. 340.* 2) *Ultimis verbis usus est Pseudoisidorus in epistola Cornelii papae c. 6 ed. Hinschius p. 175.* 3) *Beda obiit die 27. Maii a. 735.*

744-747 DILECTISSIMO AC REVERENTISSIMO FRATRI HUETBERHTO[a] ABBATI[1] ET UNIVERSIS FRATRIBUS SANCTAE CONGREGATIONIS EIUS BONIFATIUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO FRATERNAE CARITATIS SALUTEM.

Fraternitatis vestrae pietatem intimis obsecramus precibus, ut nos, inter feras et ignaras gentes Germaniae laborantes et grana evangelica plantantes, vestris sacrosanctis orationibus adiuvemur, et precibus sanctitatis vestrae in nobis sevus Babylonicae ardor restinguatur[b] flammae, et sparsa sulcis ad fructum multiplicata surgant
1. Cor. 3, 7. semina. Quia iuxta dictum apostoli: 'Neque qui plantat neque qui rigat est aliquid,
Eph. 6, 19. sed Deus qui incrementum dat; ut detur nobis sermo in apertione oris, et sermo
2. Thess. 3, 1. Domini currat et clarificetur'. Interea rogamus, ut aliqua de opusculis sagacissimi investigatoris scripturarum Bedan monachi[2], quem nuper in domo Dei apud vos vice candelae ecclesiastice scientia scripturarum fulsisse audivimus, conscripta nobis transmittere dignemini. Et si vobis laboriosum non sit, ut cloccam unam nobis transmittatis, grande[c] solacium peregrinationis nostrae transmittitis[d]. Ad indicium quoque intime caritatis lectisternia[3] caprina, sicut hic vocant, vobis direximus. Quae petimus, licet digna non sint, ut pro memoria suscipiatis.

Alma trinitas et una divinitas fraternitatem vestram et hic sanctis virtutibus proficientem ac valentem augeat et custodiat et in futura beatitudine, inter splendida angelorum agmina gaudentes remunerando, glorificet.

77.

Zacharias papa Bonifatio significat, se Pippino maiori domus de re sacerdotali et coniugali consulenti respondisse. In concilio et responsa sua recitari et Aldeberti, Godalsacii, Clementis exepiscoporum causam denuo agi vult. *747 Ian. 5.*

Codd. 1 (fol. 39'—40'), 2 (fol. 28—29'), P[a].

Edd. S 139, W 74, G 64, J 63. — Jaffé, Reg. 2278 (1751).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI[b] BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI[c].

1. Cor. 11, 1. Egregius nos ammonet beatus apostolus Paulus in eo, quod ait: 'Imitatores mei estote, sicut et ego Christi'. Hinc est ergo, ut per spiritale caritatis vinculum, etsi corpore absentes, spiritu vero[d] semper fraternae sanctitati tuae simus praesentes; ita ut[e] nostris visceribus te habentes carissimum fratrem et consacerdotem, licet peccatores, tamen spe divina freti, assidue in nostris orationibus memoriam tui agere non desistimus, petentes inmensam Christi dei nostri divinitatem, ut in[f] peragendum suum te confirmet ministerium, quatenus in diem adventus eius illam placa-
Isai. 8, 18; Ioh. 18, 9. bilem merearis exprimere vocem: 'Ecce ego et pueri, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam'; ut continuo altisona et desiderabilis vox inter illos, qui ab initio

---

a) uberto *P.* b) restringuatur *1.* c) grande — transmittitis *om. 1.* d) transmittatis *3. P.*

77. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola zachariae papae ad bonifatium archiepiscopum *2.* b) *om. 1.* c) reverentissimo — dei *om. P.* d) non *P.* e) in *add. P.* f) *deletum est in 1.*

1) *S. Petri Wiremuthensis et s. Pauli Girwensis; de quo cf. Beda De vita abbatum Wiremuthensium (Opp. ed. Giles IV, 294 sq.) et Mabillon, Acta ss. ord. Bened. saec. III P. I, 294. J.* 2) *Cf. supra p. 347.* 3) *lecti opertoria.*

mundi[a] ei placuerunt, consonanter te in illorum invitatione submittat, in qua dicturus 747
est: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est[b] ab Cf. Iudith 9, 16. Matth. 25, 34.
origine mundi'.

His ita se habentibus[c], agnoscas carissime, flagitasse a nobis Pippinum excellentissimum maiorem domus gentis Francorum per suum hominem nomine Ardobanium[d], relegiosum presbiterum[1], aliquanta capitula de sacerdotali ordine et quae ad salutem animarum pertinent, simul etiam et pro illicita copula, qualiter[e] sese debeant custodire iuxta ritum christianae religionis et sacrorum canonum instituta. Et quamquam de hoc iam experta sit tua fraterna sanctitas quae a nobis sunt decreta, illius tamen votis aurem accommodantes, in brevi eloquio conscripta apostolica documenta direximus. Pro quibus, ut in sacerdotali collegio lectioni pandatur, et tuam fraternam sanctitatem inibi[f] evocari dedimus in mandatis.

Et dum pro hac re fuerit aggregatum concilium, ad medium deducantur sacrilegi illi contumaces Aldebertus et Godalsacius[g] et Clemens exepiscopi[h], ut eorum denuo subtili indagatione cribretur causa. Quos si deviantes a rectitudinis tramite usquequaque reppereritis et convicti[i] fuerint inclinati, ad viam converti rectitudinis, ut bonum atque placitum in oculis vestris paruerit, cum principe provinciae disponite secundum sacrorum canonum sancita. Sin autem in superbia perstiterint, contumaciter proclamantes, reos se non esse, tunc cum probatissimis atque prudentissimis sacerdotibus duobus vel tribus praedictos ad nos dirigitis[k] viros, ut profunda inquisitione coram sede apostolica eorum inquiratur causa et, iuxta quod meruerint, finem suscipiant. Age itaque, dilectissime frater, in ministerio tibi commisso, ut ab omnipotente Deo, mercedis premium recipiens, aeternam vitam consequi merearis.

Deus te incolomem custodiat, reverentissime et sanctissime[l] frater.

Data Nonas Ianuarias, imperante domno[m] piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno XXVIII[2], post consulatum[n] eius anno sexto, indictione quinta decima.

78.

Bonifatius Cudberhto archiepiscopo Cantabrigiensi de muneribus litterisque missis gratias agit. A sese in synodo quae statuta sint, significat. Suadet assiduitatem. Addit de feminarum Romam peregrinatione coercenda, de monasteriis per laicos non regendis, de vestium luxuria. *747.*

Codd. 1 (fol. 122' – 128'), 2 (fol. 97' – 103'), 3 (fol. 67 – 70'), P. Praeterea adhibui Spelmanni (Concilia orbis Britannici I, 237) editionem ex cod. Cottoniano flammis deperdito factam (Sp.) et eam quam Giles (Anecdota Bedae Lanfranci et aliorum p. 7—17) ex codice non indicato pararit editionem (G. an)[a].

Edd. S 105, W 73, G 63, J 70.

---

a) *om. 1.* b) vobis praeparatum 2; vobis paratum *P pro* quod — est. c) agentibus *P.* d) ardochanum *P.* e) et *add. P.* f) mihi *P.* g) godolsacius 2. *P.* h) exepi 2, *ubi* ex *deletum est.* i) cum victi *P.* k) *corr. in* dirigetis 2. *P.* l) et sanctissime *om. 1.* m) nostro *addit 1. P.* n) imp̄ *1;* imperii 2. *Scripsit J.* post consulatum; *c. supra p. 225.*

78. a *Sine lemmate.*

1) *Cf. Zachariae epistolam ad Pippinum maiorem domus atque ad episcopos Francorum datam (Jaffé, Biblioth. IV p. 19—31 ep. 3).* 2) *immo XXVII, v. supra p. 226.*

747 SPIRITALIS ADFINITATIS NECESSITUDINE COPULANDO FRATRI, ARCHIPONTIFICATUS INFULA SUBLIMATO, COEPISCOPO CUDBERHTO[a] [1] BONIFATIUS, LEGATUS GERMANICUS CATHOLICE[b] APOSTOLICE ROMANE[c] AECCLESIAE, OPTABILEM IN CHRISTO[d] INTIMAE[e] CARITATIS[f] SALUTEM.

Cf. Eccli. 25, 12. Scriptum enim est in libro Salomónis: Beatus homo, qui invenit amicum, cum quo possit loqui quasi cum semet ipso[2]. Cum muneribus munificentiae[g] vestrae[h] dulcissimas litteras vestras, fraterna caritate interlitas[i] [3], magnas[k] Deo et vobis gratias agentes, filio vestro diacono Cyneberhto[l] offerente, suscepimus. Vivae vocis quoque melliflua conloquia vestra de fraternis consiliis per illum nobis caritas vestra mandavit. Quae consiliorum spiritalia conloquia optamus ut, Deo volente quam diu in hac mortali vita vivamus, inter nos iugiter insinuentur, illo prestante, a quo solo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera[4]. Vos melius et plenius — quibus Deus multis donavit et prudentius nosse et melius et plenius posse — nos, quasi in paucis fideles vestri[m] et devoti, studeamus instrui, aureo[n] caelestis amoris vinculo, quod rumpi non potest, invicem catenati.

Nam labor nostri ministerii unius et eiusdem causae esse dinoscitur; et equalis speculatio in curis ecclesiarum sive populorum nobis credita est, sive in docendo sive in artando[o] et monendo sive in defendendo canonicos[p] gradus vel plebeos[q]. Idcirco humillima[r] prece deposco, ut, dum vobis[s] salubre consilium Deus inspiraverit vel suo spiritu synodalium consultuum[t], nobis insinuare non pigeat. Et nos similiter, si parvitati[u] nostrae Deus aliquid tale, vobis quod necessarium vel amabile, insinuaverit, similia faciamus. Maior enim nobis sollicitudo ecclesiarum[v] et cura populorum propter pallia credita et recepta quam ceteris episcopis, quia proprias tantum procurant parrochias, incumbit. Propterea[w], carissimi[x] — non quia vestrae prudentiae opus sit rusticitatis nostrae statuta[y] audire vel legere, sed[z] propter

a) cudberto *1. 2; gudberto P;* Cuthberto *Sp.* b) et *add. 2. P. Sp.* c) ramanae *3.* d) *om. 2.* e) *om. 1;* internae *2.* f) *om. P.* g) munificentia *1;* municentiae *3.* h) vestra *1.* i) interlatas *Sp.* k) *om. P.* l) cynebertho *1. Sp., corr. in* cuneberhto *2;* cyneberto *P.* m) uni *2;* tamen *Sp.* n) aurō *1;* auro *corr. in* aureo *2;* auro *3.* o) *corr. in* hortando *2;* hortando *P. Sp.* p) canonicus *3.* q) plebeis *1;* plebi *2;* plebeios *P.* r) humillima — amabile *recepi ex Sp. et G. an. (Pro omnibus his verbis in 2. 3. P non leguntur nisi haec:* humillimam (humillima *P*) ab ille; *in 1 haec:* ut ille*).* s) nobis *Sp.* t) consultum *Sp.* u) pravitati *Sp.;* parvitate *G. an.* v) ecclesiam *3.* w) praeterea *1.* x) carissimi *1. 2; manus recentior corr. in* carissime *in 3.* y) statura *3.* z) set *3.*

1) *archiep. Cantabrigiensi, 740—762. Has literas aestate anni 747. compositas esse Hahn (Bon. u. Lul 219) coniecit, Loofsio (Zur Chronol. p. 36) ei astipulante, quia concilium Cloveshovense* Septembris mensis initio *huius anni habitum ex Bonifatii consiliis manifesto pendeat. Cf. Willelmi Malmesbur. Gesta pontif. Angl. l. I ed. Hamilton p. 9—11 (§ 6* Huius sinodi actionem, nam nos capitula tantum tetigimus, Cutbertus archiepiscopus statim per Kineberhtum diaconum suum Bonefatio Mogontino archipresuli misit: unde ipse congratulans eleganter rescripsit, sicut suo loco lector inveniet*), Mansi XII col. 395. Eiusdem epistolae meminit Willelmus Malmesbur. in Gestis regum Anglor. l. I c. 82 (p. 82 ed. Stubbs):* Porro misit idem Bonefacius Cuthberto archiepiscopo eiusdem tenoris epistolam hoc adiiciens, ut clericos et sanctimoniales de tenuitate et pompa vestium argueret. Praeterea ne miraretur, quod alienum negotium ageret, cum sua nihil interesset, quomodo et quibus moribus Anglorum gens viveret, sciret se a Gregorio papa tertio sacramento astrictum, ne conterminarum gentium mores apostolicae notitiae subtraheret; quapropter blandis admonitionibus non succedentibus acturum se ne huiusmodi vitia papam laterent. *Willelmus pergit deinde c. 83 (p. 83):* Nec inanes esse potuere tanti viri epistolae .. Namque et Cuthbertus archiepiscopus et rex Ethelbaldus concilium coegere emendaturi superflua quae ille increpasset *etc.* 2) *Cf. Eccli. 25, 12:* Beatus, qui invenit amicum verum, et qui enarrat iustitiam auri audienti. 3) *Cf. supra p. 250:* precibus caritatis interlitis. 4) a quo sancta — sunt opera *ex precatione sollemni (in Processionali Romano: Litaniae maiores et minores), cuius initium hoc est:* Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et iusta sunt opera, da servis tuis *cet. J.*

bonam et humilem et sanctam voluntatem vestram putamus. vos libentius scire velle 747
quam nescire — quae hic sacerdotes nobiscum servanda decreverunt[a], vobis emendanda et corrigenda distinamus.

Decrevimus autem in nostro sinodali conventu et confessi sumus, fidem catholicam et unitatem et subiectionem Romanae ecclesiae fine tenus vitae nostrae velle servare; sancto Petro et vicario eius velle subici[b]; sinodum per omnes annos congregare; metropolitanos[c] pallia ab illa sede querere; et per omnia praecepta sancti Petri canonice[d] sequi desiderare, ut inter oves[e] sibi commendatas numeremur[f]. Et isti[g] confessioni universi consensimus[h] et subscripsimus et ad corpus sancti Petri principis apostolorum direximus. Quod gratulando clerus Romanus et pontifex [1] suscepit.

Statuimus, ut per annos singulos canonum decreta et aecclesiae iura et norma regularis vitae in sinodo[z] legantur et recuperentur[i]. Decrevimus, ut metropolitanus, qui sit pallio sublimatus, hortetur ceteros et admoneat[2] et investiget, quis[k] sit inter eos curiosus de salute populi quisve neglegens. Servis[l] Dei venationes[m] et silvaticas vagationes cum canibus, et ut acceptores et walcones[n] non habeant, prohibuimus. Statuimus, ut per annos singulos unusquisque presbiter episcopo suo in quadragissima rationem ministerii[o] sui reddat, sive de fide catholica sive de baptismo sive de omni[p] ordine ministerii sui[q]. Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parrochiam suam sollicite circumeat, populum confirmare et plebes docere, et investigare et prohibere paganas observationes, divinos[r] vel sortilogos[s], auguria, filacteria[t], incantationes vel omnes spurcitias gentilium. Interdiximus servis Dei, ut[u] pompato[v] habitu[w] vel sago vel[x] armis utantur.

Statuimus, quod proprium sit metropolitano[y] iuxta canonum statuta subiectorum sibi episcoporum investigare mores et sollicitudinem circa populos, qualis sit; et moneat, ut episcopi a sinodo[z] venientes, in propria parrochia cum presbiteris et abbatibus conventum habentes, praecepta sinodi[a] servare insinuando praecipiant. Et unusquisque episcopus, si quid in sua diocesi[b] corrigere vel emendare nequiverit[c], id item[d] in sinodo[z] coram archiepiscopo[e] et palam[f] omnibus ad corrigendum insinuet, eodem modo quo[g] Romana aecclesia nos ordinatos cum sacramento constrinxit, ut, si sacerdotes vel plebes a lege Dei deviasse viderim et corrigere non potuerim, fideliter semper sedi[h] apostolicae et vicario sancti Petri ad emendandum indicaverim[i] [3]. Sic enim, nisi fallor, omnes episcopi[k] debent[l] metropolitano et ipse[m] Romano pontifici, si quid de corrigendis populis apud eos inpossibile est, notum facere; et sic[n] alieni fient[o] a[p] sanguine animarum perditarum.

De cetero, frater carissime, quia nobis equalis[q] labor et maius[r] periculum inminet quam ceteris sacerdotibus, quia canones antiqui precipiunt, ut omnes sciant, metropolitanum sollicitudinem totius provinciae gerere, et, ut verbi gratia dicam sicut timeo, navem gubernandam inter fluctus feri maris semel suscepimus, quam nec

a) quapropter ea *add.* 2. b) subieci 3. c) metropolitanus 3. d) canonicae 3. e) ovas 1. f) numerentur *Sp.* g) istae *Sp.* h) consimus 3. i) reviperentur 3; recuperantur *Sp.* k) qui *Sp.* l) servus *Sp.* m) nationes 3. n) falcones 2. *P.* o) ministri *Sp.* p) *om. P.* q) statuimus ut per a. s. unusquisque — ministerii sui *om.* 2. r) divinos — incantationes *om.* 1. s) sortilegos *P.* t) filactera 3. u) non *add.* 2. v) pombato 1. w) habitatu 3. x) non *add. P.* y) metropolitani 1. *Sp.* z) synodo 2. 3. a) synodi 2. b) diocesse 3. c) nequeverit 3. d) itidem 2; idem *Sp.* e) archiepiscopis 1. *P.* f) pallam 3. g) nos *add. P.* h) sitei 1. i) indicarem 2. k) episcopos 1. l) debeant *P.* m) ipsi 2. n) si 1; ipsi 2. o) fiunt 2. p) *om.* 1. 3. q) aequalis 2. 3. r) magis 1. [a) l. 26]

1) *Zacharias; v. ep. 80 infra p. 360.* Suscepimus vero et chartam — orthodoxae professionis et catholicae unitatis *cet.* 2) *Hunc locum adhibuit Bened. Lev. II c. 79 p. 77.* 3) *V. ep. 16 supra p. 266.*

717 caute[a] regere nec sine peccato dimittere[b] valemus — quia[c], ut[d] quidam sapientium[1]
dicit: 'Si periculosum est, navem inter fluctus caute non regere, quanto periculosius
est, eam undis tumescentibus[e] fluctuantem in tempestate relinquere' — 'et[2] idcirco
ecclesia, quae velut navis magna per mare mundi huius enavigat, quae diversis
temtationum[f] fluctibus in hac vita tunditur, non est tamen relinquenda, set regenda'.
Cuius rei in exemplo priores patres habemus Clementem et Cornelium et ceteros
conplures[g] in urbe Roma[h], Cyprianum in Cartagine, Athanasium in Alexandria, qui
sub paganis imperatoribus navem Christi, immo carissimam sponsam eius, aecclesiam
scilicet, docendo, defendendo, laborando et patiendo[i] usque ad sanguinis effusionem
gubernabant. Possum enim de memet[k] ipso pro certo iuxta vocem cantici canticorum
Cant. 1, 5. dicere: 'Filii matris meae pugnaverunt contra me; posuerunt me[l] custodem in vineis,
Cf. Isai. 5, 7. vineam meam non custodivi'. Vinea enim secundum[m] Naum[n] prophetam domini Sa-
baoht, domus Israhel est; nunc videlicet aecclesia catholica esse comprobatur. Cuius
synodum congregandam et hortandam iussu[o] pontificis Romani et rogatu[p] principum
Francorum et Gallorum sub spe restaurandae[q] legis Christi suscepi. Circumfodi,
Cf. Isai. 5, 4. cofinum[r] stercoris adportavi, set non custodivi. Cum[s] exspectarem ut faceret uvas,
Habac. 3, 17. fecit autem labruscas[t]: et iuxta alium prophetam: 'Mentietur[u] opus olivae, et campi
non facient[v] escas'[3]. Sed, pro dolor, officium laboris mei rerum conlatione simillimum
esse videtur cani latranti et videnti, fures et latrones frangere et subfodere[w] et vastare
domum domini sui; et quia defensionis[x] auxiliatores non habeat, submurmurans in-
gemescat et lugeat. Nunc autem, quod mihi in tali periculo posito iustum et cautum
esse videtur, salubre consilium vestrum querens et scire desiderans, insinuo libertatem
praedicandi; dico, ut in[4] actibus apostolorum Paulus apostolus sacerdotibus intimavit,
Act. 20, 26–28. dicens: 'Contestor vos hodierna die[y], quia mundus sum ab omnium sanguine. Non
enim subterfugi, quominus adnuntiarem[z] vobis omne consilium Dei. Adtendite vobis
et universo[a] gregi, in quo posuit[b] vos spiritus sanctus episcopos[c], regere ecclesiam
Dei, quam adquisivit sibi sanguine suo. Regnum', inquit, 'Dei, inter[d] vos ambulans,
Cf. Act. 20, 28; Ezech. 3, 17; Ioh. 10, 2. praedicavi; ut me alienum ab omnium perditione servarem'. Nam apostolus episcopum,
propheta speculatorem, salvator mundi pastorem aecclesiae sacerdotem appellat; et
omnes tacentem peccata populi doctorem[e] reum[f] sanguinis animarum perditarum sub
silentio esse conprobant. Propter hoc horribilis et maxima necessitas[g] cogit, ut iuxta
dictum apostoli nos formam debeamus exhibere fidelibus; hoc est[5], nisi me fallat
Cf. 2. Thess. 3, 9. opinio, ita iuste[h] vivendum est[i] sacerdoti[k], ne dicta sua repugnantibus factis evacuet
et ne[l], cum sibi de proprio caute vivat, tacens alieno damnetur[m] peccato. Quia ad
hoc est aecclesiae Dei praepositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo instituat,
sed etiam fiducialiter praedicando singulis[n] ante oculos peccata sua constituat et, quae
poena maneat[o] duros et quae gloria oboedientes, ostendat. Quia iuxta verbum Domini

a) cauto *3.* b) demittere *3. Sp.* c) et quia *2.* d) *om. 2.* e) ea mundissimum escentibus *3;* intumescentibus *Sp.* f) temptationum *2. 3.* g) sanctos plures *P.* h) Romana *Sp.* i) patiando *1.* k) memed *1.* l) *om. 1. 3.* m) secu *3.* n) *om. Sp.* o) iussi *1. 3.* p) rogata *1.* q) restaurandi *Sp.* r) confinum *P.* s) Quia cum *Sp.* t) labrucas *3.* u) mentientur *1. 3. Sp.;* mentitur *P.* v) faciunt *1. 3.* w) subfodire *1. 3.* x) defensiones *1. 3;* defensiones et *2.* y) *om. 1. 3. P.*
[a) l. 26] z) adnuntio *1. 3. P.* a) universi *1.* b) *om. 1. 3.* c) *om. P.* d) in *1. 3.* e) tacentes — doctores *2;* tacentem *corr. in* tacentes *P.* f) *om. 1. 3. P.;* reos *2.* g) necessitatis *3.* h) iustę *1;* iuxta *P.* i) *om. 1. 3. P.* k) doctori *1;* .... doti *3.* l) ue *1. 3.* m) dampnetur *1.* n) singulos *1. 3. Sp.* o) habeat *1;* aveat *3.*

1) *Ex Iuliani Pomerii de vita contemplativa l. I c. 16 (Migne, Patrol. lat. LIX, 431): cf. Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XXIV, 597).* 2) *Ibid. c. 16 col. 432, ubi* contunditur *legitur.* 3) *Habac. 3, 17 secundum versionem antiquam, v. Sabatier, Bibliorum vers. ant. t. II, 969.* 4) *Iulian. II c. 3 col. 445:* In actibus — servarem*; sed Bonifatius verba parum accurate reddit.* 5) *Ibid. I c. 20 col. 434—35:* hoc est — non credamus*; cf. Steph. Baluzium ad Lupi opp. p. 410.*

ad Hezechielem[a], cui dispensatio verbi commissa[b] est, etiamsi sancte vivat, et tamen 747
perdite viventes arguere aut erubescat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente Cf. Ezech. 3, 18.
perierint, perit[c]. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato?
Taciturnitatem quidem sacerdotis[d] Dominus[e] ad Hezechielem[a] loquens terribiliter pro-
hibet et speculatorem sacerdotem appellat, ut, sicut speculatoris est de loco editiori[f]
plus omnibus contemplari, ita sacerdos debet esse meritorum sublimitate celsior et
maioris scientiae habere gratiam, qua possit ceteros instruere. 'Audiens', inquit divinus Ezech. 3, 17.
sermo, 'sermonem adnuntiabis eis ex me'. Indicat, ut hoc dicat sacerdos, quod ex
divina lectione didicerit[g], quod illi Deus inspiraverit[h], non quod humanus[i] sensus[k]
invenerit. 'Adnuntiabis eis', inquit, 'ex me'; ex me[l] non ex te; mea verba loqueris; ibid.
non est, quod ex his[m], tamquam de tuis, infleris. Ex me inquit eis[n] adnuntiabis[o].
'Si, me dicente ad[p] impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat Ezech. 3, 18.
impius a[q] via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de
manu tua requiram'. Acsi aperte dicat: Si ei peccata sua non adnuntiaveris et si
eum[r] non argueris, ut convertatur et vivat, et te, qui non increpasti, et ipsum, qui
te[s] tacente peccavit, flammis perennibus tradam. Non simus ergo tam saxei[t] vel tam
ferrei pectoris[u], ut nos ista verba Domini non terreant. Non simus tam alienati a fide,
ut istis verbis Domini non credamus[v]; sed excitemus et exhortemur[w] fratres nostros
verbis[x] venerandis sancti Petri apostoli: 'Sobrii estote et vigilate et excitamini; quia[y] 1. Petr. 5, 8. 9.
adversarius vester[z] diabolus[a] tamquam leo rugiens[b] circuit quaerens, quem devoret: cui
resistite fortes in fide, scientes, eandem passionem, quae in mundo est, vestrae frater-
nitati fieri'. Et episcopos synodi nostrae[c] subiectionis[d] adiuratione[e] sancti Pauli
apostoli admoneamus[f], Timotheo dicentis: 'Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui 2. Tim. 4, 1. 2.
iudicaturus est vivos ac mortuos[g] per[h] adventum ipsius[i] et regnum eius[k]: praedica
verbum, insta oportune inportune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina'.
Est enim iam praedictum ab apostolo[l] 'tempus, cum sanam doctrinam non sustinent[m], 2. Tim. 4, 3.
sed ad[n] sua desideria coacervant[m] sibi magistros' et cetera. Clamemus in fortitudine
iuxta dictum prophetae[1], qui adnuntiamus pacem in terris hominibus bonae voluntatis. Cf. Luc. 2, 14.
Ille namque in fortitudine clamat, quem nec metus nec verecundia praedicare verbum
vitae inpedit. Contendamus, auxiliante Domino, ut non simus inter illos falsos pastores
ovium, quos propheta accusat dicens: 'Haec[2] dicit dominus Deus: Vae pastoribus Ezech. 34, 2—5.
Israhel, qui[o] pascebant semet ipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac
comedebatis et lanis operiebamini, quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum
non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis et quod egrotum non sanastis,
quod fractum est non alligastis et quod abiectum non reduxistis, quod perierat non
quesistis; sed cum austeritate imperabatis et cum potentia. Et dispersae sunt oves
meae, eo quod non esset pastor; et factae sunt in devorationem omnium bestiarum
agri'. Vae, quod propheta[p] dicit, pro maledicto posuit; per pastores episcopos signi-
ficat[q]: greges Domini[r], id est fideles populos ad pascendum. Set semet ipsos pascunt,
quod[s] non populi salutem, sed suas voluntates adtendunt. Lac et[t] lanas ovium Christi

a) ezechielem *1.* b) commisa *3.* c) periit *1; om. P.* d) sacerdotes *P.* e) dm *1. 3.* f) edtiori *1.* g) dedicerit *3.* h) inspiverit *3.* i) humani *1. 3;* humano *P.* k) sensu *P.* l) ex me *deleta sunt in 1.* m) is *1; om. P.* n) ei *1. 2. 3. Sp.* o) adnuntiatis *1. 3.* p) *om. 1. 3.* q) impiis in *1.* r) eni *1.* s) *om. 3. Sp.* t) saxi *3.* u) peccatoris *3.* v) credimus *P.* w) exortemus *1;* exhortemus *3.* x) *om. P.* y) quod *1.* z) noster *1.* a) diabulus *3.* b) ruiens *1.* c) synodis nostris *3. Sp.* [a) l. 20] d) subiectos *Sp.* e) adiurationem *P.* f) *corr. in* admonemus *2.* g) ac mortuos *om. P.* h) et *1. 2. 3. P.* i) *om. 2.* k) est *3.* l) ad apostolos *1;* ab apostolos *3;* ab apostolis *P.* m) sustinebunt — coacervabunt *2.* n) a *P.* o) loqui *1. 3.* p) profeta *2. 3.* q) qui *add. 2.* r) susceperunt *add. 2.* s) q *1;* qui *2. P;* quod *3. Sp. in marg.* t) licet *pro* Lac et *P.*

1) *Isai. 58, 1 secundum versionem antiquam ap. Sabatier, Bibl. vers. ant. II, 618.* 2) Haec dicit — meorum tenebrae *Iulian. I c. 21 col. 436—37, non paucis mutatis.*

747 oblationibus cotidianis ac decimis fidelium suscipiunt: et curam gregis[a] Domini deponunt. Non sanant spiritali consilio infirmum peccatis; non solidant[b] sacerdotali ope diversis tribulationibus fractum; non revocant erroneum ad viam salutis; non requirunt sollicitudine[c] pastorali veniae iam desperatione[d] perditum; nec adflictos contra[e] violentiam[f] potentum, qui in eos ferarum more desaeviunt, defendunt; nec[g] divites peccantes vel potentes non solum non arguunt, sed etiam venerantur. Et ideo minaciter (Ezech. 34, 2.) superbiam talium sermo divinus contundit dicens: 'Vae pastoribus Israhel'. Et iterum: (ibid. 34, 9. 10.) 'Propterea, pastores, audite verbum Domini. Haec dicit Dominus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, et cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem nec pascant amplius semet ipsos'. Quod quid est aliud quam: 'Pastores, qui semet ipsos non greges pascunt, de sublimitate honoris inter reprobos et inter maledictos proiciam?' Ad haec omnia quis non intremescat[h], nisi[i] qui futura non credit. Omnia[k], quae Deus voluit observare, tam aperte[l] posuit, sui nominis auctoritate firmavit, ut ea facilius — quod dictu quoque nefas est — contemnamus quam, nos non intellegere tam aperta et divina mentientes fingamus. Quando audimus[m]: 'Haec dicit Deus[n]', quis[o] futurum esse non credat, quod dicit Deus, nisi qui Deo non credit? Horum et his similium consideratione perterritus sum, et 'timor et (Ps. 54, 6.) tremor venerunt super me, et pene contexerunt me peccatorum meorum tenebrae', et semel susceptum gubernaculum[p] aecclesiae libuisset, placuisset[q] mihi omnino dimittere, si valerem vel exempla patrum vel scripturas sacras consentaneas invenirem[r].

Idcirco, frater carissime, quia[s] haec omnia ita se habent, et veritas fatigari potest, vinci autem et falli non potest, fatigata mens nostra confugiat ad[t] illum, qui per Salo- (Prov. 3, 5. 6.) monem dicit: 'Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae tuae. (Prov. 18, 10.) In omnibus viis[u] tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos'; et alibi[v]: 'Turris fortissima nomen Domini; ad ipsam confugit iustus et salvabitur'. Stemus in iustitia[w] et praeparemus animas nostras ad temptationem[x], ut sustineamus sustentationem[y] (Ps. 89, 1.) Dei et dicamus ei: 'Domine, refugium factus es nobis a generatione et progenie[z]'. Confidamus in eum, qui nobis onus inposuit. Quod per nos portare non possumus, (Matth. 11, 30.) portemus per illum, qui est omnipotens, qui dicit: 'Iugum enim meum suave est, et (Cf. Ezech. 13, 5.) onus meum leve'. Stemus in praelio in die Domini, quia[a] 'dies tribulationis et angustie' (Sophon. 1, 15.) venerunt super nos. Moriamur, si Deus voluerit, pro sanctis legibus patrum nostro- (Cf. Isai. 56, 10.) rum, ut hereditatem cum illis[b] aeternam consequi mereamur. Non simus canes muti, (Cf. Ioh. 10, 13.) non simus taciti speculatores, non simus mercennarii[c] lupum fugientes: sed pastores solliciti[d], vigilantes supra gregem Christi, predicantes maiori[e] ac[f] minori, diviti et pauperi omne consilium Dei, omnibus gradibus vel aetatibus, in quantum Deus dona- (2. Tim. 4, 2.) verit posse, oportune, inportune, eo modo quo[g] sanctus Gregorius in libro pastorali conscripsit.

Preterea non taceo caritati vestrae, quia[h] omnibus servis Dei, qui hic vel in scriptura vel in timore Dei probatissimi sunt, videtur[i], quod bonum esset[k] et honestas et pudicitia[l] vestrae ecclesiae et[m] aliquod velamentum turpitudinis, si prohiberet synodus et principes vestri mulieribus et velatis[n] feminis illud iter[o] et frequentiam,

a) greges *3.* b) consolidant *2.* c) sollicitudinem *1. 3.* d) disperatione *1.* e) cum *1; om. 2;* con *3. Sp.* f) violentia *2.* g) et *2.* h) tremescat *1. Sp.;* intremiscat *P.* i) nis *1.* k) sed omnia *Sp.;* et omnia *P.* l) apeste *1. 3.* m) audivimus *1. P.* n) dominus *2.* o) qui *P.* p) navis *sequitur ap. Sp.* q) placuissetque *2;* plicuisset *3;* si licuisset *Sp.* r) invenire *3. Sp.* s) quae *3.* t) ab *1.* u) uis *Cott.* v) dixit *add. Cott.* w) e .... *Cott.* x) temtationem *Cott.* y) suste .... [a) l. 30] sustintationem *Cott.* z) progeniae *Cott.* a) quod *1;* quoniam *P.* b) alis *Cott.* c) mercinarii *3.* d) sollicite *Cott.* e) maiora *1.* f) et *1.* g) quod *1.* h) quod *1.* i) probatissimi esse videntur *1;* probatissimi videntur *3. Sp.* k) *om. 1. Sp.;* consilium *3.* l) pudicitiae *1. 3. P. Sp.* m) *om. 1. 3;* ecclesiae et *om. Sp.* n) et vel *1. 2;* et velatis *corr. in* et vel *3.* o) illuditur *P.*

quam ad Romanam civitatem veniendo et redeundo faciunt. Quia magna ex parte 747 pereunt[a], paucis remanentibus integris. Perpauce enim sunt civitates in Longobardia[b] vel in Francia aut in Gallia, in qua non sit adultera vel meretrix generis Anglorum. Quod[c] scandalum est et turpitudo totius ecclesiae vestrae[d].

Illud autem, quod[e] laicus homo, vel inperator vel rex aut aliquis praefectorum[f] vel comitum, seculari potestate fultus, sibi per violentiam rapiat monasterium de potestate episcopi vel abbatis vel[g] abbatissae, et incipiat ipse vice abbatis regere et habere sub se monachos et pecuniam possidere, quae fuit Christi sanguine conparata, talem hominem antiqui patres nominabant[h] raptorem[i] et sacrilegum[k] et homicidam pauperum et lupum diaboli intrantem in ovile Christi et maximo anathematis vinculo dampnandum ante tribunal Christi. De talibus memorare sancti Pauli apostoli ad Timotheum[l] dicentis: 'Divitibus huius seculi precipe[m], non superbe sapere neque 1. Tim. 6, 17. sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui[n] praestat omnia'. Talibus, si aeccelesiae correptionem non recipiunt — ethnici[o] et publicani sunt — nec vivis nec Cf. Matth. 18, 17. mortuis[p] communicat ecclesia[q] Dei. Talibus[r], quod[s] et hic et ibi reperiuntur, cum tuba Dei clangamus, ne tacentes dampnemur[1].

Supervacuam[t] et Deo odibilem vestimentorum superstitionem omni intentione prohibere stude. Quia[u] illa ornamenta vestium — ut illis videtur, quod ab aliis turpitudo dicitur — latissimis clavis vermium marginibus[v] clavata[2], adventum antichristi[w], ab illo transmissa, precurrunt; illius[x] calliditate, per ministros suos introducere intra[y] claustra monasteriorum fornicationem et luxoriam[z] clavatorum[a] iuvenum et foeda consortia et tedium lectionis et orationis et perditionem animarum. Haec indumenta nuditatem animae significantia signa in se ostendunt arrogantiae et superbiae et luxuriae et vanitatis, de quibus sapientia dicit: 'Arrogantiam et superbiam et viam Prov. 18, 3. pravam et os bilingue detestor'.

Fertur quoque in parrochiis vestris ebrietatis malum nimis adsuetum esse, ut[b] non solum episcopi quidam non prohibeant[c], sed etiam ipsi nimis bibentes inebrientur, et alios porrectis[d] poculis maioribus cogant, ut inebrientur[3]. Quod absque dubio nefas est omni servo Dei facere vel fecisse: quod canones patrum ebrium episcopum vel presbyterum aut cessare[e] aut degradare iubent, et ipsa veritas dixit: 'Attendite, Luc. 21, 34. ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate': et Paulus apostolus: 'Nolite in- Eph. 5, 18. ebriari vino, in quo est luxuria': et Esaias propheta: 'Vae vobis, qui potentes estis Isai. 5, 22. ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem'. Hoc enim malum speciale est paganorum et nostrae gentis. Hoc nec Franci nec Galli nec Longobardi[f] nec Romani[g] nec Graeci faciunt. Et hoc scelus similiter synodali decreto et interdictu scripturarum compescamus, si possumus; sin autem, vitantes et interdicentes absolvamus animas nostras a sanguine perditorum.

---

a) periunt *3.* b) longobarthia *1.* c) quia *1.* d) *om. 1.* e) ille autem qui *1;* ille autem quod *3.* f) perfectorum *1.* g) ut *1. 3.* h) nominant *1. 2.* i) pantraptorem *2.* k) sacrilegium *P.* l) dimotheum *1.* m) *cetera desunt in 2; folium enim sequens excisum est.* n) vivo qui *om. 1. 3.* o) quia ethnici *Sp.* p) vivus nec mortuus *1.* q) ecclesiam *1.* r) De talibus *1.* s) quia *P.* t) supervacuans *3;* autem *add. Sp.;* his *add. P.* u) quod *1.* v) maginibus *1. 3;* imaginibus *Sp.* w) antechristi *1. 3.* x) illos *1. 2;* illios *3.* y) *om. 1.* z) luxoriorum *3.* a) clavatorum — dextra Dei custodire [a) l. 21] dignetur *recepi ex Sp. et G; quae omnia om. 1. 2. 3. P.* b) et *Sp.* c) perhibeant *Sp.* d) prospectis *Sp.* e) cesam *Sp. cod.* f) gongobardi *Sp. cod.* g) nec romani *om. G.*

1) laicus homo — dampnemur *adhibuit Bened. Lev. II c. 427 p. 97.* 2) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 58 (p. 77):* capitium et manicae sericis clavate calliculae rubricatis pellibus ambiuntur. 3) *Cf. homiliam ex codice St. Galli 146 a Nürnbergero editam (Litter. Hinterlassenschaft des heil. Bonifatius S. 43):* Nullus se inebriat neque in convivio suo cogat alteri plus bibere quam oportet, quia ebriosi regnum Dei non possidebunt *(Caspari, Kirchenhist. Anecdota p. 177).*

747.748 De violenta quoque monachorum servitute operibus et aedificiis regalibus, quae in toto mundo christianorum non auditur facta nisi tantum in gente Anglorum[1]: quod sacerdotibus Dei non tacendum nec consentiendum; quod inauditum malum est praeteritis saeculis.

Venerandam fraternitatis vestrae dilectionem contra omnia adversa inlaesam, pro nobis intercedentem, dextra Dei custodire dignetur.

79.

Quidam Andhunum efflagitat, ut e Fresia vestimenta sibi mittat. Quaerit, utrum ad Pippini synodum an ad Drogonem se contulerit Bonifatius. 747 exeunte anno.

Codd. 2 (fol. 108'), 3 (fol. 25')[a].
Edd. S 42, W 77, G 67, J 65.

DILECTISSIMO IN CHRISTO CARITATIS VINCULO NODATO PATRI ANDHUNO VISCERALEM SALUTEM[2].

Quare non transmisisti vestimenta, quae debuisti mittere de Fresarum[b] provincia? Nunc per Deum omnipotentem extimplo[c] fac, ut veniant. Indica nobis aliquid de episcopo nostro[3]: an ad synodum ducis[4] occidentalium provinciarum perrexisset, an ad filium[5] Carlomanni[6]. Et per epistolam nobis rescribe. Et hunc pergentem nuntium iterum cito reverte, nomine Hartleih[d]. Quaeso te, domine, ut facias eum illic manentem sine labore et huc pergentem.

Valete, o flores aecclesiae[7]. Et orate pro nobis, et nos pro vobis; ut pax Christi maneat in nobis. Amen.

80.

Zacharias papa Bonifatio respondet de baptismate, de falsis sacerdotibus, de Sanpsone Scotto. Eius de fide catholica litteras laudat. Ad Franciae et Galliae concilia sacerdos eo vivo a se mittatur, necesse non esse. De Virgilio et Sidonio; de Colonia et Magontia. Successorem ut sibi constituat, permittit[8]. *748(?) Mai. 1.*

Codd. 1 (fol. 40'—47'), 2 fol. (29—34)[a].
Edd. S 140, W 82, G 71, J 66. — Jaffé, Reg. 2286 (1754).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO[b] COEPISCOPO ZACHARIAS SERVUS SERVORUM DEI[c].

Sacris liminibus beati[d] apostolorum principis Petri et nostris obtutibus praesentatus presens Burghart[e], dilectus nobis episcopus[9], fraternae sanctitatis tuae nobis

79. a) *Lemmata:* epistola ad andhunum scripta *2:* item epistola *3.* b) fraesarum *2.* c) exstimplo *3.* d) hardleih *2.*

80. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola zachariae papae ad sanctum bonifatium *2.* b) boniphatį *1.* c) reverentissimo — dei *om. P.* d) *om. P.* e) burchart *2;* burchat *P.*

1) *Cf. supra litteras ad Aethelbaldum regem datas p. 343.* 2) *Cf. infra ep. 135.* 3) *Bonifatio.* 4) *Pippini, postea regis.* 5) *Drogonem.* 6) *qui anno 747. in monasterium recessit.* 7) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 60 (ed. Giles p. 82):* Valete, o flores ecclesiae. 8) *Loofs (Zur Chronol. p. 37—46) epistolam hanc miro modo ex tribus epistolis conflatam esse acute coniecit, Hauck (K.-G. I, 501 n. 1) in epistola discindenda ei quidem assensus interpolatam eam tantum et frustulis nonnullis epistolae vetustioris amplificatam esse putarit, id quod neque unus neque alter mihi persuaserunt.* 9) *Wirziburgensis.*

attulit affatos[a]. Per quorum scriptum tenorem agnovimus, magnum habere certamen 748
et sudoriose elaborare fraternitatem tuam in praedicatione evangelii Christi dei nostri et exortatione[b] sanctae catholicae et orthodoxae rectae fidei, quam a redemptore nostro deo et domino Iesu Christo per[c] a se institutum[d] beatum principem apostolorum[e] Petrum et vas electionis Paulum omnesque apostolos traditam suscepimus. Cf. Act. 9, 15.
Quibus agnitis, etsi peccatores, extensis ad ethera palmis[1] omnipotenti Deo inmensas egimus gratias, petentes eius ineffabilem divinitatem, ut multo amplius confirmet atque conroboret cor fraternitatis tuae et sospem[f] atque robustum corpore annuat permanere, usque quo eius divinitas te superstitem in hac iusserat[g] esse vita, ad perficiendum ministerium tibi impositum et ad portandum[h] lucrum animarum in diem Christi Iesu, ut illam merearis audire desiderabilem vocem, quam dicturus est Dominus diligentibus se: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum vobis paratum ab origine mundi'. Matth. 25, 34.

Erant autem inserta in eisdem tuis affatibus diversa capitula, de quibus iudicium et consilium atque solacium sedis apostolice tibi dirigi flagitasti.

Primum capitulum pro synodo, in qua natus et nutritus es[2], quam et in gente Anglorum et Saxonum in Brittania[i] insula primi predicatores ab apostolica sede missi Augustinus[3], Laurentius, Iustus[4] et Honorius[5], novissime et tuis temporibus Theodorus[6], Greco[k]-Latinus ante philosophus et Athenis eruditus, Romae ordinatus[7], pallio sublimatus, ad praefatam Brittaniam transmissus, iudicabat et gubernabat. In illa tale decretum et iudicium firmissime praeceptum et diligenter demonstratum esse dinoscitur, ut, quicumque sine invocatione trinitatis lotus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum est: quia, si mersus in fonte baptismatis quis fuerit[l] sine invocatione trinitatis, perfectus non est, nisi fuerit in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizatus[8].

De illud[m] autem, per quod quosdam adfirmari[n] scripsisti: ut, si evangelicis quis verbis invocata trinitate iuxta regulam a Domino positam quicumque mersus esset in nomine patris et filii et spiritus sancti, quod sacramentum sine dubio haberet; et tam[o] fortiter verbis evangelicis fuisset consecratum baptismum, ut, quamvis sceleratissimus quisque hereticus vel scismaticus aut latro vel[p] fur sive adulter hoc homini petenti ministraret, tamen Christi esset baptismum evangelicis verbis consecratum; et e contra, licet si minister iustus fieret[q] et si trinitatem iuxta regulam a Domino positam in lavacro non dixisset, verum baptisma non esset quod dedit; pro illis itaque inmundis et incertis viris hereticis atque scismaticis, qui in nomine trinitatis petentes baptizant, sed et de his, qui sine invocatione trinitatis mergunt in fonte baptismatis, fraternitati tuae notum est, quid de illis sacrorum canonum series continet. Quod et tenere te firmiter hortamur: scriptum quippe est dicente Domino: 'Sancti estote, Lev. 11, 44.
quoniam et ego sanctus sum'. Quod suscepisti, frater, a nostro praedecessore sanctae recordationis Gregorio, huius apostolice sedis pontifice, in eo permane. Et ab evangelica et apostolica seu sanctorum patrum tradita doctrina[r] nullo modo declines; sed,

---

a) *corr. in* affatus *2;* affatus *P.* b) *corr. in* exhortatione *2.* c) *est deletum in 2.* d) institutum a se *P.* e) *om. 1.* f) *corr. in* sospitem *2.* g) *corr. in* iusserit *2.* h) ad portandum *corr. in* apportandum *2.* i) *corr. in* brittannia *2.* k) ex greco *P.* l) fuit *P.* m) *corr. in* illo *2;* illo *P.* n) *corr. in* adfirmare *2.* o) ita *P.* p) aut *P.* q) fuerit *P.* r) traditā doctrinā *1.*

1) *Cf. supra ep. 75 p. 346, infra ep. 91.* 2) *Cf. ep. 50 supra p. 301 l. 1:* Quia synodus et aecclesia, in qua natus et nutritus fui. 3) *archiepiscopus Brittanniarum (Cantabrigiensis).* 4) *ep. Roffensis.* 5) *archiep. Cantabrigiensis.* 6) *archiep. Cantabrigiensis, de quo cf. Bedae Hist. eccl. IV c. 1, ed. Holder p. 164.* 7) *die 26. Mart. 668. a Vitaliano papa; v. Regesta pont. Rom. I, 236.* 8) In synodo Anglorum decretum et iudicium — et spiritus fuerit baptizatus *sunt in Gratiani decr. P. III de consecr. D. IV c. 83. J.*

748 indutus loricam fidei et galeam salutis, viriliter contra nequitias diabolicae fraudis
Cf. Eph. 6, 17. Ezech. 3, 8. 9. apostolicam praesentando vitam[a] resiste. Scriptum namque est: 'Ecce dedi faciem tuam potentem adversus faciem eorum, et constantiam tuam confortabo adversus contentiones eorum, et erit fortior petra[1] constantia tua'.

Pro sacrilegis itaque presbiteris, ut scripsisti — qui tauros et hyrcos diis paganorum immolabant, manducantes sacrificia mortuorum, habentes et pollutum ministerium[b], ipsique adulteri esse inventi sunt et defuncti — modo vero incognitum esse, utrum baptizantes trinitatem dixissent an non; et timent illi qui vivi sunt, quod in tali ministerio[c] non sint baptizati, quibus respondens iussisti omnes baptizare; hoc quoque observari in supra[d] dicta synodo sacerdotes, ut, qui vel unam de trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptismum esse non posse; quod pro certo verum est, quia, qui unum ex sancta trinitate confessus non fuerit, perfectus christianus esse non potest. Qui enim confitetur patrem et filium, si confessus non fuerit et[e] spiritum sanctum, nec patrem habet nec filium; et qui confessus fuerit patrem et spiritum sanctum, et filium non fuerit confessus, nec patrem habet nec spiritum sanctum, sed vacuus est a gratia divina[2].

Eos[3] autem, quos repperisse affata est fraternitas tua pseudosacerdotes multo maioris numeri quam catholicos: erroneos simulatores sub nomine episcoporum vel presbiterorum, qui numquam ab episcopis catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo et ministeria[f] aecclesiae confundentes et conturbantes[g]; aut falsos gyrobagos[h], adul-
Cf. 1. Cor. 6, 10. teros, homicidas, molles, masculorum concubitores[i], sacrilegos, ypochritas; et multos servos tonsuratos, qui fugerunt dominis suis[k]; servos diaboli transfigurantes se in ministros[l] Christi; qui, sine episcopo proprio arbitrio viventes et[m] populares defensores habentes contra episcopos, ut sceleratos mores eorum non confringant, seorsum populum consentaneum congregant et illum erroneum ministerium[n] non in aecclesia catholica, sed per agrestia loca, per cellas rusticorum, ubi eorum imperita stultitia celari episcopos[o] possit, perpetrant; nec fidem catholicam paganis praedicant nec ipsi fidem rectam habent; sed nec ipsa sollempnia verba, quae unusquisque caticuminus[p], si talis aetatis est, ut iam intellectum habeat, sensu cordis sui percipere et intellegere, nec docent nec quaerent[q] ab eis, quos baptizare debent, id est abrenuntiatione[r] satane et cetera; sed neque signacula[s] crucis Christi eos muniunt, quae praecedere debent baptismum; sed nec aliquam credulitatem unius deitatis et sanctae trinitatis docent,
Cf. Rom. 10, 19. neque ab eis quaerent[q], ut corde credant ad iustitiam et oris confessio fiat illis in salutem — hos itaque ministros satanae et non Christi ubicumque reppereris, carissime nobis, aggregato provinciali et sacerdotali collegio, omni modo devita et a sacerdotali honore privatos, sub regula monachica et penitentia summissos, vitam finire ordinabis, ut, carne afflicti, quandoque ad viam redeant rectitudinis, et, si corde crediderint, oris eorum vera confessio illis fiat in salutem; si vero non fuerint conversi, tua predicantis non periet iustitia. Habebis enim solaciantem te contra nequitiam malignantium

---

a) vitae *1*, *corr. in* vitam *2;* vicem *P.* b) minysterium *1.* c) minysterio *1.* d) *om. P.* e) *om. 1. P.* f) minysteria *1.* g) confutantes *2.* h) *corr. in* gyrovagos *2.* i) homicidas — concubitores *om. 1.* k) dominos suos *P.* l) minystros *1.* m) *om. 1.* n) minysterium *1.* o) episcopis *corr. in* episcopos *1;* episcopis *2. P.* p) caticuminis *P.* q) *corr. in* quaerunt *2;* quaerunt *P.* r) abrenuntiationē *2.* s) *corr. in* signaculo *2;* signaculo *P.*

1) *Ezech. 3, 8. 9 (versio antiqua); v. Sabatier, Bibliorum versiones antiquae II, 760. J.* 2) Hoc quoque observari — vacuus est a divina gratia *sunt in Gratiani decr. P. III de consecr. D. IV c. 83. J.* 3) *Epistolae particulam:* Eos autem — nomen meum *(infra p. 359 lin. 16) Hauck l. l. alienam esse putavit propter* gloriosissimos duces; *sed haec generalis significatio non viros distinctos respicit et, si respicere vellet, ad Pippinum atque Otilonem pertinere posset.*

sanctorum apostolorum et ceterorum probabilium patrum canonicam sanctionem. Con- 748 fortare itaque, reverentissime mihi, et praevale in lege in evangelio Christi et praedicatione catholicae ac orthodoxae[a] fidei; quia ipsa glorificabit[b] te. Tribulatio enim corporis nostri temporalis est et finem habet: 'probatio autem spem. Spes vero non Rom. 5, 4. 5. confundit, ut ait apostolus, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis'. 'Quis namque nos separabit[c] a caritate Christi? tribu- Rom. 8, 35. latio? an angustia?' et cetera. Et si deicimur, frater[d], non perimus. Conferamus Cf. 2. Cor. 4, 9. autem mortem Iesu in corpore nostro[e], ut[f] vita Iesu in die adventus sui in corpore nostro manifesta[g] fiat, sicut per eius divinam edocati[h] sumus vocem[i]: 'Beati, qui Matth. 5, 10. persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum[k] est regnum[l] caelorum'. Conforta itaque et dilectissimos nobis omnes orthodoxos episcopos et sacerdotes atque levitas vel clericos[m], religiosos abbates et monachos, seu gloriosissimos duces cunctosque optimates christianae legis servatores, ut nobis[n] sint adiutores contra adversarios orthodoxae fidei omnesque hereticos atque scismaticos; quatenus et ipsi de fructu boni operis gaudere mereantur in caelestibus regnis, sicut scriptum est: 'Qui vicerit, Apoc. 3, 12. faciam illum columnam in templo meo, et scribam super illum nomen meum'.

Interea scripsit reverenda fraternitas tua, repperisse quendam presbiterum genere Scottum, nomine Sanpson[o], errantem a via veritatis, dicentem et adfirmantem, quod[p] sine misterica[q] invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum christianum per episcopalis manus inpositionem. Hic autem, qui dicit, vacuus est spiritu sancto et alienus a gratia Christi atque a consortio sacerdotali abiciendus. Quis enim, nisi baptizetur iuxta praeceptum Domini in nomine patris et filii et spiritus sancti et sic per manus inpositionem consecretur, potest esse catholicus? Hunc nequissimum Cf. Matth. 28, 19. virum talia praedicantem ab aecclesia Dei sancta condempnatum expelle.

Illos[1] autem viros — quod[r] ab hereticis baptizati sunt et dubietas tenet; quod in nomine patris et filii et spiritus sancti non sunt baptizati — inquisita rei veritate, si ab erroneis sacerdotibus baptizati sunt, hos sine dubio iuxta praedecessoris nostri beate memoriae Gregorii papae et sacrorum canonum traditum tibi mandatum implere non omittas, ne in aeternum pereant, sed potius evangelica consecratione salventur.

Intuiti[2] autem sumus et volumen a te directum universis episcopis, presbiteris, diaconibus vel ceteris religiosam vitam degentibus de unitate fidei catholicae, et doctrinam apostolicam[s] scriptam[t]. Valde nobis acceptabile esse cognoscas: quoniam per spiritus sancti gratiam in te diffusam, karissime, hoc operari studuisti.

Interea per alia scripta fraternae sanctitatis tuae petisti, ut sacerdos a nobis dirigatur in partibus Franciae et Galliae ad concilia celebranda. Sed dum Deo propitio tua sanctitas superstis[u] existit, qui[v] sedis apostolicae et nostram illic praesentat[w] vicem, alium illic dirigere necessarium non est[3].

---

a) ordo doxae *1.* b) glorificavit *1, corr. in* glorificabit *2.* c) separavit *1, corr. in* separabit *2.* d) frs *2.* e) manifesta *add. P.* f) et *add. 2.* g) *om. P.* h) *corr. in* educati *2;* edocti *P.* i) divina — voce *1.* k) eorum *P.* l) regum *1.* m) vel *add. P.* n) vobis *2.* o) sam *P.* p) *om. P.* q) *corr. in* mystica *2;* mistica *P.* r) *corr. in* qui *2;* qui *P.* s) *corr. in* doctrina apostolica *2;* doctrina apostolica *P.* t) *corr. in* scriptum *2;* scriptum *P.* u) *corr. in* superstes *2;* superstes *P.* v) quę *P.* w) *corr. in* praesentas *2.*

1) Illos — salventur *cum eis, quae supra p. 358 lin. 5—16 dicta sunt, minime pugnant, ut et Loofs et Hauck opinati sunt, cum uno loco de baptismo sacrilegorum, altero de baptismo haereticorum papa agat. Non ordinem rerum, sed interrogationum Bonifatii sequitur.* 2) *Quae contra particulam* Intuiti — studuisti *Loofs (p. 43) obiecit quasi tempori anteriori adscribendam Hauck iam satis refellit.* 3) *Hanc Bonifatii petitionem de sacerdote Roma mittendo repugnare alii (p. 361) de successore collocando et Loofs et Hauck contenderunt; verum nihil obstat, quin Bonifatius senectute decrepitus alia aliis epistolis ad onera sua minuenda a papa expetiverit.*

748 Quos autem reppereris[a], amantissime frater, habentes scientiam sacrae doctrinae
et sanctam tenentes legem atque orthodoxam sine dubio[b] defendentes fidem, hos mittere
stude, in quibus praevideris locis ad praedicandum verbum salutis.

Concilia vero, aggregatis episcopis provincialibus, ut tibi et ubi tibi rectum videtur,
Cf. Ps. 82, 17. celebranda procura; et quos deviantes inveneris, confunde facies eorum ignominia,
ut sint coram omnibus[c] sine honore. Dominus enim Deus noster erit tecum.

Suscepimus vero et chartam conscriptam vere atque orthodoxae professionis et
catholicae unitatis, quam[d] cum dilectissimis nobis episcopis partis Francorum tua direxit
reverenda fraternitas. Quam reserantes, nimio gaudio sumus repleti, innumerabiles
gratias agentes Deo patri omnipotenti, quia unanimitatem eorum ad societatem nostram
revocare dignatus est, ut spiritalis eorum mater, sancta laetetur aecclesia. Nostra
autem vice, karissime[e], omnes in osculo pacis Christi saluta. Quia et nos dilectioni
eorum, gratias agentes, apostolicas misimus[f] litteras[1].

Nam et hoc intimatum est a tua fraterna sanctitate: quod Virgilius ille[2] — nescimus si dicatur presbiter — malignatur[g] adversum te pro eo, quod confundebatur a te,
erroneum se esse a catholica doctrina: inmissiones faciens Otiloni duci Baiubariorum[h][3],
ut odium inter te et illum seminaret; aiens[i], quod et a nobis esset absolutus, unius
defuncti ex quattuor illis episcopis, quos tua illic ordinavit fraternitas, diocesim ob-
Ps. 26, 12. tinere. Quod nequaquam verum est, quia 'mentita est iniquitas sibi'. De perversa
autem et iniqua doctrina, quae contra Deum et animam suam locutus est — si clarificatum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus et alii homines sub terra sint
seu sol et luna — hunc habito[k] concilio ab aecclesia pelle, sacerdotii honore privatum. Adtamen et nos, scribentes praedicto duci, evocatorias praenominato Virgilio
mittimus litteras, ut nobis praesentatus et subtili indagatione requisitus, si erroneus
Cf. Iob. 4, 8. fuerit inventus, canonicis sanctionibus condempnetur. Qui enim seminant[l] dolores,
Sap. 1, 2. ipsi metunt eos. Sic enim scriptum est: 'Perversae cogitationes separant a Deo; probata autem virtus corripit insipientes'.

Pro Sydonio[m][4] autem supra dicto et Virgilio presbiteris quod scripsit sanctitas
tua, agnovimus. Illis quidem, ut condecebat, comminando scripsimus[n]; tuae autem
fraternitati plus credulitas quam illis ammittetur[o]. Si autem placuerit Deo, vita comite
sedi apostolice eos missis apostolicis litteris, ut praelatum est, evocamus. Docuisti
Eccli. 22, 6. 7. 18. enim eos et non susceperunt. Et factum est[p] in illis, sicut scriptum[q] est: 'Sapientia[r],
qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testa[s]; harenam et salem et massam ferri
Eccli. 16, 23. facilius est portare quam hominem inprudentem et fatuum et impium'; quoniam: 'Qui
minoratur corde, cogitat inania; et vir inprudens et errans cogitat stulta'. Non ergo
ad iracundiam provocetur cor tuum, frater. Sed in patientia tua, ubi tales reppereris,
Cf. 2. Tim. 4, 2. ammone, obsecra, argue[t], increpa, ut convertantur ab errore ad viam veritatis. Et si
Cf. Iac. 5, 20. conversi fuerint, salvasti animam eorum; si vero in duritia permanserint, mercedem
Cf. 2. Tim. 3, 5. ministerii[u] tui non perdes. Illos autem iuxta apostoli vocem devita.

---

a) repperis *P.* b) atque *add. P.* c) hominibus *P.* d) qua *P.* e) karissimae *1.* f) missimus *1.* g) malignatus *2.* h) *corr. in* baiuariorum *2*; bavariorum *P.* i) agens *1. P*, *corr. in* aiens 2. k) avito *1.* l) seminat *P.* m) sidonio *2. P.* n) *om. P.* o) amittetur *1*, *corr. in* admittetur *2*; illi admittatur *P.* p) *om. P.* q) scitum *P.* r) *corr. in* in libro sapientiae *2*; *cf. p. 10 editionis.* s) testam *P.* t) *om. 1.* u) minysterii *2.*

1) *ep. 82 infra p. 363 Jaffeanae.* 2) *ep. Salzburgensis.* 3) *Ex Otilonis nomine minime cum Hauckio concludamus oportet, hanc epistolae particulam iam a. 747. scriptam esse, cum neque tempus, quo dux Baioariae obierit, plane constet (cf. Riezler, Geschichte Baierns I, 83), neque, si revera anno 748. ineunte defunctus sit, hoc statim ad aures papae pervenisse necesse esset. In eis, quae de Virgilio in duabus particulis dicuntur, nihil difficultatis inveni, cum papa eum Romam evocaturum esse in utroque loco profiteatur.* 4) *postea ep. Pataviensi.*

Alia denique scripta[a] tuae fraternitatis continebant[b], quod iam olim de Agrippina 747-749 civitate scripsisti: quod Franci non perseveraverunt in verbo, quod promiserunt; et nunc moratur tua fraternitas in civitate Magontia[c]. Petisti[1] autem, ut cum nostro consultu pro superveniente tibi senectute et plena dierum etate atque inbecillitate corporis, ut, si invenire potueris alium, in eadem sede[d], in qua prees, pro tui persona debeas collocare; tu vero, carissimę, legatus et missus esse[e], ut fuisti, sedis apostolicae. Nos vero adiutore Deo consilium praebemus tuae reverende sanctitati: ut pro salute animarum rationabilium fautore Christo sedem, quam obtines, sanctae Magontinae[f] aecclesiae nequaquam relinquas: ut impleatur in te dominicum praeceptum: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'. Sin vero, si Dominus Matth. 24, 13. dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit sollicitudinem habere et curam pro salute animarum, pro tui persona illum ordinabis episcopum: eritque in evangelio tibi credito[g] et ministerio[h] Christi portando[i] in omni loco requirens et confortans aecclesiam Dei. Oramus itaque dominum et redemptorem nostrum, ut sacris interventionibus sanctae suae genetricis semper virginis Mariae, dominae nostrae, et beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli orantem pro nobis fraternam sanctitatem tuam sospem[k] et incolomem conservare dignetur.

Deus te incolomem custodiat, reverentissime et sanctissime frater.

Data Kalendis Maii, imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno[l] pacifico imperatore anno vicesimo nono, post consulatum[m] eius anno septimo, indictione prima.

81.

Aelbwaldus rex Aestanglorum Bonifatio de mutuis precationibus scribit. Nuntium commendat. *747—749.*

Codd. 1 (fol. 116), 2 (fol. 91'—92'), 3 (fol. 49), P[a].
Edd. S 76, WG 29, J 71.

A P ω DOMINO GLORIOSISSIMO ET CUM OMNI[b] HONORIS AFFECTU[c] VENERANTISSIMO BONIFATIO ARCHIEPISCOPO AELBWALDUS[d 2] AESTANGLORUM[e] DEO DONANTE REGIA POTESTATE FRETUS, SIMUL ET TOTA ABBATIA CUM OMNI CONGREGATIONI[f] SERVORUM DEI IN NOSTRA PROVINCIA ALTITHRONUM PRO ECCLESIARUM INCOLOMITATE[g] DIE NOCTUQUE PRECIBUS PULSANTEM[h], IN DEO REMUNERATORI[i] OMNIUM SALUTEM.

Inprimis itaque[k] scire te volumus, o dilectissime, quod[l] gratanter accipimus[m]: nostram parvitatem vestris sanctis orationibus commendatam; ut, sicut vestra benignitas

---

a) scriptura *P.* b) continebat *P.* c) mogontia *2;* moguntina *P.* d) in eadem sedem *1;* in eandem sedem *P.* e) ēē *1;* eris *2.* f) mogontinae *2;* maguntinę *P.* g) creditum *P.* h) ministerium *P.* i) portandum *1. P, corr. in* portando *2.* k) *corr. in* sospitem *2;* sospitem *P.* l) et *add. 2.* m) pater *1. P;* imperii *in litura 2. Scripsit J.* post consulatum; *v. supra p. 225.*

81. a) *Lemmata:* epistola aelmwaldi *1;* ep. elbwaldi *2;* ep. aelbwaldi *3; sine lemmate P.* b) *om. P.* c) affactu *1.* d) elbwaldus *1. 2.* e) est anglorum *1;* qui est anglorum *2;* anglorum *P; v. p. 10 et 11 editionis Jaffeanae.* f) *corr. in* congregatione *2;* congregatione *P.* g) incolumitate *3. P.* h) *corr. in* pulsante *2.* i) *corr. in* remuneratore *2;* remuneratore *P.* k) utique *1.* l) quia *P.* m) accepimus *1.*

1) Petiisti, ut cum — confortans ecclesiam Dei *sunt in Gratiani decret. P. II C. VII q. 1 c. 17. J.*
2) *747—749; v. Chron. Mailros. (Edinburgi 1835 p. 4) 747:* Selred Estangolorum rex obiit, cui successit

747-749 de missarum sollemnitatibus[a] et orationum assiduitatibus Deo instigante dictavit, ita quoque nostra mediocritas devota mente inplere conetur. Memoriaque nominis vestri in septenis monasteriorum[b] nostrorum sinaxis[1] perpetua lege censeri debet; quia in septenario numero perfecti saepe designantur[c]. His itaque bene conpositis et Deo adiuvante de animarum regulis rite conpositis et de interioris hominis habitu[d] apte condictis, exteriora[e] terrenaeque substantiae amminicula, quae sub nostra potestate Deo largiente redacta sunt, sub vestrae voluntatis arbitrio contineri[f] volumus, ita tamen ut orationum nostrarum[g] adiutoria per[h] benivolentiam almitatis vestrae in ecclesiis Dei frequentare faciatis. Et sicut te pastorem in populo suo praedistinatio[i] Dei fieri voluit, ita et nos patronum te sentire satagemus[k]. Nomina quoque defunctorum et viam universalem ingredientium, prout oportunitas anni exigerit[l], ex utraque parte adducentur, quatenus ut deus deorum et dominus dominantium, qui vos in episcopatus[m] regimen ponere voluit, suam plebem ad individuae trinitatis agnitionem et unitatis substantiam per vos adducere dignetur. Vivete[n], felicibus finem clausuri calcibus.

S—US[o]

Praeterea, o piissime pater, tibi intimandum curemus, ut gerulum praesentium litterarum devota mente a nobis transmissum[p] scias: et sicut fidelem tibi esse comperimus, ita et eum tu veridicum in omnibus nobis[q] invenies.

82.

Zacharias papa nonnullorum episcoporum aliorumque sacerdotum orthodoxorum concordiam fidemque laudat. Bonifatium archiepiscopum, apostolicae sedis legatum et vicarium, commendat[2]. *748 (Mai. 1).*

Codd. 1 (fol. 32'—34), 2 (fol. 22'—24), 4 (fol. 184)[a].
Edd. S 136, W 78, G 68, J 67. — Jaffé, Reg. 2287 (1753).

DILECTISSIMIS NOBIS[b] REGINFRIDO RODOMAGENSI EPISCOPO, DEODATO BELBOCANENSI[c][3] EPISCOPO, RIMBERHTO[d] AMBIANENSI EPISCOPO[e], HELESEO[f] NOVIANENSI[g][4] EPISCOPO, FULCRICO TUNGRIENSI EPISCOPO, DAVID SPIRONENSI EPISCOPO, AETHEREO TOROANENSI[h] EPISCOPO, TREWARDO CAMOROCANENSI[5] EPISCOPO, BURHARDO[i] WIRZABURCNENSI[k] EPISCOPO, GENEBAUDO[6] LAUDENSI[l][7] EPISCOPO, ROMANO MELDENSI

---

a) solempnitatibus *1.* b) monosteriorum *3.* c) designatur *3.* d) habitus *P.* e) et exteriora *P.* f) continere *1. 2.* g) vestrarum *P.* h) *om. P.* i) *corr. in* praedestinatio *2.* k) *corr. in* satagamus *2;* satagimus *P.* l) *corr. in* exegerit *2;* exegerit *P.* m) episcopatos *1.* n) *corr. in* vivite *2;* vivite — calcibus *om. P.* o) S—US *om. 1. 2. P; has notas* subscripsi *significare coniecit Diekamp (Neues Arch. IX, 24).* p) *corr. in* transmisum *3.* q) *om. P.*

82. a) *Sine lemmate 1;* epistola zachariae *2;* item epistola eiusdem ad episcopos *4.* b) *om. 4.* c) *corr. in* belvocanensi *2.* d) rimberto *4.* e) *sequitur (iterum 1)* deodato belbocanensi episcopo *in 1. 4.* f) *corr. in* heliseo *2.* g) novanensi *4.* h) aetherio taraonensi *4.* i) burghardo *2;* burgardo *4.* k) *corr. in* wrzaburgensi *2;* wirzaburnensi *4.* l) laudunensi *4.*

Elfwaldus; *749:* Elfwaldus rex Estanglorum obiit; *et Simeon. Dunelm. de gest. regum Anglorum (in Monum. hist. Brit. I, 663) 749:* Elfwald rex orientalium Anglorum defunctus est. *Cf. Lappenberg, Gesch. von England I, 237.*

1) *synaxibus, i. e. religionum sollemnibus (officiis ecclesiasticis). Cf. Isid. Etym. VI, 17, 17.* 2) *de hac epistola cf. Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands I, 379.* 3) *Belloracensi.* 4) *Noviomensi.* 5) *Cameracensi.* 6) *II.* 7) *Laudunensi.*

EPISCOPO, AGILOLFO COLONENSI EPISCOPO, HEDDO STRATBURGNENSI[a] 748 EPISCOPO[b] ET CETERIS AMANTISSIMIS CHOREPISCOPIS, PRAESBITERIS ETIAM ET DIACONIBUS, CUNCTISQUE ORTHODOXIS AECCLESIARUM DEI CLERICIS, APOSTOLICAM DOCTRINAM TENENTIBUS, ZACHARIAS DIVINA GRATIA PRAEDITUS APOSTOLICAE SEDIS PONTIFEX, SERVUS AUTEM SERVORUM DEI, IN DOMINO SALUTEM DICIT.

Gratias ago Deo patri omnipotenti et domino Iesu Christo unico filio eius et spiritui sancto, qui vestra omnium corda inflammare dignatus est per diffusam a se gratiam, ut in unitate fidei et vinculo pacis ambuletis, et sit splendor domini Dei nostri super vos, dilectissimi mihi, et abundans gratia pacis et caritatis, ut sitis unum corpus spiritalis matris vestrae, sanctae catholicae et apostolicae Dei aecclesiae, in qua Deo auctore[c] praesumus; implentes illud propheticum dictum: 'Ecce quam bonum et (Ps. 132, 1.) quam iocundum, habitare fratres in unum'. Etenim, etsi[d] pro itineris longitudine quamquam corpore sumus absentes, in spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis praesentes; habentes vos in visceribus nostris, et assidue orantes, ut deus et dominus noster Iesus Christus multo amplius confirmet corda vestra et corroboret in exortatione evangelii in ministerio[e], quo fungimini, ut credita vobis plebs, vestris piis ammonitionibus adiutore Deo a diabolica fraude liberata, salva persistat, vosque mereamini de eorum animabus in diem Christi adportare lucrum. Scriptum quippe est: 'Filii (Eccli. 3, 1.) sapientiae, aecclesia iustorum; et natio eorum, oboedientia et caritas'. 'Obsecro ergo (Eph. 4, 1–3.) vos, karissimi mihi, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, ut decet sanctos, cum multa patientia subportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis' et caritatis; quia 'finis praecepti caritas est de corde puro et con- (1. Tim. 1, 5.) scientia bona et fide non ficta'. Gaudeo in vobis, karissimi, quoniam fides vestra et unitas erga nos pretiosa est et manifesta non solum coram Deo, sed et[f] coram omnibus hominibus, dum ad fautorem et magistrum vestrum a Deo constitutum, beatum apostolorum principem Petrum, benignissima voluntate conversi estis. Laudabilis fides vestra (Cf. Rom. 12, 3.) et bona fama, quoniam id ipsum sapitis, quae oportet sapere. Et nunc Deo cooperante est aggregata sanctitas vestra nostrae societati in uno pastorali ovili; et est nobis unus pastor, qui a pastore pastorum, domino deo et salvatore nostro Iesu Christo, princeps apostolorum et noster doctor est institutus.

Habetis itaque nostra vice — ad confortandam dilectionem vestram et conlaborandum vobis in evangelium Christi — sanctissimum ac reverentissimum Bonifatium, fratrem nostrum archiepiscopum, apostolicae sedis legatum et nostram praesentantem vicem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum, qui adversa sapiunt (Cf. Matth. 16, 23.) et non quae Dei sunt, et erit fortior petra constantia vestra; sicut scriptum est: 'Ne (Matth. 10, 28.) timueritis ex[g] eis neque terreamini a facie eorum, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autem in aure auditis, praedicate in lumine; illum (Cf. Luc. 12, 3. 4.) timentes, qui potest animam et corpus occidere et mittere in gehennam'. Fratres mei, 'in carne enim[h] ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiae (2. Cor. 10, 3–5.) nostrae non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei et in captivitatem[i] redigentes omnem cogitationem et[k] in obsequium Christo perducentes'. 'De (Eph. 6, 10.) cetero, fratres, confortamini in Domino et in potentia fortitudinis eius'. Pax vobis multa et gratia a deo et domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur et

a) strazburgensi *2*; straburgensi *4*. b) episcopis *4*. c) et dispositore quamvis tanto fastigio viribus longe impares *add. Caraffa*. d) si *2*. e) minysterio *1*. f) etiam *4*. g) ab *2. 4*. h) *om. 2. 4*. i) captivitate *1*. k) omnem intellectum et *add. 4*.

748 osculamur acsi praesentes caritatem vestram in unitate[a] spiritus in vinculo pacis et caritatis Christi[1].

Deus vos incolomes custodiat, dilectissimi nobis.

83.

Zacharias papa Throandi et aliorum virorum magnificorum fidem laudat et confirmat. Scribit de sacerdotibus honorandis reique divinae omnino permittendis; de presbyteris sine episcopi commendatione non constituendis; de monasteriis, de decimis, de pecunia ecclesiastica. *748 (Mai. 1).*

Cod. 2 (fol. 41—42)[a].
Ed. J 68. — Jaffé, Reg. 2288.

VIRIS MAGNIFICIS, FILIIS THROANDO, SANDRADO, NANTHERIO, LIUTFRIDO, STERFRIDO, GUNDPERTO, AGNO, HAALDO, RANTULFO, ROTPERTO, BRUNICHONI, ROTHARDO, ROCGONI VEL OMNIBUS MAGNIS ET PARVIS, INGENUIS ET SERVIS, ZACHARIAS PAPA.

Gratias ago deo et domino Iesu Christo, unico patris filio, et spiritui sancto, qui vestram omnium christianitatem ita dirigit, confirmans corda vestra, in eius ambulare mandatis et oboedire praeceptis. Dum enim insonuit in auribus nostris fides et bona vestra conversatio atque amor, quem erga spiritalem matrem vestram, sanctam catholicam et apostolicam Dei aeclesiam, eiusque sacerdotes habere dinoscimini, valde gavisi, laeti sumus effecti in Domino. Cuius potentiam et nos peccatores depraecamur, ut magis ac magis confirmet corda vestra et corroboret ad faciendam eius voluntatem, ut de fructibus bonorum operum optimam adipisci mereamini in caelestibus regnis portionem, quam praeparavit Deus diligentibus se.

Admoneo vos, carissimi filii: praecepta Domini custodite et testimonia et iustitias eius quascumque praecepit facite, quod bonum et placitum est ante Dominum, ut bene sit vobis; nihil aliud credentes, nisi quod Dominus in sacrosanctis evangeliis locutus est et sanctorum canonum ac probabilium continent decreta. Non accommo-
Matth. 7, 15. detis aures falsis sacerdotibus aut his, qui mendacia adnuntiant, 'qui veniunt ad vos in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapaces'. Sed potius illis credite, qui, viam regiam incedentes, orthodoxam et catholicam fidem vobis praedicantes adnuntiant — ut
Rom. 12, 9. obsequium vestrum acceptabile esse inveniatur in conspectu Domini nostri — 'odientes malum' iuxta apostoli vocem, 'adherentes autem bono'; contemnentes ea, quae huius saeculi sunt, et diligentes ea, quae Dei sunt, ut praetiosa fides vestra clareat in cunctis et bona vestra conversatio in caelis et in terris laudabili fama. Non enim ignoratis,
Rom. 4, 3. Gen. 15, 6. quae scriptura dicat: 'Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad iustitiam'.

Admoneo vos, dilectissimi, Deum timere, sacerdotes honorificare, reddentes eis debitum sanctitatis; ut, vobis adiuvantibus, ipsi inconturbati valeant atque securi salutaria praedicare et regulam atque vigorem eclesiasticum conservare, ita ut clerici omnes suis subiaceant episcopis et ab illis doceantur sacram scripturam. Praeceptum
Matth. 22, 21 quippe est a Domino: 'Reddite, quae sunt caesaris, caesari et, quae Dei sunt, Deo'.

Apostolicum praeceptum vobis mando, ut nullus saecularis clericum in suum obsequium habeat; sed illi, cuius signaculum in capite habet, mente deserviet et corde, educatus in his, quae a suo praecipitur episcopo. Detestabile est enim et iniquum

a) unitatem 4.
83. a) *Lemma:* epistola zachariae papae ad principes francorum missa 2.

1) Sit ergo *(p. 363 lin. 35)* — Christi *repetuntur in epist. Anacleti 17 p. 74 ed. Hinschius.*

opus. clericum in ludis inveniri aut cum acceptoribus vel venationibus degere vitam: 748 tantisque scenicis causis sauciatum ad episcopatum aut presbiterium vel quodlibet sacerdotale officium accedere, non bonis, sed malis vitiis plenum. Scriptum namque est: 'Qui diligitis Dominum, odite malum'. Ps. 96, 10.

Nam et hoc hortamur christianitatem vestram, ut iuxta sanctorum canonum instituta in aeclesiis a vobis fundatis non aliunde veniens presbiter suscipiatur, nisi a vestrae eclesiae fuerit episcopo consecratus, aut ab eo per commendaticias litteras suscipiatur. Multi enim sibimet ipsis mendaces, multotiens servi cuiusquam, fugam arripientes, dominis[a] suis semet ipsos quasi consecratos prȩsbiteros adnuntiant: et sunt ministri diaboli et non Dei, et qui eos suscipiunt similiter. Quia scriptum est: 'Videbas Ps. 49, 18. furem et cum eo currebas' et cetera. Nullus ergo ex vobis, carissimi, sine consultu sui episcopi in quamcumque aeclesiam intromittat presbiterum, nisi prius a vestro episcopo origo et conversatio eius fuerit conprobata.

Monasteria autem, quae constructa sunt a vobis vel construuntur ex devotione fidelium, oportet ut, si monachus vel sanctimonialis femina de propria cognatione ibi constituitur praeesse, ut ab episcopo civitatis consecretur sive abbas sive abbatissa. Et si congregatio ibidem fuerit, post illius abbatis aut abbatissae decessum et a congregatione quilibet eligatur: ab episcopo tamen consecretur, et non a fundatore monasterii. Quia, quod Deo semel fuerit oblatum, intactum debet persistere sub regula episcopi constitutum. Oportet autem, ut is, qui ordinatur abbas sive abbatissa, prius edoceatur omnem divinam legem et sacram scripturam: ut, dum subesse didicerit, postmodum moderate praeesse sciat.

Decime vero fidelium, quae in eclesiis offeruntur, non sint in potestate offerentis ad distribuendum. Quoniam sanctorum patrum constituta[1] continent: quattuor exinde ab episcopo debere fieri portiones[2]. Quis enim, iuxta praeceptum Domini, ponens manum super aratrum et retrorsum respiciens, aptus est regno Dei? De pecunia vero Luc. 9, 62. eclesiastica ita sancitum est: ut in episcopi sit potestate disponenda cum clericis, qui in eius obsecundant eclesia. Scriptum est enim: 'de altari debet vivere, quisquis[b] altari mancipatur'. Inde enim elymosina pauperibus subministrari debet, inde aedificia esse eclesiarum, inde coopertoria altarium, inde ornamenta per unamquamque eclesiam, ut habuerit accessum.

Presbiter autem aut diaconus nulla consecrari debet ratione, nisi ante eius requiratur origo et conversatio conprobetur; et si dignus fuerit inventus, ut supra scriptum est, ab episcopo consecretur.

Ingenui autem aut ex servili genere nequaquam sacerdotium accipiant vel eclesia illis ad regendum credatur.

84.

Theophilacias archidiaconus Romanus Bonifatio scribit, se de eius epistola ad papam retulisse. Memorat papae ad eum litteras de schismaticis et de Francorum et Galliarum gentibus. Addit de sua quondam sodalitate. Munera mittit. 748 (Mai).

Codd. 1 (fol. 61'—62), 2 (fol. 46'—47), P[a].
Edd. S 146, W 94, G 83, J 69.

---

a) dōnis 2. b) *sequitur* se *in* 2.

84. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola theophilacti diaconi ad bonifatium 2.

1) *Gelasii epist. (Thiel I, 878).* 2) *Cf. Gratiani Decr. P. II C. XII qu. 2 can. 27. J.*

c. 732-751 AEGREGIO PATRI ET DOMINO SUPERNIS FASCIBUS DECORATO BONIFATIO ARCHIEPISCOPO THEOPHILACIAS[a] INDIGNUS ARCHIDIACONUS SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE[b] [1].

Eccle. 12, 11. Inter sua quidam peritissimus dudum enigmata sic promulgat: 'Verba sapientium quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi', quia culpas[c] delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. Unde actenus[d] non sine gravi Davitica illa ex intimo cordis Ps. 39, 6. merore conpulsus sum cantica decantare: 'Adnuntiavi et locutus sum; multiplicati sunt super numerum'; et quod multi ad fidem veniunt[e] et pauci ad electorum numerum Matth. 20, 16. perducuntur[f], hoc ipsud[g] Domino[h] promulgante: 'Multi sunt vocati, pauci vero electi'.

Nos quidem, egregie et sacerdotale prefulgidum apex, ut inlustre per pagina exaranda[i] notescendo notescitis, distincte incursa[k] et vigilantius in quo[l] angelicas et[m] beati domini mei [2] et singillatim[n] protulimus aures. Et iuxta roseum illud et angelicum optatum desiderium desideratum antelatus dominus ter beatus in apostolica vos ad presens dignatur informatione [3] firmari[o], qualiter non solum de scysmaticis et hereticis illis seu[p] excommunicatis et ab orthodoxe fidęi regula nequiter aberrantibus[q] censeatis, ut convenit, verum etiam Francorum et Galliarum gentes fidei tramitem solitę amplectentes exuberent enitentes et vestro sancto sub tempore non tantum Iac. 5, 16. occiduas[r], sed usque quaque floreant nationes. Scriptum namque est: 'Multum valet Ps. 105, 23. deprecatio iusti adsidua'; et David similiter: 'Nisi Moyses stetisset in conspectu Dei, ut averteret iram eius, ne disperderet eos[s]'.

Nos etenim priscum sodalitatis retinentes amorem, quamvis variae in[t] utrosque Cant. 8, 7. nationes et maria dividant, tamen scriptum est: 'Aque multae non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam'. Benedictionis etenim munusculum ob recordationis nostri memoriam: cinnamomum, costum, piper et incensum pariter direximus obsignatum. Quod minimum etenim[u] ut pro magno excipere debeatis, inpensius postu- Ps. 44, 14. Matth. 25, 29. lamus. Scriptum namque est: 'Omnis gloria eius filiae regum ab intus' et: 'Omni habenti dabitur'. Quia[v] quisquis caritatem perfectam habet, etiam, cuncta dona, sancto[w] spiritu ministrante, promeretur accipere.

Omnipotens etenim rerum opifex et arbiter Deus, qui vestro[x] sancto sub tempore occiduos et circumquaque populos commorantes ad vestrae beatae praedicationis facundiam in[y] catholicae et apostolicae sanctae sedis fidęi[z] florere faciat perenniter, ut optamus.

85.

Theophilacias archidiaconus Romanus Bonifatio bene precatur. Lullum archidiaconum eius commendat. Munera mittit. *c. 732—751.*

Codd. 1 (fol. 62'—63'), 2 (fol. 47'—48), P[a].
Edd. S 147, W 95, G 84, J 78.

a) theophylactus 2. b) aegregio — apostolicae *om. P.* c) culpam *P.* d) *corr. in* hactenus 2. e) venerunt *P.* f) producuntur *P.* g) *corr. in* ipsum 2; ipsum *P.* h) *om. P.* i) exarando 2. *P.* k) *an* incursim? *J.* l) *sic (an* inquam? *J.)* m) *an* ad? *J.* n) sigillatim *P.* o) *corr. in* firmare 2. p) vel *P.* q) oberrantibus 2. r) *corr. in* occiduae 2. s) *om. P.* t) *corr. in* inter 2. u) *deletum est in 2.* v) et *P.* w) *om. P.* x) deus ipse nostro *P.* y) *om. P.* z) fide *P.*
85. a) *Sine lemmate 1. P;* item epistola theophilacti diaconi ad bonifatium 2.

1) *Loofs (in commentario inedito) has litteras anno 747. ineunti assignare voluit, cum ea, quae Theophilacius infra de informatione apostolica scribat, ad epistolam 77. respicere censeret.* 2) *Zachariae papae.* 3) *ep. 80 supra p. 356. J.*

AEGREGIO[a] PATRI ET DOMINO AETHERIIS DECORATO FASCIBUS BONIFATIO ALMO ARCHIEPISCOPO THEOFILACIAS[b] INDIGNUS ARCHIDIACONUS[c] SANCTAE SEDIS APOSTOLICE. [c. 732-751]

Inter amoena prata fraglantium[d] florum sepe spinis circumvallatur rosa. Ita, inlustrante sancto spiritu, praefulgidus plerumque rutilat arbiter veluti roseus flos, et melliflua dogmata salutis aeternae habundet[e]; eructuat nimirum laudabilis in arvis. O beatissime in aetheris! Talenta etenim tuae credita egregiae beatitudini non solum dupla verum etiam et sescupla Christo a te[f] reddantur in astris; arcanaque vox ope carmine[g] Christi dicentis: 'Euge, serve bone et fidelis, quia inter pauca fuisti fidelis, [Matth. 25, 21.] super multa te constituam: intra in gaudium domini tui'. Denique ob vestri laboris crementum sedulo[h] una cum sancto coangelico patre vestro, domno apostolico totius sanctae nostrae aecclesiae sacerdotalis[i], vel populo naviter[k] domini Dei nostri exoramus clementiam, ut vestrae sanctissimae paternitatis inluminatos doctrinis atque e vivo potatos fonte simul cum eorundem satore confirmare ac conservare in sanctae ac orthodoxae fidei tramite clementer iubeat; et eorum, qui credituri sunt, corda aperire atque a tetro detegere velamine; inflammanteque eosdem sancto spiritu, intrepidi laetantes ad fidem Christi pervenire festinent, quemadmodum dominica[l] sanxit clementia: 'Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili' et caetera. [Ioh. 10, 16.]

Itaque, domine ac sanctissime pater, quesumus vestram a Deo santiatam[m] ambrosiam bonitatem, ut sanctissimum nimisque nobis dilectum Lullum, benedictum archidiaconum vestrum, karissimum atque dulcissimum sodalem et fratrem nostrum, omnibus pio modis favore[n] propter Deum et nostra pussillitatis amicitiam commendatum habere dignemini. Nostra est scilicet in eo rata dilectio pro eo, quod vestrae almae paternitati, magnis decorate[o] infulis, fidelibus ac lepidis ministrat servitiis. Et ab hoc, poplite identidem flexo, vestram depraecamur togatam prudentiam, ut eum multo amplius talionem habere non dedignemini perniciter; ob nostramque parvitatem, cum domino Deo crebro refunditis praeces, memoriam facere non omittatis; quia scriptum est: 'Multum valet deprecatio iusti adsidua'. His vero praelibatis, salutamus [Iac. 5, 16.] vestram a Deo iuvatam[p] sanctissimam nectareamque paternitatem. Et optamus, ut Deo favente perennibus[q] capiatis temporibus premia et desideratum, ob vestrae sospitatis suffragium, potiatis[r] effectum.

Denique vero direximus[s] parvam benedictionem ex largitate beati Petri apostoli. Propter Deum grato animo dignemini suscipere costum, cinnamomum et serostyracem[t].

86.

Bonifatius Zachariae papae Lullum nuntium suum commendat. Sese sacerdotum perversorum communionem non omnino devitavisse, queritur. Addit de archiepiscopis et palliis petendis et de condito monasterio Fuldensi. *751.*

Codd. 1 (fol. 47'—49), 2 (fol. 34—35), P[a].
Edd. S 141, W 86, G 75, J 79.

---

a) egregio — apostolice *om. P.* b) theofylactus *2.* c) diaconus *1.* d) flagrantium *P.* e) *corr. in* abunde *2;* abundant *P.* f) a te *om. P.* g) carminis *P.* h) sedele *corr. in* sedulo *1;* sedule *2. P.* i) sacerdotali *P.* k) gnaviter *P.* l) divina *P.* m) *corr. in* sancitam *2;* sanciatam *P.* n) favere *1, corr. in* favore *2.* o) decorare *P.* p) iuvata *P.* q) perennis *2.* r) potiatus *2.* s) dereximus *1.* t) xerostyracem *2. P.*
86. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola bonifatii ad zachariam papam *2.*

751 REVERENTISSIMO PATRI[a], DILECTISSIMO DOMINO, CUM TIMORE ET HONORE VENERANDO MAGISTRO, APOSTOLICI HONORIS PRIVILEGIO PRAEDITO[b], PONTIFICATUS APOSTOLICAE SEDIS INFULA SUBLIMATO ZACHARIAE BONIFATIUS EXIGUUS, SERVUS VESTER LICET INDIGNUS ET ULTIMUS, TAMEN LEGATUS GERMANICUS DEVOTISSIMUS, OPTABILEM IN CHRISTO INMARCESCIBILIS CARITATIS SALUTEM.

Paternae pietatis vestrae sanctitatem subnixis precibus[1] obsecro, ut hunc presbiterum meum, portitorem litterarum mearum nomine Lul, grato animo clementer suscipiatis. Habet enim secreta quaedam mea, quae soli pietati vestrae profiteri debet: quaedam viva voce vobis dicere, quaedam per litteras notata ostendere, de quibusdam vero necessitatibus meis inquirere et interrogare; et mihi paternitatis vestrae responsum et consilium ex auctoritate sancti Petri principis apostolorum ad solacium senectutis repraesentare; ut, his omnibus auditis et consideratis, si quae sint quae vobis placeant facta, adaugere Deo volente studeam, si autem quid, ut timendum est, displiceat, ex praecepto sancti apostolatus[c] vestri vel indulgentiam merear vel dignam penitentiam persolvam.

Antecessor[2] etenim praecessoris[d] vestri[3], venerandae memoriae Gregorius[4], dum me indignum ordinavit et ad praedicandum verbum fidei[e] Germanicis gentibus misit, sacramento me constrinxit, ut canonicis et iustis episcopis et presbiteris in verbo, in facto, in consensu adstipulator et adiutor fierem — hoc autem[f] cum divina gratia implere studui[g] —; falsos autem sacerdotes, hypochritas et seductores populorum, vel corrigerem ad viam salutis vel declinarem et abstinerem a communione[h] ipsorum; quod ex parte servavi et ex parte custodire et implere non potui. Spiritaliter implevi sacramentum, quia in consensum et in consilium illorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui, dum venissem ad principem Francorum, cogente aecclesiarum necessitate; cum tales ibi repperi, quales nolui. Sed tamen in sancta communione[h] corporis Christi illis non communicavi.

Praecepit quoque mihi praefatus apostolicus pontifex, ut populorum, quoscumque visitassem, conversationem et mores apostolicae sedis pontifici indicassem. Quod, in Domino confido, ut fecissem.

De eo autem, quod iam praeterito tempore de archiepiscopis et de palleis[i] a[k] Romana aecclesia petendis iuxta promissa[l] Francorum sanctitati vestrae notum feci, indulgentiam apostolicae sedis flagito. Quia, quod promiserunt, tardantes non impleverunt; et adhuc differtur et ventilatur et[m], quid inde perficere voluerint, ignoratur. Sed mea voluntate impleta esset promissio[n].

Est praeterea locus silvaticus in heremo vastissimae solitudinis in medio nationum praedicationis nostrae, in quo monasterium[5] construentes, monachos constituimus sub regula sancti patris Benedicti viventes, viros strictae abstinentiae, absque carne et vino, absque sicera et servis, proprio manuum suarum labore contentos. Hunc locum supra dictum per viros religiosos et Deum timentes, maxime Carlmannum[o] quondam principem Francorum[6], iusto labore adquisivi et in honore sancti salvatoris dedicavi. In quo loco, cum consensu pietatis vestrae proposui, aliquantulum vel paucis[p]

a) et *add. P.* b) praedicto *1.* c) apostolati *1.* d) praedecessoris *P.* e) *om. P.* f) *om. 2. P.* g) studii *1.* h) commonione *1.* i) *corr. in* palliis *2;* palliis *P.* k) *om. P.* l) promisa *1.* m) *om. 1.* n) promisio *1.* o) carlomannum *2. P.* p) pacis *P.*

1) *Cf. supra p. 234 n. 3.* 2) Antecessor praedecessoris — illis non communicavi *sunt in Gratiani decr. P. II C. XI qu. 3 c. 104. J.* 3) *Gregorii III.* 4) *II.* 5) *Fuldense.* 6) *a. 746. principis dignitate se abdicavit.*

diebus fessum senectute corpus requiescendo recuperare et post mortem iacere. Quat- 751 tuor etenim populi, quibus verbum Christi per gratiam Dei diximus, in circuitu loci huius habitare dinoscuntur; quibus cum vestra intercessione, quam diu vivo vel sapio, utilis esse possum. Cupio enim vestris orationibus, commitante[a] gratia Dei, in familiaritate Romanae aecclesiae et vestro servitio inter Germanicas gentes, ad quas missus fui, perseverare et praecepto vestro obedire, sicut scriptum est: 'Iudicium patris audite, Eccli. 3, 2. filii dilecti, et sic facite, ut salvi sitis': et alibi: 'Qui honorat patrem suum, vita vivit Eccli. 3, 7. 9. 11. longiore': et iterum: 'Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Domino, et benedictio patris firmat domus[c] filiorum[d]'[1] . . . .

87.

Zacharias papa Bonifatio respondet de sacerdotum malorum communione, de episcopis, de palliis Francorum, de monasterio Fuldensi, quae animalia non edantur, de igne paschali, de morbo regio, de pedibus lavandis, de benedictionibus, de sacerdotibus, de Milone, de lardo, de episcopo condemnato, de presbyterorum ordinatione, de censu ecclesiarum, de paganorum inimicitiis, de Sclavorum tributo, de figura crucis. 751 Nov. 4.

Codd. 1 (fol. 49'-53'), 2 (fol. 39'—40), 4 (fol. 186')[a].
Edd. S 142, W 87, G 76, J 80. — Jaffé, Reg. 2291 (1757).

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI BONIFATIO COEPISCOPO ZACHARIAS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Benedictus Deus, pater domini nostri Iesu Christi, qui dispersa congregat et Cf. Ioh. 11, 52. congregata conservat augetque fidem et fiduciam servis suis ad praedicandum verbum evangelii Iesu Christi domini nostri, cum eodem patre et spiritu sancto in unitate viventi[b] in saecula saeculorum. Ipsi gloria et laus, qui adiutor et protector est in se credentibus; ipse enim dixit: 'Qui credit in me, vita vivet et non morietur: quoniam Ioh. 11, 25. 26. ego sum via, vita et veritas'. Laudamus et superexaltamus sanctum nomen eius, laeti Ioh. 14, 6. gaudentes, per harum gerulos et sanctae fraternitatis tuae litteris allatis, superstitem in hac vita et in Domino te valere, cognoscentes: petentes inmensam Dei nostri divinitatem, ut ad praedicandum multo amplius evangelii atque sanctae fidei eius sacramentum longevum te conservet[c] suaque protectione te muniat et ab adversantium insidiis pie miserendo custodiat.

Suggessit itaque fraterna sanctitas[d] tua in suis apicibus, quod praedecessor noster beatae memoriae Gregorius, huius sedis apostolice praesul, dum ad predicandum verbum evangelii tuam misisset[e] fraternitatem in Germaniae partibus et gentibus illis paganis, verbo pollicitationis a te esse munitum ita, ut orthodoxos episcopos, presbiteros, vel quosque repperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares et eis communicares — quod et factum est —; si quos vero seductores episcopos aut pseudopresbiteros vel quosque a recto fidei tramite deviantes repperisses, nulla tibi cum eis esset communio. Quod te, Deo solaciante, usque ad praesens spiritaliter

a) *corr. in* comitante *2.* b) *corr. in* vivet *2.* c) domůs *2.* d) *sequitur in 2 pagina vacua.*
87. a) *Sine lemmate 1;* epistola zachariae papae ad bonifatium *2;* item epistola zacharię ad bonefacium *4.* b) *sic pro* viventis *codd.* c) servet *2. 4.* d) sancta fraterna *4.* e) mississet *1.*

1) *Extremam huius epistolae partem interiisse manifestum est. Idque etiam librario codicis Carlsruhensis patuit, quippe qui sequentem paginam reliquerit puram; v. supra huius epistolae not. d.*

751 servasse, confessus es. Vel si omnino propter principalem et humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses[a], corporaliter abstineri[b] non valuisti, cogente necessitate aecclesiarum Dei: et tamen in eorum consilio et consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis conversatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo[1]. Te enim praedicante si oboedirent, salvi essent; sin autem in[c] iniquitate sua permanerent[d], ipsi peribunt, tu autem iuxta prophetae dictum salvasti animam tuam. (Cf. Ezech. 33, 5.)

De episcopis autem Francorum et palleis[e] scripsisti, quod iuxta promissionem suam nondum impleverunt. Qui, si impleverint[f] iuxta verbum suum, habebunt ex eo laudem: sin vero aliter egerint, ipsi videbunt. Nos enim, divina gratia largiente, quod gratis accepimus, gratis damus. (Cf. Matth. 10, 8.) Tua quidem propter hoc benigna voluntas a nobis suscepta est.

Igitur et hoc petisti, ut monasterium in vastissima solitudine et in medio gentium quibus praedicas constitutum et a te fundatum esse atque in honore salvatoris Dei nostri dedicatum, ubi etiam et monachos sub regula beati Benedicti degere ordinasti, — illud[g] venerabile monasterium nomini tuo privilegio sedis apostolice muniri[h]. Quod, votis tuis acquiescentes, ordinavimus iuxta desiderium et petitionem tuam. Congruit enim, divini ministerii praedicatorem optimumque ministrum ad desiderata pertingere et coeptum bonum opus usque in finem perficere; sicut scriptum est in dominico praecepto: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'; et: 'Beatus servus ille, quem, cum venerit dominus, invenerit sic facientem; etenim super omnia bona sua constituet eum'. (Matth. 10, 22; 24, 3. Luc. 12, 43. 44.)

Interea praedictus tuus gerulus Lul cum ceteris suis comitibus[i], quae iniuncta[k] fuerunt a tua fraterna sanctitate tam in verbo quamque per scripta[l], omnia liquidius suggerentes innotuerunt. De quibus tam in verbo responsum dantes, et per scripta[m] tuae remisimus fraternitati. Continebant enim capitula in petatio[n][2] ab eis porrecto, quae inferius annexa sunt; de quibus flagitasti a nobis, quae recipienda, quae respuenda sint:

In primis de volatilibus, id est de[o] graculis[p] et corniculis atque ciconiis. Quae omnino cavendae sunt ab esu christianorum. Etiam et fibri[q] atque lepores et equi silvatici multo amplius vitandi[r]. Attamen, sanctissime frater, de omnibus scripturis sacris bene compertus es.

De[s] igne autem paschali[3] quod inquisisti. A priscis sanctis patribus, ex quo per dei et domini nostri Iesu Christi gratiam et pretioso sanguine[t] eius aecclesia dedicata est, quinta feria Paschae, dum sacrum crisma consecratur, tres lampadae[u] magnae capacitatis, ex diversis candelis aecclesiae oleo collecto, in secretiori aecclesiae loco ad figuram interioris[v] tabernaculi insistente, indeficienter cum multa diligentia inspecte ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem. De quibus candelis sabbato sancto pro sacri fontis baptismate sumptus ignis per sacerdotem renovabitur. De christallis[w] autem, ut adseruisti, nullam habemus traditionem.

De his qui regio morbo[4] vexantur inquisisti, sive homines sive equi sint, quid fiendum sit de illis. Si homines ex nativitate aut genere huius morbi sunt, hi extra

a) accessisset *1.* b) *corr. in* abstinere *2;* abstinere *4.* c) *om. 1.* d) permanent *4.* e) *corr. in* palliis *2;* palliis *4.* f) impleverunt *2.* g) hoc *2. 4.* h) munire *4.* i) concomitibus *2.* k) iniuncti *1.* l) scripto *1. 4.* m) scripto *1.* n) impetatio *1. 4, corr. in* in pittatio *2.* o) *om. 4.* p) gracculis *4.* q) fribri *4.* r) cavendi *4.* s) de igne paschali — habemus traditionem *exstant etiam in cod. Schlettstad. 99.* t) *corr. in* pretiosum sanguinem *2.* u) *corr. in* lampades *2;* lampades *4.* v) inferioris *2.* w) crystallis *2;* cristallis *4.*

1) Quod praedecessor *(p. 369 lin. 30)* — coram deo *sunt in Gratiani decr. P. II C. 11 qu. 3 c. 105. J.* 2) *pittacio.* 3) *Cf. Grimm, Deutsche Mythologie (ed. tertia) I, 583. J.* 4) *lepra; cf. Dieffenbach, Glossarium lat. germ. Morbus regius: 'aussecikeit'. J.*

civitatem comitari debebunt; ad[a] elymosinam[b] vero accipiendam a populo non de- 751 vitari. Si autem contigerit, magnum vel parvum non nativitate, sed superveniente egritudine vexari, non est proiciendus; sed, si possibile est, curandus. Adtamen in aecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium supletionem erit ingressurus ad participandum munus. Equi vero, qui praefato morbo fuerint coinquinati, si curari non valuerint, in puteis et foveis proiciendi[c] sunt, ne eiusdem morbi[d] contagione ceteri coinquinentur.

De animalibus autem, qui[e] a furentibus, id est rabidis[f], lupis et canibus fuerint lacerati. Oportet ea[g] a ceteris separari, ne furentes et mordentes cetera coinquinentur. Quodsi pauca sunt, ut supra diximus, in fovea proicienda sunt.

Nam et hoc inquisivit fraternitas tua: si liceat, sanctimoniales feminas, quemadmodum viri[h], sibi invicem pedes abluere tam in caena Domini quamque[i] in aliis diebus. Hoc dominicum preceptum est, quod, qui per fidem impleverit, habebit ex Cf. Rom. 13, 3. eo laudem. Etenim viri et mulieres unum Dominum habemus, qui in caelis est.

Pro autem benedictionibus[k], quas faciunt Galli, ut nosti frater, multis vitiis variantur. Nam non ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam operantur, sibi ipsis dampnationem adhibentes: dum scriptum est: 'Si quis vobis Gal. 1, 9. evangelizaverit praeter[l] id, quod evangelizatum est, anathema sit'. Regulam catholicae traditionis suscepisti, frater amantissime: sic omnibus praedica omnesque doce[m], sicut a sancta Romana[n], cui Deo auctore deservimus, aeclesia accepisti.

Inquisisti etiam et hoc: si ante tricesimum[o] annum liceat sacerdotem ordinari. Bonum et congruum est, carissime, si fieri et inveniri potest, ut provecte aetatis et boni testimonii viri iuxta sacrorum canonum instituta ordinentur sacerdotes. Si autem minime repperiuntur[1] et necessitas exposcit, a viginti quinque annorum et supra levitae et sacerdotes ordinantur, quemadmodum in lege Domini continetur[p]. Cf. Num. 8, 24.

De Milone[2] autem et eiusmodi similibus, qui aecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali nefario opere recedant, iuxta apostoli vocem oportune inportune praedica. Cf. 2. Tim. 4, 2. Si adquieverint ammonitionibus tuis, salvabunt animas suas; sin vero, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis, tu autem, qui recte[q] praedicas, non perdes mercedem tuam.

Nam et hoc inquisisti: post quantum temporis debet lardas[r] comedi. Nobis a patribus institutum pro hoc non est. Tibi autem petenti consilium praebemus, quod non oporteat eum[s] mandi, priusquam super fumo siccetur aut igne coquatur; si vero libet, ut incoctum[t] manducetur, post paschalem festivitatem[u] erit manducandum[v].

Episcopus autem condempnatus, de quo inquisisti, qui pugnator et fornicator existit atque res ecclesiae post degradationem sibi vindicare nitetur[w], hic omnino ac detestabiliter respuendus est. Quae enim portio infideli cum fidele? aut quae com- Cf. 2. Cor. 6, 15. munio Christo et Belial? Hos sanctorum patrum traditiones et sanctorum canonum instituta condempnaverunt.

De ordinatione etiam presbiterorum et diaconorum, quos cogente necessitate et paupertate, rogantium, non legitimis temporibus et diebus a te pervenerunt[x], si aliquam haberes ex hoc offensionem, insinuasti. Dicimus autem tibi frater: bene nosti,

a) *om. 1. 4.* b) elemosinam *2. 4.* c) prohiciendi *4.* d) *om. 1.* e) *corr. in* que *2;* quae *4.* f) rapinis *1;* rapidis *4.* g) *om. 2.* h) *corr. in* viris *2;* viris *4.* i) quanque *4.* k) *corr. in* benedictionibus autem *2.* l) propter *1.* m) *om. 1.* n) roma *1.* o) tricessimum *1.* p) continet *1.* q) rectae *2.* r) *corr. in* lardus *2;* lardus *4.* s) *deletum est in 2.* t) *corr. in* incoctus *2.* u) paschali festivitate *1, corr. in* paschalem festivitatem *2.* v) *corr. in* manducandus *2;* manducandus *4.* w) *corr. in* nititur *2;* nititur *4.* x) provenerunt *2. 4.*

1) Si triginta annorum non reperiuntur — ordinentur *sunt in Gratiani decr. P. I D. 78 c. 5. J.*
2) *invasore ecclesiarum Remensis et Trevirensis.*

751 quod sacri canones docent, aptis temporibus sacerdotes ordinandos: attamen in eo, quod a te propter zelo[a] fidęi actum est, a domino Deo nostro indulgentiam postulemus[b].

De censu autem aecclesiarum, id est solidum de cassata[c] suscipe et nullam habeas esitationem[d], dum ex eo poteris elymosinam tribuere et opus perficere sanctarum aecclesiarum iuxta canonum instituta.

Si quos vero presbiteros, qui de laicis promoti fuerunt et, ante[e] criminalibus causis obvoluti, celantes peccatum suum, ordinati sunt, postmodum vero manifestata est eorum iniqua actio: hos, a sacerdotali habitu privatos, paenitentiae summitte. Non enim odit Deus peccantem et confitentem, sed peccantem et negantem.

Nam et hoc flagitasti a nobis: si liceat persecutionem paganorum fugiendi[f] an non. Et pro hoc, frater, salutare consilium damus. Si fieri potest et locum inveneris, insta ad praedicandum illis[g]; si autem supportare non valueris eorum persecutionem, habes praeceptum dominicum, ut in aliam ingrediaris civitatem. (Cf. Matth. 10, 23.)

Nam et hoc inquisisti: quid fiendum sit de excommunicato episcopo et apostolica auctoritate[h] neglegenti. Hic detestabilis est coram Deo et hominibus, cuius condemnationi[i] incondempnatus non communicabit[k]. Ipsi enim condempnabuntur in die irae et revelationis domini et salvatoris nostri Iesu Christi, dum sederit ad iudicandum genus humanum; sicut scriptum est: 'Superbis ego resistam, dicit Dominus'. (Cf. Ierem. 50, 31. Iac. 4, 6.)

Etenim de Sclavis christianorum terram inhabitantibus si oporteat censum accipere, interrogasti frater. Hic quidem consilium non indiget[l], dum rei causa est manifesta. Si enim sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vindicabunt terram; si vero tributum dederint, norunt: dominatorem ipsam habere terram.

Nam et hoc flagitasti a nobis, sanctissime frater: in sacri canonis praedicatione quot in locis cruces facere debeantur[m], tuae significemus sanctitati. Votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo[n] dato praedicto Lul religioso presbitero tuo, per loca signa sanctae crucis quante fieri debeant, infiximus.

His autem[o] se habentibus, Domini deprecamur[p] clementiam, licet peccatores, ut suo te muniat et confortet auxilio nosque annuat prosperitatis tuae semper laeta suscipere nuntia.

Deus te incolumem custodiat, reverentissime frater.

Data pridie Nonas Novembris, imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno tricesimo[q] secundo, post consulatum[r] eius anno undecimo, indictione quinta.

88.

Zacharias papa Bonifatio episcopo et eius successoribus ecclesiam Moguntinam asserit sedem metropolitanam[1]. *751 Nov. 4.*

Codd. 1 (fol. 53'), 2 (fol. 39'—40), P[a].
Edd. W 83, G 72, J 81. - Jaffé, Reg. 2292 (1755).

---

a) *corr. in* zelum *2;* zelum *4.* b) *corr. in* postulamus *2.* c) *corr. in* casata *2.* d) *corr. in* hesitationem *2;* haesitationem *4.* e) antea *2.* f) *corr. in* fugere *2;* fugere *4.* g) *om. 2.* h) apostolicam auctoritatem *4.* i) condempnationi *4.* k) communicavit *1. 2.* l) *corr. in* indiges *2.* m) fieri debeant *4.* n) *corr. in* rodulo *1.* o) ita *add. 2;* ita *4.* p) deprecamus *1.* q) tricessimo *1.* r) pater *1;* imperii *in litura 2. Scripsit Jaffé* post consulatum; *v. supra p. 225.*

88. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola zachariae ad bonifatium *2.*

1) *Post Iosephum Hartzheim, qui primus hanc epistolam prorsus fictitiam esse contendit (Concil. Germaniae I, 347), alii eisdem fere argumentis usi, in quibus Loofs (Zur Chronol. p. 50), O. Fischer (Forsch. z. D. Gesch. XXVI, 462), Hauck (K.-G. D. I, 516 n. 2), sententiam eius repetierunt. Oelsner vero*

ZACHARIAS[a] PAPA BONIFATIO EPISCOPO SANCTAE ECCLESIAE MOGONTIAE ET PER EUM IN EADEM VENERABILE[b] ECCLESIAE PERPETUAM SALUTEM. 751

Qualiter dominus Deus noster propitiatus sit et laboribus sanctissime fraternitatis tuae cooperator extiterit, per singula edicere longum est tam, ut haec, quae obicimus[c], confirmemus. Quae ex parte[d] te narrante prospeximus[e]. Igitur, dum in Germania provincia tua fraterna[f] sanctitas ad praedicandum fuisset directa a sanctae recordationis praedecessore nostro, domno[g] Gregorio papa, et post inchoatum opus et aliqua ex parte spiritaliter aedificatum Roma reversus ab eo episcopus ordinatus et illic ad praedicandum denuo remissus es et elaborasti Deo praevio nunc usque per annos XXV[1] in eadem praedicatione, ex quo episcopatum suscepisti. Sed et in[h] provincia Francorum nostra vice concilium[i] habuisti[k]; et iuxta canonum instituta, Deo eis annuente, omnes flexi sunt oboedire. Et dum in his piis operibus occupata esset tua sancta fraternitas, nunc usque cathedralem sedem sibi minime vindicavit. At ubi vero[l] Deus[2] praedicationem tuam auxit, obtinere[m] tibi cathedralem eclesiam vel successoribus tuis confirmare debemus iuxta eorundem filiorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri apostoli sancimus, ut supra dicta eclesia Mogontina nunc atque[n] etiam perpetuis temporibus tibi et successoribus tuis metropolis sit confirmata, habens etiam sub se has V civitates — id est Tungris, Coloniam, Wormaciam[o], Spiratiam et Trectis[p] — et omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam predicationem Christi lumen cognoscere fecit. His a nobis definitis, huius nostrae[q] confirmationis paginam in tua eclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservandam esse mandamus.

Bene valete.

Data pridie Nonas Novembris imperante domno piissimo augusto Constantino a Deo coronato[r] magno imperatore anno tricesimo secundo, post consulatum[s] eius anno undecimo, indictione quinta.

---

a) zacharias — salutem *om. P.* b) *corr. in* et per eum eidem venerabili *2.* c) obiicimur *P.* d) *cetera huius epistolae desunt in 1, ubi folium quod sequebatur excisum est.* e) enarramus *add. Serarius.* f) *om. P.* g) donno *P.* h) *om. P.* i) concilia *P.* k) *alia manu in margine 2 additum est; om. P.* l) *deletum est in 2.* m) *sequitur* ut *in 2.* n) supra dictam ecclesiam maguntinam atque *P.* o) varmatiam *P.* p) *corr. in* traiectis *2. P.* q) *om. P.* r) a — coronato *om. P.* s) imperii *in litura 2;* pater *P. Scripsit Jaffé* post consulatum; *v. supra p. 225.*

(Jahrb. p. 82) ex parte saltem offensionem eo sustulerat, quod auctorem huius privilegii privilegium prius de metropoli Coloniensi datum, quoad fieri potuit, verbotenus expressisse probarit. Difficile est enim intellectu, qua ratione ductus et quo temporis momento quispiam hoc privilegium effingere voluerit, quod cum circuitu posteriore dioecesis Moguntinae minime conveniret. Ideoque nisi Lullo episcopo ipsi ad dignitatem archiepiscopi aspiranti id adulterasse crimini dare volumus, sincerum esse vix dubitari licebit; at, ut ad effectum adductum sit, inde non sequitur, praesertim cum non vicarius Petri, sed rex Francorum de his rebus decerneret; cf. quae supra p. 323. 361 sine effectu papa de metropoli Coloniensi definierat. Bonifatius archiepiscopus sedem certam numquam habuit, urbs vero Moguntina anno demum 780. ad dignitatem metropolis Germaniae accessit; cf. Hauck, K.-G. I, 520 n. 1.

1) *immo 29.* 2) Ubi deus — mandamus *laudantur ab Hincmaro (Opp. II, p. 731. 732), qui haec praemisit:* Cui *(scil. Bonifacio)* per annos vigintiquinque in eadem praedicatione sine cardinali sede laboranti praefatorum successor Zacharias papa inter cetera in privilegio sibi directo scripsit atque firmavit ad locum ita dicens. *Cf. quae idem Hincmarus de eo dicit (Opp. II, 745):* In quibus *(sc. regionibus)* eius praedicatione et sanctae conversationis exemplo cum ordo ecclesiasticus et religio coepit reparari, aliquandiu in civitate Agrippinensi Colonia sedit et emergente necessitate atque utilitate ad Mogontinam civitatem translatus, ibi est archiepiscopus regulariter incardinatus, sed sedem postea non mutavit, sicut in epistolis apostolicae sedis pontificum studiosus lector cognoscere praevalet.

89.

751 *Zacharias papa. Bonifatio episcopo petente, monasterium Fuldense ex cuiusque ecclesiae praeterquam Romanae potestate eximit bonaque eius confirmat*[1].

751 (Nov. 4).

Codd. 1 (fol. 54: fragmentum; nam folium praecedens excisum est; cf. n. d), 2 (fol. 40)[a].

Edd. R = Epistolarum decretalium summorum pontificum (Romae 1591), t. II p. 698, W 88, G 77, J 82. — Jaffé, Reg. 2293 (1756).

ex cod. 2.

ZACHARIAS PAPA BONIFATIO EPISCOPO ET PER EUM IN MONASTERIO AB EO CONSTRUCTO SUCCESSIM ABBATIBUS IN PERPETUUM.

Quoniam[2] semper sunt concedenda, quae rationabilibus congruunt desideriis, oportet, ut devotioni conditoris piae constructionis auctoritas in privilegiis prestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium salvatoris a te constructum in loco, qui vocatur Boconia, erga ripam fluminis Vultaha, privilegii sedis apostolicae infulis decoretur, ut sub iurisdicione sanctae nostrae, cui Deo auctore deservimus, eclesiae constitutum, nullius alterius eclesiae iurisdicionibus submittatur; pro qua re piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id, quod exposcitur, effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuslibet eclesiae sacerdotem in praefato monasterio dicionem quamlibet habere aut auctoritatem praeter sedem apostolicam prohibemus; ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem sollempnitatem quispiam praesumat omnimodo celebrare, ut profecto, iuxta id quod subiectum apostolicae sedi firmitate privilegii consistit, inconcusse dotatum permaneat, locis et rebus, tam eis quas moderno tempore tenet vel possidet, quam quae futuris temporibus in iure ipsius monasterii divina pietas

ex ed. Rom. et ex cod. 1.

ZACHARIAS PAPA BONIFACIO EPISCOPO ET PER EUM IN MONASTERIO AB EO CONSTRUCTO ET SUCCESS. ABBATIBUS IN PERPETUUM.

Quoniam[2] semper sunt concedenda, quae rationabilibus congruunt desideriis, oportet, ut devotio conditoris piae constructionis oraculo in privilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasterium salvatoris a te constructum, situm in loco, qui vocatur Bochonia[b], erga ripam fluminis[c] Fulda, privilegii sedis apostolicae infulis decoretur, ut sub iurisdictione sanctae nostrae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae constitutum, nullius alterius ecclesiae iurisdictionibus submittatur; pro qua re piis desideriis faventes, hac nostra auctoritate id, quod exposcitur, effectui mancipemus. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefato monasterio ditionem quamlibet habere hac auctoritate praeter sedem apostolicam prohibemus; ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum solemnitatem ibidem quispiam praesumat omnimodo celebrare, ut profecto, iuxta id quod subiecti apostolicis privilegiis consistunt, inconcusse dotatus permaneat. Constituentes per huius decreti nostri paginam atque interdicentes omnibus cuiuslibet omnino ecclesiae praesulibus vel[d] cuiuscumque[e] dignitati[f]

89. a) *Lemma:* epistola zachariae ad bonifatium 2. b) bothonia *R.* c) qua *add. R.* d) vel — bene vale *legitur in 1 fol. 54.* e) quaecumque *R.* f) dignitate *R.*

1) *De huius privilegii sinceritate consentio cum Ewaldo (Jaffé I, 269) et Mühlbachero (Reg. imperii I p. 31).* 2) *Utrumque tabulae huius exemplar nititur in formula Libri diurni Romanorum pontificum ed. ab Sickel p. 23:* Quoniam semper sunt - existere temerator, *sed 2 eam amplificavit.*

voluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium, absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Constituimus quoque per huius decreti nostri paginam, ut, quicunque cuiuslibet eclesiae praesul vel quacunque dignitate praedita persona hanc nostri privilegii cartam, quam auctoritate principis apostolorum firmamus, temerare temptaverit, anathema sit et, iram Dei incurrens, a cetu sanctorum omnium extorris existat; et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inviolata permaneat, apostolica auctoritate subnixa. Bene vale[g].

praeditis potestatem[a] sub anathematis 751
interpositionem[b]: qui ei[c] praesumpserit praesenti[d] constituti, a nobis praefati monasterii[e] indulti, quolibet modo existere temerator. Bene vale[f].

90.

Benedictus episcopus, sedis apostolicae vicedominus, Bonifatium afflictum consolatur. — *751 Nov.*

Codd. 1 (fol. 61), 2 (fol. 45'—46'), P[a].
Edd. S 154, W 85, G 74, J 83.

DOMINO[b] SANCTISSIMO ATQUE AMANTISSIMO NOBIS IN CHRISTO PATRI BONIFATIO ARCHIEPISCOPO BENEDICTUS EPISCOPUS[1] ET VICEDOMNUS[c] SEDIS SANCTAE APOSTOLICAE.

Praesens Lul venerabilis presbiter, paternae sanctitatis vestrae missus, honorandos nobis tuos attulit affatus. Quorum textus continebat: multis te necessitatibus et turbinibus esse tristatum per homines non timentes Deum et falsos episcopos atque pseudopresbiteros et fornicatores clericos eorumque iniquas actiones pravasque inmissiones[d] iamque[e] et inimicantium et persequentium gentium. Quorum persecutio iniqua[f] finem habebit interitus sempiterni. Etenim, sanctissime pater, omnes sancti Cf. Sap. 3, 4.
quanta passi sunt tormenta, ut securi possiderent vitae aeternae palmam! Habemus consolatorem egregium apostolum Paulum, qui docet: 'Oportet nos per multas tribu- Act. 14, 21.
lationes intrare[g] in regnum Dei'. Magna tibi est merces, o sanctissime pater, et corona gloriae coram omnipotente Deo, dum omnia toleranter sustines propter divinum mandatum et praedicationem evangelii Iesu Christi domini dei et salvatoris nostri. Cuius, licet peccator, potentiam deprecor, ut domino meo beato apostolorum principi Petro intercedente, cuius et vicem agis inter feroces et indomitas gentes, ut ipse te sua pietate custodiat, et decursum[h] ministerii tui in die adventus eius copiosum fructum

a) personis *R.* b) interpositione *R.* c) huius *R.* d) praesentis *R.* e) praefato monasterio *R.* f) valete *R.* g) *ap. Othlonum in vita Bonifatii, cod. Trevirensis fol. 116' adduntur haec:* data pridie nonas novembris imperante domno augusto constantino anno XXXII imperii eius, indictione quinta.

90. a) *Sine lemmate 1. P;* epistola benedicti episcopi vicedomni sedis apostolicae ad bonifatium 2. b) domino — apostolicae *om. P.* c) vicedne *1.* d) inmisiones *1.* e) iam *P.* f) *om. P.* g) *om. P.* h) *corr. in* de cursu *2.*

1) *Nomentanus, ut videtur.*

746-754 adferre valeas et a conditore omnium Deo remunerationis premium centuplum accipias et vitam aeternam possideas. Etenim, me ipsum sanctis tuis orationibus commendans, ut valui in verbo et opere, praedicto tuo misso adiutor apparui. Benedictionem denique a[a] vestra beatitudine missam, sicut a patre meo, suscepi; et omnipotenti Deo gratias egi et vestre sanctissimae paternitati. Etenim, beatissimę pater, parvum munusculum sanctitati vestrae direxi: sabanum unum et facitergium unum et modica thymiama[b]. Quod[c] peto ut absque iniuria vestra honoranda paternitas suscipere non dedignetur.

Vale in Christo semper, amantissime pater[d].

91.

Bonifatius Ecberchto archiepiscopo Eboracensi de muneribus gratias agit. Petit, ut pro se precetur commentariosque Bedae sibi mittat. De sacerdotibus fornicariis percontatur. Vinum mittit. *746—754.*

Codd. 1 (fol. 116'—118), 2 (fol. 92—93'), 3 (fol. 55—56), P[a].
Edd. S 85, WG 38, J 100.

KARITATIS LACERTIS AMPLECTENDO AMICO, IMMO SPIRITALI GERMANITATE COPULANDO FRATRI, SUMMI PONTIFICATUS INFULA PRAEDITO, ECBERCHTO[b] ARCHIEPISCOPO[c 1] BONIFATIUS EXIGUUS[d] EPISCOPUS, LEGATUS GERMANICUS CATHOLICAE ET APOSTOLICAE ROMANAE[e] ECCLESIAE, FLORENTEM IN CHRISTO INMARCESCIBILIS[f] CARITATIS SALUTEM[2].

Dona ac libellos dulcissimae beatitudinis vestrae a vobis directa gratanti animo gaudentes suscepimus. Suspensis ad ethera palmis[3] supernum regem obsecravimus[g], ut vobis in superna angelorum[h] curia florentia mercedis praemia restituat[4]. Modo autem sanctitatis vestrae clementiam intimis postulamus precibus, ut pro nobis laborantibus et periclitantibus pietas vestra exorare dignetur; quia grandis nobis necessitas
Iac. 5, 16. inminet iustorum adiuvamina expetere; quia scriptum est: 'Multum[i] valet deprecatio iusti adsidua'. Enarrare autem omnia mala, quae nos extrinsecus[k] et intrinsecus patimur, epistolaris brevitas[l] prohibet.

Modo enim inhianter desiderantes[m] flagitamus, ut nobis ad gaudium meroris[n] nostri eo modo, quo et ante iam fecistis, aliquam particulam vel scintillam de candella aecclesiae[5], quam[o] inluxit spiritus sanctus in regionibus provinciae vestrae, nobis destinare curetis; id est: ut de tractatibus, quos spiritalis presbiter et investigator

a) *om. P.* b) *corr. in* thymiamata *2;* thimamia *corr. in* tymiama *P.* c) *corr. in* quae *2.* d) vale — pater *om. 1.*

91. a) *Sine lemmate.* b) ecberto *1. 2;* erchberto *P.* c) archiepiscopi *1.* d) exsiguus *3.* e) *om. 1;* romae *3.* f) inmarciscibilis *3.* g) obsecramus *P.* h) anglorum *1.* i) enim *add. P.* k) extrincus *1.* l) brebitas *3.* m) desideranter *1.* n) memoris *P.* o) quem *2.*

1) *De Ecberto cf. supra p. 346 n. 1.* 2) *Hauck (K.-G. I, 503 n. 3) ex sacerdote per multa tempora fornicante concludit has litteras non prius scriptas esse, quam Carlmannus ecclesiam Francorum a Bonifatio reformari iusserit. Hahn (Forsch. z. D. G. I, 645) eas aliis ad Ecbertum archiepiscopum datis (supra p. 346) posteriores esse oportere recte cognovit, cum Bonifatius de tractatibus Bedae ab eo missis gratias agat aliosque expetat. Cf. etiam Bon. u. Lul p. 189, O. Fischer (Forsch. z. D. G. XXVI, p. 644).* 3) *Cf. supra epp. 75. 80 p. 346. 357.* 4) *Cf. supra ep. 35 p. 286.* 5) *Cf. supra ep. 76 p. 348 lin. 13.*

sanctarum scripturarum Beda reserando conposuit, partem qualemcunque transmittere dignemini[a]; maxime autem, si fore possit — quod nobis predicantibus habile[b] et manuale et utillimum esse videtur — super lectionarium anniversarium[1] et proverbia Salomonis[c][2]. Quia commentarios[d] super illa eum condidisse audivimus. 746-751

Interea maxima[e] nos cogit necessitas, vestri consilii iudicium inquirere. Nam dum invenero presbiterum iam ante multa tempora lapsum in fornicationem — et[f] post poenitentiam in officium gradus sui a Francis iterum restitutus est et nunc, habitans in latissimo pago fidelium[g], sed errantium[h] populorum, sine aliis sacerdotibus solus ministrat baptismum, et solemnia missarum[i] celebrans — modo autem, si talem secundum iustissimos canones abstulero, morientur sine sacro regenerationis fonte infantes propter raritatem[k] sacerdotum, si meliorem ad restaurandum prioris lapsum non habuero. Iudicate ergo inter me et inter populum erroneum: utrum melius sit vel saltim minus malum, utrum talis[l] ministerium sancti altaris inpleat, an ut[m] pagana moriatur multitudo populi, quia castiorem ministrum[n] adquirere nequiverit. Vel si inter multitudinem sacerdotum invenero in eodem peccamine lapsum et iterum per[o] penitentiam priori gradui restitutum — de quo omnis multitudo sacerdotum et populorum bone[p] opinionis confidentiam habuerunt[q] — et si ille modo degradatus fuerit: secretum[r] peccatum revelatum fuerit et scandalizaverit[s] multitudo plebium, et per scandalum plurimae peribunt animae, et detestatio[t] erit maxima sacerdotum et diffidentia ministrorum aecclesiae, ut omnes perfidos, nulli credentes, despectui[u] habeant. Quam ob rem audacter[v] presumsimus patientes et consentientes, illum in ministerio divino persistere, existimantes, levius esse dubium unius hominis periculum et audaciam, quam ruinam et perditionem animarum pene totius populi. De istis autem universis quid mihi sustinendum sit, necessitate cogente scandala vitandi, quidve refutandum, sanctum[w] consilium vestrum per scripta videre et audire omnino desidero.

Praeterea celsitudini vestrae vice osculi duas vini cupellas[x] per[y] hunc portitorem litterarum transmisimus, petentes, ut caritatis inter nos precibus nostris inde laetum diem cum fratribus vestris faciatis. Obsecramus igitur, ut de istis petitionibus nostris[z] faciatis, ut mercedis vestrae praemia[a] in caelorum culmine clarescant.

92.

Lullus Gregorio abbati Traiectensi facto gratulatur. Mutuum amorem servari vult. Varia suadet. *c. 752—754.*

Cod. 3 (fol. 29—30')[a].
Edd. S 45, W 103, G 93, J 111.

---

a) dignemini mittere *P.* b) abile *3.* c) salamonis *1.* d) commendarios *3.* e) magna *P.* f) *om. 1.* g) filium *1.* h) erantium *1.* i) misarum *1.* k) caritatem *P.* l) tale *P.* m) impleat aut *P.* n) ministris *1.* o) *om. 3.* p) bene *3.* q) habuere *P.* r) *corr. in* secretumque *2.* s) scandalizaverit *1, corr. in* scandalizabitur *2;* scandalizavit *3;* scandalizatur *P.* t) destatio *1.* u) despectus *1;* dispectus *3;* despectos *P.* v) audaciter *P.* w) secundum *P.* x) capellas *P.* y) super *1.* z) satis *superscriptum est in 2, ut legatur* satis faciatis. a) praemiae *3.* [a) l. 29]

92. a) *Lemma:* item epistola lulli.

1) *i. e. Bedae homilias, quae leguntur in opp. ed. Giles t. V.* 2) *Super parabolas Salomonis: Bedae opp. ed. Giles IX, 53 sqq.*

c. 752-754 CLARAE CHRISTI ECCLESIAE LAMPADI LUCIFERAE MEOQUE IN DOCTRINA DIVINAE LEGIS DEVOTISSIMO ADIUTORI GREGORIO, DUPLICI PRESBITERATUS ABBATISQUE[1] HONORE CUM PRECEDENTE PROPRIORUM MERITORUM SUFFRAGIO DECORATO, LULLUS, EXTREMUS ORTHODOXAE MATRIS, VIDELICET ECCLESIAE, ALUMNUS, INMARCESCIBILIS CARITATIS
Cf. Eph. 2, 20. IN ANGULARI LAPIDE UTRIUSQUE TESTAMENTI SALUTIFERAM SALUTEM.

Fido gestante gerulo, munera largitatis tuae ad me usque delata pervenerunt; sed et suavissimas benivolae[a] caritatis tuae salutationes omne munus vincentes more solito pariter comitabantur. Quibus auditis et perceptis, uberes Deo piissimo primitus egi gratias, ut decuit. Et deinde fraternitati tuae debitas[b] reddidi grates; quia te in minore potestate fidelem sciebam, in maiore citius fideliorem conprobavi.

Conperto autem[c] prosperitatis tuae successu, eger animus[d] utrumque egit: gaudebat de ascensione cari[e] sodalis, sed contristabatur de divisione. Quia hoc intollerabile apud homines videtur, dum is, qui pre ceteris plus diligitur, repente subtrahitur; quamvis pro certo sciam, quod nulla terrarum spatia illos dividere possunt, quos verus Christi amor indisrupto[f] germanitatis vinculo nectit. Teste Deo — ne videar adolando fallere — quia te, pater, quantum mentis possibilitas adtribuit, interni affectus amore diligo.

Hoc autem subnixa prece humiliter obsecro, ut numquam semel in Christo ceptam[g] caritatem desidia torporis in nostro pectore frigescere sinamus velut parvam scintillam tenuis ignis fulva cinerum favilla suffocatam; ne in derisum veniamus a
Cf. Luc. 14, 29. pretereuntibus ceptum aedificium considerantibus turris. Dicit scriptura: 'Qui perseve-
Matth. 10, 22. raverit usque in finem, hic salvus erit'; nec quilibet artifex de cepto opere laudatur, sed de perfecto. Hoc autem meam mediocritatem, quamlibet aetate iuniorem, merito graduque minorem, scientia inferiorem, absque ullo dubitationis scrupulo et servasse et servaturam esse scito. De tua vero vitae gravitate mentisque stabilitate nihil
Cf. Eph. 6, 11. dubito. Muniamus nos spiritali armatura iuxta apostoli preceptum, orantes pro in-
Cf. Iac. 5, 16. vicem, ut salvemur; quia multum deprecatio iusti adsidua, Iacobo attestante, apud Deum valet. Et eo diligentius huic insistamus, quo vehementius nos variis temptationum telis inpugnari non ignoramus. Dextera scilicet fortior levam infirmiorem adiuvare non cesset[h]; et leva dexterae sicut ancilla domine deservire non desinet. Id est — meam instabilitatem bonae vitae tuae exemplis castigando, corrigendo, admonendo — quamvis absentem corpore, spiritu tamen presentem, sicut tibi moris est, ad melioris vitae perfectionem deducere non desinas; et ego tibi humili devotione, quantum vires subpeditant, fidelem famulatum in omnibus prebebo.

Exhortatoria mediocritatis meae[i] verba, quamvis fatua et superflua videantur, obsecro, ut non moleste a tuae caritatis collegio recipiantur. Que sola caritas exigebat scribere sine dictandi materia, quae omnia vincit, sicut scriptum est[2]:

'Omnia vincit amor[k]; et nos cedamus amori',

ablata omni tumoris superbia.

---

a) baenivolae *3.* b) debitus *3.* c) h' *3.* d) aninus *3.* e) cur *3;* cari *scripsit Serarius.* f) indisripto *3.* g) ceptum *3.* h) cessat *3.* i) maee *3.* k) amor omnia vincit *3.*

1) *Cf. Vita sancti Gregorii Traiectensis abbatis c. 10 (SS. XV, 75 sq.):* post martyrium sancti magistri *(Bonifatii)* ... ipse quoque beatus Gregorius a Stephano *(III. 752—757)* apostolicae sedis praesule et ab illustri et religioso rege Pippino suscepit auctoritatem seminandi verbum Dei in Fresonia. *J. Hauck (K.-G. I, 541 n. 5), Rettbergium et Hahnium duces secutus (Bonifaz u. Lul S. 252), hanc epistolam scriptam esse censuit, priusquam Lul ad cathedram Moguntinam ascenderit, quia se in ea gradu minorem significet. Eadem opinione ducitur Goepfert (Lullus p. 13 n. 8). Verbis 'multiplex tribulatio' (p. 379) fortasse Saxonum invasio a. 752. facta dicitur cf. infra ep. 108.* 2) *Verg. Ecl. X, 69.*

Haec sunt suasoria verba, que sine meo periculo dicere non possum, ut in hac c. 752-754 temporali potestate et terrestri dicione, qua auctore Deo iam nunc uteris, dominicae sententiae semper memor sis tonantis: 'Regnum meum non est de hoc mundo'. Et Ioh. 18, 36. illud apostoli: 'Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt'. Quibus verbis 1. Ioh. 2, 15. quid[a] aliud innuitur, nisi aperte dixisse illos intellegamus: 'In illum nolite oculum mentis vestrae figere, quem cotidie ipsa ruina sua cernitis cadere; sed in illum tota mentis intentione aspicite illumque totis viribus diligite, qui ante omnia saecula est et per omnia saecula inmutabilis manet, qui futuro et preterito tempore caret, sed esse sibi semper essentialiter est'. Quid[b] est enim huius mundi fugitiva felicitas et caduca prosperitas nisi vapor et fumus? Inter temporalem prosperitatem[c] et aeternam felicitatem multum distare, quis peritorum ignorat? Discamus igitur hac temporali potestate frui preter eternam felicitatem, et in cuius conparatione nobis omnia vilescant.

Vestimenta preciosa, caballos farre pastos, accipitres[d] falconesque cum curvis unguibus, latrantes canes, scurrarum[e] bacchationes, cibi potusque exquisitae dulcedinis sapores, argenti aurique rutulantis pondera spargantur: ut sit[f] mollis culcite pausatio. Molliaque cervicalia a viris potius exibeantur quam a flammeis puellis. Ante omnia incauta familiaritas extranearum feminarum[1] abscidatur; quia sepe seducimur incauta securitate peius quam aperta temptatione. Tumultuosam ministrorum multitudinem clandistina divinarum scripturarum eloquia expellant. Quia illa fovea omni custodia cavenda est, per quam plurimos miserabili ruina conspicimus corruisse. Nam sepe robustus miles infestissima telorum iaculatione eo fortius inpugnatur, quo invictus videtur. Quamvis hoc inisse te negotium liquido noverim occasione lucrandarum animarum et pro studio multiplicius serviendi Deo, tamen memento, quia mollem manum durus capulus exasperat[2]. Quapropter, care collega iam dudum et nunc pie preceptor, in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis. Eccli. 7, 40.

Festinatio autem ad te veniendi propter multiplicem tribulationem, quam iugiter Deo gratias sustinemus, mihi undique denegata est. Huius muneris magnitudinem noli intendere, sed devotam mentem dirigentis intuere.

Antique familiaritatis fiducia fretus[3], libet mihi hac aepistiuncula quandam sententiam frequenter apud nos habitam, quando limpida dicta Dei communiter[g] rimabamur, breviter tangere; nequaquam tamen ad tuae purae relegionis personam pertinentem — cuius[4] bene recordaris, dum legitur — sed ad quendam scismaticum nefandissimum pertinebat. Qui semper iurare solebat, nihil se terreni accepturum, cum subito ex inproviso velut novum fantasma episcopus apparuit.

Hoc iam maxima ex parte futurum esse formidabo, longioris sermonis prolixitas legenti fastidium ne gignat[h]. Nam sapiens paucis utitur verbis; stultus autem multis fatigat[i], sicut et ego. Obsecro, istius epistulae rubiginem emendando absterge, meique erroris indulgentia detur. Deus tibi, quod ad salutem tuam pertineat, clementer inspirare dignetur; et cum grege tibi commisso[k] incolumem pastor pastorum te custodiat.

Propria manu scribsi haec: Observa, quae precipiuntur, et salvus eris.

---

a) quod *3.* b) qui *3.* c) prossperitatem *3.* d) accipitros *3.* e) scarrarum *3.* f) sint *3.* g) commoniter *3.* h) gignet *3.* i) fatuatur *scripsit J. pro* fatigatur *3;* fatigat *Traube.* k) commiso *3.*

1) *Cf. Gratiani decr. I D. 81 c. 27. J.* 2) *Hieron. ad Heliodor. mon. ep. 14 (I, 29 ed. Vallarsius):* Mollem otio manum durus exasperat capulus. 3) *Aldh. ad Acirc. (opp. ed. Giles p. 228):* domesticae familiaritatis fiducia fretus. 4) *sc. sententiae.*

93.

753-754 *Bonifatius Fulredum presbyterum et abbatem s. Dionysii rogat, ut propter imminentem mortem suam discipulos suos Pippino regi commendet; a Pippino rege petit, ut presbyteris suis consulat; et Lullus, chorepiscopus suus, praedicator et doctor presbyterorum et populorum instituatur.* 753—754.

Codd. 1 (fol. 118—119), 2 (fol. 93—94'), 3 (fol. 58'—59), P[a].
Edd. S 92, W 90, G 79, J 84. 85.


BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI, GRATIA CHRISTI EPISCOPUS, CARISSIMO CONSACERDOTI FULREDO[b] PRESBITERO PERENNEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Fraternae dilectionis tuae spiritalem[c] amicitiam, quam sepe in necessitatibus meis pro Dei intuitu mecum fecisti, dignas gratias, quantas meruisti, persolvere non possum; sed Deum omnipotentem deprecor, ut tibi in alto caelorum culmine mercedis[d] praemia in gaudio angelorum aeternaliter retribuat. Nunc autem in Christi nomine deprecor, ut, quod bono initio cepisti, cum bono Dei[e] fine perficias[f]. Id est, ut meo verbo gloriosum et amabilem regem nostrum Pippinum salutaveris et illi magnas gratias referas[g] de omnibus pietatis operibus, quae[h] mecum fecit; et ut illi referas, quod mihi et amicis meis veri[i] simile[k] esse videtur. Videtur[l], ut vitam istam temporalem et cursum dierum meorum per istas infirmitates cito debeam finire. Propterea deprecor celsitudinem regis nostri pro nomine Christi filii[m] Dei, ut mihi nunc viventi indicare et mandare dignetur circa discipulos meos, qualem[n] mercedem postea de illis facere voluerit. Sunt enim pene omnes peregrini. Quidam presbiteri per multa loca ad ministerium ecclesiae et populorum constituti; quidam sunt monachi per cellulas nostras et infantes ad legendas[o] litteras ordinati; sunt et aliqui seniores, qui longo[p] tempore mecum viventes laboraverunt et me adiuvabant[1]. De his omnibus sollicitus sum, ut post obitum meum non disperdantur, sed ut habeant mercedis vestrae consilium et patrocinium celsitudinis vestrae et non sint dispersi sicut oves non habentes pastorem; et populi prope marcam[q] paganorum non perdant legem Christi. Propterea almitatis vestrae clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum et corepiscopum[r] Lullum, si Deus voluerit et si clementiae vestrae[s] placeat, in hoc ministerium populorum et ecclesiarum conponere et constituere faciatis praedicatorem et doctorem presbiterorum et populorum. Et spero, si Deus voluerit, quod in illo habeant presbiteri magistrum et monachi regularem doctorem et populi christiani fidelem praedicatorem et pastorem. Propterea autem[t] maxime hoc[u] fieri peto, quia

93. a) *Sine lemmate.* b) folrado *P.* c) spiritalium *1.* d) percedis *3.* e) *om. 1.* f) percipias *3.* g) referres *corr. in* referras *3.* h) qui *3.* i) *addidit J.* k) similis *2;* simili *3;* similiter *P.* l) *om. 1.* m) fili *1.* n) sibi *superscriptum est in 2.* o) legentes *1. 3. P, corr. in* legendas *2.* p) longa *3.* q) in arcam *P.* r) chorepiscopum *2.* s) uā *3.* t) *om. 1; superscriptum est in 2;* hoc *(pro* ħ*) in 3.* u) ħ *1. 3.*

1) *Hoc Bonifatii ad Fulredum epistolae exordium in codicibus et editionibus cum extrema parte similium ad Pippinum regem litterarum coaluit. Quae quidem membra quantopere differant inter se, primus vidit Ludovicus Oelsner (De Pippino rege Francorum, Vratislaviae 1853 p. 18). Ad Fulradum enim pertinet allocutio haec:* Fraternae dilectionis spiritalem amicitiam; *ad regem Pippinum haec:* patrocinium celsitudinis vestrae *et* almitatis vestrae clementia *et* si clementiae vestrae placeat *et* per litteras pietatis vestrae. *Quare non iungenda disiunxi. J. Verum Pfahler (p. 80 n. 2) hanc posteriorem epistolae partem, in qua Bonifatius Pippinum regem ipsum alloquitur, a Fulrado ei recitandam fuisse opinatur. Cf. litteras a Zacharia papa ad Pippinum maiorem domus et ad episcopos Francorum simul datas, in quibus hos tantum alloquitur (Jaffé, Bibl. IV, 18 n. 3).*

presbiteri mei prope marcam paganorum pauperculam vitam habeant[a]. Panem ad 723-755
manducandum adquirere possunt; sed vestimenta invenire ibi non possunt, nisi aliunde consilium et adiutorem habeant, ut sustinere et indurare[b] in illis locis ad ministerium populi possint; eodem modo, sicut ego illos adiuvavi[c]. Et si pietas Christi hoc vobis inspiraverit et hoc, quod peto, consentire et facere volueritis, per hos missos meos presentes aut per litteras pietatis vestrae hoc mihi mandare et indicare[d] dignemini[e]; ut eo letior in mercede vestra vel vivam vel moriar.

 [f]

94.

Bonifatius Buggan abbatissam consolatur. *723—755.*

Codd. 1 (fol. 72'—73'), 2 (fol. 56—57), 3 (fol. 2—2'), P[a].
Edd. S 2, WG 31, J 86.

VENERANDE AC[b] DILECTISSIME SORORI BUGGAN BONIFATIUS, QUI ET WYNFRETHUS[c], SERVUS SERVORUM DEI OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

O soror karissima, postquam[d] nos timor Christi et amor peregrinationis longa et lata terrarum ac maris intercapidine separavit[1], multorum relatu audivi tempestates tribulationum, quae tibi in senectute Deo permittente supervenerunt. Merore contristatus ingemui, reputans, quia, postquam[d] quietem contemplativae vitae quaerendo maiores monasteriorum sollicitudines abiecisti, frequentiores et validiores tribulationes[e] occurrerunt.

Nunc autem, soror veneranda, tribulationibus tuis conpatiens, fraternas et hortatorias[f] et consolatorias, beneficiorum tuorum et antiquarum amicitiarum[g] memor,
litteras ad te transmitto; rogans, ut mente non excedat sententia veritatis, qua dixit:
'In patientia vestra possidebitis animas vestras'; et verbum sapientissimi Salomonis: Luc. 21, 19.
'Quem diligit Deus[h], corripit[i] omnem filium, quem recipit'; et psalmigraphi[k] sententia: Prov. 3, 12.
'Multae tribulationes iustorum, et de his omnibus liberavit[l] eos Dominus'; et alibi: Hebr. 12, 6. Ps. 33, 20.
'Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non spernit'. Ps. 50, 19.
Et recordare apostolicae sententiae, qua dixit: 'Per multas tribulationes oportet nos Act. 14, 21.
intrare in regnum Dei'; et alibi: 'Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribu- Rom. 5, 3-5.
latio patientiam operatur, patientia autem[m] probationem, probatio vero[n] spem; spes autem non confundit[o]'. De ista spe, soror karissima, semper gaude et laetare, quia non confunderis; et tribulationes mundanas toto mentis adnisu[p] contemne, quia omnes milites Christi utriusque[q] sexus tempestates et tribulationes infirmitatesque huius

a) *corr. in* habent *2.* b) *corr. in* perdurare *2.* c) *corr. in* adiuvi *1.* d) et indicare *om. P.* e) non dedignemini *P.* f) *haec signa non habentur nisi in cod. 3.*

94. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) et *P.* c) winfredus *1. 2;* winfretus *P.* d) priusquam *P.* e) abiecisti — tribulationes *om. 1.* f) exhortatorias *1 pro* et h. g) *om. 1.* h) dominus *2.* i) castigat a(utem) *add. manus corrigens in marg. 2;* flagellat *P.* k) psalmigrafi *3.* l) *corr. in* liberabit *2. P.* m) h' *3.* n) autem *P.* o) confunditur *P.* p) adniri *1, corr. in* annisu *2. P;* adnixu *3.* q) utrius *1.*

1) *Cf. supra p. 263.*

723-755 saeculi despexerunt[a] pro nihiloque duxerunt[b], sancto Paulo attestante, qui ait: 'Quando (2. Cor. 12, 10.) infirmor[c], tunc potens sum': et alibi: 'Quis nos separabit[d] a caritate Christi? tribu- (Rom. 8, 35–37.) latio?' et reliqua usque 'qui nos dilexit'. Qui[e] pater et amator castae virginitatis tuae, qui te primevo tempore iuventutis tuae, paterne dilectionis voce ad se invitans, (Ps. 44, 11. 12.) filiam vocavit, dicendo[f] per prophetam: 'Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui[g]; quia concupivit rex speciem tuam', ipse est, qui modo in senectute tua laboribus et tribulationibus speciem et pulchritudinem animae tuae decorare et adornare desiderat. Tu autem, karissima, de futura hereditate patriae caelestis in spe gaudens, contra omnes adversitates sive cordis sive corporis scutum fidei et patientiae obpone[h]; ut et, Christo sponso cooperante, turris evangelicae aedificium, quod in bona iuventute caepisti[i], in senectute bella ad gloriam (Cf. Matth. 25, 1.) Dei perficias, ut[k], Christo veniente, cum sapientibus virginibus lampadem cum oleo fulgentem in obviam portare merearis. Interea intimis obsecro precibus, ut, memor[l] promissionis antique, pro me orare digneris, ut Dominus, qui est redemptor noster et salus omnium, de istis multifariis periculis animam meam eripiat in fructu spiritali.

Vale in Christo.

95.

Bonifatius Regeberhto praefecto nuntium suum Romam euntem commendat.

723—755.

Codd. 1 (fol. 104'), 2 (fol. 84'), 3 (fol. 19), P[a].
Edd. S 29, W 49, G 47, J 92.

CARISSIMO FILIO REGEBERHTO[b] PRAEFECTO BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI IN DOMINO AETERNAM SALUTEM.

Dignitatis tuae clementiam[c] obsecramus precibus, ut hunc missum litterarum mearum, Romam pergentem propter responsa aecclesiastica et orationum causa, per vestros fines conservatum transire permittatis: ut eum adiuvare in propriis necessitatibus dignemini, sicut prioribus missis nostris fecistis[d] mihi revertentes referebant. Agite ergo de hac petitione, ut merces vestra coram Deo crescat et multiplicetur.

Vale in Christo.

96.

Bonifatius Leobgythae (abbatissae Biscopesheimensi) concedit, ut puellam quandam erudiri iubeat. *723—755.*

Codd. 1 (fol. 105), 2 (fol. 84'—85), 3 (fol. 19), P[a].
Edd. S 31, WG 23, J 93.

---

a) dispexerunt *3.* b) dixerunt *1.* c) infirmior *P.* d) separavit *1. 3.* e) *corr. in* quippe *2.* f) vovendo dicit *pro* vocavit dicendo *P.* g) *om. P.* h) obponet *3.* i) coepisti *3.* k) ut cum *1. 3;* cum *sequens est deletum in 2.* l) memmi *3.*

95. a) *Lemma:* item epistola bonifacii (bonī *1*) archiepiscopi *1. 3;* item epistola bonifatii *2; sine lemmate P.* b) regebertho *1;* regenberhto *3;* regeberto *P.* c) intimis *addidit manus altera in 2.* d) quod *addidit manus altera in 2.*

96. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.*

VENERANDE CHRISTI FAMULE ET CARITATE SINCERISSIMA PERENNITER CONTINENDAE LEOBGYTHAE[a] BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI OPTABILEM IN CHRISTO SALUTEM. 723-755

Notum tuae sit sanctitatis dilectioni, quia frater et conpresbiter noster[b] nomine Torhthat[c 1] nobis referebat, quod a te suis precibus impetraret, ut puelle cuidam doctrine laborem — si noster consensus licentiam tribuisset — tempore imperes[d] aliquanto. Quapropter, secundum quod dilectio tua pro suae[e] mercedis augmento de hac re consultum putaverit, nostram consentire et favere voluntatem, indubitanter cognosce. Vale in Christo.

97.

Cenae Bonifatio de sua erga eum voluntate scribit. *723—755.*

Codd. 1 (fol. 106'—107), 2 (fol. 86), 3 (fol. 21'), P[a].
Edd. S 37, WG 34, J 94.

VENERANDO PONTIFICI BONIFATIO CHRISTI AMATORI CENE[b] INDIGNA SALUTEM.

Iam fateor tibi, carissime, quia, licet te corporalibus oculis raro intuear, quod te tamen spiritalibus cordis luminibus iugiter aspicere non cesso. Et haec parva munuscula magis indicia caritatis sunt, quam ut tuae sanctitati digna sint. Et hoc tibi notum facio, quod usque ad finem vitae meae te semper in meis orationibus recordor. Et te rogo per creditam amicitiam, ut meae[c] parvitati fidelis sis, sicut in te credo; et ut mihi[d] in tuis orationibus adiuvas[e], ut Deus omnipotens vitam meam secundum suam voluntatem disponat. Et[f] rogo, ut, si umquam[g] aliquis tuorum ad hanc provinciam veniat, ut meam paupertatem interpellat[h] et, si in aliqua re vel carnalis commodi vel spiritalis amminiculi vel tibi vel alicui[i] tuorum possim adiuvare, ut mihi indicet, et ego — ad magnam salutem animae meae, ut credo[k] — secundum vires meas imperium tuum atque iussionem adimpleam. Vale semper in Deo[l].

98.

Quidam (Lul) cuidam abbatissae et cuidam monachae refert de sua peregrinatione Romana, de sua orbitate et aegrotatione. Memorat, se antea ab iis diligen-

---

a) leobgyde *1;* leobguthae *2;* leobgythę *3;* leobgutę *P.* b) vester *P.* c) torhtahat *1;* torthat *P.* d) inoperis *1;* inoperes *coni. Arndt.* e) sua *1.*

97. a) *Lemma:* item epistola cenae *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) cęne *1. P.* c) me *1.* d) *corr. in* me *2.* e) *corr. in* adiuves *2.* f) hoc *add. 3.* g) inquam *1.* h) *corr. in* interpellet *2.* i) *corr. in* te vel aliquem *2.* k) ut credo *scripsit J. pro* credo ut *codd.* l) domino *P.*

1) *Cf. Rudolfi V. Leobae c. 21 (SS. XV, 130):* Cumque *(sc. Leoba)* .. instare cerneret tempus dormitionis suae, vocavit Torahtbrahtum venerabilem presbiterum, natione Anglum, qui ei indesinenter adherens cum reverentia semper et amore serviebat. *Leoba obiit a. 780.*

723-755 *tissime curatum esse. Arte poetica per Bonifatium eruditus, versus a se factos iis mittit.* *723—755.*

Cod. 3 (fol. 38'—39')[a].
Edd. S 69, W 81, J 95, Aldhelmi opera ed. Giles p. 103.

SPLENDIDA VIRGINITATIS CASTIMONIA FLORENTIS PREDITAE, LYMPHAQUE SUPERNI LATICIS MELLIFLUA CAELITUS INRIGATAE, NOBILI NON SOLUM CARNALI GENEROSITATIS PROSAPIA VIRGINI, VERUM ETIAM, QUOD PRESTANTIUS EST, SPIRITALI DIGNITATIS HONORE INSIGNITER Cf. Matth. 11, 30. COMPTAE, CHRISTICOLARUM[b] LEVE IUGUM DEI GESTANTIUM GUBERNATRICI ET MONASTICE CONVERSATIONIS NORMAM REGULARITER AUTHENTICIS PRISCORUM PATRUM FORMULIS COMMISSO[c] SIBI GREGI INDEFESSE PREBENTI .N., NEC NON INCLITAE PUBERTATIS INDOLI, CANDIDO INTEGRITATIS VESTIMENTO INCORRUPTAE ADEQUE DECORATE CAELESTIQUE GURGITIS UNDA LATE MANANTIS, VIVI ET SEMPER HABUNDANTIS POTATE, NON SOLUM EXTERIORE LITTERARUM STUDIO, VERUM ETIAM INTERIORE DIVINAE SCIENTIAE LUCE INLUSTRATAE .N., ABSQUE PRECEDENTE MERITORUM AMMINICULO .N. SPIRITALIS OF- Cf. Eph. 2, 20. FICII MUNIFICENTIA FUNGENS IN ANGULARI LAPIDE, CHRISTO VIDELICET, OPTABILEM SALUTEM[1].

Fateor caritati vestrae[2]: postquam Brittanice telluris inclita sceptra[3], divine pietatis ammonitione ut reor salubri tactus, fugiens deserui; relictaque fecundissima natalis patriae insula[4] — quam glauca spumantis maris cerula infligentia[d] scopolosis marginibus undique vallant — fragilitatis meae conscius et scęlerum meorum aliquatenus tunc reminiscens, una cum totius propinquitatis meae propemodum caterva Christo favente[e] ferventis ingruentibus pelagi molibus transvectus, huius regionis marginem applicuisse, gratulans votorum compos tripudiabam; liminibusque beatorum apostolorum, orationis causa demendi innumera piaculorum meorum pondera[5], pergendo me satagebam presentare; ibique cunctis adfinitatis meae propinquis propemodum longo quietis somno sopitis[f][6], solus in huius exilii calamitate et orbatus[g] inarui[h]. Haut secus dicendum mihi est, quam tristis merensque remansi. Non tamen incolomitate corporis pristina robustisque membrorum artubus huius pestis valitudinem evasi; sed — gratia et laus pio flagellatori — omnibus membrorum conpaginibus quassatis et contritis, anhelans fatigatus resto. ....[i] quod mihi per usum et novum et vetus est, nullam repperisse me istic habitantium feminini sexus personam fideliorem in omnibus[7], non adolationis causa, sed veritatis firmitate contestans; dum me ammodum ante quinquies quina mensium volumina toto vexatum corpore febris anhele frigus et calor decoquerent[8], benigna caritatis humanitate memini susceptum. Quod

98. a) *Sine lemmate.* b) christi comptae collarum *pro* comptae christicolarum *3.* c) commiso *3.* d) inflientia *3.* e) fabente *3.* f) sospitis *3.* g) orbatus et *pro* et orbatus *3.* h) merui *3;* inarui *(vel* marcui*) corr. Traube.* i) *in cod. non est lacuna.*

1) *Hanc epistolam a Lullo conscriptam esse Hahn (Forsch. z. D. Gesch. XXI, 384) elocutionis similitudine inter eam et alias eiusdem epistolas intercedente demonstravit. Hauck (K.-G. D. I, 443 n. 4), qui cum eo consentit, Roma, non ex Thuringia Lullum eam scripsisse suspicatus est.* 2) *Aldh. de laud. virg. c. 59 (p. 79):* Fateor autem caritati vestrae. 3) *Cf. supra ep. 49 p. 298:* huius Brittanicae telluris sceptra. 4) *Aldh. ad Eahfrid.:* faecundo Britanniae in cespite; *de laud. virg. v. 878:* foecunda Britannia *(opp. p. 94. 160).* 5) *Aldh. de laud. virg. c. 60 (p. 81):* triste piaculi pondus. 6) *ib. c. 27. 53 (p. 31. 71):* somno sopitus. 7) *Cf. supra ep. 49 p. 297.* 8) *Aldh. de aris b. Mariae III v. 20 (p. 121):* quem febris torsit anhela Torridus atque calor, frigus brumale coquebat *(cf. Sedul. C. Pasch. III, 34. 36).*

locustae more cantatos repperiatis si diligenter non dedignemini
litterarum perscrutari capita hoc est quaternis uersibus ceteros in medio
positos uelut ambitu quodam cingentes illos l. quos tuo nomine proprie
praetitulaui ceu spiritalis matris a principio incipiunt regulariter
ad finem usque decurrentes. discipulę uero meae acalcae tuorum
inchoant non inoportune qua discipula magistram sicut ancilla dominā
suam sequi debet.,

Est FAGHVVH memor dñi regnantis in aede ita de fine inchoant HDKHVXIV
ÓHISTO memor dñi caelorum in arce. si quid autem huic operi minime
congruum tortumque & contra regulam grammaticę artis insertū inue
nitis hoc polire runcinando sumpta lima ex officina grammaticorum
reminiscemini illud etiam subnixa prece flagito ut per illam inmarces
cibilē spiritalis amicitię necessitudi nem ut nemini
hoc opus ostendatis sine meo consensu thuiu operis psonā
prodatis absque licentia mea ne in dedura reges inuidię
crescat. Unde uerę pacis concordia pullu lare debuit.
sed potius pacti foederis germanitatisque copulatę uicissim
apud nos firmissima sponsione dextrarum memo
res perenniter estote meique laboris sudori pur
simus orationum uestrarum precatibus faue re
suppliciter posco dignemini.,

[illegible]

asc. berc. can. donr. ehu. feli. gip. ha gal. is. ker. lagu. man
not. os. pert. quirun. rat. suigil. tac. ur. ilc. ian. zar.

R R R	t regnū rex romanorum ruit.
P P P	pater patriae profectus est.
F F F	ferro frigore fame
M M M	monitum monumentum moratur ē.
U U U	uictor uitalis ueni &.
A A A	aurum a nobis aufert.

utique iuxta preceptum Domini tunc vos infirmo aegrotoque non ignoro egisse[a] ob[b] aeternae retributionis mercedem. Eandem quoque actenus parum pigrae fraternitatis affectus dilectionem divini amoris obtentu conplentes observare dinoscimini. 723-755

Qua de re scribendi vobis materiam nequaquam incongruam[c] nanctus, qua amabilem vestrae germanitatis spiritalem necessitudinem caraxando alloquerer, cum me Christus, cunctorum bonorum largitor, preeunte clementia sua, discentium caelesti gratiae suae rore aliquantulum perfusum[d] participem efficeret, ideo vobis dirigere versiculos metrice ratione conpositos, diu fixum mente tenui, corde simul dulce habui, quia nullos legentium novi, quibus libentius mitterem; ubi pro certo scio nullam dirae fraudis suspicione mentem distinantis mordere nec dictantem hostili vituperatione lacerare, licet vitiosa pagina scabraque scedula repperiatur. Hanc itaque nuper metrice artis peritiam domini nostri omnium generalis meique specialis, presulis venerandi Bonifacii, sub magisterio didiceram; quo mihi — post inluminatorem celestem, cui secreta cordis patent et quem occulta et abdita non latent[1] — mentis obtutus aperitur et arida pectora mea imbre superni nectaris cotidie caelesti inrigantur.

Hos namque versus iocistae[2] more caraxatos repperietis, si diligenter non dedignemini litterarum perscrutari capita, hoc est quaternis versibus ceteros in medio positos velut ambitu quodam cingentes. Illi[e] autem, quos tuo nomine proprie pretitulavi, ceu spiritalis matris, a principio incipiunt regulariter ad finem usque decurrentes. Discipulae vero meae a calce[f] tuorum inchoant, non inoportune, quia discipula magistram sicut ancilla dominam suam sequi debeat[3]:

'Esto Susanna memor Domini regnantis in ede';

ita de fine inchoant:

'Erknlind esto[g] memor Domini cęlorum[h] in arce[i]'.

Si quid autem huic operi minime congruum tortumque et contra regulam grammaticae artis insertum invenietis, hoc polire runcinando, sumpta lima ex officina grammaticorum, reminiscemini. Illud etiam subnixa prece flagitto, et[k] per illam inmarcescibilem spiritalis amicitiae necessitudinem, ut nemini hoc opus ostendatis sine meo consensu, vel huius operis personam prodatis absque licentia mea; ne inde dira seges[l] invidiae crescat, unde verae pacis concordia pululare debuit. Sed potius pacti foederis germanitatisque copulatae vicissim apud nos firmissima sponsione dextrarum me-

a) gisso *in rasura 3.* b) ab *3.* c) incongruum *3.* d) per suum *3;* perfusum *corr. Traube.* e) illos *3.* f) calcae *3.* g) erkenlinde isto *3.* h) caelorum *3.* i) arcȩ *3.* k) ut *3.* l) reges *3.*

1) *Aldh. de laud. virg. c. 53 (p. 71):* Deus, cui secreta patent et quem abstrusa non latent *(cf. p. 181 v. 1680), supra p. 259, infra p. 389.* 2) *hominis iocosi; cf. Aldh. epist. ad Eahfridum (p. 95 ed. Giles):* iocistae scurraeque ritu dicacitate temeraria loquentium. 3) *P. Ewald duo nomina literis secretis scripta (cf. imaginem codicis), de quibus Jaffé et Hahn (Bonif. u. Lul 242, N. Arch. XII, 122) desperaverunt, ita interpretari conatus est (Neues Archiv VII, 196—198):*

Esto Susanna memor Domini regnantis in ede
Brannlinde isto *(i. e.* esto*)* memor Domini caelorum in arce.

Quocum Diekamp (Neues Arch. IX, 17), codice ipso denuo inspecto, ex parte tantum consentit: legit enim alterum nomen Fufanna, *alterum* Erkenchinde. *Traube (Karoling. Dichtungen p. 132 n. 4) monuit alterum versum duabus literis abundare, cum uterque ex ratione versuum acrostichorum 36 literis tantum constet oporteret. Guil. Schmitz Coloniensis v. cl., quem de nominibus consului, de Susanna cum Ewaldo consentiens, alterum nomen probabiliter* Erkenlind *legit, quod vocabulum* aisto *i. e. esto sequeretur. Cum vero secundum legem metricam non tres, sed duo tantum sillabae desiderentur, E. Sievers poesis Anglosaxonicae exemplum secutus* Erknlind *legendum esse proposuit, ita ut literae quae abundant librarii errore irrepsisse*

723-755 mores perenniter estote; meique laboris sudori purissimis orationum vestrarum precatibus favere, suppliciter posco, dignemini.*

* *Sequuntur in cod. (3) haec:*

1. metrohocangissitissignacohortem [a]
   ɯǝʇɹoɥoɔɐuƃıssıʇıssıƃuɐɔoɥoɹʇǝɯ
2. asc. berc. can. donr. ehu. feli. gip. hagal. is. ker. lagu. man. not. os. pert. quirun. rat. suigil. tac. ur. ilc. ian. zar.[1]
3. vel regnum
   RRR rex Romanorum ruit.
   PPP pater patriae profectus est.
   FFF ferro frigore fame.
   MMM monitum monumentum mortuus est.
   VVV victor vitalis veniet.
   AAA aurum a nobis aufert.[2]

---

a) *hunc versum legit Traube (Karol. Dichtungen p. 132 n. 4):*
Metro hoc Angis(is), sitis (si) signa cohortem.

videantur. Schema carminis deperditi, cuius acrostichon et telestichon tantum epistola nostra traduntur, L. Traube ita restituit (cf. Aldhelmi praefation. ad Maximam abbatissam de laudib. virgin.):

ESTO SUSANNA MEMOR DOMINI REGNANTIS IN EDE
S C
T . . . . R
O . . . . A
S . . . . N
U I
S . . . . M
A . . . . U
N . . . . R
N . . . . O
A L
M . . . . E
E C
M I
O . . . . N
R I
D . . . . M
O . . . . O
M . . . . D
I . . . . R
N . . . . O
I . . . . M
R . . . . E
E . . . . M
G . . . . O
N . . . . T
A . . . . S
N . . . . E
T . . . . D
I . . . . N
S I
I L
N . . . . N
E . . . . K
D . . . . R
ECRA NI MUROLEC INIMOD ROMEM OTSE DNILNKRE

1) *Haec sunt runarum nomina, de quibus cf. W. Grimm, Ueber deutsche Runen p. 106. J.*
2) *Versus horum simillimos praebet codex Wirziburgensis Theol. fol. 27 saec. VIII. Origenis homilias in librum Numerorum et commentarium in Canticum canticorum continens (Oegg, Korographie der Stadt Würzburg I, 429, cf. Nürnberger, litterar. Hinterlassenschaft p. 40, Hahn, Forsch. XXI, 389):*

Venit victor vincens mundum
Rumpit regnum Romanorum
Fert famem frangit Romam
Aufert aurum argentumque.

99.

Bonifatius Denehardo presbytero Athalhere servum, uxorem ducturum, commendat. c.732-755
c. 732—755.

Codd. 1 *(fol.* 104'—105), 2 *(fol.* 84'), 3 *(fol.* 19), P[a].
Edd. S 30, W 99, G 88, J 96.

BONIFATIUS SERVUS SERVORUM DEI DENEHARDO[b] PRESBITERO IN CHRISTO SALUTEM.

Mando tibi, carissime, de presente[c] puero Athalhere[d]: si illi[e] necessitas in sua causa contingat, ut eum adiuvare studeas, sicut ingenuum hominem: et sic pro illo promittas amicis eius, non quasi pro[f] servo. Et ego sic conprobavi, quia disponsare[g] sibi disponit[h] coniugem; ut non timeat, quod servus sit.

Vale in Christo.

100.

Lullus Leobgytham monet, ne de sua erga eam pietate dubitet. Qua re indigeat, per Gundwinum significari sibi vult. *c. 732—755.*

Codd. 2 *(fol.* 109), 3 *(fol.* 30')[a].
Edd. S 46, W 102b, G 92, J 97.

SORORI IN CHRISTO CARISSIMAE LEOBGYTHAE[1] LULLUS EXIGUUS, SERVUS AUTEM DOMNI BONIFACII DISCIPULORUM, IN DOMINO SALUTEM.

Non inmemorem tuae sagacitatis industriam estimo evangelicae sententiae, qua
dicitur: 'Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum'. Illa paupertas Luc. 6, 20.
patienter ferenda est, eodem evangelista testante, qui ait: 'In patientia vestra possi- Luc. 21, 19.
debitis animas vestras'. Illud Daviticum[b] corde retinens[c], quia 'secundum multitu- Ps. 93, 19.
dinem dolorum tuorum consolationes Dei letificaverunt[d] animam tuam'. Nec enim contemptui vel oblivioni tuam sinceram in Domino germanitatem deditam[e] arbitreris, quamvis per indutias[f] temporum corporali praesentia secernamur. Neque in tuis necessitatibus fessum me esse ullo modo autumes[g]; sed tantum diabolicae[h] fraudis astutia
praeoccupatum atque ministrorum[i] eius subdola insectatione fatigatum scias, ut iuxta Iob 10, 1.
profetae dictum tedeat[k] me vitae meae propter filios nequitiae. Quicquid autem necessitatibus tuis desit, per[l] Gundwinum[m] diaconum reversurum indicato. Suggere illi, ut in laboribus meis non lassescat[n]; quia valde rarus est, qui tribulationes meas mecum participare velit.

Vale in Deo, intercedens pro me tanto enixius, quanto graviore angustia deprimor.

99. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) deneardo *P.* c) *corr. in* praesenti *2;* praesenti *P.* d) athalere *2. P.* e) athaleres illi *1.* f) per *2.* g) dispondi *1. 2;* disponendi *P.* h) disponet *1. 3. P;* disponi̇t *2.*

100. a) *Lemmata:* epistola lul ad leobgidam *2;* item epistola lulli *3.* b) davitici cum *3.* c) *sic codd.;* retineas *coni. Goepfert (Lullus, Dissert. Lips. p. 50 n. 6).* d) letificaverint *2.* e) debitam *2.* f) interdutias *3.* g) autumus *3.* h) diabulicae *3.* i) ministrarum *3.* k) tedet *3.* l) *om. 2.* m) gundwino *2.* n) lasescat *3.*

1) *s. Liobae, postea abbatissae Biscopesheimensi. J.*

101.

c. 732-755 *Wiehtberht presbyter monachis Glestingaburgensibus significat, se in confinia Hessonum et Saxonum pervenisse et a Bonifatio bene receptum esse. c. 732—755.*

Codd. 2 (fol. 110'), 3 (fol. 32'—33)[a].
Edd. S 53, W 80, G 70, J 98.

DOMINIS SANCTIS ET IN CHRISTO DESIDERANDIS PATRIBUS AC FRATRIBUS IN MONASTERIO GLESTINGABURG[1] CONSTITUTIS WIEHTBERHT[b] PRESBITER[2], VESTER UTIQUE SERVUS AC SERVORUM DEI SUPPLEX, IN DOMINO SALUTEM.

1. Tim. 2, 4. Benedictus Deus, 'qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem venire veritatis', qui etiam nostrum iter sua voluntate in has provincias, id est in confinia[c] paganorum Haessonum ac Saxonum, prosperum ultra mare et per huius mundi pericula sine merito nostro, licentia vestra et orationibus[d], ac misericordia sua direxit. Scitis, fratres, quia non nos terrarum spatia dividunt, quos Christi caritas nectit. Semper ergo fraternitas vestra ac reverentia, simul et orationes pro vobis ad Deum in me manent. Vos autem volo scire, carissimi, quod archiepiscopus noster Bonifatius, cum adventum nostrum audisset, per semet ipsum dignatus est longa via in obviam nobis venire ac suscipere valde benigne. Nunc autem[e], dilectissimi, credite, quod labor noster nobis non sit inanis in Domino, sed vestrae sit mercedis. Deus enim omnipotens per misericordiam suam ac merita vestra sufficientiam operis nostri bonam perficit; licet valde sit periculosum ac laboriosum pene in omni re, in fame et siti, in[f] algore et incursione[g] paganorum, inter se degere. Idcirco, rogo, diligenter
Eph. 6, 19. orate 'pro nobis, ut detur nobis[h] sermo in apertione oris' et permanentia in opere ac fructus. Valete in Domino. Salutate fratres in giro, primo Ingeldum abbatem et congregationem nostram. Ac mandate matri meae Tettan[3] atque congregationi eius prosperum iter nostrum. Commoniter omnes obnixis precibus flagitto, vicem instantiae orationis nostrae inpendere. Orantemque pro nobis beatitudinem vestram divina tueatur clementia, opto.

102.

Wietberht N. presbyterum, ut pro se precetur, rogat. c. 732—755(?).

Cod. 3 (fol. 33)[a].
Edd. S 54, W 159, G 147, J 142.

DILECTISSIMO[b] FRATRI ET CONPRESBITERO .N. WIETBERHT EXIGUUS IN CHRISTO AETERNAE CARITATIS SALUTEM[4].

Intime caritatis obnixis precibus flagito, ut mei in tuis sacrosanctis orationibus memor esse digneris; quia mundanae temptationis malleo, vanis rebus turbantibus, percutior.

---

101. a) *Lemma:* epistola wiethberti fratribus in monasterio glestingaburge constitutis *2;* item epistola *3.* b) wiethberbt *2.* c) confinio *3.* d) orationis *3.* e) *om. 3.* f) et in *2.* g) *cetera desunt 2.* h) ut detur nobis *addidit J. Cf. Ephes. 6, 19:* et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris.
102. a) *Lemma:* item epistola wiehtberhti. b) dilecti *3.*

1) *Glastonbury in pago Somersetensi. J.* 2) *Wiehtberhtum presbyterum eundem esse ac Wigbertum I abbatem Fridislariensem (cf. Mabillon, Acta ss. ord. Ben. saec. III, 1, 675 n. a), non confidam, J.; cf. supra ep. 55 p. 309.* 3) *abbatissae Winburnensi (coenobii Wimburn in pago Dorcestrensi, a Dorchester inter orientem et septemtrionem); de qua v. Vit. Leobae c. 3—6 (SS. XV, 123. 124). J.* 4) *In hac epistola atque in ea, quae antecedit, eundem Wietberhtum presbyterum dici et Hahn (Bon. u. Lul p. 144 n. 7) et Diekamp (Neues Archiv IX, 14 n. 7) recte cognoverunt.*

103.

N. (Lul) Bonifatium rogat, ut studiorum causa sibi licentiam diutius in Thuringia manendi concedat. c. 732—755. c.732-755

Codd. 1 (fol. 119—120), 2 (fol. 94'—95'), 3 (fol. 61'—62'), P[a].
Edd. S 98, W 96, G 85, J 99.

☧ DOMINO[b] MEO DESIDERANTISSIMO ET IN LITTERARUM STUDIO DEVOTISSIMO ERUDITORI[c] BONIFATIO, SUMMI[d] PONTIFICATUS INFULA PREDITO, .N., EX MULTIS QUODDAM PIETATIS VESTRAE[d] EMOLUMENTUM, AMABILEM DEVOTE CARITATIS IN CHRISTO SALUTEM[1].

Sacra scriptura admonemur[e], ne sine consilio inconsulte aliquid agamus; sicut scriptum est: 'Omnia cum consilio fac' et cetera. Cf. Eccli. 32, 24. Ideoque fore ratum aestimans, rusticitatis meae litteras sagacitatis[f] vestrae celsitudini dirigere hisque occasionem[g] petitionis, quin petitionis meae desiderium intimare — quatenus[h], utrisque[i] perspectis, providus praeceptor meus decernat, quod sibi optimum videatur, famuloque suo suae voluntatis nutum placidus indicet; cui subnixus[k] libenter optemperem — fateor itaque tibi, magistrorum carissime: postquam vestrae sanctitatis licentia lectionis scrutandique causa — si quid[l] tamen ingenioli[m] mei parva scintilla intellegere vel investigare valet, bonitatis vestrae mercedi primitus post Deum inputo — Thiringiam[n] perrexi, diligentiam lectioni[o] adhibere tam studiose me non posse, quam indiguisse sciebam; duabus quippe causis resistentibus, oculorum scilicet caligine et capitis dolore, tertioque in visceribus vitio[p] praecipue, id est torpore mentis. Idcirco paulo diutius manere mihi paternitas vestra hic concedat, ut, qui iuxta apostolum siticulosum[q] filium vestrum Cf. 1. Cor. 3, 2. lacte potatis[r], nec adhuc solido panis esui suetum oportuno tempore servitutis vestrae ad officium, larga Christi clementia preeunte[s] et vestris orationibus intercedentibus, robustiorem recipiatis. Sin vero aliud discretioni vestrae placuerit, si ille vires dederit, cui[t] nihil infinita saecula addere vel adimere valebunt[u], ipso quo[v] iubebitis tempore promptus[w] redibo. Interea per misericordiam Dei obsecro, cuius totus orbis terrarum Cf. Ps. 118, 64. plenus est, velut flexis genibus ac curvato[x] poplite[2] supplex sublimitatis vestrae vestigia amplectens, ut pro meis innumeris facinorum criminibus apud misericordem et iustum iudicem intercedere dignemini. Nec tamen ex hoc serenitatis vestrae gratiam perturbem, cum Iesus noster, gloria caeli salusque mundi, cui cuncta patent et quem occulta non latent[3], imperat dicens: 'Petite et dabitur vobis' et reliqua. Matth. 7, 7. Quia, nec tam ex hoc[y] ventosae temeritatis tiphum[z] mihi subripere posse, quam remedium salutis arbitror inveniri[a], dum et ipse me aegrotum agnosco et medicum quaero. Hos tibi versiculos, pater amande, subter scriptos correctionis causa direxi, cupiens industriae vestrae scripta promereri, quatenus erroris mei anfractus[b] ex ipsis certus[c] cognoscam[d].

103. a) *Sine lemmate.* b) donno *P.* c) summo *add. 2.* d) *om. 2.* e) admonetur *2, corr. in* admonet *1;* admonet *P.* f) sagatitatis *1.* g) occassionem *1, corr.* occasionem *2.* h) quatinus *P.* i) utriusque *1. P.* k) subnixius *1.* l) aliquid *P.* m) ingeniolii *3.* n) thuringiam *2;* thoringiam *P.* o) dilectioni *1.* p) viciae *1.* q) sitiaculosum *1.* r) potastis *2;* potestatis *3.* s) *corr. in* pereunte *3.* t) cum *3.* u) valebant *1. 3, corr. in* valebunt *2;* valeant *P.* v) ipsoque *1.* w) promtus *1.* x) curbato *1. 3.* y) ex hoc *om. 1. 2.* z) ventos et meritatis difum *1;* tipum *P.* a) invenire *2.* [a) l. 33] b) anfractas *1. 3. P, corr. in* anfractus *2;* et *add. P.* c) certis *1. 3. P; corr. in* certus *2.* d) agnoscam *P; cetera om. 1. 2. P.*

1) *Has quoque literas a Lullo scriptas esse Hahn (Forsch. z. Deutsch. Gesch. XXI, 384) mihi satis probavit. Cui et Hauck (K.-G. D. I, 443 n. 4) plane assentitur.* 2) *Aldhelm. de laud. virg. v. 375. 1513 (p. 146. 177):* Ut genibus flexis et curvo poplite; *de aris b. Mariae v. 10 (p. 118):* curvato poplite. 3) *Cf. supra p. 259 n. 11 et p. 385 n. 1.*

c. 732-754 Sancta et individua trinitatis divinitas excellentiae vestrae dignitatem iugiter, longe lateque[a] catholicis ecclesiarum plebibus presidentem, usque[b] ad suppremum vite cursum, contra omnia proficientem adversa, custodiat.

☧ Crescere te Deus omnipotens in opus pietatis[1]
Perpetuo faciat lucro multarum animarum,
Dives opum[2] celi, auscultare Dei merearis
Matth. 25, 1. Ut tandem vocem laetam: 'Bone[c] serveque fide,
Summa tui dominique Dei nunc gaudia scande;
Pauca super fidus fueras quia, multa super te
Constituam'. Requies tibi sit haec certa salusque[3]
Spesque, favente Deo, pariter, qui cuncta creavit
Ac regnans vivit, saeclis prior omnibus idem,
Calce carens et principio[4]. Clementia cuius
Me miserum[5] te larga monebat adire magistrum,
Mole gravi noxae pressus, sine lumine cordis;
Otia dum vagabundus amabam, dulcia credens,
Quae constant cunctis animabus noxia semper.
Pectoris obtusi[d] tenebras sed gratia dempsit
Salvantis Christi, gratis pia sensibus augens
Dona meis stolidis. Cui laus et honor sine fine.
Atque tui tibi crescat in arce laboris Olimpi —
Directi callis ductor! — mercesque, corona
Ingeniique[e] tui, quo[f] sum pars ultima magni[6].

104.

Bonifatius Gemmulo archidiacono Romano, se desiderio eius teneri, scribit. *746—755.*

Codd. 1 (fol. 89), 2 (fol. 70'—71), 3 (fol. 9), P[a].
Edd. S 18, W 97, G 86, J 102.

REVERENTISSIMO ET DILECTISSIMO FILIO IAMMULO[b][7] ARCHIDIACONO BONIFACIUS EXIGUUS SERVUS[c] SERVORUM DEI AMABILEM IN CHRISTO AETERNAE CARITATIS SALUTEM.

Sepe spiritaliter caritas iungit, quos corporaliter longa intercapidine[d] disiungit[8]. Et haec non minima peregrinationis erumna esse dinoscitur, quod amicus amicum, quem ardenter[e] diligit, longe disiunctum tristis et merens memorat: et adversantem inimicum prope, tribulatorem[f] et molestum difficulter patitur. Utinam te, frater, pere-

a) latequae *3.* b) usquae *3.* c) bonae *3.* d) obtunsi *3.* e) ingenique *3.* f) quod *3.*
104. a) *Lemma:* item epistola bonifacii archiepiscopi *1. 2. 3; sine lemmate P.* b) *corr. in* gemmulo 2. c) *om. 1.* d) *corr. in* intercapedo *2.* e) amicumque ardentem *1.* f) tribulationem *P.*

1) *Fortunati Carm. II, 8, 3:* pietatis opus. 2) *Aen. I, 14, II, 22:* Dives opum. 3) *Ib. III, 393, VIII, 46:* Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum. 4) *Aldhelm. de octo principal. vit. v. 429 (p. 215):* Principio vel calce carens. 5) *Met. I, 508:* Me miserum. 6) *Verg. Ecl. IV, 53:* pars ultima vitae. 7) *s. Gemmulo; v. ep. 54 et 62 supra p. 308. 327.* 8) *Cf. infra (p. 391 l. 10):* et pietas Domini, quae nos in terra separavit; *Hieronymi ep. 71 ad Lucin. (Opp. ed. Vallarsius I, 435):* quaeso, ut quos caritas iungit, terrarum longitudo non separet.

grinationis huius consolatorem prope habeam, tuo sancto consilio utar, consolatione 746-755 gaudeam, aspectu care faciei laeter et sancta exhortatione reficiar. Sed quia hoc fieri vitae mortalis[a] condicio et rerum ratio non permittit, faciat vera caritas solum et maximum, quod concedit et precepit Deus dicendo: 'Hoc est preceptum meum, Ioh. 15, 12. ut diligatis invicem' et cetera. Amet in Deo veraciter absentem, quem corporaliter presentem tenere nequit. Et, sicut sanctus Augustinus dixit, licet unus sit in oriente et alius in occidente, conglutinata[b] caritate numquam ab invicem separantur[1]: et salvator mundi: 'In hoc cognoscent' usque 'ad invicem'. Ergo iuxta Iacobum, qui Ioh. 13, 35. dixit: 'Oratio fidei[c] salvabit infirmum', et post pauca: 'Orate pro invicem, ut salvemini', Iac. 5, 15. 16. oremus pro invicem, ut salvemur et pietas Domini, quae nos in terra separavit, gaudentes in caelorum culmine congreget.

105.

Aethilbertus II rex Cantiae Bonifatium hortatur, ut ex promisso Buggae abbatissae facto pro se ad Deum precetur. Munera mittit. Falcones postulat.

748—755.

Codd. 1 (fol. 110'—112'), 2 (fol. 88'—90), 3 (fol. 24—25'), P[a].
Edd. S 40, W 84, G 73, J 103.

DOMINO[b] BEATISSIMO ET PONTIFICALI INFULA MERITO DECORATO ARCHIEPISCOPO WYNFRITHO[c], COGNOMENTO BONIFATIO, AETHILBERTUS[d 2] REX CANTIAE IN DOMINO DOMINORUM SALUTEM.

Ante paucos namque annos venerabilis abbatissa Buggę[e] — postquam Romane urbis loca sacratissima, orationis videlicet obtentu, adierat; et exinde huc rursus remeando[f] ad propriam[g] pervenit[h] patriam et ad monasterium sanctimonialium feminarum, quod antea sub iure aecclesiastico bene regebat — statim cum venissem rogatus ad eius conloquium, inter alia desiderabilia haec vel maxime auditui nostro inculcare curavit, quod dedisses ei licentiam familiariter loqui, de rebus scilicet sibi necessariis, apud[i] tuam affabilem amabilemque sanctitatem; dum ambo videlicet Rome estis et limina beatorum apostolorum frequenter visitando trivere[k] non praesedistis. Deinde continuo intulit, quia[l] diligenter paternitatem tuam similiter pro me supplex precibus obnixis conpellare curaret, utpote consanguinitate propinquitatis nostrae admonita[m]: quatenus, sicut illa meruit praesens tuis[n] salutaribus inbui praeceptis et orationum tuarum benedictione confirmari, ita et ego quoque, quamvis absens et ignotus corporali praesentia, tamen ut spiritu presens, hoc eodem munere mihi necessario a tua solita beneficentia[o] ditarer. Cumque te hoc facturum promisisse indubitata fide diceret, vere fateor, quod non facile verbis explicare valeo, quantum gaudii[p] quantumque consolationis ex hoc habuerim. Eoque multo magis, ut assolet, exhilaratus sum, quod[q] ex inopinata spe subito tam preciosa[r] dona protulit.

---

a) vitae *add. iterum 1. 3, eras. 2.* b) conglutinatas *P.* c) fidei *1.*

105. a) *Lemma:* item ethiltibaldi ad bonifacium *1;* item epistola aethilberti regis ad bonifatium *2. 3; sine lemmate P.* b) donno *P.* c) winfredo *P.* d) ethilbertus *1;* et hilbertus *P.* e) bugge *1.* f) remeandi *1;* remeans *P.* g) proprium *1. 3, corr. in* propriam *2.* h) venit *P.* i) aput *1.* k) terere *P.* l) quod *1.* m) admonitat *1;* admoniti *P.* n) praesentius *1;* presens tuus *corr. in* presens tuis *2.* o) *corr. in* beneficientia *2.* p) quod non — gaudii *om. P.* q) quode *3. P.* r) pretiosa *1.*

1) *Augustinus in appendicis serm. 107, antea serm. de tempore 42 (Opp. ed. Benedictini, Venetiis 1731, V, 195):* etiamsi unus sit in oriente, alius in occidente, ita caritate conglutinante iunguntur, ut numquam ab invicem separentur. *J.* 2) *II, 748—762.*

748-755 Quocirca utile mihi omnino ac conveniens esse[a] videtur, ut prefulgidam[b] longe lateque beatitudinem tuam amicalium litterarum lectione seu fidelium legatorum allegatione alloquar. Quod quidem alio quolibet in tempore melius efficatiusque adimplere me posse non arbitror, quam modo nunc, cum adsunt[c] excellentiae vestrae viri relegiosi, qui a vobis huc in Brittaniam, utpote prudentes et fideles legatarii, transmissi sunt et nunc videlicet ad visionis[d] vestrae placidam presentiam Deo adiuvante quantotius optant pervenire. Unde igitur mihi optime placuit, hunc presentem portitorem litterarum istarum nomine Ethelhun[e], relegionis scilicet habitu monachum, cum predictis vestris hominibus quasi cautiore et tutiore[f] cursu ad vos dirigere ac per eum haec salutaria caritati vestrae seu precatoria scripta porrigere. Per que nos primo declaramus, omnes in commune omnipotenti Deo gratias uberiores rependere, qui tantam[g] in vos misericordiae suae gratiam contulit, ut innumerosam multitudinem gentilium idolatriae vetustissimo[h] errore miserabiliter deceptam ad christiane fidei normam praedicationis vestrae verbo et labore convertit. Unde plurima adhuc auxiliante Domino speramus et obtamus, certi, quia, qui per vos coepit operari, maiora perficere de die in diem non desinit.

Per hunc quoque baiulum harum[i] apicum reverentiae vestrae direxit devotio mea magna cum caritate nonnulla munuscula, id est caucum[1] argenteum intus deauratum, pensantem libras tres et semis, et duo repte[k 2]. Et haec exenia[l] vobis non ea intentione neque occasione direximus, ut terrestre lucrum aliquod aut retributionem quampiam temporalem pro eis recipere desideramus[m]. Sed multo magis genuclientes[n] — quod multo magis necessarium est — totis visceribus efflagitto[o] mentis, ut, quoniam dies mali sunt et multiplicantur cotidie variae et inprovisae perturbationes in hoc saeculo scandalis[p] pleno, multis nos ac crebris orationum tuarum suffragiis adiuvare digneris. Et ad hoc[q] ipsud[r] agendum alios, quoscumque vel iubendo vel suggerendo possit, provocare auctoritatis tuae veneranda dilectio semper sit vivaci memoria plena, tam dum[s] advixisse me in hac mortali carne audias, quam etiam post obitum meum, si tecum promerear habere superstitem.

His itaque breviter[t] summatimque prelibatis, unam rem preterea a vobis desidero mihi exhiberi, quam vobis adquirere valde difficile esse, iuxta quod mihi indicatum est, nullatenus reor; hoc est duos falcones, quorum ars et artis audatia sit: grues velle libenter captando arripere et arripiendo consternere solo. Ob hanc etenim causam de harum adquisitione et transmittendarum[u] ad nos avium vos rogamus, quia videlicet perpauci huius generis accipitres in nostris regionibus, hoc est in Cantia, repperiuntur, qui tam bonos producant foetus et ad supradictam artem animo agiles ac bellicosi[v] educantur et edomantur[w] ac doceantur. Postremo autem in fine epistulae precor, ut ad scribentem te[x] rescribas; et litteris tuis mihi[y] manifestare digneris, ut ea, quae tibi direxi[z], bene sint reddita.

Orantem pro nobis beatitudinem tuam longevum[a] divina pietas faciat[b].

---

a) eet *1.* b) perfulgidam *1. 2. P.* c) sunt *1. 2. P.* d) iussionis *1. P.* e) etheldun *2;* helhum *P.* f) dutiore *1.* g) tanta *P.* h) idolatria vetussimo *1.* i) *sic codd.* k) repta *1;* repte (tia) *2;* repte *P.* l) *corr. in* xenia *2.* m) *corr. in* desideremus *2.* n) *corr. in* geniculantes *2.* o) efflagito *1.* p) scandalibus *3.* q) huc *1.* r) *corr. in* ipsum *2.* s) diu *1.* t) pviter *1.* u) transmittarum *1. 2. 3.* v) bellicos *1.* w) edomentur *P.* x) *sic 1. 2. 3 pro* tibi *P.* y) *om. P.* z) sint [a) l. 39] directa *P.* a) longevum *corr. in* longevam *2.* b) facit *3.*

1) *pateram.* 3) *Cf. 'repti' in Ducangii glossario. J.*

106.

Bonifatius Optatum abbatem Casinensem de ineunda secum fraternitate spirituali hortatur. 750—755. 750-755

Cod. 3 (fol. 71)[a].
Edd. S 106, W 93, G 82, J 104.

REVERENTISSIMO FRATRI, IMMO DILECTISSIMO CONSACERDOTI, OPTATO ABBA[1] ET UNIVERSAE SANCTAE CONGREGATIONI SUB CURA ILLIUS REGULARIS VITAE NORMAM CUSTODIENTI BONIFATIUS SINE PRAEROGATIVA MERITORUM NOMINATUS EPISCOPUS OBTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Venerandam sanctitatis vestrae clementiam intimis obsecramus praecibus, ut nos indignos vobiscum in unitate fraternae dilectionis et societatis spiritalis suscipere et habere dignemini, ut una sit inter nos et fides mentium et pietas actionum, et — sicut
princeps apostolorum Petrus hortatur dicens: 'Ante omnia mutuam in invicem caritatem 1. Petr. 4, 8.
habete, quia caritas operit multitudinem peccatorum', et ipsa veritas dixit: 'In hoc Ioh. 13, 35.
cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem', et
similiter Paulus apostolus admonet dicendo: 'Alter alterius honera portate, et sic Gal. 6, 2.
adinplebitis legem Christi', et alibi: 'Finis enim precepti est caritas de corde puro 1. Tim. 1, 5.
et conscientia bona et fide non ficta' — et ut vestra fraternitas, in spiritali regulariter vita vivens[b], in pacifica tranquillitate fraterne concordiae pro nostra fragilitate exorare
dignetur, 'ut sermo Domini currat et clarificetur', 'ut' iuxta dictum apostoli 'liberemur 2. Thess. 3, 1. 2.
ab inportunis et malis hominibus' et a temtationibus malignorum spirituum et tribulationibus adversariorum, ut lux evangeliorum gloriae Christi et via vitae, quam populis et gentibus ostendere et ipsi pergere debemus, nobismet ipsis non obtenebrescat nec abscondatur. Diligenter quoque deprecamur, ut familiaritas fraternae caritatis inter nos sit, et pro viventibus oratio communis[c] et pro migrantibus de hoc saeculo orationes et missarum[d] sollemnia celebrentur, cum alternatim nomina defunctorum inter nos mittantur. Interea, si quid fraternitas vestra nobis mandare ad perficiendum vel ad dicendum dignata fuerit, voluntatis vestrae desiderium in omnibus adinplebimus. Agite, ergo[e] de ac[2] petitione nostra, ut in alto[f] caelorum culmine mercedis vestrae premia in superna curia angelorum clarescant et crescant[3].

Longevam ac valentem et almis viribus proficientem et suavissimis operum et verborum floribus odorantem[g] beatitudinem vestram perenniter salvator mundi custodiat †.

107.

Bonifatius Pippino regi, quod precibus suis indulserit, gratias agit. Interrogat, num ad placitum venire debeat. De Ansfridi mendaciis. 753—755.

Codd. 1 (fol. 122), 2 (fol. 97'), 3 (fol. 66')[a].
Edd. S 104, W 91, G 80, J 105.

---

106. a) *Sine lemmate.* b) vitavens *pro* vita vivens *3.* c) commonis *3.* d) misarum *3.* e) *ab hac voce incipiunt literae maiusculae.* f) alta *3.* g) adorantem *3.*
107. a) *Sine lemmate.*

1) *Casinensi, 750 post Mai. 6 — 760 Ian. 4; v. Leonis chron. monast. Casinensis, SS. VII, 585. 586. J.* 2) *hac.* 3) *Cf. supra ep. 46. 48 p. 295. 297.*

753-755? DOMINO EXCELLENTISSIMO PIPPINO REGI FRANCORUM BONIFACIUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

Celsitudinis vestrae clementiae magnas gratias agimus, et[a] dominum Iesum Christum precantes, ut vobis in regno caelorum aeternam mercedem[b] retribuat; eo quod petitiones nostras clementer exaudire dignati estis et senectutem meam atque infirmitatem consolari. Nunc autem, gloriose[c] fili, cognoscas, quia per misericordiam Dei credo, quod possim in vestro servitio iterum esse. Propterea[d] petimus vos, ut nobis indicetis, si ad placitum istum[1] debeamus venire, ut[e] vestram voluntatem perficiamus. Quidam servus aecclesiae nostrae, et ipse mendacissimus, qui nos arte[f] fugiebat, Ansfrid nomine, veniens[g] ad nos cum indiculo vestro, rogans, ut ei iustitiam faceremus. Misimus illum ad vos cum ipsis litteris cum misso[h] nostro, ut cognoscatis, quia mentitus est vobis; petentes, ut nos[i] pro mercede vestra defendatis contra tales falsarios et eorum mendaciis non credatis.

Valete in Deo semper.

108.

Bonifatius Stephanum III deprecatur, ut sibi ignoscat, quod tam tarde demum nuntium et litteras ad eum mittat. *754—755(?).*

Codd. 1 (fol. 65'—66), 2 (fol. 50), 3 (fol. 58), 4 (fol. 188'), P[a].
Edd. S 91, W 89, G 78, J 106.

+ DOMINO[b] EXCELLENTISSIMO ET PRAE[c] CETERIS PONTIFICIBUS PRAEFERENDO ET AMANDO ET[d] APOSTOLATUS PRIVILEGIO PRAEDITO STEPHANO[e] [2] PAPAE BONIFATIUS EXIGUUS EPISCOPUS, DISCIPULUS ROMANAE AECCLESIAE, OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Sanctitatis vestrae clementiam intimis ac visceratis[f] obnixe flagito[g] precibus, ut familiaritatem et unitatem sanctae sedis apostolicae ab almitatis vestrae[h] clementia[i] impetrare et habere merear; et[k] in discipulatu pietatis vestrae, sedi apostolicae serviendo, servus vester fidelis ac devotus permanere possim eodem modo, quo ante sub tribus precessoribus vestris apostolicae sedi serviebam, venerabilis memoriae duobus Gregoriis et Zacharia, qui me semper hortatione et auctoritate litterarum suarum muniebant et adiuvabant. Quod et pietatem vestram agere deprecor, ut praeceptum paternitatis vestrae eo melius perficere et implere possim. Nam si quid in[l] ista legatione Romana[m], qua per triginta et sex annos fungebar[3], utilitatis aecclesiae praefate peregi, adhuc implere et augere desidero. Si autem minus perite aliquid aut iniuste a me factum vel dictum repperitur, iudicio Romanae[n] ecclesiae[o] prumpta[p] voluntate et humilitate emendare me velle[q] spondeo.

---

a) *deletum est in 2.* b) aeterna mercede *3.* c) gloriosae *3.* d) *corr. in* preterea *2.* e) ad *1.* f) ate *1.* g) *corr. in* venit *2.* h) miso *3.* i) ros *3.*

108. a) *Sine lemmate 1. 3. P;* epistola bonifatii episcopi ad stephanum papam *2. 4.* b) domino — salutem *om. P.* c) *om. 2.* d) sancti *2.* e) stefano *3.* f) visceralibus *2.* g) obnixae flagitto *3.* h) *om. 1. 3. P.* i) clementiam *1. 3.* k) *om. 4.* l) *om. 4.* m) romanae *1. 3.* n) romano *4.* o) *om. 1. 3. 4.* p) prumpta *1. 3, corr. in* prompta *2;* prompta *4. P.* q) *om. 4.*

1) *Pfahler (p. 79 n. 2) hoc placitum Vermeriense fuisse coniecit, quod Kal. Mart. a. 753. celebratum sit (cf. Oelsner, Jahrb. p. 455); sed de hoc anno dubitat Boretius (Capitul. reg. Francor. I, 39).* 2) *III, 752—757.* 3) *Itaque ineunte anno 755. scripta haec epistola est; cf. infra (p. 395 l. 1. 2) verba haec:* tam tarde — litteras ad praesentiam vestram direxi. *J. Oelsnero (Jahrb. p. 10), cui Pfahler (p. 110) assentitur, incredibile videbatur, hanc epistolam, qua Bonifatius papam novum salutat, annis demum duobus vel tribus, ut Jaffé voluit, post initia eius scriptam esse. Hauckio autem (K.-G. I, 539 n. 4) id non persuaserunt.*

Interea deprecor, ut pietas domini mei non indignetur, quia tam tarde missum 754-755 meum et litteras ad praesentiam vestram direxi. Sed hoc ideirco[a] contigit, quia praeoccupatus fui in restauratione ecclesiarum, quas pagani incenderunt; qui per titulos et cellas nostras plus quam XXX ecclesias vastarunt[b] et incenderunt. Et haec fuit occasio tarditatis litterarum et appellationis paternitatis vestrae, et non aliqua neglegentiae[c] incuria[1].

109.

Bonifatius Stephanum III papam rogat, ut de episcopatu Traiectensi iudicet inter se et episcopum Coloniensem. 755.

Codd. 1 (fol. 66—67'), 2 (fol. 50'—51), 3 (fol. 60'—61'), 4 (fol. 188)[a].
Edd. S 97, W 105, G 94, J 107.

VENERANDO AC DILIGENDO[b] DOMINO APOSTOLATUS[c] PRIVILEGIO PREDITO STEPHANO PAPAE BONIFATIUS EXIGUUS, LEGATUS VEL MISSUS GERMANICUS CATHOLICAE ET APOSTOLICAE ROMANAE ECCLESIAE, OPTABILEM IN CHRISTO CARITATIS SALUTEM.

Nam tempore Sergii[2] apostolicae sedis pontificis venit ad limina sanctorum apostolorum presbiter quidam mirae abstinentiae et sanctitatis, generis Saxonum, nomine Wilbrord[d] et alio nomine Clemens vocatus; quem praefatus papa episcopum ordinavit[3] et ad praedicandam[e] paganam gentem Fresorum[f] transmisit in littoribus[g] oceani[h] occidui. Qui, per L annos praedicans, praefatam gentem Fresorum[f] maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana et dilubra[i] destruxit et aecclesias[k] construxit, et sedem episcopalem et aecclesiam in honore sancti salvatoris constituens in loco et castello, quod dicitur Traiectum. Et in illa sede et[l] ecclesia[m] sancti salvatoris, quam construxit, praedicans usque ad debilem senectutem permansit. Et sibi corepiscopum[n] ad ministerium implendum substituit; et finitis longevae vitae diebus, in pace migravit ad Dominum.

Princeps autem Francorum Carlmannus[o] commendavit mihi sedem illam ad constituendum et ordinandum episcopum. Quod et feci[4].

Nunc autem Colonensis[p] episcopus illam sedem praefati episcopi Clementis a Sergio papa ordinati sibi usurpat et ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructae a paganis ecclesiolae[q], quam Wilbrordus derutam usque ad solum[r] in castello Traiecto repperit, et eam proprio labore a fundamento construxit et in honore sancti Martini[s] consecravit. Et refert, quod[t] ab antiquo rege Francorum Dagoberecto[u][5] castellum Traiectum cum destructa ecclesia ad Colonensem[v] parrochiam[w]

---

a) iccirco *4.* b) vastaverunt *1.* c) neglegentia *1. 3.*

109. a) *Sine lemmate 1. 3;* item epistola bonifatii ad stephanum papam *2;* hic incipit epistola eiusdem *4.* b) duligendo *1.* c) apostulatus *3.* d) wilbrod *2;* willebrodus *4.* e) praedicandum *2. 4.* f) fresonum *4.* g) litoribus *1.* h) ociani *3.* i) *corr. in* delubra *2. 4.* k) exclesias *3;* et — construxit *om. 4.* l) in *add. 2.* m) exclesia *3.* n) *sic 1. 2. 3;* coepiscopum *4.* o) karlomannus *4.* p) *corr. in* coloniensis *2.* q) ecclesiola *1;* exclesiolae *3.* r) solam *1. 3, corr. in* solum *2.* s) martyni *1.* t) quia *4.* u) dagoberto *4.* v) *corr. in* coloniensem *2.* w) parocchiam *4.*

1) *Exitum epistolae abesse patet. J.* 2) *I, 687—701.* 3) *696. Nov. 22; v. Regesta pont. Rom. I, 244.* 4) *Bonifatium* chorepiscopo Eoban *iniunxisse episcopium* in urbe Trehet, *tradidit Willibaldus in vita Bonifatii (p. 463). J.* 5) *I.*

755-756 donatum in ea conditione fuisset, ut episcopus Colonensis[a] gentem Fresorum[b] ad fidem Christi converteret et eorum praedicator esset. Quod et ipse non fecit. Non praedicavit[c], non convertit Fresos ad fidem Christi; sed pagana permansit gens Fresorum[b], usque quod venerandus pontifex Romanae sedis Sergius supra dictum servum Dei Wilbrordum episcopum ad praedicandum supra dictae genti transmisit: qui illam gentem, ut praefatus sum, ad fidem Christi convertit. Et modo vult Colonensis[d] episcopus sedem supra dicti praedicatoris Wilbrordi sibi contrahere, ut non sit episcopalis sedis[e], subiecta Romano pontifici, praedicans gentem Fresorum[b]. Cui respondebam, ut credidi: quod[f] maius et fortius[g] fieri debeat praeceptum apostolicae sedis et ordinatio Sergii papae et legatio venerandi praedicatoris Wilbrordi, ut et fiat sedis[e] episcopalis, subiecta Romano pontifici, praedicans gentem Fresorum[b] — quia magna pars illorum adhuc pagana est — quam destructae ecclesiolae fundamenta deruta[h] et a paganis conculcata et per neglegentiam episcoporum derelicta. Sed ipse non consentit.

Sed modo paternitatis vestrae iudicio[i] mihi intimare[k] dignemini. Et si hoc iustum sit responsum et vobis placeat, quod illi Colonensi[l] episcopo reddidi, vestra auctoritate roborate, ut praeceptum Sergii papae et sedis[e] illa stabilis permaneat. Sic enim potestis nos, si vobis placet, adiuvare, si de scrinio aecclesiae vestrae exemplare iubetis et mihi transmittere, quicquid[m] praefato episcopo Wilbrordo ordinato sanctus Sergius[n] praeciperet et conscriberet; ut ex auctoritate sanctitatis vestrae contradicentes convincere et superare valeam. Si autem aliter iustius sanctitati[o] vestrae videatur, consilium paternitatis vestrae insinuare mihi dignemini, ut sequar.

110.

Lullus episcopus aut episcopis Francorum aut Fulrado presbytero scribit contra Willefrithum et Enraed presbyteros. *755—756.*

Cod. 3 (fol. 63)[a].
Edd. S 100, W 112, G 101, J 114.

Sancta et regularia instituta, canonica auctoritate confirmata tam episcoporum nostrorum venerabilium quam etiam domni nostri regis Pippini consiliatorumque eius, manifesta ratione scimus conservanda. Quapropter caritati vestrae reticere non audemus, quod in parrochiam nostram contra ius canonicum a Willefritho presbitero[b] quidam adductus est presbiter[c] in alia ordinatus parrochia, non consentiente antecessore meo, sancto Bonifatio archiepiscopo, neque me, successore eius. Qui, et institutionis vestrae decreta contemnens et in parrochia nostra constitutus, nostrum sprevit magisterium. Cognita enim canonum auctoritate, decrevistis[1], 'ut omnes pres-

a) colonenses *1, corr. in* coloniensis *2.* b) fresonum *4.* c) praeiudicavit *3.* d) *corr. in* coloniensis *2.* e) *corr. in* sedes *2;* sedes *4.* f) quia *2.* g) porcius *1;* fortuis *4.* h) *corr. in* diruta *2.* i) *corr. in* iudicium *2.* k) indicare *4.* l) *corr. in* coloniensi *2.* m) quidquid *3. 4.* n) sergus *1. 3.* o) sanctitatis *1. 3, corr. in* sanctitati *2.*

110. a) *Sine lemmate.* b) p̅r̅bi *3.* c) pr̅esbi *3.*

1) *Oelsner (Jahrb. p. 223) recte cognovit haec verba ad concilium Vernense Iulio mense a. 755. celebratum (c. 8: Capitul. reg. Francor. ed. Boretius I, 34) respicere, cui Lullus ipse minime interfuit; cf. Goepfert, Lullus p. 23, Hahn, Bon. u. Lul p. 270, Hauck, K.-G. I, 542 n. 4. Hinschius hunc Lulli locum a Pseudoisidoro adhibitum esse sine iusta causa credidit (Decretal. Pseudoisid. p. 57).*

biteri, qui in parrochia sunt, sub potestate episcopi esse debeant; et ut nullus eorum praesumat in eius parrochia aut babtizare aut missas celebrare sine iussione episcopi: et ut omnes presbiteri ad concilium episcopi conveniant'. Quae omnia facere contemsit praedictus ille presbiter nomine Enraed et ideo, secundum quod definistis[1], increpationis a me sententiam sortitus est. Sed cum nec ita emendatus penitere de praeteritis voluit, novissime secundum canonicam institutionem vestram excommunicatus est a me. Et exinde a supra dicto Willefritho susceptus est ac defensus. Vestra autem nunc de his caritas, quod rectum sit ac iustum, iudicet; et non solum de his, sed de omnibus quae perverse, male vivendo, peregit et hic manifestata reperiuntur. 755-756

Abstulit enim mancipia et servos de ecclesiis sibi commissis[a]: Faegenolfum servum nostrum et duos filios eius Raegenolfum et Amanolfum et uxorem eius Leobthrute et filiam eius Amalthruthae; tradidit eos in Saxoniam contra equum unum homini nomine Huelp, quod ipse eos duxisset in Saxoniam. Willefrith vero, supra dicti Raegenolfes filium, transmisit ultra mare[b] cum Aenredo; et ipse eum dedit matri suae in servitutem. Servum vero et ancellam, quos Aohtrich dedit ad aecclesias nostras supra dictas pro anima filii sui, Willefrith abstulit atque rapuit furtim; nomen servi Theodo et nomen uxoris eius Aotlind. Liudo vero servum nostrum Aenraed presbiter tradidit puero Aldberchtes[2] de Aefternacae, nomen Upbit, contra equum unum. Et Erpwine servum nostrum, aliis nescientibus, furtim nocte abstulit cum nonaginta et quatuor porcis; quem Hredun dedit ad ecclesiam nostram. Et altera vice abstulit duos servos nostros Zeizolf et Zeizhelm; et primo quatuor boves nostros, secundo tres et novissime octo vaccas cum septem bobibus, iumentas vero septem optimas aetate quatuor annorum, quas dedit Wenilo ad ecclesias supra dictas, Willefrith abstulit et multos alios equos inde nutritos, quos minavit ad Hamulanburg[3]. De auro vero et de argento, quod dedit Raegenthryth filia Athuolfi ad ecclesias nostras, duas armillas aureas et quinque siglas aureas valentes praetio trecentorum solidorum et aliorum fidelium virorum ac mulierum pretia Enraed abstulit ab ecclesiis supra dictis non solum in auro et argento, sed etiam in vestimento et armis et equis.

Sed quia longum est, ut per ordinem replicemus omnia, quae rapta sunt ecclesiis supra dictis ac spoliatis, nec, quae facta contra canonica instituta sunt, vestro sanctissimo iudicio adscribimus emendanda.

111.

Cuthberhctus archiepiscopus Cantabrigiensis Lullo et eius sociis scribit de glorioso Bonifatii obitu. Cuius diem funestum in Anglia agitatum iri, nuntiat. Preces mutuas et aemulationem Bonifatii suadet. *755 exeunte anno.*

Cod. 3 (fol. 42'—44')[a].
Edd. S 70, W 114, G 103, J 108.

---

a) commisis *3.* b) marae *3.*

111. a) *Lemma:* incipit epistola gutberti archiepiscopi.

1) *Cf. conc. Vern. c. 9.* 2) *abbatis Epternacensis, c. 744—777; v. SS. XIII, 738. J.* 3) *Hamelburg ad Salam fl., a Wirziburgo ad septemtriones. J.*

755 † REVERENTISSIMO FRATRI ET IN AMORE CHRISTI KARISSIMO LULLO COEPISCOPO, SIMULQUE COOPERATORIBUS TUIS EPISCOPIS ET SACERDOTIBUS DEI, QUORUM NOMINA IN LIBRO VITAE SCRIPTA TENEANTUR, CUTHBERHTUS[1] SERVUS SERVORUM DEI CUM ALIIS CONSACERDOTIBUS CHRISTI ET PRESBITERIS SEU ABBATIBUS AETERNAE PROSPERITATIS AC PACIS IN DOMINO SALUTEM.

Profitemur igitur, karissimi, sincerissima intentione coram Deo et electis angelis eius, quia, quandocumque vestram dilectionem pacis ac prosperitatis proventum et sanctae religionis in Christo profectum sacraeque exortationis fructum de aliorum conversatione abundantius habere rumigerulis[a] referentibus[2] audimus, quod, inde satis gaudentes et pro vobis obnixius orantes, laeti gratias agimus largitori bonorum omnium Deo. Quando autem[b] aliqua religioni vestrae iniuria facta aut[c] aliquod inrogatum narratur damnum, meror[d] et tristitia nos cruciat; quia nimirum, sicut gaudio vestro in Christo congaudemus, ita et adversitate pro Christo contristati conpatimur. Non enim aliquando in memoria nostra obliterari possunt diversarum atque indefessarum[e] tribulationum angores, quos, ut viscera nostra, vos ipsi cum Deo dilecto patre nostro, beate memoriae Bonifatio martyre[3], inter persecutores paganos et hereticos atque scismaticos seductores in tam periculosa ac ferocitate plena peregrinatione pro amore aeternae patriae longo tempore sustinebatis; et quia — illo scilicet per agonem martyrii cum suis plurimis domesticis ad aeternam caelestis patriae quietem gloriose feliciterque migrante — vos, qui superstites talium estis, forsitan eo periculosius ac[f] difficilius inter diversa temptamenta conversamini, quo tanto patre et[g] doctore ad presens vos orbatos esse constat.

Et quamvis hinc quaedam maesticiae amaritudo nostra discruciat valide precordia, tamen huiusce doloris gemitum quaedam saepius ad memoriam rediens nimiae ac nove exultationis hilaritas iucundat ac mitigat; dum frequentius recolentes ammirabili vel potius ineffabili Dei pietati tripudiantes gratias agimus, quod tam praeclarum speculatorem caelestis bibliothecae[4] tamque[h] egregium Christi militem cum multis bene educatis et optime instructis discipulis gens Anglorum advena e[i] Brittania meruit palam omnibus ad spiritales agones et ad multarum per Dei omnipotentis gratiam salutem animarum de sese procul laudabiliter emittere; ut longe lateque ferocissimas nationes per devia diutius errantes de lata ac spatiosa voragine perditionis perpetuae ad splendifluas semitas supernae patriae per sacrae exhortationis incitamenta et per exempla pietatis ac bonitatis ipse ductor et signifer, antecedendo et adversa quaeque opitulante Deo fortiter expugnando, feliciter perduceret. Quod ita actutum[k] veraciter fieri[l] etiam rerum effectus gloriosius quam dicta demonstrant, et in illis quoque locis, quos ante eum nullus aliquando evangelizandi causa doctor adire temptabat. Unde igitur — post incomparabile toto orbe apostolicae electionis et numeri mysterium aliorumque tunc temporis evangelizantium discipulorum Christi ministerium — hunc inter egregios[m] et optimos orthodoxae fidei doctores et amabiliter habemus[n] et laudabiliter veneramur.

---

a) rumigerulus *3.* b) h' *3.* c) aud *3.* d) memor *3.* e) diversas atque indefessas *3.* f) ad *3.* g) e *3.* h) tumque *3.* i) *addidit J.* k) actitum *3*; actitatum *coni. J.* l) fere *coni. J.* m) egregior *3.* n) *sequitur lacuna septem fere litterarum in 3.*

1) *archiep. Cantabrigiensis, 740–762.* 2) *Cf. Aldhelmi epist. ad Eahfrid., Wilfrid. (Opp. ed. Giles p. 92. 337):* rumigerulis referentibus. 3) *De anno, quo Bonifatius obiit, inter Oelsnerum et Willium controverso Hauck (K.-G. I, 542 n. 4) certi quidquam statui non posse ratus, annum tamen 755. probabiliorem esse existimavit et rationibus illustravit.* 4) *bibliorum.*

Unde in generali synodo nostra — ubi et de ceteris omnibus, quae vestrae modo 755
sanctitati paucis depromimus, plenius inter nos conferebamus — eius diem[1] natalicii illiusque cohortis cum eo martyrizantis insinuantes statuimus annua frequentatione sollemniter celebrare; utpote quem specialiter nobis cum beato Gregorio et Augustino et patronum quaerimus et haberę indubitanter credimus coram Christo domino, quem in vita sua semper amavit et in morte, ut ipsius meruit gratia, magnifice clarificavit.

Praeterea quippe, ut prediximus, vestrae sollicite speculationis curam et quasi taedio absentati patris familias, ut ita dicam, quodammodo confectam nec non et generalitatem subiectorum vobis servorum Dei paternis affatibus fraternisque solaciis relevare[a] et consolare, ubicumque et in quocumque negotio prevalemus, fatemur nos semper esse paratos. Unde inprimis ad confirmationem dilectionis, quam erga vos habent penetralia cordis nostri, sermone affectuque apostoli utamur et cum apostolo simul dicamus: 'Gratia vobis et pax; gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, 1. Thess. 1, 1–3.
memoriam facientes in orationibus nostris sine intermissione; memores operis fidei vestrae et laboris et caritatis et sustinentiae spei domini nostri Iesu Christi ante Deum et patrem nostrum'. Quod enim iam olim, vivente venerandae memoriae Bonifacio, per scripta nonnulla et per fideles internuntios aeque conditum esse constat, id ipsum semper renovare ad invicem, satis necessarium ducimus: hoc est, ut mutuae pro nobis nostrisque et hic viventibus et hinc obientibus interpellationes, orationes[b], missarumque remedia ad viventem Deum et iudicem omnium suppliciter agantur, iuxta apostolica monita: 'Orate', inquid, 'pro invicem, ut salvemini' reliqua. Hoc enim modo nobis Iac. 5, 16.
divinam clementiam conplacare dinoscimur, offerentes ei orationum pura libamina: sic nobis eandem prosperantem inveniemus in adversis. Etenim, ubi Domini iuxta ipsius promissa praesto est adiutorium, cuncta fugatur malignorum adversitas. Ipse enim dixit: 'Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque[c] petierint, Matth. 18, 19.
fiet illis a patre meo, qui in celis est'.

Hoc enim sagaci sollertia studiosius ideo agendum esse iudicamus, quia[d], iuxta apostolica presagia 'instant nunc tempora periculosa' et reliqua, quae ipse in eadem 2. Tim. 3, 1.
prosequitur epistola. Et quia non est opus, scribere vobis de exterioribus calamitatum incursibus, quas frequenter, ut reor, passi estis, id est persecutionibus, rapinis, odiis et scandalis et his similibus, ceterum ecce[e] quam plurimis in locis christianae religionis valide status vacillat; dum pene undique exterius interiusve rerum ecclesiasticarum perturbatur ordo, novellarumque conversationum prave ubique pene succrescunt sectae[f]. Nec mirum, dum, post videlicet positis antiquorum patrum decretis ac legibus ecclesiasticis relictis, multi iuxta proprias adinventiones prava et plurimorum nociva saluti sentiunt, adfirmant atque agunt; ut scilicet transacto anno a quodam magnae auctoritatis viro dictum et[g] gestum esse constat. Ad haec autem nos, ut timeo, pusillanimes et minus zelo iustitiae accensi, quid aliud inprimis agere debemus, quam ut indesinenter suffragia sanctorum postulemus[h] apostolorum martyrumque Christi ac venerabilium antistitum ecclesiarum Dei; ut in hoc, quod vocati ac constituti sumus, continuis excubiis Christi gratia nos faciat perseverare; et ut non simus reprobi, sed magis accepti, non desides, sed sollertes, non dispergentes, sed congregantes, quoscumque valeamus, ad unanimitatem christianae religionis et unitatem ecclesiasticae conversationis; quatenus ministerium nostrae dispensationis et laboris sollertia ad laudem et gloriam Dei omnipotentis proficiat, ut cum bene servientibus ac placentibus Deo

a) revelare *3.* b) *bis scr. 3.* c) quacumque *3.* d) qui *3.* e) et ce *3.* f) saectae *3.* g) e *3.* h) postulamus *3.*

1) *d. 5. m. Iunii.*

755 quandoque mereamur audire: 'Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit Matth. 24, 46. 47. vigilantem; amen dico vobis, quod super omnia bona sua constituet eum'.

Et ad haec frequentius ad memoriam exempli causa revocemus: recordande memoriae egregius magister et martyr beatus Bonifatius quomodo vel quanta sollertia laboraret in doctrina Dei, quanta pericula atque difficultates pro amore Christi et animarum lucro etiam usque ad ipsam mortem libenter tolleraret. Et quia Omnipotentis modo familiaris factus est, prudentia vestra sollerter attendat, si eius vos oporteat sacris ammonitionibus consentire et pietatis illius exempla pro viribus sequi. Ille enim, quantum illius domesticus factus est, quem amavit ante omnia, tantum maiora apud eum poterit optinere. Unde quippe, si aliqui subiectorum illius, quibus eum quondam divina dispensatio magisterii loco prefecit, ab eius documentis spiritalibus dissentiunt vel prava conversatione recedunt, qui defensor illorum in eterno udicio esse potuit, fit potius accusator et rationes ab eis cum ipso iudice dictrictius requirit. At vero e diverso, quicumque illius sacrae institutionis ac doctrinae normulam rite consequuntur, pro certo se sciant et ipsius Romanae atque apostolice ecclesiae, a qua legatus eis et doctor directus est, ac deinde pariter cum ea omnium nostrum habere et viventes et morientes in oratione et missarum celebratione, ut supra diximus, perpetuam communionem; si tamen usque ad finem firmam vobis, dehinc doctoribus et rectoribus suae salutis, humiliter atque amabiliter pro Deo et aeterna mercede non dedignantur obaedire; non deficientes aliquando, ut indevoti vel subdoli, sed semper ut bonae indolis discipuli proficientes et fideliter adherentes suae milicie in Christo magistris ad palmam supernae vocationis Dei et gloriam regni caelestis.

Haec salutatoria vestre sanctitati scripsimus verba, non quasi ignaris aut indigentibus[a] nostrae rusticitatis normula, sed caritatis[b] atque communitionis mutuae gratia; contestantes et obsecrantes per omnipotentem Deum et filium eius Iesum Cf. 2. Tim. 4, 1. Christum et adventum ipsius et regnum eius, ut vos, o karissimi, cuncti generaliter cum subiectis vobis in Christo per omnia sitis semper ad invicem fideles adiutores et unanimes cooperatores contra omnes orthodoxae fidei inimicos atque hereticos et scismaticos ac nequissimae conversationis homines. Per hoc enim eritis bonis hominibus amabiles seu laudabiles et Deo omnipotenti acceptabiles atque cari. Et ita cum ipso praefato beato patre et prodecessore vestro felicem in futuro vocem a iudice cunctorum Matth. 25, 21. Christo singuli mereatis audire: 'Euge', inquiet, 'serve bone et fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra gaudium domini tui'. Amen.

† Omnipotens Deus vos omnes diu incolumes in suo sancto amore et timore custodire dignetur, dilectissimi fratres ac filii †.

† Cuthberhctus archiepiscopus
† Lullo coepiscopo.

112.

Milret episcopus Wigorniensis Lullo episcopo scribit de Bonifatii obitu deque caritate inter se gerenda. *755 exeunte anno.*

Cod. 3 (fol. 50'—51)[a].
Edd. S 78, W 117, G 106, J 109.

---

a) indientibus *3.* b) sedicaritatis *3.*
112. a) *Sine lemmate.*

DOMINO AMANTISSIMO ET IN CHRISTO CARISSIMO LULLAE EPISCOPO MILRET[1] SERVUS DEO SERVIENTIUM. 755

Postquam a tua praesentia et a conspectu corporali sanctissimi praesulis et beatissimi patris Bonifatii, nollens vellens, tristis abscedebam[a] et per varios casus et multa discrimina rerum[2] vestris almis orationibus ad terram nostrae pervenimus nativitatis, ibi needum integro expleto anni curriculo[b], nuntium ad nos perlatum est triste, beatissimum patrem de ergastulo[c] carnis ad superna migrasse. Si tamen id triste dicere fas est; cum talem ad caeli patronum[d] meruimus praemittere regna, cuius nos sacris intercessionibus Deo auxiliante ubique esse suffultos certa credulitate confidimus. Et quamvis praesentis vitae amissum[e] solacium multis et amaris luximus lacrimis[3], tamen ille, qui suo sanguine fuso Christo consecratus est martyr, decus et columen[f] omnium[4], quos praesens protulit patria, suo beatissimo agone optimo labore consummato, gloriosissimo fine peracto, nostra valde mesta maiore letitia mitigat[g] et demulcit pectora. Nos nostram[h] dolemus vicem, in valle lacrimarum et in hac vita, Ps. 83, 7. quae tota temptationum, manentes. Ille, peregrino labore magno cum sudore expleto, ad gloriosissimam Christi martyr pervenit mortem et — pro nostris, ut credo, excessibus, si Domini sinit pietas, fidelis intercessor — in caelesti Hierusalem cum Christo, beatissima sorte sanctis coniunctus civibus, superna laetus consistit in arce. Haec de amantissimo patre: cuius venerabilem vitam et gloriosam finem ut mihi in notitiam venire facias, totis viribus exopto.

Aliud ex sodali colligio dicere mente occurrit, tuamque dulcissimam caritatem intimis obsecro praecordiis et, tamquam tuis pedibus praesentialiter prostratus, humiliter inploro[i], ut fraternam dilectionem, quam inter nos communis pater beatae recordationis et sanctae memoriae Bonifatius Christi annuente caritate sacris conciliavit verbis, almis unavit oraculis, non transitoria, sed fixa recordatione tua recondas[k] in corde. Quia mihi et tibi valde profuturum omni ambiguitate postposita scio, si tam egregii doctoris praecepta implere conamur. Meque[l], omnium fratrum tuorum minimum in meritis, fraterna caritate instruere, sacris munire[m] praeceptis, almis orationibus fulcire[n], o amantissime presul, non pigiat. Unde fateor et fida promissione[o] spondeo, vestris sincerissimis iussionibus iuxta qualitatem virium in omnibus libenter me esse secuturum; et firma dilectione fidam amicitiam, quamdiu spiritus hos regit artus vitalisque flatus his moribundis inhabitat membris[5], tecum servare intima caritate Deo teste profiteor et totis viribus medullitus admodum exopto; ut fiat Christo tribuente[p], quod scriptum est: 'Erant illis omnia communia'. Sed haec omnia, quae[q] breviter Act. 4, 32. a nobis dicta sunt, si Deus omnipotens prosperum concedit iter, per gerulos istarum litterarum plenius et verbialiter tibi indicare curavi. Misimus preterea parva munuscula, quae optamus ut ea[r] dilectione accipiatis, qua a nobis Deo teste destinata sunt.

Vestram dilectionem pro nostris excessibus intercedentem Christus tuere dignetur[s].

Librum pyrpyri metri ideo non misi, quia Gutbertus episcopus[6] adhuc reddere distulit. Emmanuel.

Epistola Milredi episcopi offerenda Lullae episcopo.

a) obscedebam *3.* b) circulo curriculo *3.* c) argastulo *3.* d) patronem *3.* e) amisum *3.* f) columem *3.* g) mittigat *3.* h) nostrum *3.* i) inploro *3.* k) recondis *3.* l) neque *3.* m) monire *3.* n) fulcere *3.* o) promisione *3.* p) tribuenti *3.* q) qui *3.* r) ae *3.* s) Vestram — dignetur *literis maiusculis scripta.*

1) *ep. Wigorniensis, 743—775. J.* 2) *Aen. I, 204:* Per varios casus, per tot discrimina rerum. 3) *Aldh. de laud. virg. v. 2134:* lacrimis .. amaris *(p. 194 ed. Giles).* 4) *Hor. Carm. II, 17, 3. 4:* mearum .. decus columenque rerum. 5) *Aen. IV, 336:* dum spiritus hos regit artus; *VI, 732:* artus moribundaque membra. 6) *Cantabrigiensis, 740—758.*

113.

c. 755-756 *Lullus Denehardo aliisque scribit de sacris propter imbres in Thuringia faciendis et de mortuorum quorundam memoria sollemniter celebranda.* *755—756.*

Cod. 3 (fol. 34')[a].
Edd. S 62, W 107, G 96, J 116.

CARISSIMIS FILIIS DENEHARDO, EANBERHTO, WINBERTO, SIGEHERIO, SIGEWALDO LULLUS ANTISTES IN DOMINO SALUTEM.

Admonemus vos, ut rogetis omnes ubique[b] Deo servientes, tam servos Dei quam ancillas Christi, in provincia Thyringorum universamque plebem, ut in communi misericordiam Domini deprecentur, quatenus ab inminenti pluviarum flagello liberemur; id est: ut unam ebdomadam abstineant se ab omni carne et ab omni potu, in quo mel sit; secunda feria, quarta feria et sexta feria ieiunetis usque ad vesperum. Et unusquisque servorum Dei et sanctimonialium quinquaginta psalmos cantet omni die in illa septimana. Et illas missas, quae pro tempestatibus fieri soleant, celebrare, vos presbiteri[c], recordamini.

Misimus vobis nomen[d] domni Romani episcopi[e] [1], pro quo unusquisque vestrum triginta missas cantet et illos psalmos, et ieiunium iuxta constitutionem nostram. Similiter pro duobus laicis nomine Megenfrith et Hraban decem missas[f] unusquisque vestrum cantet.

Valete in Deo semper.

114.

Cinehardus episcopus Vintoniensis Lullo episcopo respondet de mutuis precationibus et subsidiis. Rogat, ut libros sibi mittat. Munera addit. *c. 755—756.*

Cod. 3 (fol. 48)[a].
Edd. S 74, W 115, G 104, J 110.

DOMINO DIGNISSIME VENERANDO ET MERITO INSIGNI AC PRESTANTISSIMO, LONGE LATEQUE PRO CHRISTIANAE RELIGIONIS PRAEDICANDA DOCTRINA DIFFAMATO ET PRO CONVERSATIONE VITAE PROBATISSIMAE CELEBERRIMO, NOBIS QUOQUE NON INMERITO OB COGNATIONIS NOSTRAE SEMPER MEMORANDE NECESSITUDINEM KARISSIMO LULLAE EPISCOPO CINEHEARDUS[2] INDIGNUS, UT VEREOR, EPISCOPUS WENTANAE CIVITATIS EX INTIMA VISCERALIUM MEDULLARUM AFFECTIONĘ[b] AETERNALITER IN CHRISTO SALUTEM.

Perlectis litterarum a tua sanctitate directarum dulcissimis ac nimium placabilibus periodis[c], in quibus amicabiliter nostram parvitatem conperimus salutatam ammonitamque, ut eandem unitatis observantiam custodiret, quam antecessores nostri

113. a) *Lemma:* item epistola lulli. b) ibique *3.* c) pbr *3.* d) nomina *3.* e) episc̄ *3.* f) misas *3.*
114. a) *Lemma:* epistola lullae. b) afectionę *3.* c) perhiodis *3.*

1) *Hoc loco non de vicario s. Petri, ut Jaffé opinatus est, sed de Romano episcopo Meldensi modo defuncto agi Oelsner (Jahrb. des fränk. Reiches p. 360 n. 9) recte cognovit. Qui cum secundum annal. Alamannicos, Nazarii, Guelferbytan. (SS. I, p. 28), quos Hahn laudat (Bon. u. Lul p. 153 n. 1), a. 755. obierit, epistola eodem vel sequenti anno scripta sit oportet.* 2) *ep. Vintoniensis, 754—780.*

fideliter fine tenus observarunt — domnus Bonifacius archiepiscopus Christique[a] confessor beatificandus et Danihel[1] doctissimus Dei plebis famulus, simul et successor eius Hunfrithus[2], episcoporum mitissimus, — et cetera, quae te melius recoluisse credimus in caraxatis[b] commendata, mentis diligentissima indagine didicere curavimus. Et gratiarum actiones condignas, in quantum sufficimus, persolvendo gerimus, quod nostri memoriam, interpositis tantarum spatiis terrarum marisque magni interluente latitudine, facere dignemini. Et hoc profitemur, quod omnia, quae, tua sanctitate suggerente, mandata sunt, studiosissime Domino favente conplere satagimus, non tantum in spiritali orationum solatio exhibendo et missarum sollemnitate celebranda pro vobis et pro illis, qui in vestris regionibus in Christi confessione obeunt; sed etiam, si qua saecularis substantiae solatia vestris usibus profutura in his regionibus adipisci poterimus, vestrae participationi parata erunt. c. 755-757

Et hoc petimus, si qua apud vos solamina nobis necessaria vel ignota, spiritalis quidem scientiae sive in libris antiquis, qui a nobis non habentur, sive in aliis ecclesiasticis administrationibus, ut nobis libenter participare non negetis[c]. Nec non et, si quos saecularis scientiae libros nobis ignotos adepturi sitis — ut sunt de medicinalibus, quorum copia est aliqua apud nos, sed tamen sigmenta[d] ultramarina, quae in eis scripta conperimus, ignota nobis sunt et difficilia ad[e] adipiscendum — vel si qua in aliis quibuslibet negotiis vel speciebus nobis necessariis providetis, communicare dignemini, ut fecistis villosam mittendo.

Nomina quoque presbyterorum vestrorum diaconorumque ac monachorum vel monacharum[f] sive ceterorum, que misistis, per monasteria et per ecclesias nostrae diocesis dreximus ad celebranda[g] pro eis missarum sollemnia et orationum suffragia. Id ipsum facere vestram sanctitatem suppliciter exoramus pro eis, quorum nomina vobis habemus dirigenda, et nominatim cum personis suis scribenda, eorum scilicet, qui mihi proprie atque huic ecclesiae, cui servio, amicissimi vel subditi fiebant vel prelati.

De nostro quoque vili vestitu parva exseniola direximus tuo cultui, quanquam indigna, tamen petimus accommoda; hoc[h] est: tonica lanea aliaque linea, sicut mos est[i] apud nos habendi, caligas et peripcemata[k][3], orarium et coculam[4] et gunnam[5] brevem, nostro more consutam, ad indicium plenissimae dilectionis nostrae. Quae te suscipere pro tua humilitate obnixe[l] precamur habereque ad memoriam mei nominis saltim aliquod spatium temporis. Ceterum si qua sunt tuae sanctitati insinuanda, portitor huius epistiunculae viva voce valet enarrare.

† Opto te, o karissime frater, orantem pro me, orante[m] pro te, in Domino bene valere felicemque evo longiore vixurum, ad coronam celestis gloriae postea perventurum, domine insignis et pater prestantissime. Amen.

115.

Quidam monacho cuidam de visione feminae cuiusdam refert. *post 757.*

Cod. 3 (fol. 45—46). Deest initium huius epistolae; nam quod praecesserat folium excisum est. Edd. S 71, W 147, G 137, J 112.

---

a) xp̄itique *3.* b) maraxatis *3.* c) non egetis *3.* d) *an* pigmenta? *Jaffé.* e) *om. 3.* f) monachorum *3.* g) celebrandam *3.* h) hęc *3.* i) es *3.* k) *an* perizomata? l) obnixae *3.* m) orantem *3.*

1) *705—746.* 2) *746—c. 754.* 3) *tricas, nugas. J. De tegumentis tantum dicere potest.* 4) *sagum Hibernicum villosum absque sutura: Ducange. J.* 5) *tunicam pelliciam, Angl.* gown. *J.*

post 757 ... aliae usque ad ascellas[1] et usque ad collum: et aliis supra caput ebulliens tormentum ascendebat ignis et atramenti. Ibi abbatum[a], abbatissarum, comitum et omnis sexus multitudo visa est varie torqueri. Et multis adhuc viventibus universae dignitatis et ignobilitatis loca pro meritis peccatorum parata. Et omnes animas in puteis quandoque solubiles esse, vel iń die iudicii aut ante. Et narrabat unam feminam redemptam de aliquo puteo missarum sollemnitatibus[b]. Et hoc maximum bonum animabus egredientibus de corpore dixit. Et omne genus humanum et totum mundum per[c] animas collectum ante conspectum suum; ut discernere, quid quisque vel boni vel mali egisset, nominatim in corpore vivens ea hora, et pene omnium vivorum merita narrare potuisset. Et postea terram viventium et gaudentium plenam odoriferis floribus[2] et multas animas notorum et ignotorum nobis hominum sicut et in omnibus locis se vidisse ibi testabatur. Deinde ab ipsa terra tramitem usque ad caelum primum in specie arcus caeli, inde alium ad secundum, a secundo ad tertium; et albatorum conventicula vivorum et mortuorum[3]; et superius celum semper pulchrius inferiori aspexisse ferebat. Et in ipso monasterio universis manentibus Ingedrage demandatum est ei a iudice pandere delicta atque peccata omnia; ceteris hominibus nec preceptum nec interdictum est. Et cetera plura sunt, que nominatim singillatimque nobis indicavit. Longum est mihi explicare; et maxime dum reminisci ordinaliter nullatenus valeo. Nisi hoc adhuc recordor, quod demones[d], in tres turmas ultra modum magnas divisos[e], unam in aere, aliam in terra, et in mari tertiam ad penalia loca parare[f] tormenta vidit. Primam namque turmam ad decipiendum homines in hac communi[g] vita contendere; secundam egredientes de corporali ergastulo animas in aere continuo inhianterque persequi et ad tormenta trahere[h] aspexit.

Et in ipsis poenalibus puteis Cuthburgam[4] simulque Wialan, quondam reginali potestate fruentes, demersas. Alteram usque[i] ad ascellas, id est Cuthburg, capite autem[k] humeroque praeclaram, ceteris membris maculis consparsam; alteriusque, id est Wialan, supra caput flammam se[l] extendere, totamque animam simul cremari intuebatur. Ipsos autem poenarum ministros in facies illarum proprias carnales voluptates[m] quasi lutum ferventem inicere[n]. Et horribilem ululatum quasi[o] per totum mundum resonasse miserabiliter vocibus earum audiebat.

Hic quoque ipsum exulem aliquando comitem, qui dicitur Ceolla Snoding, incurvato dorso, capite pedibusque uncis ad ...... infixum; abbatem quoque tuum in ipso de supra dicto duplici fumo; Aethilbealdumque[5] quondam regalem tyrannum, simulque infantium numerosam multitudinem, sub Danielo episcopo[6] maximę sine baptismo morientium, tristem et merentem aspexit: formulam uniuscuiusque, secundum specialem effigiem animae, pristinis conparem membris, speciebus vero diversis: alias claritatę solis, alias lunae, alias stellarum radiis proprie communiterque[p] fulsisse cognovit.

De ipsis autem vivis, qui supersunt adhuc, contemptoribus tam profuturae reve-

---

115. a) abbatuum *3.* b) sollemnitatibuus *3.* c) *addidit J.* d) quod demones *scripsit J. pro* demones quod *3.* e) divisas *3.* f) parere *3.* g) commoni *3.* h) trachere *3.* i) usu. *3.* k) h' *3.* l) *addidit J.* m) volumptates *3.* n) iniecere *3.* o) quem quasi *3.* p) commoniterque *3.*

1) *Cf. supra ep. 10 p. 254.* 2) *Beda (Hist. Angl. V c. 12):* tantaque fragrantia vernantium flosculorum. 3) *In visione, de qua Beda (Hist. gent. Angl. V c. 12 ed. Holder p. 248) refert, occurrunt etiam* innumera hominum albatorum conventicula. 4) *Ea non videtur fuisse Cuthburga, Aldfredi regis Northanhumbrorum (685—705) uxor, quae monasterium Winburnense condidit; de qua v. Chronicon Anglosaxonicum ad 718. J.* 5) *regem Mercionum qui a. 757. occisus est; v. Bedae chronologia continuata (ed. Holder p. 292: supra p. 344 n. 4); cf. Lappenberg, Gesch. v. Engl. I, 221 n. 2. J.* 6) *Vintoniensi.*

lationis, Danielo milite[a] Breguulfo collegiisque, eorum stupris communibus[b] emeritis- 757-764
que poenis, qualia se vidisse testabatur, nobis silendum reor.

In fine autem huius visionis inenarrabilem sonitum, quem[c] trina illa caelestium luminum spatia et omnes animarum multitudines in his manentium resultabant[d], superius, tamquam vocem tubarum multarum in inferiora discendentem mirabiliterque vincentem, audivit. Statimque post haec recedente oromate[1], angelicis ducibus et germana simul monentibus, ... atque memoriter amorem Creatoris mente fideli retenuisset, corpori reddita est. Tamen intra[e] carnales angustias aliquandiu innumerabilem multitudinem spirituum inmundorum lugubriter gementem vidit, quia detectas suas nequitias hominibus, quas exercuerunt, divino munere esse cognoverant.

Ad confirmationem autem huius ostensionis aegritudinis suae salutem — quae prius, pene toto corpore simul conligato, per biennium extensa est — quod factum nunc cum misericordia Dei late cognoscimus, predixit. Non hoc solum, sed et confamiliaribus singillatim specialia ceterisque incognita, et non ipsis tantum, sed regi reginaeque episcopisque et multis, quorum nomina longum est scribto[f] continere[g], manifeste innotuit. Ieiunium quoque pro communibus[h] totius familiae predicte[i] reatibus XL dierum spatium continentem ex ipsius iudicis imperio indixit. Venturamque vindictam hominibus propriis communiter[k] corporibus pro neglegentia extranearum forinsecus per creaturam monitionum Dei[l] ceteraque his similia multa predixit. Et antea hanc miseram vitam, dum ex superiore contemplatione reversa fuerat, vitiis superbie, invidiae, cupiditatis[m], detractionis[n] ceterisque, quasi nigerrimo peplo, contectam et sine lumine remansisse aeternae claritatis conspexisse se lugens protestabatur.

Vale in Christo, et mei sine intermissione[o] in orationibus fraterno amore ...

116.

Gutberctus abbas Wiremuthensis et Girwensis Lullo episcopo de muneribus gratias agit. Mittit Bedae vitas s. Cudbercti. Addit de Hunrini presbytero. Rogat, vitrearium et citharistam sibi mittat. *764.*

Cod. 3 (fol. 57)[a].
Edd. S 89, W 124, G 114, J 134.

DESIDERANTISSIMO ET SUAVISSIMO IN CHRISTI DILECTIONE AMICO LULLO EPISCOPO ET OMNIUM ANTISTITUM CARISSIMO GUTBERCT[2], DISCIPULUS BEDA PRESBITERI, SALUTEM[3].

Gratanter quidem munuscula tuae caritatis suscepi; et eo gratantius, quo te haec intimo devocionis affectu mittere cognovi. Id est, olosericam ad reliquias beatae me-

---

a) milito *3.* b) commonibus *3.* c) qui *3.* d) resultantem *3.* e) inter *3.* f) scri[b]pto *3.* g) contenere *3.* h) commonibus *3.* i) predicate *3.* k) commoniter *3.* l) *sic.* m) cupuditate[is] *3.* n) detractione *corr.* -is *3.* o) intermisione *3.*

116. a) *Sine lemmate.*

1) *oroma (ὅραμα) est visio, cf. Aldh. de laud. virg. c. 36 p. 46, epist. ad. Acirc. p. 220.* 2) *abbas s. Petri Wiremuthensis et s. Pauli Girwensis.* 3) *Annus, quo haec epistola scripta est, definiri potest — ut Hahnii fert opinio (Forsch. z. D. Gesch. XV, 123) — hieme rigida, de qua Gutberctus conqueritur. Quamquam annales Saxonici hanc sub anno 761. commemorant, Theopold tamen (Krit. Untersuch. über die Quellen zur Angelsächs. Gesch. p. 19) ex annalibus Francorum eam inde ab anno 763. exeunte usque ad annum 764. ineuntem durasse probavit (cf. e. g. ann. Mosell. 764, SS. XVI, 496:* hibernus grandis et durus*).*

764 moriae Baeda magistri nostri ob recordationem et illius venerationem destinasti. Et rectum quidem mihi videtur, ut tota gens Anglorum in omnibus provinciis, ubicumque repperti sunt, gratias Deo referant, quia tam mirabilem virum, praeditum in diversis donis tamque ad exercenda dona studiosum similiterque in bonis moribus viventem, Deus illis in sua natione donavit. Quia per experimentum, ad pedes eius nutritus, hoc, quod narro, didici. Similiterque mihimet ipsi coopertorium variatum, ad tegendum scilicet propter frigus meum corpus, misisti. Quod videlicet omnipotenti Deo et beato Paulo apostolo ad induendum altare, quod in eius ecclesia Deo consecratum est, cum magno gaudio dedi; quia et ego sub eius protectione in hoc monasterio quadraginta et sex annos vixi.

Nunc vero, quia rogasti aliquid de opusculis beati patris, cum meis pueris iuxta vires, quod potui, tuae dilectioni preparavi: libellos de viro Dei Cudbercto [1] metro et prosa conpositos [2] tuae voluntati direxi. Et, si plus potuissem, libenter voluissem. Quia presentia [a] preteriti hiemis multum horribiliter insulam nostrae gentis in frigore et gelu et ventorum et imbrium procellis diu lateque depressit, ideoque scriptoris manus, ne in plurimorum librorum numerum perveniret, retardaretur.

Sed et ante sex annos per Hunvini meum presbyterum illuc ad vestra loca advenientem et Romam videre desiderantem aliqua parva exenia, cultellos videlicet XX et gunnam [3] de pellibus lutrarum factam, tuae fraternitati misi. Ille quoque presbyter Hunvini ad urbem, que vocatur Beniventum, perveniens, ibi de hac luce migravit. Quapropter neque per illum neque per tuorum aliquem, utrum ad te ista pervenirent, ulla responsio umquam mihi reddita est. Duo vero pallia subtilissimi operis, unum albi, alter tincti coloris, cum libellis et clocam, qualem ad [b] manum habui, tuae paternitati mittere curavimus [c].

Precorque, ut meam et [d] petitionem et necessitatem non spernas. Si aliquis homo in tua sit parrochia, qui vitrea vasa bene possit facere, cum tempus adrideat, mihi mittere digneris. Aut si fortasse ultra fines est in potestate cuiusdam alterius sine tua parrochia, rogo, ut fraternitas tua illi suadeat, ut ad nos usque perveniat. Quia eiusdem artis ignari et inopes sumus. Et si hoc fortasse contingit, ut aliquis de vitri factoribus cum tua diligentia Deo volente ad nos usque venire permittatur, cum benigna mansuetudine, vita comite, illum suscipio. Delectat me quoque citharistam habere, qui possit citharizare in cithara, quam nos appellamus rottae [4]; quia citharum habeo, et artificem non habeo. Si grave non sit, et istum quoque meae dispositioni mitte. Obsecro, ut hanc meam rogationem ne despicias et risioni non deputes. De opusculis vero beatae recordationis Baeda, quae adhuc descripta non habes, promitto, me, si vixerimus, tuae voluntati adiuvaturum.

Abbas Gutberctus tete bis terque [e] salutat;
Te deus omnipotens salvum conservet in eum.
Lul; Gl.

---

a) *an* perseverantia? *J.* b) had *3.* c) curabimus *3.* d) ut *3.* e) terquae *3.*

1) *episcopo Lindisfarnensi, qui obiit a. 687.* 2) *V. Bedae opp. ed. Giles IV, 202 sqq. J.* 3) *Cf. supra p. 403 n. 4.* 4) *de hoc organo v. glossaria Cangii s. v. rocta et Dieffenbachii s. v. rutta. J.*

117.

Bregowinus archiepiscopus Cantabrigiensis Lullo episcopo Hildeberhtum nuntium mittit. Addit de muneribus per Ishardum missis, de amicitia inter se gerenda, de Buggae abbatissae morte. 759-765 *759—765.*

Cod. 3 (fol. 65'—66')[a].
Edd. S 103, W 130, G 120, J 113.

REVERENTISSIMO ET IN CHRISTO KARISSIMO FRATRI LULLO EPISCOPO BREGOWINUS[1] SERVUS SERVORUM DEI PERPETUAM IN CHRISTI NOMINE SALUTEM.

Dies multi elapsi sunt, ex quo sollicitus praeoptabam, ut Deo favente tandem aliquando prosperum iter legatarii nostri perveniendi ad beatitudinem vestram invenire potuissent. Quia per hos, scilicet proxime decurrentes, priores annos plurimae ac diversae inquietudines apud nos in Brittaniae vel in Galliae partibus audiebantur existere; et hoc videlicet nostrum desiderabile propositum saepius inpedivit et perterrendo valde prohibuit de nostris aliquos ad vos dirigere per tam incertam tamque[b] .... crebris infestinationibus inproborum hominum in provinciis Anglorum seu Galliae regionis. Nunc vero pace ac tuitione nobis a principibus indubitanter undique promissa, misimus[c] ad vestram venerabilem fraternitatem hunc praesentem fratrem, istarum presentium litterarum baiulum, Hildeberhtum nomine; reminiscens videlicet, qualiter inter nos in civitate Romana de amicitiae conventione conloquium habuimus; quod etiam nos servare omnimodis confitemur. Quapropter et ego nunc, in tuae beatitudinis amicitia confisus, ut, secundum quod antecessores nostri inter se facere non cessarunt, ita etiam et nos facere similiter adoptamus, mittentes verba suavissima salutationis et pacis, ut evangelicus sermo impleatur in nobis: quod eius esse discipuli Cf. Ioh. 13,35. mereamur, si dilectionem habuerimus ad invicem.

Idcirco tibi indicare curavimus, nos misisse vestrae beatitudini parva quedam munuscula, non parva siquidem caritate — id est capsam unam ad officium quidem sacerdotale ex ossibus fabricatam[d] — salutationis tantummodo ac benedictionis causa per Ishardum religiosum presbyterum; ut ea, quae[e] nostra sunt, benigne suscipiatis. Similiterque et nos a vobis bona recipere optamus.

Insuper etiam, omnium fratrum carissime, pro certo hoc nosse tuam amabilem devotionem Deo teste desidero: quod tuae sanctitatis dilectionem in eundem caritatis locum et fraternae societatis consolacium libenter suscipio atque tenacius contineo, in quo videlicet beati patris et prodecessoris tui Bonifatii semper inconcussa mansit et permanet iugiter reposita dilectio; ut inter nos quoque et nostros deinceps familiaris ac spiritalis amicitia tam ad animarum nostrarum remedia in orationibus et missarum celebrationibus quam ad huius vitae quaeque conpetentia fraternaque suffragia fideliter persistat. Et ad haec quoque, quae praemisi, magnopere tua perfici dilectione desidero, ut omnes quippe sacerdotes Dei et familias benedicti ac beati Bonifatii martyris Christi diligenter atque amabiliter ex meo salutes nomine horterisque pro nobis, quod et pro ipsis facere non desistamus, omnipotentis Dei clementiam obnixis exorare precibus. De redditione vero praefatae rei sive per verba fratris nostri sive etiam per litteras tuae fraternae pietatis nos certiorare iubeto.

117. a) *Sine lemmate.* b) *sequitur litura quatuor fere litterarum.* c) missimus *3.* d) fabricatum *3.* e) *an* quia? *J.*

1) *archiepiscopus Cantabrigiensis, 759—765.*

756-773 Omnipotentis[a] Dei pietas sua vos protectione muniat et ad utilitatem plurimorum sanctitatis vestrae sincerissimam caritatem iugiter in perpetuum conservare et custodire dignetur.

Diem vero depositionis religiosae Christi famulae Buggan celebramus, quae fuit honorabilis abbatissa: cuius etiam dies depositionis fuit VI Kal. Ianuarias. Rogavit me obnixe dum adviveret, ut hoc vestrae beatitudini transmitterem. Et[b] sicut speravit et credidit, ita facere curate, quoniam illius pater atque patronus fuit in Christo Bonifacius episcopus.

118.

Pippinus Francorum rex Lullo episcopo mandat de gratiis Deo pro fertili anno agendis. *756—768.*

Cod. 3 (fol. 60')[a].
Edd. S 96, W 109, G 98, J 115.

PIPPINUS GRATIA DEI REX FRANCORUM, VIR INLUSTER, DOMINO SANCTO PATRI LULLO[b] EPISCOPO.

Cognitum scimus sanctitati vestrae, qualem pietatem et misericordiam Deus fecit presenti anno in terra ista. Dedit tribulationem pro delictis nostris, post tribulationem autem magnam atque mirabilem consolationem sive habundantiam fructus terrae, quae modo habemus. Et ab hoc atque pro alias causas nostras opus est nobis, illi gratias agere, quia dignatus est servis suis consolare per eius misericordiam. Sic nobis videtur, ut absque ieiunio indicto unusquisque episcopus in sua parrochia letanias faciat, non cum ieiunio, nisi tantum in laude Dei, qui talem nobis habundantiam dedit; et faciat unusquisque homo sua ęlimosina et pauperes pascat. Et sic previdere faciatis et ordinare de verbo nostro, ut unusquisque homo, aut vellet aut nollet, suam decimam donet.

Valete in Christo.

119.

Eanwulf abbas Lullo episcopo de epistola missa gratias agit. Addit de mutuis precibus faciendis. *773 Mai. 24.*

Cod. 3 (fol. 59)[a].
Edd. S 93, W 125, G 115, J 117.

† DOMINO DESIDERABILI AC IURE VENERABILI EPISCOPO LULLO EANWLF SERVUS CHRISTI IESU UNA CUM CONSERVIS, QUI MECUM HIS
Cf. Matth. 11, 30. IN LOCIS SUAVISSIMUM EVANGELII IUGUM PRO INVENIENDA IN CAELIS REQUIE[b] TRAHERE GAUDENT, PERPETEM IN DOMINO SALUTEM.

Multo quidem gaudio delectatum est cor nostrum, magna exultatione lingua insonuit, nam dum tante vir eruditionis ac sanctitatis ad[c] nos litteras transmiserat. Quapropter paternam tuae caritatis reverentiam obsecramus[d], ut, semper nostri memor, supplices pro nobis Domino preces offerre non refrageris; nos tui quoque sciens semper
Cf. Iac. 5, 16. existere memores, si quid tam vilium apud Dominum valet deprecatio servorum. Quantum enim de omni vestro provectu gavisi sumus, quantamque super his, quae in peregrinis locis vobis prospera cesserunt, laetitiam haberemus! Teque nosse volu-

---


a) omnipopententis *3.* b) ut *3.*
118. a) *Sine lemmate.* b) lul̄ *3.*
119. a) *Sine lemmate.* b) requiae *3.* c) et *3.* d) obsec̄r *3.*

mus, quod hoc perpetualiter studium caritatis, tuis meritis impetrantibus, observemus. 773
Tuamque per omnia desideramus amicitiam mereri, volentes ipsi per omnia tuae iustae voluntatis obtemperare decretis. Etiam Domino procurante, quando ingrediente te viam universae terrae atque ad premia vitae aeternae perducto, tunc tuum venerabile nomen disponimus scribere cum nominibus episcoporum nostrorum et cum nominibus omnium precedentium fratrum huius monasterii.

P Orantem pro nobis almam paternitatis vestrae coronam caelestis gratia custodiat, dilectissime in Christo antistes.

Scripta indictione XI. VIIII. Kalendas Iunias.

P Ad Lul epistola episcopum.



120.

Eanwulf abbas Carolum regem Francorum hortatur, ut fidem Christi propaget.
773 Mai. 25.

Cod. 3 (fol. 53'—54)[a].
Edd. S 81, W 140, G 130, J 118.

DOMINO GLORIOSISSIMO ATQUE PRECELLENTISSIMO CEORLO REGI FRANCORUM EANWLF HUMILIS ABBAS OBTABILEM SOSPITATEM.

Propter hoc omnipotens Deus bonos quosque ad populorum regimina perducit, ut per eos omnibus, quibus praelati fuerint, dona suae pietatis inpendat. Quod in Francorum gente factum cognovimus; cui vestra[b] gloria idcirco est preposita, ut per bona, quae vobis concessa sunt, etiam subiectae vobis genti superna beneficia prestarentur. Et ideo, gloriose[c] rex, eam quam accepisti divinitus gratiam sollicita mente custodi. Christianam fidem in populis tibi subditis extendere festina; zelum rectitudinis tuae in eorum conversione multiplica; idolorum cultus insequere; fanorum aedificia everte; subditorum mores et magna vitae munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo et boni operis exemplo monstrando aedifica; ut illum retributorem invenias in caelo, cuius nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipse enim vestrae quoque gloriae nomen etiam posteris gloriosius reddet, cuius vos honorem quaeritis et servatis in gentibus. Preterea scire vestram gloriam volumus, quia nos obnixae et indesinenter depraecaturi supernam pietatem pro incolumitate tua[d] et gentis tuae; propterea sublimitatem tuam humiliter depręcantes, ut nostri memor esse nosque loco amicorum suscipere digneris; ut, qui te in orationibus crebris Domino commendare satagimus, ipsi te protectorem habere valeamus et patronum.

P Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam, quam coepit, perficiat atque vitam vestram et hic per multorum annorum curricula extendat et post longa tempora in caelestis vos patriae congregatione recipiat.

P Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat, domine dilectissime.

Scripta indictione XI. VIII. Kalendas Iunias.

 P Epistula  ad regem.

120. a) *Sine lemmate.* b) uam *3.* c) gloriosae *3.* d) tua *addidit Serarius.*

121.

760-778 *Alhredus rex et Osgeofu regina Northanhumbrorum Lullo episcopo respondent. Petunt, ut pro se suisque precetur. Suos ad Carolum Francorum regem legatos commendant. Munera mittunt.* *769—774.*

Cod. 3 (fol. 57'—58)[a].
Edd. S 90, W 108, G 97, J 119.

☧ ALHREDUS REX[1] ET OSGEOFU[2] REGINA LULLO VENERABILI EPISCOPO, NOBIS[b] PERPETUALI AMICITIA COPULATO, IN CHRISTO SALUTEM.

Scripta beatitudinis tuae simul cum muneribus litteris adsignatis debita gratulationis reverentia suscepimus maximasque omnipotenti Deo egimus gratias, quod te, in tam longa peregrinatione desudantem et in Christi agonibus decertantem, optatae conservavit[c] sospitati. Et ideo, revertentibus venerabilibus viris, gaudium nostrum sacrorum apicum adtestatione signamus. Ac petimus, uti cotidianis orationibus episcopatus tuus studium ac votum suum circa salutem nostram dignetur inpendere; nos quoque simul cum nominibus nostrorum amicorum et propinquorum, quae hic subscripta sunt[d], litterarum custodia facias contineri; orationibusque et missarum[e] celebrationibus perpetuis Dei patrociniis commendemur. Eodemque modo de vobis et de nominibus ad nos delatis secundum vestram petitionem facere curavimus[f]; et in cunctis monasteriis nostris dicionibus subiunctis perpetuis litterarum monumentis commendantur et orationum subsidiis Deo cotidie presentantur. Illudque pietati nostrae satis placuisse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est; quae etiam ut fierent, Dei aliquo dispensationis consilio credimus esse provisa.

Nostris quoque, dilectissime frater, legationibus ad dominum vestrum, gloriosissimum regem Carl[3], obsecramus consulendo subvenias, ut pax et amicitia[g], quae omnibus conveniunt, facias stabiliter inter nos confirmari.

† Divina magestas indefesso certamine pro Christi ecclesia desudantem te conservare dignetur.

Parva munuscula tuae dignitati admisimus, id est duodecim sagos cum anulo aureo maiori dono ad dotem.

122.

Aeardulfus episcopus Roffensis Lullum episcopum rogat, ut pro se suisque ad Deum precetur. Munera mittit. Litteras poscit. *760—778.*

Cod. 3 (fol. 49'—50)[a].
Edd. S 77, W 116, G 105, J 120.

121. a) *Sine lemmate.* b) in nobis *3; sed* in *inductum esse videtur.* c) conservabit *3.* d) *in cod. subscripta non sunt.* e) misarum *3.* f) curabimus *3.* g) amiticia *3.*
122. a) *Lemma:* incipit epistola aeardulfus.

1) *Northanhumbrorum, 765—774. J.* 2) *quam quidem anno 768. in matrimonium duxit Alhredus rex, teste Simeone Dunelmensi ad a. 768. (Monumenta hist. Brit. I, 663):* Alcred rex eodem tempore accepit reginam Osgearn. *J.* 3) *regem factum die 9. Oct. a. 768. J.*

† REVERENTISSIMO NOBISQUE OMNIUM EPISCOPORUM CARISSIMO LULLO COEPISCOPO AEARDULFUS, HROFENSIS ECCLESIAE ANTISTES[1], CUM SANCTAE ECCLESIAE FILIO AEARDVULFO[2] REGE CANTIAE SINCERAM IN CHRISTI NOMINE SALUTEM. 760-778

Veracium igitur sociorum inter alia amicalis memorialisque mos esse dinoscitur, cum sese ob interiacentium terrarum spatia seu provinciarum exterarum regiones presentialiter[a] nequeunt invisere ac salutare, certe per suos fideles nuntios sive etiam per litteras ad invicem salutationis dirigere verba et de rebus dignis atque utilibus tractare; ne mens scilicet sollicita, quid de statu amici divina dispensatione et iudicio agatur, vel taedio diutius adficiatur vel anxia rerum incertitudine cotidie gemat. Quocirca[b] inprimis diligentius salutantes per hunc gerulum visitans eminentiam vestram — desiderium quippe habentes: audire et nosse eandem gloriosissimum prosperumque per omnia profectum habere, hoc modis omnibus optantes — ut nos ipsos nostrosque carissimos vestrae beatitudini[c] subnixis commendamus precibus: ut, in vestris[d] sacris ac Deo placitis orationibus et suffragio vestrae paternae pietatis undique auxiliante Deo muniti atque muro protectionis vestrae circumdati, contra omnes infestationes[e] inimici in hac vita, quae tota temptatio est, defensi, et ad illam, quae morte vacans et fine carens, vestris almis intercessionibus pervenire mereamur.

Misimus vobis parva exenia, id est reptem ruptilem unam[3]; deprecantes obnixę, ut amorem mittentis magis quam censum perpendatis ob spem meliorum; quod celerius fit orantibus vobis, si Dominus vitam et vires concesserit. Memores enim sumus verborum omnium, quae ex abundantia cordis vestri prolata[f] nostris auribus sonuerunt adimplenda: que, quantum ames amantes te, ex omni parte declarabant. Quid ergo prolate[g] aliud nobis agendum est, nisi quod, quoad[h] Deo disponente et finem cunctorum considerante omnes advixerimus, fideliter ad invicem custodiamus. Preterea nihilominus et deinceps, dum aliquis e nobis alterius vite vias, ut opto felices, prior ingrediatur, en supervivens sine mora missis et elemosinis itiner illius hinc et inde, quantum valeat, tuere ac prosperum facere saepius reminiscat ac studeat; obsecrantes obnixae, ut per hunc fratrem nostrum fidelissimum, presbyterum nomine Laearoredum, scripta pietatis tuae ad nos dirigere digneris, quatenus per haec earum, quae tibi placita sunt, rerum cognitio clarescat. Quia habetis sine dubio in eodem praefato presbytero veredicum fidelemque inter nos legatarium; et ideo per illum valebis, quaecumque[i] vis, vivae vocis attestatione nobis patefacere.

† Precedentium quoque nomina propinquorum nostrorum, id est Irmigi, Noththry atque Duhchae — omnes Deo dicatae virgines — tibi direximus, postulantes, ut in oblationibus missarum et orationum suffragiis habeatis. Quia similia vobis ad vicem beneficii rependere parati sumus.

Deus te incolumem custodiat et in eius ministerio pollentem longa per temporum spatia custodire dignetur.

Aeardul⸗ ⸗fus episcopus Lullo⸗ ⸗coepiscopo.

a) presentaliter 3. b) quocirco 3. c) beatitudinis 3. d) ventris 3. e) infestinationes 3. f) prolatę 3. g) *sic.* h) *addidit J.* i) quaecumquae 3.

1) *c. 747—778; v. Monasticum Anglicanum (London 1846) I, 154. J.* 2) *qui, ab avunculo suo Alrico rege (760—794) in societatem regni acceptus, ante annum 794. obiit; v. Lappenberg, Gesch. von England I, 241. J.* 3) *Cf. supra p. 392 n. 2.*

123.

755-781 *Cynheardus episcopus Vintoniensis Lullo episcopo de donis missis gratias agit. In angustiis versantem consolatur. Munera addit.* *755—780.*

Cod. 3 (fol. 56)[a].
Edd. S 86, W 122, G 111, J 121.

† DOMINO MAGNOPERE DILIGENDO ET NOBIS OMNIUM PEREGRINANTIUM PRO CHRISTI AMORE KARISSIMO LULLO ANTISTE CYNEARDUS INDIGNUS, UT VEREOR, EPISCOPUS[1] IN CHRISTO SALUTEM.

Libenter ergo suscipimus fratrem a te ad nos usque directum cum dulcidine donorum vestrorum; et gratias agentes Deo et vobis, quod nostri memoriam ex tam remotis terrarum finibus facere dignemini. Et ideo, sicut vos velle conperimus, memores sumus vestri, in quantum Domino adiuvante permittimur, semper in orationibus nostris, obsecrantes, ut, quod fideli ac firmissimo coepistis animo, usque ad finem firmam retineatis, quanquam multis tribulationibus tundimini. Quae propemodum omnes sancti soliti sunt a saeculo perpeti[b]; nec tamen, Christo cooperante et confirmante illorum constantiam, deficiebant. Modici munusculi quantulamcumque parvitatem karitatis tantummodo intuitu direximus, hoc est de nostro vestitu indumentum, sicut solent prodecessores nostri prodecessoribus tuis destinare. Quod te pro humilitate et mansuetudine tua suscipere dignanter et uti suppliciter precamur.

Valere te in Christo et vivere felicem semper optamus.

124.

Koaena archiepiscopus Eboracensis Lullo episcopo de suo erga eum amore et de libris quibusdam respondet. *767—781.*

Cod. 3 (fol. 62'—63)[a].
Edd. S 99, W 128, G 118, J 125.

DOMINO BEATISSIMO OMNIQUE HONORE NOMINANDO LULLAE EPISCOPO KOAENA[2] SERVUS SERVORUM DEI PERPETUAE[b] GRATIAE SALUTEM.

Acceptis tuae beatitudinis, pater excellentissime, litteris multa sum laeticia delibutus, ita ut totis precordiarum intestinis gaudens lacrimavi; beatum mihi ac profuturum aestimans[c], tanti patris perfrui amicitia. Ideoque omni cordis aviditate tuam desiderabilem amplector pietatem, tua inhianter condilector caritate, ea potissimum causa, quia salutaria dilectionis precepta divinitatis indita nobis rememorans, nec non et aliquandiu fautorem sive consiliarium adoptans laboribus nostrae parvitatis; quem misericors omnium bonorum largitor nobis in te sua benigna providentia, ut credimus, preordinavit. Quapropter[d], dulcissime frater, in quascumque sanctae pacis diciones vocabis, libens festinus gaudensque totus pleno corde advenio. Insuper plurimis obsecrationum lacrimis deprecor, ut nostri quantulamcumque in tuis sanctis orationibus habere memoriam digneris semperque bene coeptae pietatis promissa custodias. Quia

123. a) *Sine lemmate.* b) perpaeti 3.
124. a) *Sine lemmate.* b) perpaetuae 3. c) aestinans 3. d) quipropter 3.

1) *Vintoniensis, 754—780.* 2) *archiepiscopus Eboracensis, 767—781; v. Monasticum Anglicanum (London 1846) t. VI P. III p. 1172. J.*

perseveranti gloriosa retributionis inpenditur corona, mercesque futurae felicitatis in fine cuiusque operis spectatur. 767-781 Cf. Matth. 10, 22.

Illud vero, quod de libris inquisisti, marinis aestibus terram advectantibus, omnino incognitum — nisi quia falsum — est. Ceterum libros cosmografiorum needum nobis ad manum venerunt; nec alia[a] apud nos exemplaria nisi picturis[b] et litteris permolesta. Iam sepius mihimet perscribere destinavi, sed non illorum potui scriptores adquirere: forte, tuis adiutus subplicationibus.

† Sanctitatem vestram ad protectionem electae dominae rex salvator conservet in evum. Scio, pater, quod illa, que caritatis gratia misisti, a te visa non sunt.

Vive Deo felix, Christi laurate[c] triumphis,
Vita tuis saeclo specimen, carissimę caelo,
Iustitiae cultor, verus pietatis amator[1],
Defendens vigili sanctos tutamine mandros[2],
Pascua florigeris[d] pandens praedulcia campis,
Iudice centenos portans veniente maniplos[3].

Offe- Lullo vi- claris-
renda episcopo ro simo.

125.

Lullus episcopus Coenam archiepiscopum Eboracensem veteris amicitiae admonet. Queritur de novis principum modernorum legibus et de aegrotatione sua. Munera addit. Quaedam Bedae opera mitti sibi cupit. 767—781.

Cod. 3 (fol. 72)[a].
Edd. S 109, W 131, G 121, J 122.

FRATRI ET CONSACERDOTI ET MERITIS DOMINO CARISSIMO COENA[4], SUMMI PONTIFICATUS INFULA PRAEDITO, LULLUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN CHRISTO SALUTEM.

Sanctitatis tuae reverentiam humiliter obsecro, ut amicitiae inter nos olim in Christo copolate et semel coepte perpes reminisci digneris, ne veterescat et oblivioni tradatur, quam coram Deo fideli sponsione pepigimus. Pro nomine enim Christi in contumeliis et tribulationibus gloriari et[b] exaltatione aecclesiae eius nos oportet, quae cotidie tunditur, premitur atque fatigatur. Quia moderni principes novos mores novasque leges[c] secundum sua desideria condunt. Idcirco excellentiam tuam iugem pre- Cf. Rom. 5, 3

a) alii *3.* b) pictoris *3.* c) lauratae *3.* d) florieris *3.*
125. a) *Sine lemmate.* b) *an* de? *J.* c) legis *3.*

1) *Fortunati Carm. III, 22, 5; VI, 1a, 21:* Iustitiae cultor pietatis amore coruscas; *Dracontius de Deo III, 16:* Iustitiae monitor, sed plus pietatis amator. 2) *Bedae Mirac. s. Cuthberti IV, 16:* Discite pastores vigili tutamine mandros. 3) *Sedulii Carm. P. I, 368:* Portantes nostros Christo veniente maniplos. 4) *archiepiscopo Eboracensi, 767—781. J. — Hahn (Forsch. z. D. G. XX, 567) hanc epistolam post annum 773. compositam esse existimavit, quo Aelbertus archiepiscopus ab Hadriano papa pallio decoratus est (Jaffé, Reg. I p. 291, Simeon. Dunelmens. chronic. 773, Mon. hist. Britann. p. 664); sed cum iam inde ab anno 767. sine pallio archiepiscopi dignitate fungeretur, hoc argumentum parum valet. Idem recte monuit eidem non epistola 124. responderi, quam potius vetustiorem esse crediderim.*

767-781 catricem pro animae nostrae salute subnixa prece flagitamus. Assiduis[a] enim corporis egritudinibus cum mentis ancxietate cogor ex hac[b] aerumnosa[c] et periculis plenissima vita exire, redditurus pio et districto iudici rationem.

Parva vero munuscula dilectioni tuae direxi, hoc est pallam olosericam optimi generis, per gerulum harum litterarum.

Obsecro, ut quemlibet horum librorum adquiras et nobis mittere digneris, quos beatae memoriae Beda presbiter exposuit, ad consolationem peregrinationis nostrae[1]; id est: in primam[d] partem Samuelis usque ad mortem Saulis libros quattuor[2], sive in Esdram et Nehemiam libros tres[3], vel in evangelium Marci libros quattuor[4]. Gravia forte postulo; sed nihil grave verae caritati iniungo.

Proficere sanctam excellentiam tuam ad utilitatem sanctae Dei a ecclesiae semper optamus.

Nomina fratrum et amicorum nostrorum tuae sanctitati commendantes de hac luce migrantium. Haec sunt[e].

126.

Lullus episcopus Guthberto abbati Wiremuthensi et Girwensi de incommoda valetudine sua significat. Mittit munera. Bedae libros poscit. *767—781.*

Cod. 3 (fol. 73)[a].
Edd. S 111, W 133, GJ 123.

† SANCTO AC VENERABILI IN CHRISTO FRATRI GUTHBERTO ABBATI[5] LULLUS EXIGUUS SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN CHRISTO SALUTEM.

Caritas, quae desinere nescit, numquam veterescit; quae interni ardorem ignis vix in se sola continere valet. Idcirco placuit nostrae mediocritati de tua sospitate cognoscere, ut tecum in Domino gratularer: et ut scires, quae circa fragilitatem meam iusto iudicio Dei geruntur. Cogor enim continua corporis egritudine de hac lucę

Ps. 83, 7. fugitiva et valle lacrimarum, pio et districto iudici rationem redditurus, migrare. Idcirco subpliciter obsecro, ut pro animae meae salute enixius Dominum depreceris.

Misimus[b] etiam tuae dilectioni parva munuscula: unam pallam olosericam.

Petimus etiam, ut ad consolationem non solum peregrinationis, sed étiam infirmitatis nostrae libros istos a beate memoriae Beda expositos mittere digneris: de edificatione templi[6], vel in Cantica canticorum[7], sive epigrammatum heroico metro sive elegiaco conpositorum[c]; si fieri potest, omnes, sin autem, de edificatione templi libros tres. Fortassis difficilis petitio; sed nihil arbitror esse difficile vere caritati.

Usque ad decrepitam valeas etatem cum omnibus, qui tecum domino Deo deserviunt.

Nomina quoque fratrum et amicorum nostrorum de hac luce migrantium tue caritati commendantes; quae sunt reliqua[d].

---

a) asiduis *3.* b) hoc *3.* c) cerumnosa *3.* d) primum *3.* e) *nomina non sequuntur in 3.*

126. a) *Lemma:* epistola sancti cutberti ad lullum episcopum *(sic).* b) missimus *3.* c) conpositum *3.* d) *sequitur locus rasus.*

1) *Cf. supra ep. 71 p. 338, infra ep. 127 p. 415.* 2) *in Bedae opp. ed. Giles VIII, 1 sqq. J.* 3) *ibid. VIII, 360—463, IX, 1—52.* 4) *ibid. X, 1—264.* 5) *S. Petri Wiremuthensi et s. Pauli Girwensi. J.* 6) *s. de templo Salomonis: Bedae opp. ed. Giles VIII, 262—359. J.* 7) *ibid. IX, 186—404. J.*

127.

Gudberctus abbas Wiremuthensis et Girwensis Lullo episcopo de litteris muneribusque gratias agit. Mittit Bedae de aedificio templi librum. 755-786 *767—781.*

Cod. 3 *(fol. 60)*[a].
Edd. S 95, *W* 127, *G* 117, *J* 124.

DOMINO IN DOMINO DILECTISSIMO ET FIDELISSIMO AMICO LULLO EPISCOPO GUDBERCT ABBAS[1] SALUTEM.

Multum gratanter accepi litteras sive etiam munera, hoc est villosam et sindonem, quae[b] tua fraternitas ad me mittere dignata est; et eo gratantius, quod ex intima caritate ea destinata esse non ambigo. Unde, reconpensationem beneficiis tuis reddens, et ipse tui cotidianis in precibus curam habere non cesso. Simul etiam nomina fratrum, quae[b] ad nos misisti, cum nominibus huius monasterii fratrum dormientium in Christo scripta continentur; ita ut pro illis nonaginta et eo amplius missas facere praecepi. Insuper etiam librum, quem clarissimus ecclesiae Dei magister Baeda de aedificio templi conposuit, ad consolationem tuae peregrinationi[2] mittere curavi; tuam fraternitatem humiliter obsecrans, ut olim condicte inter nos amicitiae foedera usque ad finem firmum custodire digneris, in hoc videlicet maxime, quod cum tuis omnibus, quos tibi divina dispensatio voluit esse subiectos, pro infirmitatibus meis apud supernum iudicem sedulus intercessor existas[c].

Dominus omnipotens fraternitatem tuam in suo semper amore conservet.

Lullo episcopo[d].

128.

Lullus Suithan abbatissam excommunicat, propterea quod duas monachas parum caste vagari siverit. *755—786.*

Codd. 2 *(fol. 109'—110),* 3 *(fol. 30'—31)*[a].
Edd. S 47, *W* 113, *G* 102, *J* 126.

LULLUS EXIGUUS ATQUE HUMILIS ANTESTIS SUITHAN EIUSQUE SUBIECTIS.

Apostolicum praeceptum est, o Suitha[b], ut gregem Domini sollicite servando pascamus[c], ne absque ovili repertus luporum morsibus pereat. Hoc quidem te egisse[d] et acturam esse confidens — quae a sanctissimo viro Bonifacio, martyre Christi, eiusque discipulis regularis vitae disciplinam suscepisti — putabam iuxta modulum intellegentiae tuae. Sed, quod tristis ac merens dicere cogor, longe aliter fecisse conprobaris; quae, neglectis animabus, pro quibus Christus mortuus est, de quarum vita redditura es rationem in die iudicii ante tribunal Christi, dum sacro velamine[e] palleatas[f] feminas .N. et .N. contra statuta canonum et sanctae regulae disciplinam, sine

Cf. Act. 20, 28. 29.

127. a) *Sine lemmate.* b) q̄ *3.* c) existus *3.* d) lullo episcopo *scriptum est in cod. (3) ante:* dominus omnipotens — conservet.

128. *Lemmata:* epistola lul ad swithan *2;* item epistola *3.* b) suuitha *3.* c) paschamus *3.* d) aegisse *3.* e) *om. 3.* f) palliatas *corr. 2.*

1) *De quo cf. supra p. 414 n. 5.* 2) *Cf. supra p. 414 n. 1.*

755-786 licentia et consilio meo, ad iniuriam Dei eiusque matris beatae Mariae semper vir-
ginis, cuius famulatum exhibere debuerunt, in laqueum diaboli, propter arrogantiam ac
voluptatem laicorum explendam, ad perditionem animarum suarum liberas ire per-
Matth. 15, 14. miseras in longinquam regionem; non recolens illud evangelicum: 'Si cecus ceco du-
Ezech. 18, 4. catum praebet, ambo in foveam cadunt', et illud: 'Anima, quae peccaverit, ipsa morietur'.
Sed ne forte hanc meam obiurgationem parvi pendens contempnas, apostolico te ser-
1. Tim. 5, 20. mone percutiam, quo ait: 'Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant'.
Pro huiusmodi stultitia excommunicatam te esse scias cum omnibus tuis, qui hunc
neglegentiae reatum consentiendo perpetraverunt, usque dum digna satisfactione hanc
emendetis culpam. Illas autem vagas et inoboedientes supra dictas feminas intra
cellam vestram non recipiatis. Sed foras monasterium excommunicatae ab ecclesia
Christi sedeant, penitentiam agentes, dum venerint, in pane et aqua; et vos similiter,
abstinendo ab omni carne et ab[a] omni potu qui melle indulcoratur; scientes, quia si
spernitis istam increpationem, quod spernatis eum, qui a Deo missus est peccatores
Luc. 10, 16. salvos facere, id est Christum, qui dixit in evangelio: 'Qui vos spernit, me spernit;
qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit', id est Deum patrem omnipotentem.
Optamus in Christo, ad meliora vos converti.

129.

Tyccea et Aldbercht diaconus Lullum episcopum rogant, ut pro se Deum invocet. *755—786.*

Cod. 3 (fol. 52'—53)[a].
Edd. S 79, W 118, G 107, J 127.

+
A P A DOMINO IN DOMINO VENERABILITER DILIGENDO ET DELECTABILITER HONORANDO LULLO, EPISCOPATUS INFULA FUNGENTI, TYCCEA[1] SUPPLEX VERNACULUS[b] IN CHRISTO PERENNEM SALUTEM.

Tempore nuper transacto vestrae almitatis litteraturam usque ad nostrae medio-
critatis praesentiam fido gestante gerulo delatam exultantibus pectorum praecordiis
et laetis oculorum orbibus contemplantes satis libenter suscipimus. Et maxime in
vestra sancta promissione, quam ordo apicum vestrorum innotuit: ut vestris assiduis
ac sacris orationibus nostram fragilitatem defendere velle, ita et nostra inperfecta
mediocritas undique pene in omnibus bonis vestram beatitudinem orationibus intimis,
Deo ubique auxilianti[c], depraecando poposcere Deum prompta est. Nec non et di-
lectionem fraternitatis ergo vestram clementiam observare secundum vires velle de-
Ioh. 15, 12. monstramus, domino nostro Iesu Christo docenti ac dicenti: 'Hoc est preceptum meum,
Ioh. 13, 35. ut diligatis invicem'; et item: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si
dilectionem habueritis ad invicem' et reliqua. Item de ęadem beatus Petrus, primus
1. Petr. 4, 7. 8. et princeps apostolorum, sententiam promulgavit dicens: 'Estote itaque prudentes et
vigilate in orationibus; ante omnia mutuam in vobismet ipsis caritatem continuam
habentes, quia caritas cooperit multitudinem peccatorum' et cetera. Nostra ergo, ni
fallor, parvitas non utcumque vestris est roborata oppido patrociniis. Idcirco audaciter

a) *om. 3.*
129. a) *Sine lemmate.* b) bernaculus *3.* c) auxiliante *corr. in* auxilianti *3.*

1) *Cf. chartam Aethilbaldi regis Merciorum a. 755—757, ubi subscripsit:* Manus Tyccaean abbatis *(Birch, Cartular. Saxonic. I, 259).*

rogare presumimus vestram beatam ac vere benedictam almitatem, ut nostram, vi- 755-786
ventes in hac lacrimarum valle, tam etiam in gloriosissima praescientia Dei in Christo Ps. 83, 7.
pausantes, assiduis ac sacris orationibus vestrarum studiis domino Deo commendare dignemini.

Ego quoque, minimus ecclesiae servus, supplici pro Domino deprecatione rogito, ut mihi cum mea familia, domino Deo cuncta dispensanti ac rite regenti, inter ceteros fideles vestros amicos in commune benigne suscipiatis. qui proprio dicor nomine Aldberht, diaconatus officio fungens, licet indignus; ut, sancti gradus ministerium olim acceptum vestris saluberrimis[a] intercessionibus meliorando, de die in diem proficiam.

Almitatem vestram, pro nobis orantem, summus arbiter orbis ab alta[b] caelorum arce tuere dignetur. Valete in Domino.

130.

Magingaoz episcopus Wirziburgensis Lullum episcopum interrogat de monasterio quodam post imminentem sororis suae abbatissae mortem constituendo. *755—786.*

Cod. 3 (fol. 53)[a].

Edd. S 80, W 111, G 100, J 128.

DOMINO IN CHRISTO SUMMOPERE VENERANDO LULLO EPISCOPO MAGINGAOZ OPTABILEM SUPPLEX IN DOMINO SEMPITERNAE[b] BEATITUDINIS SALUTEM.

Scit plane sublimitatis vestrae prudentia, quia contra discrimina maxima consiliorum adiutoriis, et integris et ex omni parte solidatis, modis omnibus opus est. Notum vero fieri venerandae caritatis vestrae dignationi desideramus, quia exitum sororis nostrae extremum spiritum agentis meroribus ac timoribus undique depressi praestulamur; mortem videlicet carnis illius instinctu naturalis condicionis velud propria dolentes; et pro animae illius eventu incerto et soli iudici piissimo noto et insuper familiae loci illius tenerrime et propemodum sine ulla consilii firmitate discisionem vel, quod gravissimum est, animarum interitum pertimescentes. Quapropter magnitudinis vestrae pietati humili intentione supplicantes obsecramus per Christum salvatorem resurrectionemque mortuorum, uti nobis supra dictis cruciatibus afflictis, quid post obitum illius sit pro stabilitate salutari monasterioli[1] faciendum, prout Domino iuvante[c] colligere valeatis, litteris indicare per hunc nuncium non dedignemini. Sunt enim, sicut scitis, illic filiae fratris nostri velatae, in quas fortasse intentio ignorantium conversa est. Sed nulla ex his adhuc vel aetate vel sensus aliqua firmitate ad suscipiendum tale pondus congrua poterit iudicari. Et formidamus dispersionem inconsultam familiae, nisi celeriter ordo ac stabilitas per abbatissam collocetur. Nec tamen vel intra cellulam vel intrinsecus[d] nos posse repperire credimus, per quam vel verbo ac specie tenus valeat coherere, praeter puellulas quas diximus: quibus maximum periculum suscipientibus et nobis fortasse persuadentibus formidamus. Quapropter iterata supplicatione per Christum salvatorem obsecramus, ut nobis, quod

---

a) saluberrimus *3.* b) alto *3.*

130. a) *Sine lemmate.* b) sempiterna *3.* c) iubante *3.* d) *an* extrinsecus? *J.*

1) *de quo cf. Rettberg, Kirchengesch. Deutschlands II, 331, Ussermann, Ep. Wirz. p. 10 sq., Dronke, Codex dipl. Fuld. n. 87 et 88, p. 53. 54. J.*

755-786 saluberrimum inter huiusmodi necessitates[a] fieri credatis, nobis revelare celeritate, qua diximus, nec dedignemini nec gravemini.

Valere beatitudinem vestram et in Christo magis ac magis, pro nobis intercedentes, proficere, integris certisque nisibus cordis optamus.

Offerenda[b] Lulloni episcopo.

131.

Botwinus abbas Riponensis Lullo episcopo de litteris gratias agit. De mutuis precationibus. Munera mittit. *755—786.*

Cod. 3 (fol. 54)[a].
Edd. S 82, W 119, G 108, J 129.

₰ † VENERANDE DIGNITATIS LULLO EPISCOPO BOTWINI ABBAS[1] OPTABILEM IN CHRISTO SALUTEM.

Litterae auctoritatis tuae, quas cum divinae pietatis studio usque ad nos direxisti, laetificaverunt me valde. Quia tu, imbre caelestis roris inlectus, ultimum me servunculum servorum Dei cum tam magna fide divini amoris saeculariaequę dignitatis munere visitare dignatus fuisti, gratias ago Deo; petens cum intimae caritatis desiderio, ut fidus fautor mihi per celsitudinem sanctitatis tuae coram Christo Iesu existas in istoque saeculo serena mente amicus. Si rector rerum omnium istius vitae in itenere me longius super te sudare deiudicat, ploro indesinenter, praecans cum omni caterva, quae Christo domino sub mea condicione deservit, divinae misęricordiae solacia animae tuae largiri, ut tu simili modo aecclesiarum tuarum subsidia mihi prestare dignaveris. Haec quoque modica munuscula, id est sex lacernas, almitati tuae mitto optans, ut accepta sint.

Omnipotens Deus incolumem beatitudinem tuam custodiat.

132.

Wicbertus abbas Lullum episcopum aegrotantem invitat, ut in monasterio suo curetur. *755—786.*

Cod. 3 (fol. 54')[a].
Edd. S 83, W 120, G 109, J 130.

† SANCTISSIMO ET A DEO SEMPER CONSERVATO DOMNO LULLO EPISCOPO WICBERTUS SERVUS SERVORUM DEI, QUAMQUAM INDIGNUS, ABBAS ET VESTER IN OMNIBUS — DEUS SCIT — BENE CUPIENS ET FIDELIS IN VINCULO CARITATIS CONLIGATUS.

† Suscepta vestra alemonia, sancta cuncta congregatio monachorum nostrorum pro vos singulos spalterios Domino decantaverunt, et sacerdotes quinas missas fece-

---

a) necessitatis *3.* b) Offerenda *scripsit J. pro* officio *3; cf. epp. 134 et 136 infra p. 420 et 422.*
131. a) *Sine lemmate.*
132. a) *Sine lemmate.*

1) *monasterii Rippon dioec. Eboracensis; v. Monasticum Anglicanum (London 1846) II, 131. J.*

runt per singulos, ut vobis Dominus pristinam sanitatem tribueret. Et dixi ad illos 755-786 vestra voluntate, quomodo nobis mandastis, ut hic pro tempore devenire iubebatis. Sed omnes consona una concordia responderunt, quod nostra voluntas in omnibus est, ipsius infirmitati conpatescere et sicut proprium fratrem ita circa illum omni caritate inpendere. Sed vos modo, si vultis, sic venire potestis, quomodo in vestra propria casa; et nos in omnibus, in quantum possumus, caritate pristina exigente, vestre volumus conpatescere infirmitati. In orationibus tuis commendamus nos, sanctissime pater.

Sanctissimo domno Lullo episcopo Wicbertus indignus abbas.

133.

Doto abbas s. Petri Lullo episcopo scribit de mutuis precationibus faciendis.

755—786.

Cod. 3 (fol. 54'—55)[a].
Edd. S 84, W 121, G 110, J 131.

[b]DOMINO SANCTO, SANCTORUM QUIA MERITIS QUOEQUANDO, ET A NOBIS CUM SUMMA VENERATIONE DILIGENDO IN CHRISTO PATRE LULLONO EPISCOPO DOTO[1] SERVUS SERVORUM DEI, ETIAM ET OMNES MONACHI SANCTI PETRI APOSTOLORUM PRINCIPI, DEGENTIUM SUB NORMA SANCTAE REGULAE, AETERNAM IN DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO AD SANCTITATEM VESTRAM DISTINARE CURAVIMUS SALUTEM.

Ideo omnipotenti Domino gratias referimus, ut omnia, que circa vos sunt, prospera non solum habemus, sed et hoc indesinenter sedulas praecis Domini misericordiam inploramus, ut vita vestra longevis faciat hic gaudere temporibus et illic in aeterna beatitudine cum sanctis suis faciat pariter letare[c] triumphis. De cetero quamvis, amantissime[d] pater, terrarum[e] longitudo[f] nos separatos videmur, tamen terrarum[e] longinquitas non dividit mente, quos caritas divina coniunxit in corde. Idcirco conpereat sanctitas vestra, quia nos omnes per obedientia[g] almi patris nostri Dodoni abbati et pro amore vestra omni sollicitudine pro vobis et devotissimam sanctam congregationem vestram, a Deo[h] vobis commissam, in nostris assiduis precis Domini misericordiam exorare non desinemus. Igitur cum salutationis officiis humili prece deposcimus, ut ista familia Christi et sancti Petri in vestra commemoratione semper habeatis; et ipsa per omnes amicos vestros — tam episcopis et eorum clero quam abbatibus et eorum monachis seu et abbatissis vel Deo decatas — ista congregatione sancti Petri, oratores vestros tam vivos quam defunctis in vestra mercede commemorare faciatis; ut in sacris orationibus illorum eam assiduae memorare debeant, quatenus per illorum suffragiis olim optatam adire mereamur patriam paradisi. Similiter vobis deprecamur, ut omnium amicorum vestrorum nomina tam vivorum[i] quam defunctorum per praesente fratre nostro Saganaldo per breve ad nos diregere faciatis; ut ipsos, sicut de alios fratres nostros facimus, ita in nostris assiduis orationibus ipsos memorare debeamus. Gratia regis caelestis custodiat vos semper. Amen.

P̱ Indiculis directum ad Lullono episcopo.

Emmanuhel vobiscum sit.

133. a) *Sine lemmate.* b) *praecedit in cod. signum chrismi diplomatum simile, de quo cf. Diekamp (Neues Arch. IX, 19).* c) lexare *3.* d) amanetissime *3.* e) aeterrarum *3.* f) longititudo *3.* g) *manus posterior correxit in* obedientiam. h) addō *3.* i) virorum *3.*

1) *abbas s. Petri Luxoviensis, ut videtur Mabillonio (Annal. ord. s. Ben. II, 189. 295). J.*

134.

755-786 *Magingoz episcopus Wirziburgensis Lullum episcopum de re matrimoniali consulit.* *755—786.*

Cod. 3 (fol. 56)[a].
Edd. S 87, W 110, G 99, J 132.

SACERDOTI CHRISTI MAGNIFICO[b], REVERENTIA PARITER ET AMORE NON MEDIOCRITER[c] AMPLECTENDO, LULLO EPISCOPO MAGINGOZ SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN DOMINO SALUTEM.

Cf. 1. Ioh. 5, 6. Aperto scripturarum divinarum testimonio declaratur, veritatem esse dominum
Ps. 104, 4. salvatorem ac de ipso dictum esse per profetam: 'Querite faciem eius semper'. Quam ob rem solutionem questionis alicuius, quae videlicet infirmitatis nostrae cognitioni facilis non est, a dignationis vestrae largitate, id ipsum flagitantes multum, desideramus accipere. Itaque constitutio matrimonii christianorum in iungendo vel separando[d] a patribus tanta diversitate nobis videtur disponi, ut vix una et conpar sententia ipsorum nostrae pateat parvitati. Videntur namque concorditer Essidorus ac Hieronimus [1] adfirmare: non debere adulteram teneri a viro, cui sociata alteri se more meretricis adiungat; utpute quae, unam carnem nefariae dividens, indignam se et alienam ab honore conubii divinitus instituti reddiderit; et hoc esse preceptum vel permissum[e]
Cf. Matth. 19, 9. a salvatore, cum uxorem non demittendum absque fornicationis causa preciperet. Augustinus vero, cum sententiam eandem[f] salvatoris diuturna tractatione ventilasset, nihil plane elucędationis, certe nostrae omnino teneritudini[g] captabile, profert; sed hoc in extremo dicebat, quia, quomodo preceptum hoc salvatoris accipi debuisset, latebrosissimam[h] adhuc superesse questionem, commemorans vero mulierem ab accusatione[i] Iudeorum a Domino liberatam[k], dicit: non male illi viri mulieri licet in adulterium lapse conciliaretur. Beatus vero Leo papa [2]: feminam, capto ab hostibus marito, cogente solitudine inculpabiliter alteri posse copulari, cum desperaretur captus; et reverso forte priore, separatam a posteriore principali restitui, dicens. Ibi[l] notandum videtur, quod statim destitutio coniugis nubendi licentiam tribuit; apud Essidorum vero vel Iheronimum proditio foederis coniugalis matrimonium separat. Quid ergo supersit coniugi, quem[m] vel quam solitudo perurguet, si et Hisidori vel Hieronimi ac Leonis decretum iustę creditur esse tenendum, nisi ut se matrimonio coniungat alterius, me fateor ignorare. Bonitatis igitur vestrae dignationem per caritatem, qua Christus Iesus semper ubique membra sua sibi copulare probatur, obsecramus, ut ignorantiam nostram ac [3] de re, sic Domino possibilitatem largiente, inluminare digne-
Matth. 25, 23. mini; ut audire a remuneratore perpetuo mereamini: 'Euge serve bonę' et cetera.

Valere beatitudinem vestram[n], pro nobis intercedentem, et in Christo magis ac magis proficere, integris desideriis optamus.

Offerenda Lullo episcopo.

---

134. a) *Sine lemmate.* b) magnico *3.* c) meliochriter *3.* d) superando *3.* e) permisum *3.* f) eundem *3.* g) teneritudine *3.* h) late prosissimam *3.* i) accussatione *3.* k) liberatum *3.* l) *manus posterior correxit in* ubi. m) quınque *3.* n) nostram *3.*

1) *Commentar. in Matth. c. 19: Opp. ed. Vallarsius VII, 144 sqq.; cf. Gratiani decr. II C. 32 q. 1 c. 2. J.* 2) *in ep. ad Nicetam d. d. 21. Mart. 458: Leonis Magni opp. ed. Ballerinii I, 1330; cf. Gratiani Decr. P. II C. 34 q. 1 c. 1. J.* 3) *hac.*

135.

Monachus quidam Lullum episcopum veteris amicitiae commonefacit. 755–786.

755-786

Cod. 3 (fol. 56'–57)[a].
Edd. S 88, W 123, G 112, J 133.

† SANCTISSIMO ATQUE VENERABILE EPISCOPO LULLO SERVUS SERVORUM DEI VISCERALEM IN DOMINO SALUTEM[1].

Rogo te, o dilectissimae frater, sicut optimae in te credo, ut non inmemor sis, sed semper sagacissima mente ad memoriam reducas antiquam amicitiam[b] nostram, qui inter nos habuimus in Maldubia[2] civitate, quando Eaba abbas in amabile caritate nutrivit te. Et hoc signum recordor, quod pro nomine vocavit te Lytel[3]. Ideirco salutat te Hereca[4] abbas in salutatione sancta et omnis regimen, qui in suo caenubiale vita maneat, quia dignos nos in memoriam habuisti tecum. Qui autem perseveraverit in pace usque in finem, hic salvus erit. Vale amabiles feliciter in evum; meus dilectus, Deo electus, quia caritas praecium non habet. Cf. Matth. 10, 22.

Hoc signum[c] Hereca abbatem fecit.

136.

Magingooz episcopus Wirziburgensis Lullo episcopo scribit de quodam impediendo, quominus monastico ordini se addicat. 755–786.

Cod. 3 (fol. 59'–60)[a].
Edd. S 94, W 126, G 116, J 135.

† VENERANDO SACERDOTI CHRISTI AMORE FRURSUS AC REVERENTIA PARITER A NOBIS STUDIO PECULIARI CONTINENDO LULLO EPISCOPO MAGINGOOZ SERVUS SERVORUM DEI PERENNEM IN CHRISTO SALUTEM.

In conloquio nuper venerandae fraternitatis tuae conperti sumus, quia consilium proximi nostri cuiusdam, minus caute saeculi inpedimento postposito viam relegionis ingredi cupientis, prudentiam vestram prevenire utiliore consulto voluisset. Qui, ut arbitror, his verbis velut nomine proprio designatur. Et re vera visum mihi est, non posse aliter conpleri circa illum officium debitae fidelitatis et caritatis, nisi cum pluribus de eadem re necessario sollicitis contendatur, ne hunc fortasse in ipso itinere[b], quo desiderium ducit, incauta presumptio supplantat. Sed necessarium existimo, ut diligentius provideatur, quo pacto vel quibus instrumentis peregrinationis illius, quam sicut scitis optimam[c], stabilitas et possibilis[d] et — si fieri potuerit — inexcusabilis hiis, cum quibus presens causa agenda est, omni rationis firmitate conprobetur. Quapropter nostre parvitati indicare per litteras non gravemini, utrum vobis videatur,

---

135. a) *Sine lemmate.* b) amititiam 3. c) *signum non est in cod.*
136. a) *Sine lemmate.* b) itinire 3. c) *sequitur locus rasus septem fere litterarum (cf. Diekamp Neues Arch. IX, 23).* d) *an* impossibilis? *J.*

1) *Cf. supra ep. 79 p. 356* visceralem salutem. 2) *Malmesbury.* 3) *Anglosaxonicum 'lytel' valet idem quod Latinum 'parvus'. J.* 4) *Hereca abbas* testis *apparet in charta Aethilbaldi regis Mercionum a. 755–757 et in Cynewulfi regis Westsaxonum tabula monasterio Maldubiensi data anno 758. ap. Birch, Cartular. Saxonic. I, 259. 265. J.*

755-786 ut communi sermone unius epistulae exortatio mittatur, an uterque nostrum a se epistolam mittat. Quodsi profuturum iudicetis, ut commune et unum a nobis indiculum dirigatur, a vestra caritatis industria rogo ut conficiatur, si[a] non fieri posse putaveritis, ut sine aliqua presenti sive nostra sive ceterorum servorum Dei conlatione consulto decenti et integra soliditatis valeat perpetrari. Quid itaque vobis profuturum videatur ut a nobis hac de re agatur, per litteras huius epistiunculae portitori traditas nobis indicare dignamini.

Valere bonitatem vestram[b] et in Christo proficere, pro nobis intercedentem, integris desideriis[c] optamus.

Offerenda[d] Lullo episcopo.

137.

Vigberht presbyter Lullo episcopo refert, se domum feliciter revenisse. Consilia eius poscit. 755—786.

Cod. 3 (fol. 65)[a].

Edd. S 102, W 129, G 119, J 136.

DOMINO VERE BEATO ATQUE OMNI OFFICIO CARITATIS VENERANDO LULLAE GRATIA DEI EPISCOPO VIGBERHT PRESBITER[b], VESTER FIDELIS SERVUS, OPTABILEM IN CHRISTO SALUTEM.

Vestris orationibus meritisque suffragantibus, ut credimus et pro certo scimus, prospera nobis terrae marisque itenera, postquam a vobis ieramus, Dei clementia concessit. Amicosque et propinquos sanos et incolomes invenimus benigneque suscipientes, omnia necessaria tam in possessionibus agnorum quam in iumentis et peccoribus aliisque[c] suppellectilibus sponte nobis tribuentes; quod usque hodie absque ulla contradictione habentes; tuam sanctam fraternitatem, quae nos semper et adiuvare et consulare consueverat, rogantes et obsecrantes, ut videas et consideras, quid nobis utilius agendum sit. Omnia enim tibi nota sint; et hoc et illud. Quicquid tibi bonum videtur, hoc me fateor laeto animo fecisse et tuum salubre consilium in nullo sprevisse. Si tibi videtur, ut ad vos pergamus, utiles, ut credimus, viros et, ut aiunt, bonos in nostro desiderant esse comitatu; sin autem aliud magis placet, tamen cum nostro sermone et consilio, si vobis sic videtur, visitare vos desiderant. De qua re quicquid tibi videtur, faciamus. Sed quid magis moror? Cum litterae tuae usque ad nos veniunt — quas ut isti[d] presenti portitori[e] litterarum mearum tribuas, obsecramus — quicquid in illis iusseris[f] vel[g] suaseris, Deo permittente et vita comite[h] libenter faciamus. Multum iam vitae nostrae fluctuando et neglegendo, quasi extra nos fusi, peregimus. Tandem aliquando ut ad nosmet ipsos redeamus, necesse est; Cf. Ps. 125, 5. scientes scriptum, quod, qui seminat in lacrimis, in gaudio metet. Et ideo vitae nostrae quod restat, cum vestro consilio transcurrere curamus.

De cetero autem si in regione gentis nostrae, id est Saxanorum, aliqua ianua divinae misericordiae aperta sit, remandare nobis id ipsum curate. Quam multi cum Dei adiutorio in eorum auxilium festinare cupiunt. Omnia ista, quae longo sermone perstrinximus, tu mente pervigili, quid melius agendo sit, pertracta, et litteris intimare tua sancta almitas non pigeat. Vale.

---

a) sit *3.* b) *sic correctum est* nostram *in 3.* c) desideris *3.* d) off *3.*

137. a) *Sine lemmate.* b) pr *3.* c) alisque *3.* d) ista *3.* e) portitore *3.* f) iuseris *3.* g) dō *3.* h) comitae *3.*

Ego Hrothuin. dudum aliquod vobiscum, nunc autem. pro. hic positus scribens, legens docensque quod legi, multum vos saluto; obsecrans. ut eo animo erga me sitis. quo et ego circa vos sum positus. Saluta omnes. qui amant dominum nostrum Iesum Christum. 755-786

138.

Vigbercht presbyter Lullo episcopo de sospitate gratulatur. Se, domum reversum, mandata eius peregisse, narrat. Nuntium suum commendat. Ab amicis se detineri; sed eius imperio obtemperaturum esse[1]. *755—786.*

Cod. 3 (fol. 72—73)[a].
Edd. S 110, W 132, G 122, J 137.

☩ DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO MIHIQUE OMNI AFFECTU SEMPER CARISSIMO LULLAE GRATIA DEI EPISCOPO VIGBEREHT EXIGUUS FAMILIAE CHRISTI FAMULUS INMARCISCIBILEM SEMPITERNE SOSPITATIS SALUTEM.

Magno etenim repletus sum gaudio valdeque hilarescit animus meus, cognita a nonnullis tua beata sospitate. Quamque[b] Dei gratia concedente ut semper habeas, optamus, memoremque nostri esse in tuis sanctis orationibus.

Dei gratia concedente et vestris meritis, ut credimus, suffragantibus, sani et incolomes mare transivimus[c] nostramque patriam pervenimus. Vestraque dona episcopis, abbatibus amicisque vestris, sicut mandastis, obtulimus: et iuxta modolum nostri ingenii sermones vestros voluntatemque vestram intimare curavimus[d]. Illi autem fecerunt, sicut erant edocti; humiliter gratanterque omnia suscipientes: magnas gratias Christo domino referentes, quod vestra sublimitas eorum parvitatem per dona simulque et litteras visitare dignata est; vestramque commonionem et familiae vestrae instantiam orationum semper se habituros esse promittentes: nomenque tuum ut carissimorum suorum in ecclesiis suis scribentes; memoriamque tui, tam vivente quam defuncto, iugiter se facturos esse dicentes: epistolasque suas missuros[e], scriptas ut eis placet, promittentes. Quae omnia — quae longis sermonibus protrahimus — iste portitor harum litterarum melius tibi verbis intimare potest. Quem vobis presbiterum transmittere curavimus, credentes et confidentes, quod utile vas sit in domo Domini. Quem ut benigne et honorifice, si dignus sit, vestra sanctitas accipere et habere, quod noster et amicus et propinquus est, dignata sit, obsecramus.

Nos autem[f], quod celare non possumus, amici et propinqui nostri isto anno a se relinquere nolentes; et ideo nuntios meos ad vos direxi, obsecrans vos humili supplicatione per Domini misericordiam, ut et vota et sermones, quibus me vobis constrinxi, vestra clementia dignata sit absolvere et per epistolam tuam per nuntios meos revertentes, quid agere debeam, insinues. Fateor enim tibi per Deum, quod contra voluntatem tuam nulla dignitas seculi, nulla secularis amicitia[g] me hic ullo modo retinere potest; maxime quod te super omnes homines diligo, Deus testis est. Si autem tibi bonum videtur et tua voluntas sit, ut ad vos citius redeam, ecclesiae

---

138. a) *Sine lemmate.* b) quiaque *3.* c) transibimus *3.* d) curabimus *3.* e) misuros *3.* f) hˆ *3.* g) amititia *3.*

1) *Goepfert (Erzbisch. Lull p. 27) hanc epistolam ante alteram (supra ep. 137) a Vigberchto ad Lullum datam esse probare nisus est. Utraque ad idem iter eius in Angliam factum pertinet.*

755-786 et ministerio, cui ante deservivi, me dimittas, dignum rogo et obsecro. Amici mei et propinqui et terram et hereditatem suam mihi promittunt et dare disponunt, si hic cum eis permanere dispono; sin autem, alienis permittere debent. Et ideo, mi domne, per prudentiam tuam et cor intellegibile pertracta et considera, quid tibi bonum videtur et rectum, et illud — et, ut dixi, per litteras — intima. Vita etenim comite et Deo concedente, quod iubes, facere dispono.

Orantem pro nobis[a] beatitudinem vestram divina misericordia in perpetuum custodire dignetur. Amen.

Ego Hrothuin, quondam cognatus tuus, saluto te, multum rogans, ut, quicquid reprehensibiliter scriptum repperiet, indoctae inperitiae[b] ignoscas. Utinam si fieri potest et si Dei voluntas sit, ut facie ad faciem videamus nos.

Vale et memento nostri. Macharius polaris aulae pantocrator clemens diu vos incolomes custodire dignetur.

139.

Cynewulf rex occidentalium Saxonum et eius episcopi Lullo episcopo scribunt de mutuis precationibus faciendis. *757—786.*

Cod. 3 (fol. 73)[a].
Edd. S 112, W 134, G 124, J 138.

† DOMINO BEATISSIMO ET SPECIALI AMORE VENERANDO LULLO EPISCOPO EGO CYNEWLF REX OCCIDENTALIUM SAXONUM[1] UNA CUM EPISCOPIS MEIS NEC NON CUM CATERVA SATRAPUM AETERNAM SOSPITATIS IN DOMINO SALUTEM.

Tibique testificantes, quod iuxta modum nostrae possibilitatis, quicquid tua sanctitas desideraverit sive iusserit, libenter agere parati sumus, ut cum reverentissimo et sanctissimo viro Dei, prodecessori tuo Bonifatio, pepigimus, sive in orationibus Deo devotis seu in aliis quibuslibet rebus, in quibus humana fragilitas, Deo disponente, mutuis alterutrum solaciis egere conprobatur. Te pariter obsecrantes, ut pro nostra parvitate proque pace congregationis nostrae Domino supplicare cum eis, qui tecum invocant nomen domini Iesu, memineris. Istarum vero litterarum portitorem a vobis ante destinatum vestrae almitati committimus, quia fideliter nobis oboedire in omnibus curabit.

Cf. Ioh. 11, 52. Omnipotens Deus, qui dispersa congregat et congregata custodit, ipse vos sua gratia protegat et vestri laboris fructum in aeterna patria nos videre concedat.

140.

Quidam quandam hortatur, ut propter imminens mundi exitium, promissi memor, pro se precetur[2]. *757—786.*

Cod. 3 (fol. 20)[a].
Edd. S 34, W 165, G 151, J 139.

---

a) vobis *3.* b) inp'tiae *3;* inperitiae *leg. Wattenbach, Neues Arch. IX, 23* (ineptiae *J*).
139. a) *Lemma:* epistola cyneuulfi regis ad lullum episcopum.
140. a) *Lemma:* item epistola.

1) *de quo cf. Theopold (Krit. Untersuch. zur Angelsächs. Gesch. p. 29), qui eum inde ab anno 757. regnavisse probavit.* 2) *Hahnio, qui hanc epistolam a Bonifatio ad Leobgytham datam esse propter*

INTIMAE DILECTIONIS AMORE QUAMVIS INDIGNUS[a] .N. IN DOMINO TRIQUADRI[1] ORBIS QUADRIFARIA REGNA[2] MAGNO MODERAMINE[b] DISPONENTE .N. SOSPITATIS SALUTEM. 757-786

Puto enim cognoscere, amantissima soror, quod in divinis sepe cautum legitur oraculis, adpropinquante iam mundi fine et statua ex quaternis metallorum generibus quondam fabrefacta ruitura, hydram[c] quoque semper novis hiantem[d] sibilis[e] et scillam cum hereditariis catulis non cessantem latrare. (Cf. Dan. 2, 31 sq.) Milvus quoque ad ima columbaque ad fenestras suas volitat. (Cf. Isai. 60, 8.) Quam ob rem, carissima, licet longeuscule alta marium[f] equalitate distam, vicinus tamen circa tuam frequens memoriam cotidie conor adesse. Obsecro, ut sis memor verborum nostrorum, quae pariter pepigimus, quando profectus fueram[3]. Vale, vivens aevo longiore et vita feliciore, interpellans pro me[4]. Haec pauca ad te scripsi, non arroganter mea commendans, sed humiliter tua deposcens et ceu propriae germanae nuper nanctae. Vale.

In caelo flagrans iam iustis vita perennis,
Qua sancti semper fulgebunt lumine pulchro[5]
In regno patris, ceu clarus Titan in orbe,
Atque per augustam[g] Hierusalem voce tonantem
Sic Dominum semper laudant sine fine dicantes[h],
Et sanctas pariter concinnant ore per auras.
Hic iugiter celebrant excelso carmina Christo;
Quem chorus martyrum sic simul omnis orabit[i],
Multum de Domino gaudens, de pectore[k] multas
Effundens laudes gratans[l] hominique Deoque,
Laetior ora modis attollens placida miris.
Crede mihi, quia te summo conplector amore[6].

Vale Christo virguncula, Christi nempe tiruncula[7],
Mihi cara[m] magnopere atque gnara in opere,
Tibi laudes contexero atque grates ingemino.
Teque rogo cum tremore, agna, Christi pro amore:
Vota redde cum fervore Altissimo in aethere.
Quae pepigimus pariter, memorare vivaciter[n].

---

a) indignis *3.* b) modoramine *3.* c) *super* hydram *scriptum est* serpens *3.* d) hiantem *scripsit J. pro* inantem *3.* e) sibillis *3.* f) marium *scripsit J. pro* meritorum *3.* g) angustam *3.* h) dicentes *3.* i) *sic est versus in cod.* k) pectore *scripsit Serarius pro* auctore *3.* l) gratans *scripsit Serarius pro* gratulans *3.* m) cura *3.* n) minaciter *3.*

elocutionem eius epistolae 28. supra editae similem opinatus est (Forsch. z. D. Gesch. XXI, 392), Hauck recte refragatur (K.-G. D. I, 448 n. 1). Eo enim tempore, quo Bonifatius ex Anglia profectus est, Leobgytha, quae non ante annum 700—710 nata est, nondum amicitiae vinculo ei coniuncta esse potuit. Lul potius has literas scripsisse videtur; cf. Diekamp (Neues Arch. IX, 14).

1) *in tres partes (Europam, Asiam, Africam) divisi. J. Cf. Aldh. de laud. virg. c. 18 (p. 18):* triquadra mundi latitudo. 2) *regnum aureum, argenteum, aereum, ferreum; v. Daniel 2, 38 sq. J.* 3) *Cf. supra p. 240 v. 4:* sicut pridem pepigeram, quando profectus fueram. 4) *Cf. supra p. 298 ep. 49, ubi eadem fere verba.* 5) *Matth. 13, 43:* Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum; *cf. supra p. 281 ep. 29.* 6) *Cf. supra ep. 13 p. 259 l. 13. 14.* 7) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 60 (p. 81 ed. Giles):* Heia Christi tiruncalae; *v. 2121 (p. 193).*

141.

757-786 *Quidam cuidam foris valenti gratulatur.*

Cod. 3 (fol. 32)[a].

Edd. S 50, W 161, G 149, J 141.

In Dei nomine acceptis litteris, frater carissime .N., de tua presentia nobis adlatis, cum gaudio suscepimus; gratias Deo agentes, quia audivimus, quod, longe te agente in peregrinatione, Dominus benignitatem suam tecum exhibuit; salutantes te in Christo omnis cognatio tuorum consanguineorum et obsecrantes, ut diligenter in Deo bonis operibus proficere studeas; nostris adiunctis precibus, ut ille, qui est omnis consolationis dator, qui nos in huius miserabilis vite itinere corporaliter separavit, in suo regno semper mansuro sine fine coniungat. Vale semper, salutatus supplicibus tuorum amicorum cum vocibus[1]. Protegatur a Domino vita tua a modo et usque in sempiternum.

142.

Quidam cuidam scribit, se de eius in se amore non dubitare. Membranas poscit.

Cod. 3 (fol. 33)[a].

Edd. S 55, W 158, G 146, J 143.

VENERANDO AC DILIGENDO FRATRI IN CHRISTO OPTABILEM SEMPITERNAE SOSPITATIS SALUTEM.

Fateor caritati tuae, quod numquam falsis verborum fribulis[2] fidem accommodare volui nec de tuae devotae caritatis fidelitate aliquas dirae derogationis aristas[b] acrescere credebam; sed magis tuae dilectionis benevolentiam meminisse reor sen-
Prov. 5, 29. tentiae Salomonis[c], qua dicit: 'Ne moliaris amico tuo malum, cum ipse fiduciam habuerit in te'. Et nunc credula cordis precordia[3] gesto de tuae devotionis perseverantia[d]. Gratias tibi refero pro adminiculo divinae scripturae, quod mihi benigne transmittere curasti. Idque obsecro, ut, quando potueris me adiuvare in membranis scribendis, transmittas. Et quodcumque mihi mandaveris tibi necessarium in corporali solatio, libenter ac fideliter faciam. Et licet locorum spatio longe separemur, tamen spiritali caritate adunati simus.

Vale semper in Domino, meaeque[e] parvitatis memor in tuis sacris orationibus esse digneris.

143.

H. monacha N. fratrem obiurgat, quod tam diu venire cesset.

Cod. 3 (fol. 33')[a].

Edd. S 56, W 157, G 145, J 144.

---

141. a) *Lemma:* item epistola.
142. a) *Lemma:* item epistola. b) aristus *3.* c) solomonis *3.* d) perseverantiam *3.* e) meae quae *3.*
143. a) *Lemma:* item epistola.

1) *Cf. supra nr. 6. V v. 4 p. 246.* 2) *i. e. frivolis; cf. Aldh. de laud. virg. v. 948 (p. 162)* frivola falsis. 3) *Cf. Aldh. de laud. virg. c. 52:* credula praecordia pandere, *v. 2393; de aris b. Mariae IV v. 12 (p. 69. 121. 201).*

FRATRI UNICO ATQUE AMANTISSIMO .N. H., ULTIMA ANCILLARUM DEI, IN CHRISTO SALUTEM[1]. 757-786

Quid est, frater mi, quod tam longum tempus intermisisti, quod venire tardasti? Quare non vis cogitare, quod ego sola in hac terra, et nullus alius frater visitet me neque propinquorum aliquis ad me veniet? Et si ideo facis, quia adhuc[a] nihil potui, secundum quod mens mea diligenter voluisset, aliquid beneficii[b] inpendere, tamen caritatis atque adfinitatis iura, nullo alio suadente aut mens tua mutando, debes obliviscere. O frater, o frater mi, cur potes mentem parvitatis meae adsiduae merore, fletu atque tristitia die noctuque caritatis tuae absentia adfligere? Nonne pro certo scies, quia viventium omnium nullum alium propono tuae caritati? Ecce non possum omnia per litteras tibi indicare. Iam ego certum teneo, quod tibi cura non est de mea parvitate.

144.

Abbas quidam concedit, ut monachus in id, cuius sodalis antea fuerit, monasterium revertatur.

Cod. 3 (fol. 34)[a].
Edd. S 59, W 154, G 143, J 145.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Ego huic fratri nomine . . . . libentissimae concedo, ut ad monasterium venerandi abbatis, in quo primitus predictus frater Deo debitam[b] servitutem devovit, cum pace congregationis nostrae revertatur ibique Christo fideliter servire nitatur.

145.

Quidam quendam rogat, ut libellis mittendis auxilio sibi sit.

Cod. 3 (fol. 34)[a].
Edd. S 60, W 153, G 142, J 146.

REVERENTISSIMO FRATRI ATQUE CARISSIMO IN CHRISTO .N. SINE FINE SALUTEM.

Deprecor te ergo, ut mihi minimo digneris solatium prebere atque necessitatibus meis piissima mente subvenire libellis, de quibus mentio facta fuerat, id est, quod necesse habet.

146.

Monachus quidam N. hortatur, ut iter cogitatum perficiat. Addit de paupertate sua.

Cod. 3 (fol. 34)[a].
Edd. S 61, W 152, G 141, J 147.

---

a) quiadhuc *3*. b) beficii *3*.
144. a) *Lemma:* item epistola. b) debitum *3*.
145. a) *Lemma:* item epistola.
146. a) *Lemma:* item epistola.

1) *Cf. infra p. 429 epistolam 148 a Berthgyth monacha scriptam huic simillimam.*

757-786 REVERENTISSIMO ATQUE SANCTISSIMO .N. EGO MINIMUS, NOMINE LATITO, SINE FINE SALUTEM IN DOMINO.

Audio de te, quod iter vis incipere; ortor, ut non deficeris. Eia fac, quod incipisti. Memento Saxonicum verbum:

Oft dædlata dôme[a] foreldit[b],
sigisîtha gahvem; swyltit thî âna [1].

Sed tamen tale quid in te haud scio. Non est hic operandum; sed tende, ubi messis
Matth. 9, 37. est, Deo adiuvante: sicut salvator dicit: 'Messis quidem multa, operarii autem[c] pauci' et cetera. De me quid dicam minimo? Qui sub regula alterius vixero[d]; nihil habens lucri, sicut omnium moris est hic habitantium; nihil habentes nisi cotidiana stipendia? Sed tamen non doleo propter nimiam paupertatem, quoniam Dominus consolavit nos
Matth. 5, 3. dicens: 'Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum regnum caelorum'.

147.

Berthgyth fratri suo Balthardo scribit, se desiderio eius teneri.

Cod. 3 (fol. 34'–35)[a].

Edd. S 63, W 151, G 140, J 148.

DILECTISSIMO FRATRI IN DOMINO ET IN CARNE CARISSIMO BALTHARDO[2] BERTHGYTH IN CHRISTI NOMINE SALUTEM.

Iob 10, 1. 'Tedet animam meam vitae meae' propter amorem fraternitatis nostrae. Ego
Ps. 26, 10. enim sola derelicta et destituta auxilio propinquorum. 'Pater enim meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem adsumpsit me'. Multae sunt aquarum con-
Cf. Gen. 1, 10. gregationes inter me et te, tamen caritate iungamur; quia vera caritas numquam locorum limite frangitur. Sed tamen dico, quod umquam non recessit tristitia ab
Cant. 8, 6. anima mea, neque per somnium mente quiesco: 'quia fortis est ut mors dilectio'. Nunc ergo rogo te, dilectissime frater mi, ut venias ad me aut me facias venire, ut te conspiciam antequam moriar; quia numquam discedit dilectio tua ab anima mea. Salutat te in Christo, frater, soror tua unica. Oro pro te sicut pro me diebus ac noctibus, horis atque momentis, ut sanitatem semper habeas cum Christo.

Vale vivens feliciter, ut sis sanctus simpliciter,
Tibi salus per saecula [3] tribuatur per culmina.
Vivamus soli Domino vitam semper in seculo.
Profecto ipsum precibus peto profusis fletibus[b]
Solo[c] tenus sepissima [4], subrogare auxilia:

---

a) dôme 3. b) foreldit 3. c) h' 3. d) fixero 3.
147. a) *Lemma:* item epistola. b) flectibus 3. c) sola 3.

1) *Hos versus Saxonicos Carolus Müllenhoff b. m. in usum Jaffei recensitos convertit sic:*
Saepe ignavus gloriam amittit,
victoriam quamcunque; moritur ideo solus.

2) *Centuriatores hunc Balthardum eundem esse, qui post monasterio Hersfeldensi abbas praefuit atque anno 796. obiit, coniecerunt (Cent. oct. Basil. 1567 p. 842). I. de Pflugk-Harttung, quem huius epistolae editio Jaffeana latebat (Forsch. z. D. Gesch. XVI, 589 n. 6), Wattenbach (G.-Q. I, 225), Hahn (Bon. u. Lul p. 139) hanc coniecturam valde incertam approbaverunt.* Signum manus Balthhardi *occurrit in chartis Anglicis a. 732. 738. 741. 742. datis (Birch, Cartular. Saxon. I, 215. 230. 231. 252).* 3) *Cf. supra p. 246 v. 38.* 4) *Cf. supra p. 245 v. 9. 10.*

Ut simus digni gloria, ubi resonant carmina 757-786
Angelorum laetissima aethralea laetitia[a]
Clara Christi clementia celse laudis in secula.
Valeamus angelicis victrices iungi[b] milibus,
Paradisi perpetuis perdurantes in gaudiis.
Elonqueel[c] et Michael, Acaddai, Adonai, Allevatia, Alleluia.

148.

Berthgyth fratrem suum Baldhardum obsecrat, ut ad se veniat.

Cod. 3 (fol. 35)[a].

Edd. S 64, W 150, G 139, J 149.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI ET IN SANCTA TRINITATE DILECTISSIMO FRATRI UNICO BALDHARDO [BERTHGYTH[b]] PERENNEM IN CHRISTO SALUTEM.

Notum sit tibi, quod venerunt ad me verba legationis tuae per fidelem nuntium nomine Aldraed[1], similiter et munera, quae cum intima caritate amplexi. Et nunc fateor tibi, quod implere desidero auxiliante Domino omnia, quae praecepisti mihi, si dignetur voluntas tua venire ad me: quia ullo modo fontem lacrimarum adquiescere Cf. Ier. 9, 1. non possum. Quando video et audio alias ituras[c] ad amicos suos, tunc recolo, quod a parentibus in iuventute derelicta fui et sola hic permansi. Et tamen a Domino derelicta non fui; sed gratias ago Deo de inmensa eius pietate, quam sepe non merentibus per misericordiae suae viscera donare consuevit, et sic nos incolumes servavit. Et nunc, frater mi, adiuro te atque deprecor, ut auferas tristitiam ab anima mea; quia valde nocet mihi. Dico enim: quamvis unius diei spatium sit, et iterum perrexeris iuvante[d] Domino in voluntate tua, tamen recedit tristitia ab anima mea[e] et dolor[f] de corde meo. Sin autem displicet tibi inplere petitionem meam, tunc Deum testem invoco, quod in me numquam fit derelicta dilectio nostra. At[g] nunc vero[h] dico tibi, quod meliora nescio, si[i] venire vis huc[k] quam quod[l] hic maneam. Sin autem aliter[m] tibi melius[n] placet, tunc indicare possum, quod mens mea desiderat, ut ego veniam[o] illuc, ubi requiescunt corpora parentum nostrorum, et temporalem vitam valeam[p] ibi finire et pervenire, ubi perfecta mansio esse[q] cernitur et regio vivorum et gaudia angelorum sine fine laetantium. Vale in Christo.

Munuscula quamvis parva, tamen cum maxima caritate honerata[r], quod tibi direximus per fidelem nuntium nomine Aldraed, id est wittam unam.

---

a) laetititia *3.* b) *an* victores iuncti? *J.*; iungi *ex coniect. Vallarsii.* c) *hos versus corruptos ita restituere conatus est Traube:*

Eloe Eloimque El et [Sabbaoth et] Michael
ac Saddai Adonai alleva iam alleluia;

cf. etiam Pitra, Spicilegium Solesmense III, 623.

148. a) *Lemma:* item epistola. b) Berthgyth *addidi; ab ea enim hanc epistolam esse, docet ep. 147 supra p. 428. J.* c) ituros *3, corr. Tr.* d) iubante *3.* e) anima amę *3.* f) dolo *3.* g) et *3, corr. Tr.* h) vere *3, corr. Tr.* i) me *addidit J.* k) illuc *3, corr. Tr.* l) *add. Tr.* m) aliut aliter *3.* n) melior *3.* o) ut eveniam *3, corr. Tr.* p) *add. Tr.* q) esset *3.* r) notum sit *vel simile quid hic deesse videtur Tr.*

1) *Si hic Aldraed nuntius idem esset, quem Aldredum supra (ep. 72 p. 339) Ingalice presbyter vocavit, ut utraeque literae eodem fere tempore scriptae essent, inde sequeretur.*

757-786

Pro me, quaero, oramina precum: pandent precipua
Tua formosa famina, tuae sophae ....[a] entiae,
Ubi[b] nova ac vetera utens[c] dira discrimina
Christus abolet crimina[d] cum inmensa clementia,
Ut armata[e], angelicis , vallata legionibus
Dextro adlever[f] latere dialique maiestate.
Have, care crucicola, salutate[g] a sorore[h]:
Fine tenus feliciter[1] famam serva[i] simpliciter.

149.

Precationes sollemnes[2].

Cod. 3 (fol. 47—48).
Edd. S 73, W 145, G 135, J 150.

Oratio pro semet ipso.

Domine Iesu Christe, propitius esto mihi peccatori; quia tu es inmortalis et sine peccato solus. Domine Deus noster, tu es benedictus, qui benedicis omnia; tu es sanctus, qui sanctificas. Domine Deus noster, indulge mihi, famulo tuo, quia peccator sum et indignus, quia presumerim[a] ad sanctum altarem tuum invocare, quia peccavi coram te et coram angelis tuis; sed tribue nobis indulgentiam delictorum. Et confirma sancta ecclesia tua in fide ortodoxa[b]; et doce nos facere voluntatem tuam omnibus diebus vitae nostrae per Dominum.

Secreta.

Suscipe, clementissime pater, hostiam placationis et laudis benignus, quas tibi offero, indignus famulus tuus, pro famulis et famulabus tuis. Quia tu scis[c] figmentum
Cf. Ps. 102, 14. meum; tu scis[c] omnia, quae[d] egi in conspectu tuo et in conspectu sanctorum tuorum;

---

a) *lacuna;* sophiae flentia *emend. Traube.* b) uti *3, corr. Tr.* c) uti *3, corr. Tr.* d) cremina *3.* e) *an* et Maria? *J.* f) ac levo *3, corr. Tr.* g) salutata *3;* salute tu *Tr.* h) sorere *3;* sororea *Tr.* i) serve *3.*

149. a) presumeris *3.* b) orto *3.* c) tuescis *3.* d) qui *3.*

1) *Cf. supra p. 246 v. 39.* 2) *His precationibus et in codice (3) et in editionibus praefixum est fragmentum libelli cuiusdam sic incipiens:* Interdum enim et iuxta meritum plebium eleguntur persone[a] electorum, unde noverunt[b] populi meriti sui regimen preversi suscepisse pontifices. Quod autem his, qui[c] post baptismum aliquid mortali peccato corruptos ad sacerdocium non promoveatur, lex ipsa
Cf. Lev. 1, 10. testatur. Moyses enim in lege precepit sacerdotibus, ne aliquod pecus viciatum offerant ad aram Dei,
Cf. Mal. 6-8. quod ipsud postea spernentibus sacerdotibus Israhel pro Malachiam inproperavit Deus dicens: 'Vos estis sacerdotes, qui polluistis nomen meum et dixistis: In quo polluimus eum? Offerentes super altare meum panem pollutum, et offerebatis[d] cecum et languidum'. Unde[e] et in Numeris[f] vitula
Cf. Num. 19, 2. rufa, cuius cinis expiatio populi est, non aliter iubetur offerri[g] ad altare Domini, nisi que terrena opera non fecerit[h] iugumque delicti[i] non traxerit nec vinculis peccatorum fuerit alligata[k]; sed quid plura subieciamus? Si enim his, qui, iam in episcopatu vel in presbiterio[l] positus, mortale peccatum aliquod admiserit, non debet offerre panes Domino, quanto magis ante unusquisque sciens, quod[m]
Sap. 6, 7. 'potentes potenter tormenta patientur', retrahant se ab hoc non iam honore quam onere[n], et aliorum locum, qui digni sunt, non ambiant occupare. Qui enim in erudiendis[o] adque instituendis ad virtutem populis[p] preest[q], necesse est ut in omnibus sanctus sit et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim aliquid de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus.

a) prosone *3.* b) noberunt *3.* c) que *3.* d) offer abbatis *3.* e) une *3.* f) humeris *3.* g) offerre *3.* h) feci *3.* i) dilecti *3.* k) alligatus *3.* l) presbitero *3.* m) que *3.* n) qua honore *pro* quam onere *3.* o) erudientis *3.* p) populus *3.* q) perit *3.*

qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Et respice in me et miserere mei. Quia tu es clemens et misericors Deus, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen. 757-786 Ezech. 33, 11.

Domine, concede mihi pacem et sanitatem, fidem et castitatem, victo et vestito. Et tu, Domine, de limo terre fecisti me, ossa et nervos firmasti me, spiritu sancto tradidisti me. Tuus sum, Domine; custodi me. Domine Iesu Christe, filius Dei vivi, qui me creasti, ex toto corde meo, ex tota anima mea et ex tota fortitudine mea te adorare presumo. Post baptismo sancto accepi et feci contra voluntatem tuam verbo, in cogitatione, in operatione; indulge peccata mea. Et qui in me peccavit, ante conspectum Dei et omnes virtutes angelorum his demitto. Domine Deus omnipotens, confiteor tibi peccata mea, que feci et gessi: presta mihi veram penitentiam, domine excelsi. Peccavi, Domine, in somnium et pegritia. Peccavi, Domine, miser in sacramenta; heu, miser, mea voluntate pollui; heu miser, tanta sunt in me peccata. Deus, miserere. Qui nullum vis perire, presta mihi veram penitentiam et digna me exaudire.

150.

Monachi quidam praeposito cuidam de agitanda fratrum mortuorum memoria scribunt.

Cod. 3 (fol. 71')[a].
Edd. S 108, W 144, G 134, J 151.

SANCTIS ET VENERABILIBUS FRATRIBUS, ILLI PREPOSITO OMNIBUSQUE SIBI IN CHRISTO SUBIECTIS, FRATRES EX MONASTERIO ILLO IN CHRISTO SALUTEM.

Direximus itaque fratrum nostrorum nuper defunctorum nomina, ut eorum in vestris sanctis orationibus solito more memoriam habeatis et ad cetera deinceps monasteria eadem nomina scripta dirigatis; sicut et nos facimus, quoties de vobis sive de ceteris monasteriis defunctorum fratrum nomina veniunt. Hoc est ... reliqua[b].

150. a) *Lemma:* Precatorium memorandi fratrum defunctorum. b) rl̃ *3.*

APPENDIX EX BENEDICTI LEVITAE ADDITIONE IV C. 88.

Codd. Vatican. Palatin. 583 f. 234 (P) cont. K. Schottmüller, Goth. (G) cont. Pertz. Edd. Mon. Germ. Leg. II, P. II, 152; Regino de synodalibus causis II app. I c. 48, app. II c. 29 ed. Wasserschleben p. 411. 441. — Jaffé, Reg. 2187. *715—731.*

EX EPISTOLA[a] BEATI GREGORII PAPAE BONIFATIO ARCHIEPISCOPO MISSA, IN QUA INTER CETERA ITA LEGITUR[b] DE VIDUIS.

Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit di-
Cf. 1. Tim. 5, 12. 15. lectio tua, frater carissime, credo te nosse a sancto apostolo[c] Paulo et a multis sanctis patribus, nisi convertantur, olim esse dampnatas; quas et nos apostolica auctoritate dampnandas et a communione fidelium atque a liminibus aecclesiae arcendas fore censemus, usque dum[d] oboediant episcopis suis et ad bonum, quod cęperunt, invitae[e] aut voluntariae revertantur. De virginibus[1] autem non velatis, si deviaverint, a sanctae memoriae[f] praedecessore nostro papa Innocentio taliter decretum habemus[2]: 'Hae vero, quae necdum sacro velamine tectae tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, si nupserint, his agenda aliquanto tempore poenitentia est; quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit'? et cetera. Nam si virgines nondum velatae taliter penitentia publica puniuntur et a caetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduae, quae perfectioris aetatis et maturioris sapientiae atque consilii existunt virorumque consortio multotiens usae sunt et velari se permiserunt habitumque religionis assumpserunt et demum apostataverunt atque ad priorem vomitum[g] sunt reversae, a nobis et ab omnibus fidelibus a
Cf. Prov. 26, 11. liminibus aecclesiae et coetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae et carceribus tradendae, qualiter iuxta beatum apostolum Paulum 'tradentes huiusmodi
1. Cor. 5, 5. hominem Satanae in interitum carnis[h], ut spiritus salvus sit in die Domini'. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur dicens: 'Auferte malum de medio vestri'.
Deut. 13, 5. De quibus et per prophetam ait: 'Laetabitur iustus, cum viderit vindictam: manus
Ps. 57, 11. suas lavabit in sanguine peccatoris'. De talibus namque[i] eorumque[k] similibus atque

a) exempla *pro* ex epistola *P.* b) decretum *add. P.* c) populo *P.* d) *om. P.* e) invitus *P.* f) sancta memoria *P, G.* g) votum *P, G.* h) in interitum carnis *om. P, G.* i) nanque *P.* k) eorum *P.*

1) *Cf. Würdtwein, Ep. Bon. p. 213 XXI; Jaffé, Bibl. IV, 28.* 2) *Epist. ad. Victric. c. 13 ed. Hinschius p. 531; Jaffé, Reg. 293 (90).*

715-731

eisdem consentientibus, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, rei sunt, Dominus per eundem prophetam David loquitur dicens: 'Videbas Ps. 49, 18. furem et[a] currebas cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas'; et multa talia, eorumque similia. Tales vero personae indubitanter adulterae esse manifestantur: quoniam relicto immortali sponso ad anteriorem ut canes ad proprium sunt Cf. Prov. 26, 11. reversae vomitum, et apostatae factae inlicita ac sacrilega se contagione polluentes viris mortalibus se conglutinaverunt: quae etiam iuxta eundem Paulum apostolum, eo Cf. 1. Tim. 5, 12-15. quod viduitatis propositum dimiserunt et fidem, quam cum Deo pepigerunt, frangere praesumpserunt atque primam fidem praevaricaverunt, sunt dampnandae[b] a nobisque et vobis atque a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet, sua in diocesi, a liminibus ecclesiae et a coetu fidelium usque ad satisfactionem, ut praedictum est, sunt eliminandae. A talium autem consortio et societate omnes fideles in omnibus abstinere mandamus. Super quibus etiam placuit, quousque in ipso detestando et inlicito atque sacrilego carnis contubernio perseverant, ut nullus christianorum, nisi quibus proprius studio corrigendi[c] iusserit episcopus, cum eis in quoquam communicet aut ad domum, in qua sunt, accedat: cum quibus etiam, ut iamdictus sanctus praecipit apostolus, nulli fidelium cibum sumere licet. Quod si quis ex his quicquam temptare Cf. 1. Cor. 5, 11. aut temerare praesumpserit, pari cum eis excommunicationis sententia feriatur.

a) *om. P.* b) dampnande *P.* c) corrigenda *P.*

VII.

EPISTOLAE AEVI MEROWINGICI COLLECTAE.

RECOGNOVIT

WILHELMUS GUNDLACH.

1.

c. 524-533 *Cyprianus Telonensis episcopus Maximum Genavensem episcopum improbantem, quod Christum hominem passum esse dixerit, rectam fidem suam docet responsumque ut per Caesarium (Arelatensem) episcopum sibi mittat rogat. c. 524—533.*

Cod. Coloniensis 212 (quondam Darmstad. 2326) saec. VII. scriptus (fol. 113)[a]. *Nunc primum edita.*

DOMNO SEMPER SUO MAXIMO EPISCOPO CYPRIANUS EPISCOPUS.

Pervenit ad parvitatem meam, quod beatitudo vestra inpiritiam nostram iudicet esse culpandam, eo quod Deum hominem passum dixerim. Sed si vel apostholi sententias adtendites vel patrum testimonia consideratis vel etiam symbuli textum diligenter scrutari iubetes, puto, quod et ipsi hoc iuxta fidem rectam quod fatemur debeatis recipere et praedicare, quia, sicut credimus ex virgine Deum natum et ipsum hominem Deum
Rom. 9, 5. factum, ita et credimus crucifixum, dicente apostholo: 'Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula'; et post aliquanta, istum, quem Deum esse benedictum in saecula dixit, audi, quid de eo credendum doceat:
Rom. 10, 9. 'Si enim confitearis[b]', inquid, 'in ore tuo dominum Iesum et credediris in corde tuo, quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris' — utique quem dominum ore con-
1. Cor. 1, 22-24. fiteris, corde suscitatum a mortuis credere omnino iuberis; et alibi: 'Iudaei signa petunt, Graeci sapientiam quaerunt; nos vero praedicamus Christum Iesum et hunc crucifixum, ipsis vero vocatis Iudaeis adque Graecis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam' — adverte, quia, quem crucifixum dixit, ipsum Dei sapientiam confitetur.
1. Cor. 2, 8. Adhuc apertius audi aposthulum protestantem: 'Si enim', inquid, 'cognovissent, numquam
Act. 3, 14. 15. dominum gloriae crucifixissent'; et in Actibus beatus Petrus Iudaeis: 'Petistes', inquid, 'virum humicidam donari vobis; auctorem vero vitae interfecistes'; sed inibi beatus
Act. 20, 28. Paulus: 'Adtendite', inquid, 'vobis et universo gregi[c], in quo vos spiritus sanctus posuit

---

1. [a]) exempl. epist. dom. cypriani episcopi telonensis ad sanctum maximum episcopum ienavensim *praem. c.* [b]) a *superscr. c.* [c]) graeci *c.*

episcopus regere ecclesiam Dei, quam adquesivit sanguine suo'. Legimus auctorem c. 524-533
vitae interfectum, legimus ecclesiam Dei sanguinem adquisitam, legimus Dei sapientiam
et dominum gloriae crucifixum: et negavimus hominem Deum passum, cum alibi dicat
apostholus: 'Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi'? Illud etiam evidens 2. Cor. 5, 19.
testimonium est, quod Thomas apostholus post resurrexionem domini ad confirmanda
corda nostra de eodem domino passo, inspectis cicatricibus adque palpatis, sit pro-
fessus: 'Deus', inquid, 'meus et dominus meus' — utique postquam clavorum signa Ioh. 20, 28.
perspexit et cicatricum vistigia contrectavit, sic hanc vocem credulitatis emisit. Et
si apostholi hoc dixerunt, quare me, veneratorem vestrum, repraehendites, cum
apostholis vera sentire?

Certe symbolum, quod et tenemus et credimus, hoc continit: 'Credo in Deum
patrem omnipotentem, credo et in Iesum Christum, filium eius unigenitum, domi-
num nostrum' — ecce explicitae sunt persone patris et filii secundum deitatem.
Quid vero pro redemptione nostra filius unigenitus Deus egerit, audi, quod sequitur:
'Qui conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria virgine' — utique subaudis: uni-
genitus Deus, quia non aliam nomenasti personam — 'passus', inquid, 'sup Pontio
Pilato' — qui utique filius unigenitus Deus — 'crucifixus et sepultus'[1] — qui nihilo-
minus unigenitus Deus — 'tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in caelos, sedet
ad dexteram patris, inde venturus iudicaturus vivos[a] ac mortuos' — qui utique, quem
superius es confessus, filius unigenitus est. Et quia haec omnia secundum hominem,
quem inamissibiliter et aeternaliter sumpsit ex virgine, passus creditur Deus, quia
ipse homo factus est Deus, evangelista dicente: 'Et verbum caro factum est et habi- Ioh. 1, 14.
tavit in nobis', miror, quare fidem meam in hac parte, si tamen virum est, repraehen-
dire voluistes: quia, sicut nec in natura sua pati potuit deitas, ita nec in universum
mundum a captivitate diaboli sola liberare potuissit humanitas: sed per unitatem per-
sonae ita filius hominis dicebatur in caelo esse, cum essit in terris, sicut dominus
gloriae in terris crocem creditur pertulisse, cum sene dubio non divinitatis substantiam,
sed humanitas in Deum adsumptam pertulerit: sicut ait quidam doctissimos[2]: 'Miro
quodam', inquid, 'et incogitabilis modo passus est Deus, et non est passa divinitas':
et alius[2] de domino ita dixit: 'Quem in croces mortem dominum maiestatis agnoscimus
et in gloria divinitatis Deum, hominem confitemur'. Legite etiam, immo relegite,
quia non dubito vos legisse beati confessores Helari libros, et ibi evidenter agnoscites
eum contra hereticos agentem hoc spicialiter confiteri: qui inter cetera sic dicit, ut
per inmortales Dei morte mortalium vita renovetur.

Ipse etiam dominus dixit in evangelio de carne sua: 'Panes enim Dei est, qui Ioh. 6, 33.
discendit de caelo et dat vitam mundo'; et subiunxit: 'Ego sum panes vitae'; et Ioh. 6, 48.
paulo post: 'Et panes, quem ego dabo, caro mea est pro mundi[b] vitam'; et post Ioh. 6, 52.
pauca: 'Amen dico vobis: Nisi manducaberites carnem filii hominis et biberites eius Ioh. 6, 54.
sanguinem, non habibetis vitam in vobis', et reliqua quae secuntur. Et ut ostenderit,
per unitatem personae ipsum adsumptum hominem Deum esse, sic conclusit: 'Sciens Ioh. 6, 62. 63.
autem Iesus apud semet ipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis:
Hoc vos scandalizat? Si ergo viderites filium hominis ascendentem, ubi erat prius?'
Diligenter considerate, quia per unitatem[c] personae etiam carnem filii hominis dicit
de caelo discendisse, cum nulli dubium sit, ex virgine Maria natum fuisse; et illud
vidite, quod in croce pendens latroni paradysum de cruce donavit. Cf. Luc. 23, 43.

a) vivis *c.* b) i *ex* o *corr. c.* c) m *per singula puncta supra et infra posita irritam redd. c.*

1) *Ne 'descensus ad inferos' omissus putetur; nam eum usque ad sextum saeculum plurimis formulis deesse constat; cf. Herzog & Plitt, Real-Encyclopaedie VI, 193.* 2) *Neque doctissimum illum neque alterum exquirere potui.*

[c. 524-533] Sed in hymno, quem omnes ecclesia toto orbe receptum canit[1], cottidie dicemus: 'Tu es rex gloriae, Christus; tu patri sempiternus es filius'; et consequenter subiungit: 'Tu ad liberandum subcepturus hominem, non orruisti virgines uterum; te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos praetioso sanguine redimisti'. Et hic diligenter adverte, quod, cui superius confitemur: 'Tu patri sempiternus es filius', huic inferius supplicamus dicentes: 'Te ergo quaesumus, tuis famolis subveni, quos praetioso sanguine redimisti'; quia adsumptus homo in Deum et homo factus est [et][a] Deus numquam distitit esse Deus; sed per unitatem personae et hominem Deum et Deum hominem [Ioh. 3, 13.] confitemur, sicut ipse docit, quod iam superius memoravimus: 'Nemo', inquid, ascendit in caelum, nisi qui discendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo' — utique in terra loquebatur filius hominis et in caelo erat, secundum quod Deus erat; nam si seorsum das, quae secundum hominem passus est, homini et seorsum, quae secundum divinitatem operatus est, Deo: duos quodammodum Cristos facis et Nestorianum, quod absit, errorem incurris.

Quae cum ita sint, salutans plurimum quaeso, ut me sanctis praecibus vestris Domino commendetes, et, relictis suggestionibus meis vel patrum definitionibus, id est sancti Helarii confessores[2] vel etiam libellum satisfactionis Lepori[3], in quo, dum errores sui veniam petit, fidem catholicam luculenter adseruit[b], quomodo vobis placeant, opto per primam occationem beatitudinis vestrae rescripto cognoscire; quia, etsi ad me forte difficili aest pro longinquiori viam attendi[c] aditus, fratri vestro, domno meo Caesario, dirigite, per quem ad me poterunt facillimae vestrae epistulae pervenire; aut, si forte vobis, Deo revelante, videtur, ut aliquid melius credi debeat, hoc ipsum, quaeso, vestris litteris indicetes, quia me non pudit, perfectiora cottidie discire, sicut etiam supradictus sanctus Helarius docuit: 'Quod vobis ad locum credidi dirigendum, ut agnoscates me veraciter velle et desiderare cottidie cum Dei adiuturio, quae meliora sunt, adsequi nec rennuere', sicut quosdam audivimus facere, qui dicunt: 'Ergo modo nos discire habemus, ut de nobis dicatur, quod actinus non bene crededissimus, et inperfecta fuerit fides nostra'; sed potius secundum beatum apostholum Paulum, [1. Thess. 3, 10.] qui scribens Tessalonicensibus dicit: 'Nocte', inquid, 'et die orantes, ut videamus faciem vestram et suppleamus ea quae desunt fidei vestrae'; quando enim suppletur quod defuit, non inprobatur quod fuit; quod minus erat additur, non quod inerat tollitur; additur ad aedificium, non subtrahitur fundamentum. Sed forte aliquis dicit: 'Hoc incipientibus in fide dici potuit'! Qui hoc dicit legat et inveniet eisdem scriptum, quibus [2. Thess. 1, 3.] dixerat: 'Quoniam supererescit', inquid, 'fides vestra et abundat caritas uniuscuiusque [1. Thess. 1, 7, 8.] invicem'; et alibi: 'Ita ut facti sitis formam omnibus credentibus in Machedonia, et in omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profecta est'. Et ideo bene credentibus ingratum non debit esse, si semper instituti melioribus proficiant, et intellectus eorum [Phil. 3, 15.] doctrinis perfectioribus instruatur, sicut beatus apostolus Fylippensibus scribit: 'Quicumque', inquid, 'perfecti, hoc sintiamus[d]; et, si quid aliter sapientes[e], et hoc nobis Deus revelavit'.

a) *addendum videtur.* b) *interp.* et *c.* c) et tendi *c.* d) a *superscr. c.* e) *aut addendum* estis *aut corrigendum* sapitis *videtur.*

1) *In hymnis publici iuris factis verba quae sequuntur non inveni.* 2) *Pictariensis episcopus dicitur; sed verba quae infra citantur in eius libris qui supersunt non vidi.* 3) *Leporii presbyteri libellus emendationis sive satisfactionis: Opuscula dogmatica veterum quinque scriptorum ... nunc primum in lucem edita sudio et opera Iacobi Sirmondi (Parisiis 1630) p. 1—28 (Migne, Patrol. lat. XXXI, 1221—1230).*

2.

Troianus (Santonensis) episcopus Eumerio (Namnetensi) episcopo consulenti de quodam puero, qui, num baptizatus sit, se nescire dicit, respondet, illum secundum canones statim baptizandum esse. c.532. c.540 *c. 532.*

Codd. Parisini latini (P 1 =) 1564 (Colb. 1863, Reg. 3887 4—4) saec. IX. scriptus (fol. 21), (P 2 =) 1454 (ex bibl. Guill. Sacheri, Maz., Reg. 4241) saec. IX. X. scriptus (fol. 222'), (P 3 =) 3842 A (Thuaneus, Colb. 932, Reg. 3887/12) saec. IX. X. scriptus (fol. 193')[a], a viro cl. Augusto Molinier collati.

Edd. Sirmond, Conc. Gall. I, 259. — Mansi, Conc. IX, 108; Migne, Patrol. lat. LXVII, 995.

DOMNO SEMPER SUO EUMIRIO[b] EPISCOPO TROIANUS EPISCOPUS.

Deferentibus diaconibus, quos ad humilitatem meam misistis[c], litteras vestrae sanctitatis accepi[d], quibus consuletis[e] de quodam puero, qui nescire se dicit, si fuerit baptizatus, nisi hoc tantum recolit, quod de lenteo[f] caput habuit involutum; quod frequenter infirmantibus post dolorem fieri solit[g], ne[h] capud[i] algeat[k], et recidivam incurrant. His itaque reddo in Domino debitum salutationis officium et, quod a maioribus nostris statutum est, indubitanter indicare praesumo. Statutum[l] noveris, ut, quicumque se baptizatum fuisse non recolit, nec ab alia persona id factum fuisse[m] probatur, baptismum absque ulla[n] dilatatione[o] percipiat, ne a[p] nobis illius anima, si a baptizatis separata fuerit, requiratur.

Ora pro nobis[q], domne merito in Christo beatissime[r].

3.

Leo (Senonensis) episcopus Childebertum I. regem petentem, ut Meleduni episcopum aut ipse ordinet aut ordinare alium sinat, docet, se ei obtemperare, invito rege suo Theodeberto I., neque posse neque velle, canonibus vetantibus. *c. 540.*

Cod. Parisinus latinus 12097 (Sangerm. 936, Corb. 26) saec. VI. VII. scriptus (fol. 194'), a viro cl. Augusto Molinier collatus.

Edd. Ruinart, Opp. Gregorii Turon. App. col. 1328; Sirmond, Conc. Gall. I, 258. — Bouquet, Rec. IV, 60; Mansi, Conc. IX, 107; Migne, Patrol. lat. LXVIII, 11.

DOMNO INLUSTRI, GLORIOSISSIMO DOMNO ET IN CHRISTO FILIO CHILDEBERCTHO REGI LEO EPISCOPUS.

Litteras celsitudenis vestrae honore, quo dignum est, me indeco suscipisse, ubi sperare dignamini, ut ad ordenandum Mecledoninsim episcopum aut praesentiam nostram adesse debeat aut consinsus. Quam rem valde admiratus nos gloria vestra cognuscat, quod primum sine iussu gloriosissimi domni principis nostri, filii vestri [1], Theudoberthi regis, cuius somus regni ordenatione subiecti, iniungetis, ut ea, quae anteacto tempore facta non sunt, nunc praesentia nostra aut consinsum debeant incoari; praecipuae numquam nec suspecari nec credire potuemus, quod hanc aut ordini nostro aut aetate temporibus vestris vellites iniuriam generari, ut diocisim nostram a Deo nobis com-

---

2. a) epistola troiani episcopi ad eumerium episcopum de puero loqui nescire si fuerit baptizatus *praem.* P2. 3. b) eumerio P2. 3. c) misisti P2. 3. d) *add.* in P2. 3. e) consulitis P2. 3. f) linteo P2. 3. g) solet P2. 3. h) nec P1. 3. i) caput P2. 3. k) augeat P2. 3. l) statim P2. 3. m) *interp.* non recolit P2. 3. n) *om.* P3. o) dilectione P2. 3. p) *om.* P2. 3. q) me, *quae sequuntur omittens* P2. 3. r) baptimi P1.

1) *Non proprie; nam Theodebertus I. filius est Theoderici I., fratris Childeberti I.*

c. 540.552 missam et usque nunc pontificali ordine Deo propitio custoditam tamquam negligentes ac desides ad alterius permittamus potestatem transire aut sollicitudinem inracionabili diliberatione transferri. Unde salutantes digno ac debito in Deo caretatis affectu rogamus et contestamur, ne ullus pontificum contra statuta patrum audeat facere, unde possit sinodali examinatione convictus de inlicita praesumptione culpari. Illa tamen vestris debent fieri, Deo inspirante, temporibus, unde et pax inter sacerdotes esse possit, et plebs non permittatur a pastores proprii custodia per novam et inlicitam ordinationem divelli. Custodite, quaeso, statuta patrum et canonum severitate constricti non patiamini, sicut scribites, ad petitionem eius plibes, superstite[a] proprium sacerdote, alterum episcopum ordenari; quia, si hoc petunt, quod nefas est credi, desertoris potius iudicandi sunt quam fedelis. Et non eorum praeces facile audiri debent a principe, quorum petitionebus potius generentur scandala, quam pax Deo amata Cf. Rom. 10, 15. servetur; quia, sicut beati sunt pedes pacem portantes, ita vae his dictum est, per Cf. Matth. 18, 7. quos venit scandalum. Qui[b] si fortasse ob hoc alterum episcopum sibi fieri rogant, quia nos interclusis itineribus ad eos nec visitatorem mittere possumus nec venire, ista culpa nos non respicet; quia, si iter a vestra parte, sicut optime nostis, interclusum tanto tempore non fuissit, quamvis senix aut infirmi, populum nobis ecclisiastica disciplina commissum requirire potueramus aut certe visitatorem, sicut canones statuunt, distinare. Nam gloria vestra optime debit et credire et scire, quia, si contra statuta canonum quicumque episcoporum sine consinsum nostrum Mecledone episcopum voluerit ordenare, usque ad pape notitiam vel sinodale audientiam tam hi, qui ordenaverint, quam qui ordenatus fuerit, a nostra erunt communione disiuncti.

Leo Christi servus subscripsi.

4.

Clerici provinciae Mediolanensis ab hominibus fide dignissimis instructi legatum quendam regis cuiusdam Merowingici Constantinopolim proficiscentem certiorem faciunt, quanta et qualia Vigilius papa, a (Iustiniano) imperatore Constantinopolim accitus, ut contra concilium Calchedonense Tria Capitula damnet, et Datius suus ipsorum episcopus passi sint, quidque actum sit, ut in Italia Vigilio et Datio obtrectetur. Quod ne in Gallia cum per alios tum per Anastasium, quem Aurelianus Arelatensis episcopus ante hoc biennium Romam miserit, efficiatur, petunt, ut per litteras episcopi Gallicani de rebus Constantinopoli gestis edoceantur et commoneantur, ut animos papae Datiique consolando confirment, ipse autem legatus, cum Constantinopolim pervenerit, id studeat, ut Datius ad ecclesiam suam revertatur[1]. 552.

Cod. Berolinensis, Phillippicus 1743 (Meerm. 576) saec. VII. VIII. scriptus (fol. 284')[a].

Edd. Sirmond, Conc. Gall. I, 294 (S). — Mansi, Conc. IX, 151; Migne, Patrol. lat. LXIX, 113.

Ita se in omnibus gentibus christiana fides, gratia divina operante, defundit, ut, quantumlibet quis in isto saeculo proficiat, illa magis quę ęterna sunt per ipsius fedem et amorem cupiat obtenere, sciens, quia[b] in hac vita nemo esse perpetuos potest, in illa autem aut in requie aut in poenis[c] perpetuis[d] sit futurus. Et propteria audientes vestram gloriam ad regiam urbem[e] in legationem esse directam, cognuscentis etiam

3. a) suprestite c. b) u *superscr.* c.
4. a) incipit epla legatariis *praem.* c. b) qui c. c) is *ex* a *corr.* c. d) perpetuos c. e) urbum *corr., ut videtur, ex* uerbum c.

1) *Cf. ad hanc epistolam: Punkes, Papst Vigilius und der Dreikapitelstreit (München 1864) passim.*

per aliquos, qui se vestri noticiam habere dixerunt, famam et sapienciam vestram. 552
haec vobis de multis, quae acta sunt, pauca ad instructionem quaecumque occansione referenda transmisemus: per que cognuscatis persecutionis et violencias, quas illic[a] sacerdotis catholici[b] et, quicumque eclesiasticas regolas servare voluerint, paciuntur.

Veniens enim ibi ante sex annus istus beatissimus papa Vigilius, magis autem, ut quod virius est dicatur, prope violenter deductus, coeperunt ibi ipsum expectare, ut damnationem alicorum capitulorum facerit, per quam sancta sinodus Calchidoninsis, quae fidem catholicam, insistente tunc[c] beatissimo papa Leone, contra diversas heresis, vindecavit, modis omnibus solveretur. Sed cum papa Vigilius in hac parte non vellit adhibere consensum, iam tunc ei talis violencia facta est, ut publice in conventu clamarit: 'Contestor, quia, etsi me captivum tenetis, beatum Petrum apostulum captivum facire non potestes'. Postea tamen tractato habito praedictus sanctus[d] papa Vigilius sub aliqua dispensatione ipsam causam ordinaverit, sollicite monendo[e], ne per occansionem aliquam supradicta[f] sinodus pateretur iniuriam. Et quamvis nec hoc quod papa fecerat adquieverunt[g] Affri[h] et Illiriciani atque Dalmate sacerdotis recipere, tamen coepit iterum saepedictus beatissimus papa Vigilius ad hoc conpelli[i], ut absolutae ipsa capitula sine sinodi Calchidoninsis mentione[k] damnarit. Sed papa, non adquiescens hoc facire et videns se nimium ingravari, dixit tunc serenissimo principi: 'Veniant huc[l] fratris nostri[m] ex omnibus provinciis quini aut sini episcopi, et, quicquid sub tranquilitate tractato habito omnibus visum fuerit, cum pace disponemus, quia sene consensu omnium ista[n], quae et sinodum Calchedoninse in dubio venire faciunt et scandalum fratribus meis generant[o], solus facire nullatenus adquiescam[p]'. Missi sunt ergo a[q] clementissimo[r] principe[s] ad Affricam et Hilliricum, ut venire episcopi debuissint. Sed de Illirico nullus[t] venire voluit. De Affrica vero iam cum aliqui proximare civitate regiae dicerentur[u], dixit papa Vigilius principi, ut, si ei non sufficerit illud quod ante decreverat, redderit, et tamquam de novo[v] causa cum his qui venire nonciati sunt tractaretur. Praestitet igitur Deus, ut hac ratione sanctus papa Vigilius constitutum, quod in[w] ipsa causa fecerat, publicae in conventum reciperet[x], denoncians, quia, si quis Grecorum episcoporum usque ad universalis concilii tractatum de istis capitulis aliquid fecisset[y] aut facientibus adquievessit, a[z] communione[a] sedis apostolicae alienus existerit: quoniam frequenter ipsi episcopi Greci ad volumptatem principis[b] damnaverant capitula ipsa, unde causa muta est, sed beatissimus papa manus eorum a[c] serenissimo imperatore[d] receperat. Sunt Greci episcopi habentes[e] divitis et opolentas eclesias et non paciuntur duo mensis a rerum eclesiasticarum dominacione suspendi: pro qua re secundum tempus et secundum volumptatem principum, quidquid ab eis quaesitum fuerit, sine altercatione consenciunt. Cum Affri episcopi, de quibus supra[f] dictum est[g], in civitate regia pervenissint, coeperunt eis nunc blandimentis, nunc terroribus extorquere, ut praeberint in capitolorum damnatione consensum. Sed cum nullatenus eis extorquire potuissent, concinnata est causa sancto Reparato episcopo Charthageniensi, quasi[h] Hariobindam[i] magistrum[k] miletum[l] [1] a Guntharit tiranno in Affrica fecissit occidi et sub hoc colore in exilio depotatus est. Hoc videntis alii duo[l] [2], qui

a) *ita corr. ex* illuc *c.* b) catholicae *c.* c) c *in loco raso: initio* tum b *(?) c.* d) praedictuses *c.* e) moniendo *c.* f) supradictā *c.* g) *ita S;* adquieveras *c.* h) arrio *c.* i) compellit *c.* k) *ita S;* monitione *c.* l) hic *c.* m) m *c.* n) et *interp. c.* o) et *interp. c.* p) acquiescam *S:* adquiescunt *c.* q) ad *c.* r) clementissimum *c.* s) principem *c.* t) *add. S.* u) diceretur *c.* v) nova *c.* w) *add. S.* x) recipere *c.* y) fecisse *c.* z) *bis scr. c.* a) comunion *c.* b) princeps *c.* [a) l. 30] c) ad *c.* d) imp *c.* e) h *superscr. c.* f) opera *c.* g) *superscr. c.* h) *ita S;* sex annus *c.* i) harioindam *c.* k) magum *c.* l) due *c.*

1) *parentem imperatoris; cf. Punkes, Papst Vigilius p. 91.* 2) *Verecundus Iuncensis et Primasius Adrumetinus episcopi; cf. ibidem.*

552 inter ipsos et sanctitate vitae et divinarum scripturarum scientia sunt ornati, ad[a] sanctam Eufimiam Calchidonam fugerunt[b] et ibi usque hodie sub tanta necessitate iacent, ut, cum infirmitate corporis laborantis nec medicum invenire merentur, pericula inmensa susteneant. Praefectus vero Affricae, si quos invenit in Africa episcopos[c] aut causas proprias habentes aut simplices vel ignarus aut venalis et paratus ad praemium, collegit et direxit inde unumquemque[d]. Ex quibus tamen unus ante istus VII annus pro adulteriis suis tunc de civitate[e] regia cum obprobrio eiectus et in navem inpositus ad Affricam est directus. Et ecce per qualis hominis in singolis provinciis sanctae ęclesiae dissinsionis et scandala generantur: mittunt etiam ad Carthaginem et[f] alium in loco sancti Reparati[g] episcopi contra omnes regolas et contra omnia statuta patrum[h] episcopum ordinari fecerunt; quod cum nimia effusione sanguinis et interitum multorum innocentum hominum fecisse dicuntur. Constantinopolim vero coeperunt iterum beatissimo papa Vigilio conpellere, ut, si Afri atque Hilliriciani vel Dalmate episcopi nullent, ipse cum Grecis episcopis eadem capitula condemnaret[i]. Sed beatissimo papa Vigilio nullatenus adquiescente, edicta ex nomine imperiali tam in eclesiam Constantinopolitanam[k] quam in diversis locis suspendi fecerunt, per quae eadem capitula damnarentur. Quo facto beatissimus papa omnis episcopos[l] admonuit dicens: 'Quicumque[m] edictis istis consensum praebere voluerit, sciat se ab apostolicae sedis communione suspensum[n]'. Sed et sanctus Dacius Mediolanensis episcopus contestacionem omnium[o] sub magna voceferatione deposuit dicens: 'Ecce ego et pars omnium[p] sacerdotum, inter quos eclesia mea constituta est, id est Galliae, Burgundiae, Spaniae, Ligorię, Aemiliae[q] atque Venetiae[r], contestor, quia, quicumque in edicta ista consinserit, suprascriptarum[s] provinciarum ponteficis communicatoris habere non poterit, quia constat apud me edicta ista sanctam[t] synodum Calchydoninsem et fidem catholicam perturbare'. De qua re adcensa est contra beatissimum papam et contra sanctum Dacium episcopum iracundia principalis; et tanta contra eos agere[u] coeperunt, ut, nisi ad sanctorum basilicas confugissint[v], ad interitum vitae pervenerant[w]. Et tamen beatissimus papa Vigilius nec in baselica beati Petri sedes tutas[x] habere meruit, in tantum, ut illic praetor, ad quem furis et humicidae tantummodo pertenent, mitteretur. Qui cum multitudine militum spatas nudatas[y] et archus tensus portantium[z] supradictam baselicam introivit. Quo viso, sanctus papa colomnas altaris amplexus est. Sed ille[a] ferocitate et animo concitatus primo de altari diaconos[b] eius et clericus a capillis tentus eiecit, postea vero ipsum sanctum papam alii a pedibus, alii a capillis et barba tento crudiliter abstrahebant. Sed cum ille altaris colomnas non dimitterit, cecidit altare et columnae alique fracte sunt, et, quantum ad ipsus, ibi super ipsum altare in[c] partibus mitti habuit. Sed Deus, qui in[d] talibus angustiis semper adesse dignatur, tam[e] alicorum* ex ipsis militebus quam populi, qui ad tumultum venerant, animus ad misericordiam provocavit et coeperunt voces atque stridoris mittere: et sic contegit, ut iudex iniquitates, supradictus[f] praetur, cum ministris crudilitates suae territus fugiendo discederit. Postea[g] tamen sacramenta[h] accepit beatissimus* papa et sanctus Dacius episcopus vel omnis, qui cum ipsis ad loca sancta confugerant, quia eis nemo ultra vio-

a) et *c.* b) fugierunt *c.* c) eps̄ *c.* d) ūquisque *c.* e) civitatē *c.* f) ad *interp. c.* g) re *superscr. c.* h) milititihanum *interp. c.* i) condemnarunt *c.* k) ipsi — constantipolitanam *c.* l) eps *c.* m) quęcumque *c.* n) *secundam litteram* s *superscr. c.* o) omnibus *c.* p) psomnium *pro* pars omnium *c.* q) etmiliae *c.* r) veneriae *c.* s) supraarum scripturarum *c.* t) sca *c.* u) egere *c.*
[a) l. 30] v) *add.* et *c.* w) perverant *c.* x) *ita S;* torum *c.* y) nudatis *c.* z) portantes *c.* a) illo *c.* b) diaco altare *c. pro* de altari diaconos, *quod S exhibet.* c) altarem *c.* d) *superscr. c.* e) quam *c.* *) *altera manus scribere incipit.* f) supdictus *c.* g) *inter* postea *et* tamen *locus unius vel duarum litterarum rasus.* h) sacramenti : i, *ut videtur, in* a *corr. c.* *) *prior manus denuo scribere incipit.*

lentiam facerit nec invites de eclesiastica causa aliquid extorqueret[a]: et sic interim 552 sunt egressi. Sed cothodie tam ipsis quam diversis, qui in obsequio eorum sunt, varias[b] inquietudines et molestias[c] generant[d], praemiis[e] clerecus et servus eorum[g] inmittentes[h], ut in facie ipsorum stantis iniurias eis[i] publice faciant et de mansionibus aliquos in obsequio eorum[k] positus iactant. Sed illi omnia cum Dei auxilio pacienter accipiunt, dummodo nullis praeiudiciis sanctae eclesiae, nullis novitatibus praebere videantur adsensum. Missi[l] sunt etiam aliqui in provincias Italiae, ut, si possint mentiendo aliqua de nomine ipsorum, hoc est[m] beatissime papae et sancti episcopi Datii, odia eis in illis partibus faciant[1] et in locum eorum alius episcopus[n], qui novitatibus consenciant, suadeant ordinari, in tantum ut et unum notarium ex servis beatissimi[o] papae progenitum simul sollicitaverint, qui manum sancti papae emitari dicetur, et, quantum conperimus, cartas aliquas de nomine ipsius falsas[p] conscribi fecerunt[q][1] et cum ipsis carthis[r] Stephanum quendam de ipsis[s] quos sollicitaverunt ad Italia cum legatis Gothorum miserunt, ut per falsitatis et dolus alicorum animus contra beatissimum papam, quod[t] Deus fieri non permittat, in illis partibus excitare[u] videantur.

Unde rogamus et contestamus gloriam vestram per futurum Dei nostri iudicium, quod omnis conditio[v] humana formidat, ut ad provincias vestras haec omnia velociter indecetis, ne aut isti subripiant qui missi sunt, aut Anastasius quidam, quem sanctus episcopus Aurilianus Arelatinsis civitatis ad beatissimum papam ante hoc biennium direxerat[w][2], ibidem in Gallias aliqua[x] mentiatur, quia et ipse, cum de Constantinopole exire non posset, usus est consilio, ut promitterit, se omnium episcoporum Gallicanorum ad damnanda[y] capitula, pro quibus haec scandala orta sunt, animus inclinare. Cui et praemia plurima dantis, districtae ibi[z] de hoc implendo sacramenta praestare fecerunt, et non permiserunt[a] per eundem Anastasio beatissimum papam, quid in ipsam causam ageretur, fratribus suis, episcopis Gallicanis, scribere, nisi tantum de aliis causis et quia fidem catholicam et quattuor sinodorum reverenciam secundum traditionem patrum costodit atque conservat[3]. Haec ergo prodencia vestra, ut et[b] in isto saeculo magnam vicissitudinem et in futurum vitam aeternam a Deo omnipotente recipiat, sub omni cautilla et caeleritate ad provincia dignetur scribere admonendum, ut episcopi illarum partium beatissimo papę et sancto Datio episcopo epistolas diregant contestantes[c], ne novitatis aliquas recipere paciantur et ut[d] animus eorum fraterna consolatione confirment. Sed et in civitate regia, quod potestis in ipsa causa, maxime sancto episcopo Datio adesse[e] cum Dei auxilio festinetis postulantes, ut cum post XV aut XVI annus ad suam[f] eclesiam redere concedat: quia, cum[g] poene omnes episcopi, quos ordinare[h] solet[i], sicut bene scites, mortui sint, inmensa populi multitudo sine baptismo moretur[k]. Petete etiam, ut eundem sanctum episcopum Datium vobis videre liceat et ab se quaerere[l], que causa sit, quod tam longo tempore ad eclesiam suam mineme[m] sit[n] reversus. Sollicití tamen[o] esse[p] dignamini[q], quia hii, [qui][r] capitula

a) extorquerent *c.* b) *ita S;* varie *c.* c) *ita S;* molestiae *c.* d) *ita S;* generantes *c.* e) i *alteram superscr. c.* g) et *interp. c.* h) *add.* eos *c.* i) *add. S.* k) stantis iniurias eius publicae faciant et de mansionibus aliquos in obsequio eorum *bis scr. c.* l) misi: *post* s *aliquid quasi alteram* s *interp. c.* m) *add. S.* n) eps *c.* o) beatisimi *c.* p) *sequuntur tres fere litterae [*fal*?] erasae in c.* q) fecerant *c.* r) i *ex* a *corr. c.* s) fede ipsius *pro* ipsis *c;* eis *S.* t) quo *c.* u) extare *c.* v) condictio *c.* w) rexerat *c.* x) aliquas *c.* y) dammandam *c.* z) ubi *c.* a) *post* [a) l. 24] p *duae fere litterae [*er*?] erasae in c.* b) et ut *c.* c) *ita S;* contestant, n *alteri* e *superscribens c.* d) ad *interp. c.* e) *ita S;* praeē si *c.* f) *add. S.* g) *add. S.* h) ordinasse *c.* i) *post* o *littera erasa in c.* k) o *in loco raso c.* l) requirere *c pro* se quaerere, *quod habet S.* m) *post* n *una littera [*i*?] erasa in c.* n) misit *c.* o) sollicitame *c.* p) er se *c.* q) digna mini *c, post* a *littera [*m*?] erasa.* r) *addendum videtur.*

1) *Cf. epist. Arelat. XLV. supra p. 67.* 2) *Cf. epist. Arelat. XLV. supra p. 67.* 3) *Cf. epist. Arelat. XLV. supra p. 66.*

552-560 damnari[a] volunt. fingunt se et fedem catholicam vindecare et Calchidoninsem[b] sinodum venerari cum[c] nobis omnibus[d], ut[e], qui ignorant[f] intentionis eorum, videantur[g] aliquid iniustum expetere. Vos, ut christiani et nobilis viri, cauti[h] istote, ut[i], quod potestes, sacerdotibus christianae[k] plebis, qui persecutionis pondere gemitus de ipsis medullis emittunt[l], aliquod remedium vel solatium videamini praestetisse. quatenos Deus in diem retribucionem magnam mercidem et praeclara munera pro hac conpensatione retribuat. Haec enim omnia quaedam fidelissime persone de Constantinopuli venientis ita acta esse veraciter firmaverunt. Sed et multa crudeliter circa diversus diaconus[m] et clerecus Romanus et diaconus [et][n] clerecus Afros, qui eis[o] consentire nolunt[p], acta[q] esse[r] vel agi[s] interdictumque[t] esse omnibus Romanis[u], ne ad beatissimum papam accedant[v]. De quibus omnibus haec pauca sub anxietate gloriae vestrae festinavimus indecare, ut pro remedium animarum vestrarum cura vobis sit supra omnis actus de ista causa, quae specialiter Dei est, cogitare, ut in die iudicii, sicut dictum est, non offensam de negligentiam, sed mercedem de bono actu invenire[w] possitis[x].

5.

Pelagius I. papa argutus, quod diaconus episcopis cedens epistolam quandam scripserit, deinde cum ceteris sententiam prolatam commutaverit, Sapaudo Arelatensi episcopo se defendit eumque et omnes Galliarum episcopos monet, ut ad unitatem ecclesiae se recipiant, provocans ad epistolam illam, quam initio pontificatus sui, ut fidem suam catholicam probaret, ad Childebertum I. regem miserit (ep. Arelatensem XLVIII. supra p. 70).

Idem vituperat, quod apud Gallos laici illicita celeritate episcopi fiunt et idola ex similagine perficiuntur. *(558 Sept. — 560.)*

Cod. Londiniensis inter Brit. Mus. addition. mss. numero 8873 signatus, saec. XII. scriptus (fol. 22'), a viro cl. Edmundo Bishop exscriptus.

Edd. (T =) Theiner, Disquisitiones criticae p. 202 (usus ut videtur — cf. p. 200 — codice Vindobonensi signato: Ius can. v. 39 et n. 25 in fol., qui reperiri non potuit); (E =) Ewald in Actis nostris: Neues Archiv V, 535. — Jaffé, Reg. 978 (624).

SAPAUDO[a] EPISCOPO ARELATENSI.

Quomodo ergo me post generale concilium culpare presumunt de illa adhuc epistola[b], quam non definiendo aliquid, sed nesciens, quid sequendum esset, consultando conscripsi et [in][c] illo adhuc officio constitutus, in quo etiam diffiniciones meas tantorum subdi sententie decuit sine dubitacione pontificum. Sed nimis apparet, quia[d] nescientes rei meritum vagis et rumugerulis hominibus credant. Nesciunt enim, quanta et qualia post hanc, quam mihi inpingistis, epistolam certamina incautus atque ignarus exercui, quanto restiti tempore, et non iam quasi consulens[e], sed velut fixa aput me sententia: hec que salubriter decernebantur[f], fieri prohibebant, ita ut graves ob[g] hoc

a) dominari *c.* b) calchidoninse *c.* c) venerarium *c.* d) h ominibus *c, post* h *una littera erasa.* e) et *c.* f) quignorant *c.* g) vindeantur *c.* h) cauci *c.* i) et *c.* k) execxpiani *c.* l) emittiunt *c.* m) diacs *c.* n) *addendum videtur.* o) eos *c.* p) volunt *c.* q) aetae *c.* r) *ante* esse *ras. in c.* s) agit *c.* t) interdictum *c.* u) romanus *c.* v) n *superscr. c.* w) *priorem litteram* n *ex* u *corr. c.* x) jmp expl epistula legatariis feliciter *add. c.*

5. a) sapando *c.* b) eplia *c.* c) *add. E.* d) *corr. in* quam *manus recentior in c.* e) me consulente? *E.* f) *corr. alia manus ex* decenebantur *in c.* g) *superscr. alia manus in c.*

558-560

tribulationes ac molestias sustinerem. Nec tamen iccirco[a] contra veritatem pertinaciter contumax esse debui, quia aliter me[b] aliquando sentire rerum ignorantia compulisset[c]. Antecedit[d] nobis beati Cipriani sententia, in qua, apostolorum principem ad exemplum vocans eumque a Paulo correptum fuisse commemorans, statim ita subiecit dicens: 'Documentum scilicet nobis concordie et patientie tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed que aliquando a fratribus et collegis nostris utiliter subgeruntur, si sint vera et legitima, ipsa potius nostra dicantur'[1]. Quid ergo fieri potest, ut minoris officii homo pontificibus cessisse culper, cum beatissimus Ciprianus etiam fratres atque collegas ad correptionem suam, ut unusquisque debeat, admittere contendat et hoc illo fieri exemplo doceat, quo apostolorum princeps minimo, sicut ipse de se (Cf. 1. Cor. 15, 9.) ait, apostolorum redarguenti cesserit[e]? Qualitas ac veritas rei in unoquoque est querenda negotio, non certamina dissidentium. Humana enim infirmitas, que careri in totum in[f] hac mortali vita, dum corruptibile corpus hoc adgravat animam, nullatenus potest, et errare terrena inhabitatione[g] ac sensu multa cogitante inpedita solet, ab (Cf. Sap. 9. 15.) eodem errore divina gratia illuminante corrigitur[h]. Ut enim paulisper de me taceam, quid, rogo, de totius Orientis, totius Illirici, tocius denique Affricae pontificibus sentiunt? Nonne in hac causa, ignorationis cecitate faciente, contra veritatis lucem plurimi restiterunt[i] et, donec quod verum erat veritatis luce splendente cognoscerent, mori se etiam pro hac causa [in][k] inscientiae sue tenebris voluerunt. Quos tamen omnes misericors Deus aecclesie sue[l] consulens et agnoscere se voluit et sequi: quod verum est in tantum, ut, mutatis postea sententiis atque habitis in unaquaque provintia conciliis, quorum ad nos ex omni Affrica et Illirico gesta directa sunt, fidem veritatis, sicut ait Paulus apostolus, quam[m] aliquando expugnarent, predicare cepissent. (Cf. Gal. 1, 23.) Hoc etiam tota fecit Illiricus, in quibus[2] ne unus quidem, qui dilucidate veritati resistat, poterit inveniri. An me solum et adhuc illo tempore diaconum contra veritatem, tantis ad ipsam revertentibus, reniti voluerunt? Et, quod maius est, eo iam tempore, quo ne ipsius quidem ignorantie, qua isti[o] adhuc premuntur, manifestata[p] michi veritate, excusationem invenire potueram? Culpent me correxisse, qui volunt. Unum illud esse non ambigo: quia, a quibuscumque fuero correxisse culpatus, eosdem[q] et patrum regulas et ecclesiasticam consuetudinem et canonicas scripturas ignorare certissimum est: in quibus omnibus uno[r] ore et corrigere iubentur errantes et, nisi correxerint, puniuntur. Adiungamus etiam adhuc supramemoratae beati Cypriani sententiae sanctissimi Augustini iudicium, qui ad Vincentium Victorem scribens eumque, ut se[s] corrigat, ammonens ita in fine primi libri ait: 'Sed si pro eis nulla contentione[t] pugnaveris, immo vero eas fidelibus verbis et litteris expugnaveris, laudabilior eris censor in te ipsum, quam si quemlibet alium recta ratione reprehenderis, et mirabilior[u] eorum emendator, quam si nunquam illa sensisses'[3]. Ecce cuius, ecce qualem sententiam reprehendit, qui me correxisse reprehendit[v]! Cum ego, que me corrigerem[w], agnovisse confitear, malo ego meus censor secundum beati Augustini esse[x] sententiam quam cuiusquam victor in falsis, quia, sicut verissime superius dictum est, cause

a) iccideo *c.* b) *superscr. c.* c) compuliset *c.* d) *ita emendavit E;* excedit *corr. ex* ancedit *c.* e) *ita emendavit Bishop;* secesserit *c.* f) *superscr. alia manus in c.* g) *ita Bishop;* inhabitione *c.* h) *ita Bishop;* corrigere *c.* i) *ita Bishop;* restitữunt *c.* k) *add. Bishop.* l) *sequitur* consue *deletum in c.* m) *ita Bishop;* quod *c.* o) *ita E;* ista *c.* p) ta *in fine superscr. alia manus in c.* q) dem *add. alia manus in c.* r) *sequens* et *per puncta supposita irritum redd. c.* s) *sequens* cog *per puncta supposita irritum redd. c.* t) *ita corr. ex* cogntentione *c.* u) *ita Bishop;* mirabilor *c.* v) qui — reprehendit *add. in marg. alia manus in c.* w) *ita E;* corrigere *c.* x) *interp. alia manus in c.*

1) *Cypriani ep. LXXI. ad Quintum c. 3: Opp. ed. Hartel p. 773.* 2) *id est: cuius episcopis E.* 3) *Augustini de anima et eius origine ad Vincentium Victorem lib. III: Opp. ed. Maur. X, 384. 385.*

558-560 meritum ab inquirentibus veritatem, non dissidentium debeant considerari certamina. Fecit hoc etiam beatissimus Augustinus, et sicut hic, qui magnus in regno[a] Dei vocari voluit[1], quod predicabat ore, docebat exemplo. An ignotum est vel obscurum, quod vir ille evangelicus[b] non uno aliquo intellectu vel in uno se opere, sed in omnibus prope libris suis gratia se divina illuminante correxit? Legant qui volunt in primo retractationis eius, quid dicat. Ait enim: 'Neque enim quisque nisi impudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit non ea debuisse a me dici, que postea mihi etiam displicerent, verum dicit et mecum facit; eorum quippe[c] reprehensor est, quorum et ipse ego sum reprehensor. Neque enim reprehendere deberem, si dicere debuissem. Sed ut volet quisque accipiat hoc quod facio; (Cf. 1. Cor. 11, 31.) me tamen apostolicam illam sententiam etiam in hac re oportuit intueri, ubi ait: Si nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur'[2]. En ista sunt, que de se beatissimum Augustinum, dum 'censorio', ut ipse ait, 'stilo'[3] dicta sua[d] reprehendit, loqui non piguit. Ista sunt, que ego, etsi non simili virtute, maiori tamen timore conpulsus imitari contendi. Nemo ergo nos, ut in eodem proemio prefatus doctor ait, 'imitetur errantes, sed in melius proficientes'[4], nec illa nostra[e] reprehensibilia scripta, sed generalis sententiam sinodi a toto susceptam orbe sibi sequendam esse preponant. Iterum enim atque iterum admonenda est fraternitas vestra, ut universalis aecclesie concursum, non vagorum hominum sua scelera fugientium debeat rumores attendere. Iniquum enim est, cum in tota Affrica, tota etiam Illirico, ut de milibus orientalium episcoporum taceam, sexcenteni episcopi sint, qui uno ore unoque spiritu catholicam in hac causa sequantur aecclesiam, tribus forte vel quatuor ex eisdem provinciis fugientibus, qui aecclesiastici occasione scandali penas criminum suorum effugere moliuntur, vestra religio conturbetur, et, postpositis apostolicis sedibus, postposita totius orbis multitudine episcoporum[f], illis aurem Galliarum prebeant sacerdotes, quibus et sui exemplo correptio displicet, et[g], ne ipsa que comiserunt scelera puniantur, aufugiunt[h]. Admonemus autem fraternitatem vestram et per vos universam illic Deo propiciante[i] provintiam, ut se catholicae restituant unitati, ut apostolice sedi, donato sibi universo orbe, contraire non audeant. Quamvis enim ad vos in ipsis statim ordinationis nostre principiis, petente viro glorioso filio nostro Childeberto rege[k], fidem meam propria manu scriptam[l] direxerim, in qua me nichil[m] contra quatuor venerabiles synodos vel (Cf. 1. Petr. 3, 15.) fecisse[n] vel facienti consensisse signavi, paratus tamen[o] sum secundum apostoli sententiam omni poscenti me reddere rationem[p].

Item[q]: Quis autem ex vobis[r] de eo[s], quod[t] illic fieri comperimus, redditurus est rationem, vel in quibus canonibus invenitur, ut uno eodem die laicus homo et clericus et acolitus et subdiaconus et diaconus et presbyter et episcopus[u] fiat et subito

a) *ita Bishop;* rego *c.* b) euuangelicus *c.* c) quippi *c.* d) dicta sua *interp. alia manus in c.* e) *sequens* que *per puncta supposita irritum redd. c.* f) *ita corr. ex* eplorum *alia manus in c.* g) qui *interp. E.* h) *post haec verba* Pelagius p. Subaudo (!) episcopo Aureliano (!). Admirati sumus, quod illius sacerdotes regionis, totius sanctissimae retro consuetudinis obliti et custoditam semper cum apostolica sede unitatem, rumoribus coeperint atque fallaciis assentire nec recordari voluerint, quanta inter se pace unito spiritu Galliarum episcopi atque apostolicae sedis permanserint successores, sed nec illud attendentes omnimodis, quanti semper periculi fuerit a beati Petri quenquam sede fuisse divisum *praebet Theiner quae supra sequuntur exceptis aut mutatis aut additis his quae notabimus.* i) illic deo propiciante universam *T.* k) petente — rege *om. T.* l) subscriptam *T.* m) nihil me *T.* n) fecesse *c.* o) *om. T.* p) rationem reddere, *addens* et scandalorum causas auferre, si auditam veritatem sequi qui consuluerit non detractet *T.* q) *om. T.* r) nobis *pro* ex vobis *T.* s) ea *c.* t) que *c.* u) *pro* illic fieri — episcopus *lacuna in c.*

1) *Cf. Augustini enarrat. in Ps. LXII (Opp. IV, 615):* tunc semper in illo *(Deo)* magni esse poterimus, si semper sub illo parvuli simus. 2) *Augustini retractationum prologus: Opp. I, 1.* 3) *ibidem.* 4) *ibid. col. 4.*

quasi in teathrali spectaculo mutato habitu missas faciat[a]. qui ante unam horam non dicam domui suae laicus, sed uxori etiam suae forsitan coniunctus[b] extiterit[c]? Quis[d] etiam illius non excessus, sed sceleris dicam redditurus est rationem, quod aput vos[e] idolum ex similagine — ve iniquitatibus[f] nostris! — patienter fieri audivimus, et ex ipso idolo fideli populo quasi unicuique pro merito aures, oculos, manus ac diversa singulis menbra distribui? Non inmerito vobis corrigentes in melius displicent, apud quos ista licite committuntur! 558-560

6.

Pelagius I. papa a Valeriano patricio petit, ut post diem resurrectionis domini una cum fratre suo, Iohanne patricio, quoddam inique factum emendans, auctores facinoris ad imperatorem (Iustinianum) mittat, quoniam sic egerit in episcopo Mediolanensi constituendo vel ipsis Totilae tyranni temporibus, quando Franci cuncta vastati sunt.

(558 Sept. — 560.)

Cod. Londiniensis inter Brit. Mus. addition. mss. numero 8873 signatus, saec. XII. scriptus (fol. 36'), a comite ill. Roberto de Nostitz-Rieneck exscriptus.

Edd. (E =) Ewald (secundum Bishop) in Actis nostris: Neues Archiv V, 560; (D =) Deusdedit collectio can. e cod. Vatic. edita a Pio Martinucci p. 105; (I =) Ivonis Carnotensis episcopi opp. omnia (Parisiis 1647) I, 328 (Migne, Patrol. lat. CLXI, 721); (G =) Decr. Gratiani: Corpus iuris canonici ed. Aemilius Friedberg I, 941. — Mansi, Conc. IX, 732; Migne, Patrol. lat. LXIX, 394. 413. — Jaffé, Reg. 1038 (680).

VALERIANO PATRICIO.

Peto ergo, ut, sicut soliti estis, vindicandi talia sumatis aeffectum et vos post[a] sanctum diem beate resurrectionis dei ac domini nostri Iesu Christi ad ipsa, ubi presumptum est, loca fatigare dignemini, ut iuncti pariter cum excellentissimo viro, fratre vestro, donno filio nostro[b], patricio Iohanne, digna in[c] huiuscemodi presumptores et legitima utamini[d] potestate[e]. Nec in hac parte[f] vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum vel ea que[g] committuntur[h] reprimit vel animarum salutem requirit[i]. Errant huiusmodi rumoris fabulatores[k]: non persequitur nisi qui ad malum cogit: qui[l] vero malum vel factum iam punit vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi[m] putant, nemo nec[n] reprimendus[o] a malo nec[n] retrahendus[p] ad bonum est, humanas ac[q] divinas[r] leges necesse est evacuari; que[s] et malis poenam[t] et bonis premia[u] iusticia[v] suadente constituunt[w]. Malum autem scisma esse[x] et[y] per exteras etiam[z] potestates huiusmodi homines[a] opprimi[b] debere[c], et canonice scripturę[d] auctoritas et paternarum nos regularum

---

a) et subito — faciat *om. T.* b) *pro* ante unam — coniunctus *lacuna in c.* c) extiterat, *addens* Hortor autem atque moneo, ut, si qua sunt talia, emendare studeatis *et omittens omnia quae supra sequuntur T.* d) *ita E;* qui *c.* e) *ita corr. ex* nos *alia manus in c.* f) *ita corr. ex* iniquitatis *alia manus in c.*

6. a) p⁰ *superscr. c.* b) *ita c; non, ut Bishop legit,* vestro. c) *ita emendavit E;* dignam *c.* d) *ita Bishop;* utami *c.* e) *iam incipiunt Gratian. c. XXIII qu. 5 c. 42 superscriptum* Item Pelagius papa *et Deusdedit lib. I c. 145 superscriptum* Pelagius Valeriano patricio inter cetera. f) Non *pro* nec in hac parte *G.* g) quae *D.* h) committuntur *D.* i) quaerit *D.* k) *iam incipit Ivo. decr. part. X c. 95 superscriptum* Pelagius patricio Valeriano. l) quod *D.* m) quidam *I.* n) aut *I.* o) reprehendendus *G* (reprimendus *ed. Rom.).* p) a malo *interp. G ed. Rom.* q) et *G ed. Rom.* r) duinas *c.* s) quae *D.* t) paenam *D.* u) praemia *D.* v) iustitia *D.* w) constituit *c; nunc praemissis his* Et item post pauca *interp. quae supra postea praebentur* Nam beatus Augustinus *(p. 446 l. 13) — (l. 18)* tales semper ecclesia, *tum praenotat* Idem ad eumdem *D.* x) est *D. I.* y) etiam *I.* z) *om. D. I.* a) huiusmodi homines *om. I.* b) obprimi homines *G.* c) debere opprimi *D;* opprimendum *pro* opprimi [a) l. 31] debere, *omittens omnia quae sequuntur I.* d) canonicae scripturae *D.*

558-603 veritas docet. Et quidem scismaticos[a] eos esse tali[b] per beatum Augustinum, quem universalis[c] veneratur ecclesia sententia[e] convincitur[f]; ait enim[g]: 'Vide[h], utrum scismatici non sint, qui se[i] ab eminentissima[k] et manifestissima auctoritate[l] apostolicarum sedium separaverunt[m] [1]. Quisquis ergo ab apostolicis[n] divisus[o] est sedibus, secundum istam beati Augustini sententiam[p] in scisma[q] eum esse non dubium est[r] et contra universalem ecclesiam[s] altare probatur[t] erigere. Sed quid de talibus Calcedonensi synodo insertus[u] canon habeat[v], gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit: 'Qui a comunione[w] semet[x] ipsum suspendit ecclesie[y] et collectas[z] fecit[a] et altare constituit et noluit[b] vocanti episcopo consentire et noluit[b] eidem[c] adquiescere[d] neque obedire et prius[e] et secundo vocanti, hunc[f] omnino damnari[g] nec umquam[h] vel orationem mereri nec recipere eum posse onorem[i]. Si enim permanserit turbas faciens[k] et sediciones[l] aecclesie[m], per extraneam[n] potestatem tamquam sediciosum[o] comprimi[p]' [2]. Sed[q] et item[r] beatus Augustinus de talibus dicit: 'Multa etiam[s] cum invitis benigna quadam asperitate plectendis[t] agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est[u] quam voluntati. Nam in corripiendo filio quamlibet[v] aspere, numquam[w] tamen[x] amor paternus[y] amititur[z]; fit tamen, quod nolet[a] ut doleat, qui etiam* invitus videtur dolore[b] sanandus' [3]. Ecce videtis, quemadmodum tanti[c] testimonio patris[d] non[e] persequatur[f] cohercendo[g] talia[h], sed[i] diligat[k] emendando semper tales[l] ecclesia[m]. Facite ergo etiam et[n] vos, quod sentientes[o] intentionem christianitatis vestre frequenter hortamur, et date operam, ut talia fieri ultra[p] non liceat[q], sed etiam, quod vobis facillimum esse non dubito, hii, qui praesumpserunt talia, ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo et[r] Istrias[s] et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis et, quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognovissetis; et inter ubique ferventes hostes Ravennam tamen et is qui ordinabatur et is qui ordinaturus erat providentia culminis vestri deducti sunt.

7.

Aunarius (Autissiodorensis) episcopus Stephanum presbyterum adhortatur, ut vitas sanctorum (Autissiodorensium) episcoporum Germani carmine, Amatoris autem soluta oratione describat. *(573—603.)*

a) cismaticos *c.* b) taliter *D.* c) universalem *D.* e) *om. D.* f) unde *interp. D.* g) ait enim sententia convincitur *c; sed alia manus corr.* convincitur *in* convincuntur; enim *om. D.* h) *om. D.* i) *om. c. G.* k) imminentissima *D.* l) *ita Bishop;* auctorite *c.* m) et quidem — separaverunt *om. G.* n) apostolicarum *D.* o) divissus *c.* p) secundum — sententiam *om. G.* q) scismate *G. D.* r) dubium non est esse *G.* s) aecliam *c;* aecclesiam *D.* t) conatur *G.* u) insertus Calcedonensi sinodo *G. D.* v) statuat *G. D.* w) communione *D.* x) se *G ed. Rom.* y) *om. G;* [a) l. 8] aecclesiae *D.* z) collectam *G. D.* a) facit *G ed. Rom.* b) noluerit *G ed. Rom.* c) *om. D.* d) acquiescere *D.* e) primo *pro* et prius *G ed. Rom.* f) se *D.* g) depredari *c.* h) unquam *D.* i) honorem *G. D.* k) *om. c.* l) seditiones *D.* m) ecclesiae *D.* n) exteram *G ed. Rom.* o) seditiosum *D.* p) *quae hoc loco supra sequuntur, iam antea (cf. p. 445 n. w) interp. D, praemittens* Et item post pauca. q) *om. G.* r) *om. G;* nam *pro* sed et item *D.* s) enim *c.* t) plectenda *D.* u) *add.* potius *c.* v) quamvis *G* (quantumvis *ed. Rom.*). w) nunquam *D.* x) *om. G.* y) paternus amor *G.* z) amitti- [a) l. 16] tur *G. D.* a) nollet *G;* nolit *D.* *) & *c; add.* ut *D.* b) dolere *[!] D.* c) *sequuntur tres vel quattuor litterae erasae* [sibi?] *in c.* d) patris testimonio *D.* e) *superscr. c.* f) *ita corr. ex* persequitur *c;* persequitur *D.* g) coercendo *D.* h) talia cohercendo *G.* i) d *superscr. c.* k) diligit *D.* l) tales semper *G. D.* m) aecclesia, *quae sequuntur omittens D.* n) *om. G.* o) scientes *G.* p) ultra fieri *G.* q) *quae sequuntur habet solus G.* r) *om. G ed. Rom.* s) Istriam *G ed. Rom.*

1) *Cf. Augustini enarrat. in Ps. LV (Opp. IV, 515. 516):* Qui se separaverunt ab unitate, ... spiritaliter ... sanguinem fundunt. 2) *Insertum hunc canonem invenire non potui.* 3) *Augustini ad Marcellinum ep. CXXXVIII: Opp. II, 415.*

Codd. Parisini latini (P1 =) 13757 (Sangerm. 1048) saec. IX. scriptus (fol. 4), (P2 =) 17302 (Compend.) saec. X. scriptus (fol. 1')[a], *a viro cl. Augusto Molinier collati.* 573-603

Edd. Gesta pontificum Autissiodorensium (c. XIX) edd. Labbe, Nov. bibl. manusc. libr. I, 420 et (D =) Duru, Bibliothèque hist. de l'Yonne I, 330; Delalande, Conc. Gall. a Iac. Sirmondo edit. supplem. p. 58 (e Gestis pont. Autiss.); (A1 =) Acta ss. Mai I, 50 (ed. nov. p. 51) (e Gestis pont. Autiss.); (A2 =) Acta ss. Iul. VII, 222 (ed. nov. p. 233) (inserta epistolae dedicatoriae vitae s. Germani Autiss. episcopi ab Herico monacho compositae et editae 'e vetustissimo ms. Lobiensi collato cum perantiquo codice Lugdunensi et ms. Belfortiano'). — Migne, Patrol. lat. LXXII, 767.

DILECTISSIMO ATQUE AMANTISSIMO ET INTERNE[b] MICHI VINCULO CARITATIS CONEXO FRATRI[c], STEPHANO PRESBITERO, AUNARIUS GRATIA DEI EPISCOPUS IN DOMINO AETERNAM SALUTEM.

Tuę nobis doctrine multis iam experimentis adprobata[d] prudentia compulit nos quandam tuis humeris imperiosam superponere sarcinulam, sed eam quę tibi non sit oneris[e], sed honoris[f], nec que deorsum iniquo pondere premat, sed quę potius cęlum usque sustollat. Cognitum tibi est, karissimę frater[g], quę sit humanarum mentium diversitas, et quemadmodum studia in[h] contraria non solum inane vulgus, verum etiam universa scindatur nobilitas; et quidam quidem prosaico oblectantur stilo, quidam autem numeris se rithmisve ac cantibus[i] versuum delectari fatentur: ergo ut omnium votis occurrerem, et nullus suo desiderio fraudaretur, placuit michi, ut vitas beatissimorum confessorum[k] quasdam pede libero describerem[l], quasdam vero lege metrica impeditas digererem[m]: ob quam rem obsecro unitam michi tuę dilectionis amicitiam, ut beatissimi Germani ępiscopi[1] vitam in versuum qualitatem commutare non desistas, sancti vero Amatoris[2] prosaica modulatione describas, ut sectatores apostolicę praedicationis effecti, omnibus omnia efficiamur et 'nulli quicquam debeamus, nisi ut invicem diligamus'. Rom. 13, 8.

Individuam michi caritatem vestram divina custodiat pietas, venerabilis frater.

8.

Stephanus presbyter Aunario (Autissiodorensi) episcopo instiganti promittit, se, eius indulgentia confisum, sanctorum Germani et Amatoris (Autissiodorensium) episcoporum vitas descripturum esse. (573—603.)

Codd. Parisini latini (P1 =) 13757 (Sangerm. 1048) saec. IX. scriptus (fol. 4), (P2 =) 17302 (Compend.) saec. X. scriptus (fol. 1')[a], *a viro cl. Augusto Molinier collati.*

Edd. Gesta pontificum Autissiodorensium (c. XIX) edd. Labbe, Nov. bibl. manuscr. libr. I, 420 et (D =) Duru, Bibliothèque hist. de l'Yonne I, 331; (A1 =) Acta ss. Mai I, 50 (ed. nov. p. 52) (e Gestis pont. Autiss.); (A2 =) Acta ss. Iul. VII, 222 (ed. nov. p. 233) (inserta epistolae dedicatoriae vitae s. Germani Autiss. episcopi ab Herico monacho compositae et editae 'e vetustissimo ms. Lobiensi collato cum perantiquo codice Lugdunensi et ms. Belfortiano'). — Migne, Patrol. lat. LXXII, 769.

DOMINO[b] BEATISSIMO ET APOSTOLICIS INFULIS DECORATO, PATRI SPIRITALI[c], AUNARIO ĘPISCOPO, STEPHANUS OMNIUM SERVORUM CHRISTI FAMULUS.

Decursis litteris apostolatus vestri, quo[d] sancti desiderii ardor summa alacritate pertendat[e], luce clarius approbavi: est igitur[f] devotionis vestrae propositum, virorum

7. a) epistola aunarii episcopi ad stephanum presbiterum provintiae africae *praem. P1. 2. A2 (al.* presbyterum Africanum*)*. b) interno *A1.* c) *om. A1.* d) comprobata *A1.* e) oneri *A2.* f) honori *A2.* g) et *interp. A1.* h) in studia *A1.* i) cantatibus *P2.* k) professorum *P1. A2.* l) describeres *A1.* m) digereres *A1.*

8. a) rescriptum antefati presbiteri *praem. P1. 2. D. A2.* b) Domno *D.* c) spirituali *P2.* d) quod *A1.* e) pretendat *D;* praetendit *A1.* f) ergo *A1.*

1) *c. 418—448.* 2) *post 374—418.*

573-603 opinatissimorum Germani et Amatoris floride vitę nobiles actus describere[a]: sed ad eos lepidissimi[b] callis vestri dirigatur intentio, qui possunt[c] virtutum lumina aequiperis[d] affatibus[e] inspicare[f]. Verum ego, cuius iners ingenium genuino[g] rigore torpescit et lingua balbutiens faucium inter raucidulos[h] cursus squalido situ[i] impedita[k] non loquitur, potius sed stridet[l], quomodo potero divinitus inspirata virorum sanctissimorum munera polito expedire sermone, qui nec privata possum humano casu congesta[m] negotia explicare? Ridiculo, ni fallor, inexplicabili ac[n] ludibrio semet impendit[o], quisquis ultra virium suarum possibilitatem onus assumit. Nonne ferarum sectatores, si minus captiosa[p] industria formaverit, audax temeritas pessumdabit? Numquam tyro victorię monumenta[q] parma depicta[r] gestabit[s], si eum docta veterani exempla[t] non instruxerint[u]. Numquam etiam[v] aeris sibi concessum[w] patulum iter ales tutus[x] resecabit[y], cui praevia dux penniger mater non fuerit: iacebit profecto fluctuum elisione truncatus, quisquis suae procacitatis fisus auctoramento[z] indocilem ratis dexteram ingerit clavo; sic unusquisque in diversum imperitię hamo inscinditur, si doctorum favoribus minime adiuvetur. Ego[a], beatissime vir, quęso, ut illa michi culmen apicis tui imponat, quę facile me posse perficere non dubitat; si tamen et in hoc opere quicquid inlępidae aut infacete rustica garrulitas digesserit, aequanimiter feras: adgrediar, ut[b] faciam, quę paterna imperat[c] ac iubet auctoritas.

Vale longum in[d] tempus, domine semper meus et apostolicae[e] papa.

9.

Pelagius II. papa Aunarium (Autissiodorensem) episcopum ne Romam veniat prohibitum suarum ipsius tribulationum commonefacit et hortatur, ut (Childebertum II. et Gunthramnum) reges suos erga se devotos in concordiam et a Langobardorum societate revocatos ad ipsum iuvandum commoveat. Mittit reliquias et ab episcopo et a rege (Childeberto?) exoptatas. *580 Oct. 5.*

Codd. Parisini latini (P1 =) 1564 (Colb. 1863, Reg. 3887/4—4) saec. IX. scriptus (fol. 133), (P2 =) 1700 (Colb.) saec. XVII. scriptus (ad calcem), a viro cl. Augusto Molinier collati.

Edd. Sirmond, Conc. Gall. I, 375. — Bouquet, Rec. IV, 82; Mansi, Conc. IX, 890; Migne, Patrol. lat. LXXII, 705. — Jaffé, Reg. 1048 (684).

DILECTISSIMO FRATRI AUNARIO[a] PELAGIUS URBIS ROMAE.

Laudanda tuae caritatis[b] vota relegimus, quibus te, nisi gentilis motus obsisteret, ad nos venire voluisse significas. Licet enim spiritualiter[c] et simul et unum simus semper in Domino, verumtamen etiam[d] praesentias corporales et antiquiores patris[e] et ipsos quaesisse invenimus apostolus[f]. Sed dum tua desideria causasque, quibus obstareris, exponeris[g], mirati sumus, minus te illud, quod ipsis obviaret excusationibus, adtendisse. Si enim mundo venerabilem iudicatis hanc urbem, si ad[h] pacem sedis

a) describi *A 1.* b) lapidissimi *P 2.* c) possint *A 2.* d) equiparis *D. A 1.* e) afflatibus *A 1.* f) inspicere *D. A 1;* 'aequiperis affatibus inspicare: *ita optimus codex noster Lugdunensis; pro quibus legitur in ms. Belfortiano* convenienti oratione celebrare, *sed ms. illud passim interpolatum est; in Hist. epp. Autissiod. habetur* aequiparis afflatibus inspicere' *A 2.* g) gemino *A 1 2.* h) rancidulos *A 1.* i) sitis *P 1. 2. D. A 1.* k) rigore *add. D. A 1.* l) sed potius stridet *A 1;* sed stridet potius *A 2.* m) confecta *A 2.* n) ac inexplicabili *A 1.* o) impedit *A 2.* p) catiosa *P 1. 2.* q) monimenta *P 2. D.* r) quod est picta *D,* quae est picta *A 1 pro* depicta. s) gestavit *D. A 1.* t) exempli manus *D. A 1.* u) instruxit *D. A 1.* v) et *P 2.* w) sibi concessum *om. A 2.* x) tutius *D. A 1;* tutus ales *A 2.* y) resecavit *D. A 1.* [a) l. 15] z) autoramento *D.* a) ergo *D. A 2.* b) et *D. A 1. 2.* c) infert *D. A 1.* d) in longum *A 1.* e) semper — apostolicae *om. D. A 1.*

9. a) *corr. ex* aunanio *P 2.* b) charitatis *P 2 (ita semper).* c) spiritaliter *P 2.* d) *om. P 2.* e) patres *P 2.* f) apostolos *P 2.* g) exponeres *P 2.* h) a *P 1.*

apostolicae cunctarum regere ecclesiarum moderamina praedicatis: quid[a] non et tribulationis[b] nostras et temporalis[c] angustias caritatis cumpassione gemiscaetis[d] scientes (580. 586?) divino per apostolum nobis ore mandari, ut nos invicem diligamus, ut onera invicem [Cf. Rom. 13, 8] nostra portemus, ut, quociens fratrum quicumque uritur, nos uramur; dum paene in conspectu vestro tanto[e] sanguis innocentium sit effusus, ita sacra violentur altaria, ita catholicae fidei ab idolatris insultetur? Novimus et nos, quod temporalia ista flagella sint, et ad probationem, sicut de caeleste[f] confidemus[g] miseratione, proficiat[h] et proxime a vobis scribitur[i]; et proximum vobis, sicut scribitur, Dominus noster de tribulatione det[k] gaudium, quia qui nequiter agunt exterminabuntur: et inimici Dei mox, ut[l] exal- [Cf. Ps. 36, 20.] tabuntur, sicut fumus deficient: et generaliter peribunt gentes de terra eius. Propter [Cf. Ierem. 10, 11.] quod vos decuerat, qui illic catholicae membra estis aecclesiae, uni corpori unius capitis gubernatione coniuncta, omnibus quibus viribus valeretis, paci quietique nostrae pro ipsa sancti spiritus[m] unitate concurrere. Nec enim credimus ociosum nec sine magna divinae providentiae ammiratione dispositum, quod vestri regis[n] Romano imperio in orthodoxae[o] fidei confessione sunt similis[p]: ut huic urbi, ex quo fuerat oriundum, vel universae Italiae finitimos adiutoresque praestaret. Cavete igitur, karissimi[q] frater, ne, dum regibus vestris iuvandi nos virtus sit data divinitus[r], caritatis vestrae circa nos lenitas arguatur, qui illis et in fide et in consiliis vestro sacerdotio sic devotis suadere talia aut neclegitis[s] aut difertis[t].

Sacras autem reliquias, quas et tua caritas et gloriosissimus filius noster petiit dirigendas, cum quoherenti sibi sanctificatione transmisimus.

Propter quod nihilominus ammonemus, ut, quorum virtutem quaeritis, eorum templa a pullucione[u] gentium liberari, in quantum vobis est possibile, festinetis et vestris regibus instantissime suadeatis, quatenus ab inimiciciis[v] et coniunctione nefandissimi hostis Langobardorum salubrae[w] se provisione segregare festinent, ne, dum illorum vindictae tempus advenerit, sicut et celere fiere[x] divina[y] miseratione confidemus[z], eorum etiam illi inveniantur esse participes: quia scriptum est: 'Non solum qui [Rom. 1, 32.] ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus' poniendos[a].

Deus te incolomem[b] custodiat, carissime frater.

Data[c] III. Nonas Octobres, imperante domno[d] Tiberio[e] Constantinopole[f] augusto[g] anno VI., consulatus eiusdem anno regn.[h]

10.

Pelagius II. papa Aunario (Autissiodorensi) episcopo de novis in Gallia ecclesiis referenti et orationibus papae se commendanti scribit de suis necessitatibus et angustiis quoquomodo sublevandis. 586?

Edd. Gesta pontificum Autissiodorensium (c. XIX) edd. Labbe, Nov. bibl. manuscr. libr. I, 420 et Duru, Bibliothèque hist. de l'Yonne I, 327[a]; Delalande, Conc. Gall. a Iac. Sirmondo edit. supplem. p. 58. — Mansi, Conc. IX, 906; Migne, Patrol. lat. LXXII, 744. — Jaffé, Reg. 1057 (689).

---

a) cur *P2.* b) tribulationes *P2.* c) temporales *P2.* d) gemuistis *P2.* e) tantus *P2.* f) caelesti *P2.* g) confidimus *P2.* h) proficiant *P2.* i) *om.* et proxime a vobis scribitur *P2.* k) dat *P2.* l) *om.* ut *P1. 2.* m) spiritus sancti *P2.* n) reges *P2.* o) ortodixi *P1.* p) similes *P2.* q) charissime *P2.* r) divinitas *P1.* s) negligitis *P2.* t) differtis *P2.* u) pollutione *P2.* v) amicitiis *P2.* w) salubri *P2.* x) fieri *P2.* y) divinę *P1.* z) confidimus, *addens* et *P2.* a) punien-|[a]) l. 28|dos *P2.* b) incolumem *P2.* c) dat. *P1;* datum *P2.* d) domne *P1.* e) tibere *P1.* f) constantinopoli *P2.* g) ag. *P1.* h) regñ. *P2.*

10. a) Epistola Pelagii pape urbis Rome ad Aunarium Autissiodorensem episcopum *praem. D.*

586? 587 DILECTISSIMO FRATRI AUNARIO PELAGIUS.

Quantum Deo placitos sedis apostolice veneratione vos redditis, tanto commodatior illi, cuius sedes est, fit vestre fidutia caritatis; nec aliter unam solamque Dei confitemur aecclesiam, nisi omnes ad petram, super quam fundata est fides catholica, construamur: propter quod dilectionis tue desideriis successit effectus et celer et facilis, quia eorum sanctuaria queruntur, a quibus principibus sumpsit predicatio veritatis exordium. Quod vero in vestris regionibus habundare indicatis aecclesias novas, gratulanter suscipimus: tamen, si scienter expetere studium propheticae vocis amplecteris, querite faciem eius semper. Quantum nanque humanis intellectibus incarnationis Domini nostri veritas apperitur, tanto amplius et honoratur et colitur. Sicut autem vos cupitis Deo nostris orationibus commendari, vos etiam nostris necessitatibus et angustiis, quibus incessabiliter oneramur, intercessionis continuum ferte solatium orantes et quibuscunque valetis viribus id agentes, quatenus, sicut predicationi sedis apostolice consonatis, ita eius paci vestra impetratio cungaudeat et quieti.

Deus te incolumen custodiat, frater carissime.

Datum pridie Kalendarum Novembrium, imperante domno Mauricio Tyberio RP augusto, anno III., indictione quinta.

11.

Caesaria (Arelatensis abbatissa) laetificatam se esse Richildi et Radegundi (Pictaviensibus) significat, quod ex acceptis litteris eas regulariter victuras esse cognoverit, et petentibus regulam a Caesario (Arelatensi episcopo) compositam mittens cum alia tum sanctas scripturas attente legendas proponit et Radegundem a nimia vivendi severitate dehortatur. *(ante 587.)*

Cod. Trecensis 1248 saec. X. XI. scriptus (fol. 129')[a], *a viro cl. Ludowico Hartmann collatus. Ed. Martene et Durand, Thes. I, 3.*

DOMINABUS SANCTIS RICHILDĘ ET RADEGUNDI CAESARIA[1] EXIGUA.

Veniente misso vestro et relectis apicibus sanctae pietatis vestrę, inestimabili
et spiritali gaudio repleta sum, quia vos illud elegisse et tenere cognovi, unde vobis,
Deo iuvante, aeternam vitam praeparetis eternasque divitias adquiratis et exultationem
Ps. 145, 7. 8. cum sanctis, quae finem non habet. 'Dominus Deus noster, qui erigit elisos et com-
Cf. Ierem. 31, 21 peditos absolvit et illuminat cecos', ipse vos dirigat in via recta, ipse vos doceat suam
et 44, 23. Cf. Ps. 142, 10. facere voluntatem, ipse tribuat, ut in praeceptis eius ambuletis et mandata eius custo-
Cf. Ps. 118, 134. diatis et in lege eius meditemini, sicut ait psalmista: 'Et in lege eius meditabitur die
Ps. 1, 2. Ps. 18, 9. 8. ac nocte'; et illud: 'Preceptum Domini lucidum illuminans oculos, lex Domini inreprehensibilis convertens animas'. Quam attente saeculi homines, cum regalia praecepta leguntur, audiunt, tam attente vos, cum divinę lectiones leguntur, auscultate. Tota mens, tota cogitatio, tota meditatio de Domini sit praeceptis; sollicite timete illud:
Ps. 118, 21. Cf. Matth. 5, 19. 'Maledicti qui declinant a mandatis tuis': et qui unum vel minimum de mandatis Domini praeceptum non custodierit, minimus vocabitur in regno celorum. Implete illud:
Ps. 18, 15. Ps. 118, 11. 'Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi'. Et quia vos, dominas mihi in Christo karissimas, dignatus est

11. a) epistola caesariae incipit *praem.* c.

1) *Non esse Caesarii Arelatensis episcopi sororem, sed eam, quae illam secuta est, notant Martene et Durand l. c.*

Dominus eligere in hereditatem sibi, gratias illi agite et benedicite eum in omni tempore. 587 Abstinete ab omni vitio, ab omni peccato; quia, 'qui facit peccatum, servus est [Ioh. 8, 34.] peccati'. Diligite et timete Dominum, quia 'oculi Domini super timentes eum et aures [Ps. 32, 18; 33, 16.] eius ad praeces eorum'. Sit in vobis cor mundum, cor pacificum: estote mites et hu- [Cf. Prov. 20, 9.] miles, patientes, obedientes. Audite Dominum dicentem: 'Super quem requiescam, nisi [Cf. Matth. 11, 29.] super humilem et quietum? Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles'. Licet sit [Luc. 1, 52.] sanctum et bonum et laudabile, quod regulariter vivere optetis; sed non est maior nec melior nec praeciosior nec splendidior ulla doctrina, quam evangelii lectio. Hoc videte, hoc tenete, quod dominus et magister noster Christus et verbis docuit et exemplis implevit, qui tanta mirabilia in mundo fecit, quae numerari non possunt, et tanta mala sustinuit a persequutoribus suis per patientiam, quę vix credi possunt. Patientia est, que nos Deo commendat. Audite apostolum: 'Si qui volunt pie vivere in Christo, [2. Tim. 3, 12.] persequutionem patiuntur'. Sicut laetatur Deus in incipientia conversionis vestrę, ita luget de ea diabolus, cui sunt mille et mille nocendi artes et querit a Deo escam sibi: et ideo incessabiliter orate, ut illi resistat Deus. 'Viriliter agite, confortetur cor [Ps. 30, 25.] vestrum'. Audite scripturam dicentem: 'Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in [Eccli. 2, 1.] iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem[a]'. Quam fortiter et viriliter, si viri fuissetis, pugnaturę eratis contra inimicos vestros, ne corpus percuteretur, tam constanter et viriliter pugnate contra diabolum, ut non vestras animas occidat per consilia et cogitationes pessimas. Iugiter clamate Deo: 'Deus, in adiutorium meum [Ps. 69, 2; 70, 12; 26, 9; 118, 117.] intende; Domine, ad adiuvandum me festina. Deus ne elongeris a me; Deus meus, in auxilium meum respice. Adiutor meus esto; ne derelinquas me. Adiuva me, et salvus ero'. Adtentę estote, quando dicitis psalmum, quod ibi dicit et ipse vos docet: 'Psallite sapienter'. Qualiter pro vobis stetit dominus, cum in cruce staret, ita et vos [Ps. 46, 8.] sicut crucifixę state ad opus Dei, non aliud cogitetis, non loqui praesumatis, non aliquid operari. Per omnia pacificę estote, quia factus est in pace locus eius: 'Beati [Matth. 5, 9.] pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. 'Sol non occidat super iracundiam vestram'. [Eph. 4, 26.] 'Pax multa diligentibus nomen tuum, Domine, et non est illis scandalum': quia nihil [Ps. 118, 165.] valet virginitas carnis, ubi habitat iracundia cordis. Et alibi scriptura dicit: Pacificos [Cf. Luc. 10, 5.] et concordes atque unanimes in domo sua Deus esse praecepit. Saluto humilitate et caritate qua debeo plus quam dici potest, licet minima et neglegens. Deum depraecor, ut vos regere, protegere et conservare dignetur et, qui vobis incipientiam, donare dignetur et perfectionem; quia non qui cęperit, sed, 'qui perseveraverit usque in finem, [Matth. 24, 13.] hic salvus erit'. Sicut nostra humilitas exultat et gaudet in Domino de vestra incipientia, ita Dominus et angeli eius laetentur de vestra conversatione et perfectione. Habes, et scio, quia habundas facultate. Da quantum potes pauperibus: 'thesauriza [Matth. 6, 20.] tibi thesauros in cęlo', ut impleatur in te illud: 'Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius [Ps. 111, 9.] manet in saeculum saeculi'; sicut scriptum est: sicut aqua extinguit ignem, ita hele- [Cf. Tob. 4, 11.] mosina peccatum totum[b]. Spes in Deo sit, quia scriptum est: 'Maledictus homo, qui [Ierem. 17, 5.] spem suam ponit in homine'. Nulla sit de intrantibus, quę non litteras discat; omnes psalterium memoriter teneant, et, sicut iam dixi, hoc per omnia studete implere, quod in evangelio legitis. Ego feci quod praecepistis: transmisi exemplar de regula, quam nobis beatę et sanctę recordationis domnus papa Caesarius fecit; vos videte, quomodo eam custodiatis. Certa sit dominans mihi karitas vestra, quia, si secundum eam vixeritis, inter sapientes virgines locum accipietis, et introducet vos Dominus in regnum suum, et percipietis 'quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascen- [1. Cor. 2, 9.] dit, quę praeparavit Dominus diligentibus se' in regione vivorum, ubi exultabunt sancti in gloria, ubi gaudentes et exultantes in Domino dicetis: 'Fecit nobis magna, qui [Luc. 1, 49.]

a) ta *superscr.* c. b) peccatū. Totum c.

587 potens est, et sanctum nomen eius'; et illud: 'Eduxit populum suum in exultatione Ps. 104, 43. et electos suos in laeticia': ad quam vos Dominus immaculatas faciat pervenire, qui regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pervenit ad me, quod nimis abstineas[1]. Totum rationabiliter fac, si tu mihi vivas et semper possis. Nam si per istam nimietatem cęperis infirmari, postea, quod Deus non faciat, necesse tibi erit, delicias requirere et extra horam accipere, et non Matth. 15, 11. poteris illas benedictas regere. Audi, quid dominus in evangelio dicat: 'Non quod Rom. 12, 1. intrat in os, quoinquinat[a] hominem': et apostolus: 'Rationabile sit obsequium vestrum'. Totum sic fac, domina, quomodo in regula habes quam[b] expetisti, ut benedicatur et Matth. 5, 19. collaudetur Deus de tua bona conversatione, et sis forma fidelium, quia, 'qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum'.

Gaudete ergo et exultate in Domino, venerabiles in Christo sorores, et gratias illi iugiter agite, qui vos de tenebrosa huius saeculi conversatione ad portum quietis et religionis vocare dignatus est. Cogitate iugiter, unde existis et ubi pervenire meruistis. Reliquistis fideliter mundi tenebras et lucem Christi feliciter videre cepistis. Contempsistis libidinis incendium et ad castitatis refrigerium pervenistis; et quia vobis usque ad exitum vitę non deerit pugna, quantum estis securę de praeteritis, tantum estote sollicitę de futuris; omnia enim peccata vel crimina cito ad nos revertuntur, si non cotidie bonis 1. Petr. 5, 8. operibus expugnentur. Audite apostolum Petrum dicentem: 'Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester, diabolus, tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret'. Quamdiu in hoc corpore vivimus, die noctuque, Christo domino adiutore vel duce, contra diabolum repugnemus. Sunt aliquantę neglegentes vel tepidę, quę putant, quod illis sufficiat vestem mutasse. Vestes enim seculares deponere et religiosas assumere, unius horę momento possumus: mores vero bonorum iugiter retinere, quamdiu vivimus, Christo adiutore, laborare debemus. Omnis anima, quę religionem servare desiderat, gulam, concupiscentiam et ebrietatem vitare tota fidei virtute contendat ita, ut nec prae nimia abstinentia corpus illius debilitetur nec per deliciarum habundantiam ad luxuriam provocetur. Lectiones divinas iugiter aut legite aut audite, quia ipse sunt ornamenta animę; ex ipsis praetiosas margaritas auribus vestris appendite, ex ipsis anulos et dextralia. Dum bona opera iugiter exercetis, his ornamentis decoramini. Quę vero religionem in maculato corde desiderat custodire, ut immaculata in conspectu Dei ambulet, in publico aut numquam aut difficile procedat. Familiaritates virorum omnino, quantum potestis, rarius habete, si castitatem custodire desideratis: nec dicat aliquis: 'Sufficiat mihi conscientia mea: dicat sibi quisque de me quod voluerit'. Misera et satis odibilis est Deo ista excusatio. Ecce secura es tu de conscientia tua: numquid illius conscientiam vides, cum quo loqueris? Certissime sciatis, quia fęmina, quę virorum familiaritatem non vitaverit, aut se aut alium cito perdet. Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute resistere; libidinem vero non potes expugnare, nisi virorum consortium fugeris. Si nobiles natę estis, magis de religionis humilitate, quam Matth. 19, 29. de saeculi dignitate gaudete: audite dominum dicentem: 'Si quis reliquerit omnia et sequutus me fuerit, centuplum recipiet et vitam ęternam possidebit'. Si qua vero ex paupertate convertitur, Deo gratias agat, qui animas pauperum salvas faciet et qui Ps. 33, 11. liberavit eas de impedimentis mundi: 'Divites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono'. Omnes vos amate, si vultis, ut Deus 1. Ioh. 2, 11. habitet in cordibus vestris, quia scriptum est: 'Qui odit fratrem aut sororem suam, in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo eat, quia tenebrę obcęcaverunt oculos

a) quo *in* eo, c *superscribens, corr. c.* b) quem *c.*

1) *Cf. Fortunati Carm. VIII, 1. 41 et Vit. s. Radegundis c. XV et XXI. XXII (Auctt. antiquiss. IV, 1, 179 et 11. 12. 44).*

eius'. Sunt forte aliquę, quę facultates suas parentibus derelinquant et se exinde ex- 587.613
heredent: audiant hę dominum dicentem: 'Vendite quę possidetis et date elemosinam, Luc. 12, 33.
et ecce omnia munda sunt vobis'. 'Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in Ps. 111, 9.
saeculum saeculi'. Currite fideliter, ut possitis feliciter pervenire et stare laetantes et exultantes in conspectu domini Dei nostri, qui vos dignatus est inter oves pascuę suę eligere: et in regno suo sicut in terrestri ministerio, ita in celestibus sedibus collocari praestet, qui regnat in saecula saeculorum. Amen[a].

12.

Bonifatius IV. papa Florianum Arelatensem episcopum et regum (Theodeberti II. et Theoderici II.) et comprovincialium episcoporum eius electionem nuntiantium et Candidi presbyteri epistolis laudatum docet de officiis muneris pastoralis et adhortatur, ut pallio iuxta antiquam consuetudinem misso dignum se praestet. Commendat patrimoniolum ecclesiae Romanae in illis partibus constitutum. *613 Aug. 23.*

Codd. (M =) Ambrosianus S. 33 saec. IX. scriptus (fol. 286)[a]*, a viro cl. Henrico Simonsfeld collatus, (V =) Vercellensis CXI saec. X. scriptus, a viris cl. Petro Canetti et Caesare Fani collatus.*

Edd. Peyron, Ciceronis orationum fragm. App. p. 148; Räss und Weis, Leben der Väter und Märtyrer III, 381. — Jaffé, Reg. 2001 (1550).

REVERENTISSIMO FRATRI FLORIANO COEPISCOPO BONIFATIUS[b] SERVUS SERVORUM DEI.

Multum, frater carissime, sinceritatis tuae bono congaudeo, quod[c] gravitatem, qua praeditum te[d] dudum audieram, praecellentissimorum regum atque electionis tuae epistolae nec non dilectissimi filii nostri, Candidi presbyteri, testimonium confirmavit, qui[e] tanto latius, quanta in vos sollicitudo aecclesiastici ordinis, quantaque cura sit rectitudinis, indicabant: unde, etsi corporaliter te nescio, caritate tamen et opere scio, quia, nisi in vos Omnipotentis gratia flagraret[f], usque ad me vitae vestrae opinio minime pervenisset. Qua de re ab eodem omnipotente Deo quantis valeo precibus exoro, ut sua te manu protegat et caelestis in te gratiae dona multiplicet, quatenus[g] in aeternum perficiat bona[h], quae in te temporaliter ostendit.

Officium[i] etenim sacerdotis assumere[k], si interiori vigilantia perpendamus, plus est oneris quam honoris: quippe cui propria curare non sufficit, nisi et salubriter gesserit aliena. Nam[1] si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre[l] contenti sunt, ut ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: quanto sudore quantaque sollicitudine debemus esse pervigiles nos, qui pastores animarum[m] dicimur? Attendamus et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne inde post[n] desidiam[o] nostram ante summum pastorem neglegentiae reatus excruciet, unde modo honoris reverentia sublimiores inter ceteros iudicamur[2]. Sic itaque nos oportet esse sollicitos, ut callido antiquoque humani generis[p] inimico aditum praecludamus et totis contra eius voracitatem

---

a) explicit epistola caesariae *add. c.*

12. a) incipit epistola bonifatii papae directa de roma ad archiepiscopum arlatensem in provincia ubi genesius martyr iacet *praem. M.* b) bonifacius *V.* c) *corr. M.* d) qua preditum te *superscr. M.* e) quia *V.* f) *corr. in* fraglaret *M.* g) e *ex* i *corr. M.* h) dona *V.* i) um *corr. M.* k) s *priorem ex* d, *ut videtur, corr. M.* l) ferret *M.* m) *in loco raso M.* n) *super* post *scr.* adūbi *M.* o) *corr. M.* p) e *alteram superscr. M.*

1) Officium — Nam: *Liber diurnus Romanorum pontificum XLVI (ed. ab Sickel p. 35).* 2) si pastores — iudicamur: *Lib. diurn. XLV (p. 32. 33).*

613 viribus obsistamus, ne nostra, ut diximus, forte desidia rabida[a], quod absit, quemquam[b] fauce deglutiat et eius ad nostram non inmerito applicetur poenam perditio, qui commissos sollicita custodire cautela negleximus. Exhibeamus ergo, quod dicimur, et, quibus divini dispensatione consilii praeesse nos contigit, prodesse quantum possumus festinemus, ut, dum creditor[c] rationes nobiscum positurus advenerit lucrum fecisse repperiat et sua nos, sicut promisit, remuneratione laetificet[1].
Isai. 52, 11. Scriptum namque[d] est: 'Mundamini, qui fertis vasa Domini'; Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas[e] ad aeterna sacraria perducendas in conversationis suae exemplo suscipiunt. Apud semetipsum ergo quantum debeat mundari conspiciat, qui ad aeternitatis templum vasa viventia in
Cf. Exod. 28, 29. sinu propriae conversationis portat. Hinc divina voce praecipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicii vittis[f] ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxae possideant, sed ratio sola constringat; nec indiscretum quid vel inutile cogitet, qui[g] ad exemplum aliis constitutus ex gravitate vitae semper debet ostendere[h], quantam[i] in pectore rationem portet[2].

Haec itaque, frater carissime, tota virtute considera et locum, quem adeptus es, non ad requiem, sed ad laborem te suscepisse[k] cognosce. Adhortationis ope fidelium corda corrobora, infidelium vero converte. Quod ut facilius assequi merearis, praedicationem tuam vita commendet; ipsa eis instructio, ipsa magistra sit; ad desiderium aeternae vitae, te docente, suspirent, tuo viventes exemplo perveniant[3]; quia ideo, divina gratia suffragante, ad hoc honoris culmen vocatus es, ut fraternitatis tuae doctrina, quae soli tibi utilis prius inter ceteros latebat, iam nunc in altum ducta multis proficiat et divinae sapientiae[l] radios spargat. Sed hac de re omnipotenti Deo magnas gratias agimus, cuius pia dispensatio illos ad sollicitudinem curae pastoralis provehit, qui episcopatum non honorem, sed onus existimant, ut, quantum in altiori loco proficerint, tantum humilius vivant et hic semetipsos in labore exerceant, quatenus[m] ad honorem solidum alibi pertingant[n].

Pallium praeterea iuxta antiquam consuetudinem fraternitati tuae transmisimus, quo ita uti memineris, sicut prodecessores nostri tuis prodecessoribus concesserunt, privilegiorum tuorum scilicet integritate servata[4]. Cuius quoniam indumenti honos modesta actuum vivacitate servandus[o] est, hortamur[p], ut ei morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte utrobique[q] possis esse conspicuus. Cor[r] ergo tuum neque prospera, quae temporaliter blandiuntur, extollant neque adversa deficiant; sed, quicquid illud fuerit, virtute pacientiae devincatur[s]. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat[t]. Benignum te boni sentiant; districtum mali[u] cognoscant. Insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat; nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas; non, quod ultus non fueris, perpetrari permittas. Sit in te et boni patris dulcedo et contra prave agentes iudicis saevera districtio, quatenus, Deo miserante, talis possis existere, qualem sacra esse lectio protestatur[v]. Oportet enim episcopum irreprehensibilem[w] esse. Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram caritatem habueris; quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite[x] non recedet. Ecce, frater[y] carissime, inter multa ista sacerdotum ista sunt pallii, quae si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis[5].

Praecipue autem observare nos convenit, ut illud semper ad memoriam redeat, quod
Matth. 10, 8. veritas praecipit dicens[z]: 'Gratis accepistis, gratis date', quod[a] isdem[b] dominus et redemptor
Cf. Matth. 21, 12 et noster[c] ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit et nummulariorum effudit aes.
Ioh. 2, 15. Qui namque[d] sunt, in templo Dei[e] hodie qui columbas vendunt, nisi qui in ecclesia impositionem[f]

a) rapida *corr. in* tabida *M.* b) quenquam *corr. ex* quinquam, *ut videtur, M.* c) tor *corr. M.* d) nanque *corr. ex* naque, *superscribens* n *M.* e) *in loco raso M.* f) vitiis *M. V.* g) quia *V.* h) os *corr. M.* i) quantum *V.* k) suscipisse *M.* l) scientiae *M.* m) e *ex* i *corr. M.* n) pertingat *V.* o) u *corr. M.* p) ortamur; *sequitur* e *quae puncto superposito delenda significatur in M.* q) utubique, *post* t *superscribens* r *M.* r) cur *V.* s) devincantur *V.* t) inveniant *V.* u) alii *M.* v) u *ex* o *corr. M.* w) *corr. ex* inreprehensibilem *M.* x) tramite aliquando *M.* y) *huic vocabulo* vel fratrem *superscr. M.* z) *add.* quod *V.*
[a) l. 41] a) quodque *V.* b) idem *V.* c) noster et redemptor, *addens* ingressus templum quando *V.* d) nanque *corr. ex* naque, *superscribens* n *M.* e) domini *V.* f) im *corr. ex* in *M.*

1) Sic — letificet: *Lib. diurn. XLVI (p. 35. 36).* 2) Scriptum — portet: *Jaffé, Reg. 1092 (728).* 3) Hoc itaque — perveniant: *Lib. diurn. XLVI (p. 36).* 4) Palleum — servata: *Lib. diurn. XLVI (p. 36. 37).* 5) Cuius quoniam — habes: *Lib. diurn. XLV (p. 33. 34. 35).*

manus[a] ad pretium tribuunt, per quam videlicet impositionem[b] spiritus sanctus desuper datur? [613] Columba igitur venditur, quia manus impositio[b], per quam sanctus spiritus[c] accipitur, ad pretium praebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium[d] negotiatorum sacerdotium destruit. Et quidem hi[e] nonnumquam ante humanos oculos videri sanctos se simulant atque in occultis suis apparere perversi in conspectu interni arbitris non erubescunt. Sed veniet, veniet dies ille, nec longe est, in quo pastorum pastor[f] appareat et uniuscuiusque[g] facta in [Cf. Hebr. 8, 8 et 1. Petr. 5, 4.] publicum deducet atque ostensa omnibus insatiabiliter damnet[h]. Unde et per semetipsum quasi [Cf. Ioh. 2, 15.] flagellum de funiculis[i] fecit et de domo[k] Dei pravos negotiatores expulit, quia subditorum quidem culpas plerumque[l] modo per eos qui praesunt percutit, pastorum vero vitam postmodum per semetipsum ferit. Admonendi[m] itaque[n] sunt qui hoc agunt, ne per appetitum praemiorum deorsum tendant, cum[o] alios per officii sui ministerium sursum mittant[p]; per ea namque[q] sancta mysteria quae agunt multos a peccatis suis diluunt[r] eosque ad appetendam[s] caelestem patriam erudiunt et ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo, cui tales sacerdotes similes[t] dixerim nisi aquae baptismatis, quae, peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum caeleste[u] mittit et ipsa in cloacam descendit?[1]

Vos itaque studium doctrinae vestrae[v] ostendite et a pastoribus[w] vestrae dioceseos[x] haec, de quibus praefatus sum, damnosa[y] lucra removete. Sermone vestro cottidie hi qui vobis caelesti gratia commissi[z] sunt erudiantur, ut discant terrena despicere[a], caelestia amare, ut in dilectione[b] invisibilium ferveant et ex bono vestro semine ante omnipotentis Dei oculos segetes suorum operum reddant, quatenus de ipsis ac de vobis impleatur quod scriptum est: 'Ubi plurimae segetes, ibi manifesta [Prov. 14, 4.] est fortitudo boum'[2].

Sancta Dei trinitas fraternitatem vestram[c] gratiae suae protectione circumdet atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitae huius amaritudines ad aeternam simul pervenire dulcedinem[d] mereamur[3].

Praeterea patrimoniolum aecclesiae nostrae in illis partibus constitutum, quemadmodum olim habuistis[e] in omnibus[f] commendatum, quaesumus[g], ut in eo se fraternitas vestra amplius debeat commodare[h].

Deus te incolomem[i] custodiat, reverentissime frater.

Data X.[k] Kalendas Septembris imperantibus[l] dominis nostris[m] piissimis augustis Heraclio anno III., post consulatum eiusdem[n] II., et Heraclio Constantino novo, filio eius, anno I.[o], indictione I.[p]

13.

Bonifatius IV. papa Theoderico II. regi petenti, ut Floriano Arelatensi episcopo ordinato secundum antiquam consuetudinem pallium mittatur, propter fidem gratulatus ecclesiasticas utilitates commendat. *(613 Aug. 23.)*

---

a) manuum *V.* b) im *corr. ex* in *M.* c) spiritus sanctus *V.* d) tedium *M.* e) hi quidem *V.* f) pastor pastorum *V.* g) unicuiusque *M.* h) *inter* m *et* n *superscr.* p *M.* i) resticulis *M. V.* k) *super* o *scr.* u *M.* l) m *ex* n *corr. M.* m) ad *corr. M.* n) *om. V.* o) dum *V.* p) a *corr. M.* q) nanque *corr. ex* naque, *superscribens* n *M.* r) *corr. ex* deluunt *M.* s) ad appetendam *om. V.* t) e *ex* i *corr. M.* u) caelestem *M. V.* v) vestrae doctrinae *V.* w) a *ex* o *corr. M.* x) dioeceseos *V.* y) *inter* m *et* n *superscr.* p *M.* z) si *adscr. M.* a) des *ex* dis *corr. M.* b) in [[a]) l. 19] dilectione *om. V.* c) *corr. ex* ur *M.* d) dulcedinem pervenire *V.* e) habuisti *V.* f) in omni *in loco raso M.* g) *in loco raso M.* h) *ita videtur corr. ex* commendare *M.* i) *corr. in* incolumem *M.* k) decimo *M.* l) impp *M.* m) dd. nn. *M. V.* n) *add.* anno *V.* o) primo *M.* p) prima *M.*

1) ad memoriam — descendit: *Gregorii I. papae homiliarum in evangelia lib. I hom. XVII (Opp. I, 1502. 1505).* 2) *Cf. Jaffé, Reg. 1910 (1527):* ita ut in vobis impletum esse gaudeamus quod scriptum est: 'Ubi plurimae segetes, ibi manifesta fortitudo boum'. 3) Sancta — mereamur: *Lib. diurn. XLV (p. 35).*

613. c. 614 *Codd. (M =) Ambrosianus S. 33 saec. IX. scriptus (fol. 289)*[a], *a viro cl. Henrico Simonsfeld collatus, (V =) Vercellensis CXI saec. X. scriptus, a viris cl. Petro Canetti et Caesare Fani collatus.*

Edd. Peyron, Ciceronis orationum fragm. App. p. 152; Räss und Weis, Leben der Väter und Märtyrer III, 386. — Jaffé, Reg. 2002 (1551).

DOMINO GLORIOSISSIMO[b] ATQUE PRAECELLENTISSIMO FILIO, THEODORICO REGI FRANCORUM, BONIFATIUS[c] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Scripta excellentiae vestrae cum ea, qua[d] decuit, dulcedine et veneratione suscepimus[e]; in quibus nobis de fratris et coepiscopi nostri Floriani ordinatione significastis[f] atque, ut ei secundum antiquam consuetudinem pallium deberemus transmittere, scripsistis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia ita cor vestrum sua protectione disponit, ut inter ceteras regni vestri sollicitudines etiam de aecclesiarum suarum vos faciat ordinatione tractare. Sed quid maius, quid uberius, quid etiam poterit laudabilius repperiri quam recta fides in regibus, quae non solum hic eos[g] tranquille[h] vivere, sed etiam in aeterno regno faciet[i] participes inveniri? Ergo cum notum sit omnibus, vestram excellentiam[k] integram professionem vehementer amplectere ac toto corde diligere, opportunum est voce clamare prophetica: Iocundetur[l] caelum desuper et fundant montes iocunditatem[m] et colles laetitia laetabuntur[n]; nam meritorum vestrorum actus vocem vos pastoris[o] egregii audire fecit et assequi[p], idcirco in sua vos tranquillitate custodit. Igitur quia, excellentissime[q] fili, Deus noster vos[r] elegit de regibus, vocem eius libenter audientes, creatorem et auctorem luminis estis sine dubio assecuti[s], quatenus per religionem orthodoxae fidei tenebras futuri supplicii evadatis. Ut autem sicut fide, ita et actione vincatis, necessarium esse valde prospeximus, aecclesiasticas vobis utilitates, quas et diligitis, commendare, ut, quod pauperes beati Petri apostolorum principis vestro sunt largitatis munere consecuti, vobis suffragantibus valeat augmentari. Paterno itaque affectu[t] vestram excellentiam[k] salutantes, creatoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vos a malis omnibus protectione custodiat atque post multa annorum curricula in aeterna faciat vita regnare.

Incolumem[u] excellentiam[k] vestram[v] gratia[w] superna custodiat, domine fili.

14.

Warnecarius Ceraunio Parisiensi episcopo res a sanctis gestas colligere cupienti mittit vitas sanctorum tergeminorum (Speusippi, Eleusippi, Meleusippi) in Lingonica civitate occisorum et Desiderii eiusdem civitatis episcopi. (c. 614.)

Codd. (M =) Montis Pessulani 154 saec. IX. scriptus (4°), a viro cl. Braunschwig collatus, (P =) Parisinus latinus 17625 saec. X scriptus (fol. 130'), a viro cl. Augusto Molinier collatus, (O =) Sancti Audomari 791 saec. XI. scriptus (fol. 117')[a], *a viro cl. Ernesto Sackur collatus.*

Edd. Acta ss. Ian. II, 76 (ed. nov. p. 440). — Migne, Patrol. lat. LXXX, 185.

---

13. a) item eiusdem bonifatii papae *praem. M.* b) gloriosissimo domino *V.* c) bonifacius *V.* d) quae *V.* e) e *ex* i *corr. M.* f) signastis *M.* g) eas *V.* h) *inter* l *et* e *ras. M.* i) faciat *V.* k) *inter* i *et* a *litteras quasdam* [ssim?] *eras. M.* l) iucundetur *V.* m) iucunditatem *V.* n) laetabitur *M. V.* o) i *ex* e *corr. M.* p) s *priorem in ras. M.* q) me *ex* mi *corr. M.* r) vos excellentissime fili deus noster *V.* s) s *priorem,* c, u *in locis rasis M.* t) u *ex* i *corr. M.* u) *corr. in* incolomem *M.* v) *om. V.* w) gratiam *V.*

14. a) incipit prefatio passionis sanctorum speusippi eleusippi et meleusippi *add. in marg. O.*

SANCTO ET A ME PONTIFICALI APICE PRAEFERENDO, DOMNO[a] CERAUNIO PAPAE, WARNECARIUS[b]. c. 614. 645

Praecipuis beatissimorum episcoporum personis assidue[c] coaequari[d] meritis non desistis: in omni conversatione sacerdotii sancta[e] quotidie[f] exornare[g] religionem[h] festinans, divinarum scripturarum[i] dogmata peragrasti; nunc sanctorum martyrum gesta ad laudis tuae cumulum pro amore religionis congregare in urbe Parisiaca devotus intendis. Unde sancto Eusebio Caesariensi[k] in aemulationis studio coaequandus es et pari[l] gloriae dono[m] perpetualiter memorandus. Da veniam nostrae imperitiae, quoniam te tantum laudare[n] non sufficimus, quantum esses, cordi si[o] facundia succurrerit[p], praeferendus. Gesta[q] sanctorum geminorum, qui in suburbio[r] Lingonicae civitatis[s] pretiosam adepti sunt consummationem martyrii, vel beatissimi Desiderii martyris et antistitis[t] ipsius civitatis [1], sicut devotionis studio imperastis, ita desiderantissimę[u] meae[v] famulationis obedientia[w] cognoscatis[x].

15.

Episcopus quidam iuvenem regem (aut Chlodoveum II. aut Sigebertum III.), David et Salomonem reges exempla proponens et atavum Childebertum I. et Chlotharium I. avum pios reges imprimis laudans, rectam regendi rationem docet [2]. *(c. 645.)*

Cod. Vaticanus inter Christinae codices numero 407 signatus, saec. X. XI. scriptus (fol. 96), a viro cl. Carolo Wotke collatus [a].

Edd. Mai, Nova coll. VI, II p. VII (ed. sec. I, IV p. III). — Pitra, Hist. de Saint-Léger p. 457; Digot, Hist. d'Austrasie III, 349.

Moneo sublimitatem tuam, nobilissime rex, ut, quae tibi caritatis stilo scribere praesumpsi, excellentia tua benigne dignetur recipere. Oportet siquidem te, piissime rex, frequenter sacras recensere scripturas, ut in eis antiquorum et Deo placentium regum valeas cognoscere causas: qualiter ipsi per humilitatis custodiam Domino placuerunt; quorum vestigia si secutus fueris, honorem longevum regni praesentis et insuper vitam obtinebis aeternam. Rex enim David sapiens humilisque, iugiter opera bona sectando, quae Domino erant placita, proelia, quae fuerant contra illum parata, semper vicit, templum Domini ipse aedificare coepit, filiusque suus Salomon illud postea ad perfectionem perduxit, quia per prophetam Dominus ei locutus est dicens: 'Ex femoribus tuis exiet, qui hanc domum meam postea aedificabit'. (Cf. 3. Reg. 8, 19.) Qui Salomon rex tantam sapientiam tantamque prudentiam habuisse legitur, ut in suis dictis nullus sit qui reprehendat usque ad unum iota: rectus fuit in iudicio, sapiens in eloquio, omnesque motus suos totos regales habuit.

---

a) *om. O.* b) uuarnecarius *M;* warniharius *P;* uuarnaharius *O; add.* salutem *O.* c) assiduae *P.* d) ri *ex* re *corr. M.* e) sanctam *P.* f) cotidie *P. O.* g) exordinari *P;* exornari *O.* h) religione *O.* i) litterarum legendi studio universa *pro* scripturarum *O.* k) caesariense *M.* l) paris *O.* m) donum *in marg. corr. in* dono *M.* n) laudare tantum *P.* o) cordis *in marg. corr. in* cordi si *M;* cordis *P;* si cordis *O.* p) succurreret *O.* q) gestas *in marg. corr. in* gesta *M.* r) qui suburbium *in marg. corr. in* qui in surburbio; quibus urbium *O.* s) civitates *O.* t) episcopi *pro* martyris et antistitis *O.* u) desiderantissime *M. O.* v) me *O.* w) oboedientiam *P;* obedientię *O.* x) explicit prologus *add. O.*

15. a) in christi nomine incipit sermo ad regem *litteris quae vocantur uncialibus expressum praem. c.*

1) *'secundum aliquos 264., secundum alios 407. (441)': Gams, Series episcoporum p. 557.* 2) *Carolus Zeumer adnotavit (Neues Archiv XIII, 664) hanc epistolam esse formulam illius ad regem iuvenem Karolinum datae, quam Ernestus Dümmler in Actis nostris (ibidem p. 191) edidit.*

[c. 645] Isti reges supradicti semper, prophetae Domini quod[a] eis denuntiaverunt, intento sensu audierunt. Quamobrem, gloriosissime domine, modo oportet te, ut et sacerdotes audias et consiliarios seniores diligas simulque et illum, qui post te palatium tuum regit, et ad eorum doctrinam, quam tibi indicant, vigilanter adtendas, quia vulgari sermone ita dicitur: 'Qui cum pluribus consiliatur, solus non peccat'. Dignum est etiam, ut personarum maturam aetatem et consilium habentium non surdus auditor fias, sed claro moderamine ipsos audias; iuvenum[b] quidem, qui tibi proximi assistunt, cauto ordine eorum, verba recipe, quia per iuvenum consilia saepe casus evenit, et in senioribus eloquii stabilis dignitas perdurat. Salomon quidem, quando regnum accepit atque in eo unctus fuit, evigilavit mane et ita oravit in templo Domini dicens: 'Do- [3. Reg. 3, 7-9.] mine Deus, tu me, servum tuum, regnare fecisti, ego autem sum puer parvus et ignorans egressum et introitum meum; et servus tuus in medio populi est quem elegisti infiniti, qui numerari et supputari non potest prae multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docibile, ut iudicare possit populum tuum et discernere inter malum et bonum. [Cf. Osee 14, 10. 2. Par. 1, 10.] Instrue me, Domine, viam rectam, in qua ambulem, et da mihi sapientiam atque intellectum in omnibus sensibus meis, ut armis fidei circumdatus in omni intelligentia et monitione circa me tuae protectionis auxilium habeam'. Et cum haec orasset, ex- [Cf. 2. Par. 1, 11. 12.] audita est oratio eius, et locutus est angelus Domini ad eum dicens: 'Quia non petisti aurum nec argentum nec divitias aut animas inimicorum tuorum, ideoque quod postulasti dabit tibi Dominus, hoc est sapientiam et intellectum'.

Ergo si tu, domine, bona postulas a Deo, et si fueris mensuratus in verbis, firmus in dictis, foederatus in animo, in caritate locuples, in bonitate subtilis, in salutatione receptaculum habens, in dispensatione sensatus, in iudicio rectus, in vindicta pius, in pauperibus misericors: Dominus augebit annos tuos longaevos, sicut fuit antecessoribus tuis regibus, qui in hoc saeculo nobiliter regnaverunt. Tu quidem, domine, si in ista iuvenili[c] aetate perfectus fueris, omnes gentes tibi adversantes de tuo recto et iusto regimine pavebunt, omnes fideles tui tecum gaudebunt, universi te timebunt et audient et diligent; cuncti gratias agent divino rectori, domino nostro Iesu Christo, eo quod talem super se meruerunt habere regem. Cum inter ipsos in consilium veneris, semper sereno vultu eorum verbis aurem praebe, sollicitus considera, quomodo singuli circa te loquantur pro stabilitate patriae, pro causis emendandis, pro tua salute, pro his quae ordinanda et tractanda sunt in regio palatio. Omnia haec oculi tui instanter inspiciant[d], et aures tuae prudenter audiant. Quoties vero veneris inter illos, sic sis sollicitus, quasi puer, qui sapienter vult discere litteras; tantaque prudentia tua inter ipsos[e] appareat, ut eis loquentibus tu non sis discipulus, sed magister; ubi autem videris sapientem hominem, peculiariter eum recipe et fabulas diversas cum illo habeas, [Cf. Prov. 9, 7. 8.] quia, sicut scriptum est: 'Si arguas sapientem, diliget[f] te; et si irrideas derisorem, [Prov. 13, 20.] qui non intellegit, iniuria est te audire'. Et item dicit: 'Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit', quando locutus fuerit. Iocularis quis curiales sermones habet ad loquendum? Ne libenter eum audias. Et quando tu cum sapientibus locutus fueris aut cum tuis ministerialibus bonas fabulas habueris, ioculares taceant; quia plus te oportet recondere sapientiam in cubilo[g] cordis tui, quam fatuos et stultos sermones loquentes [Cf. Prov. 8, 12 et Ioh. 14, 23.] audire, quia, ubi sapientia vera habitat, Deus ibidem mansionem facit.

Hlotharius atavus tuus[1] tres filios habuit: Hildebertum, Hlodoveum et Hlodmirum. In Hildeberto quidem tanta sapientia et pacientia fuit, ut non solum seniores, sed

a) quid *c.* b) *corr. ex* iuvenem *c.* c) i *secundam ex* a *corr. c.* d) inspiciunt *c.* e) ipso *c.* f) diligit *c.* g) cubile *c.*

1) *Dictus est Chlodoveus I., qui cum duos alios tum, Gregorio Turonensi testante (Hist. Franc. III, 1: SS. rer. Merov. I, 109), Chlodomerem, Childebertum, Chlotharium filios habuit.*

etiam et iuniores paterno affectu diligeret: et quicumque adhuc ex ipsis suum memorant nomen, extensis manibus tam sacerdotes quam et laici eius spiritum commendant, c. 645 eo quod ipse locis sanctorum seu fidelibus suis semper largus fuerit in dandis muneribus. Hlotharius autem senior, habens quinque filios[1], ex cuius stirpe tu procedis, fortis fuit in eloquio, adquisitor patriae, nutritor fidelium. Hoc autem inter reliqua satis dulce est commemorari de eodem avo tuo Hlothario, quia tanta fuit eius benignitas secundum Deum, ut non solum iustus videretur esse in operibus, sed quasi sacerdos in hoc saeculo conversatus est: ille rexit Francos, aedificavit ecclesias. Ergo tu, dulcissime domine, quia parentes tui tam grandem habuerunt intellegentiam atque doctrinam, sic age per singula, quomodo regem decet: non levitate sis positus, non iracundia animo tuo dominetur, quia sic dicit apostolus: 'Ira enim viri iustitiam Dei Iac. 1, 20. non operatur'. Non ebriosis coniungaris, quoniam scriptum est de eis: 'Ebriosi regnum 1. Cor. 6, 10. Dei non possidebunt'. Adtende diligenter, ut non inordinate alicui reddas responsum, sed in tua loquela sis eruditus et verax, quia ita sapiens Salomon ait: 'Eruditus in Prov. 16, 20. verbis reperiet bona'. Quando tibi aliquis aut pro tua utilitate aut pro sua necessitate aliquid suggerit, non in animo tuo contra ipsum maligne aliquid aut superbe teneas, sed sic moderate et honeste age, sicut decet regem; et scriptura docet: 'Sol Ephes. 4, 26. non occidat super iracundiam vestram'. Sed si aliquid contigerit, unde ira commotus fueris, cito animus suam recipiat pacem, quia Dominus, sicut legitur in scripturis, super pacientem animum verbum promissionis suae dignatur largiri. Cf. Hebr. 6, 12.

Quod vero, gloriosissime domine, rusticitas mea vobis scribere praesumit, regalis industria hoc mente devota pertractet et intento animo a Deo petat auxilium, 'qui Iac. 1, 5. dat omnibus in fide postulantibus affluenter', sicut scriptum est, 'et non inproperat'. Et cum his huiusmodi te officiis regiae pietati congruentibus exercere studueris, rex esse perfectus poteris simulque et gloria Domini de caelo super te veniet, ut sermo Davidicus iure impleatur in te, quatinus in virtute Domini leteris, o rex, et super Cf. Ps. 20, 2. 3. 6. salutare eius exultes vehementer; desiderium animae tuae tribuet tibi Dominus, voluntates labiorum tuorum non fraudabit; aequitate directa sit gloria tua in salutare eius, gloriam et magnum decorem inponat super te; inluminet te Dominus et impleat Cf. Ps. 19, 7. 5. omnes rectas petitiones cordis tui et consilium tuum in bonis actibus confirmet, ut pro te dicant cuncti christiani: 'Domine, salvum fac hunc regem nostrum et exaudi Ps. 19, 10. nos in die, qua invocaverimus te'. Si speraveris in Domino et feceris bonitatem, Cf. Ps. 36, 3. coram illo pasceris in diviciis eius. 'Revela Domino interiora cordis tui et spera in Ps. 36, 5. 6. eum, et ipse faciet et deducet quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum lucere faciet sicut meridiem'. Ergo tu subditus sis semper Domino et obsecra eum, ut dono gratiae suae vitam tuam gubernet et disponat; quia, si hoc non feceris, nihil erit utile, quod sic testatur scriptura: Qui inique agent, exterminabuntur; qui vero expectant Cf. Prov. 2, 21. 22 et Ps. 36, 34. Dominum, ipsi in hereditatem possidebunt regnum. Ergo tu[a] expecta Dominum, ut ipse custodiat viam tuam, ut et tu cum pace inhabites terram; custodi autem veri- Cf. Ps. 36, 34. tatem et vide aequitatem, quia 'salus est iustorum a Domino, et ipse protector est Cf. ibid. v. 37. ibid. v. 39. 40. eorum in tempore tribulationis: adiuvabit eos Dominus et liberabit eos et salvos faciet eos et eruet eos a peccatis eorum'; ostendet et Dominus misericordiam suam timentibus Cf. Ps. 84, 8. se, sicut tibi faciet, si fueris pius et misericors et timens Deum, consolator pauperum, quia sic in psalmo dicitur: 'Beatus qui intellegit super egenum et pauperem; in die Ps. 40, 2. 3.

a) *superscr. c.*

1) *Guntharium, Childericum, Charibertum, Gunthramnum, Sigebertum (ex Ingunda uxore); sed, qui proavus Chlodovei II. et Sigeberti III. regum est, Chilpericum Chlotharius I. ex Aregunda genuit (Hist. Franc. IV, 3; SS. rer. Merov. I, 142. 143).*

c. 645 mala liberabit eum Dominus; Dominus conservet eum et vivificet eum et beatum faciet eum'. Et illi viri beati sunt, qui in hoc principio regni tui, quod modernis temporibus, Domino donante, regis bona gerunt, recta prosecuntur atque iustitiam faciunt; quia, si in istis meditantur et tibi vivendi solatium praestant, et insuper mercedem futuram in cunctis sibi adquirunt, quod longe lateque tam in tuo regno quam et in longinquis[a] patriis magnam esse nobilitatem personarum in palatio gaudebunt, ubi veritas non abnegatur, sed iustitia pronunciatur, ut, abstersa mundana cupiditate, aequitatis[b] radiante lumine, sic iustitia procedat, ut cum laude clarificetur Deus iustoque iudicio in cauto sancto palatio iudicato laetificentur et exultent pauperes, viduae defensionem habeant, orfani tutelam suscipiant.

Semper, o rex Francorum illuster[c], dulcissime fili, time Deum, ama illum; semper tibi praesentem et, quamvis invisibilem humanis oculis credas, tamen devotus adora eum et, quantum ipse tibi de die in diem plus honoris dederit, tanto amplius illum dilige et roga eum cotidie[d] satis humiliter, ut det tibi sapientiam gubernandi regnum, quod ab ipso accepisti, et, quamdiu illi placuerit quod regnes, semper ei placere desi-
Iac. 1, 17. deres, quia 'omne donum bonum desursum est, descendens a patre luminum': quoniam
Ioh. 3, 27. 'non potest homo accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de caelo'. Ideo enim hominibus dantur dona a Deo ac potestates, ut auctori gratiae referantur. Ministrum te Dei esse scias ad hoc constitutum ab ipso, ut, quicumque bona faciunt, te habeant misericordem adiutorem, vindicem fortem te cognoscant hi, qui faciunt mala, ut, antequam faciant, te timeant. Pleno cordis timore cogita sollicite, qualiter in omni vita tua a Deo griberneris, ut diu et feliciter tu alios regas. Ante omnia et post omnia
Cf. Rom. 2, 11. cave pravorum consilia et personarum acceptiones. Sine bonorum consilio nihil facias, sed unicuique[e] suus honor servetur. Unumquemque sua fides commendet. Vide ne ames eum, quem Deus odit, id est qui eius contemnit praecepta; neque eum odias, quem Deus diligit, hoc est qui eius mandata custodit. Noli diligere adolatorem, sed ama eum, qui tibi dicet veritatem; honora sacerdotes; magnifica Deum timentes; veritatem ama et sequere; clamores populi moderate compesce; iudices pravos corripe viriliter. Sic te, Deo adiuvante, tempera in omnibus, ut qui mali sunt in omni gradu regalem timeant[f] auctoritatem, legem et rationem; boni vero ament fidem et misericordiam; singuli iudicent iustum iudicium. Tu vero conserva unius thori castitatem. Sapienter dicta, prudenter interroga, nec te pudeat interrogare quod nescis, nec[g] praescire coneris quod ignoras, ne forte per vanam gloriam offendas gloriam Dei; multum enim talis homo displicet Deo. Purum sensum habe per singula; stabilis sit sermo tuus; considera eum, antequam definias, et, postquam finieris, non mutes eum; si tamen, non malus sit aut noxius: non decet regem mutabilem esse; scias vere, quod nullus potest esse fidelis regi, cuius sermo non stat. Cave calcare ova aspidum nuda
Ps. 61, 11. planta; recordare praeterita et cogita futura. Intellege quod scriptum est: 'Diviciae si affluant, nolite cor apponere'. Cogita diem novissimum, ut non pecces per securitatem. Sapientior est qui in antea praeparat, quam qui retro relinquet. Nutri nunc reliquias Francorum, hoc est filios eorum, paterno potius affectu quam crudeli imperio.

Haec autem paucissima verba supra vires meas[h] scripsi, coactus amore et tuo et Francorum omnium. Scias, quia, si ista superius scripta sub tuo regimine gesta fuerint, ille vitae tuae et regni tui dignabitur augere spatia, qui ter quinos annos
Cf. 4. Reg. 20, 6. Ezechiae regi superaddens concessit ad vitam. Salutem humiliter a Domino perpetuam tibi et omnibus tuis dandam imploro, o dulcissime rex.

---

a) gin *superscr.* c. b) tis *in marg. add.* c. c) ill c. d) cottidie c. e) que *superscr.* c. f) teneant c. g) ne c. h) meos c.

16.

Chrodebertus (Turonensis episcopus) litteris interrogatus, quid canonibus sancitum sit de consecrata muliere adulterio polluta, Bobae abbatissae cuidam mittit Aurelianensis synodi canonem additque consilia. *(c. 653—674.)* c. 653-674

Codd. Lugduno-Batavus (L 1 =) Voss. latinus qu. 119 saec. X. scriptus (fol. 10), a viris cl. de Vries et Boldermann collatus, et a Carolo Zeumer adhibiti (L 2 =) Lugduno-Batavus 114 et (P =) Parisinus 2777. Edd. (sine nomine eius, quae accepit) Paschasii Quesnelli variae lectiones, notae et observationes in epistolas sancti Leonis Magni: Leonis opp. (ed. Ballerinii) II, 1500; Zeumer, Formulae p. 494. — Migne, Patrol. lat. LIV, 1424.

OPPINIONE RELIGIONIS DULCITER NOMINANDĘ[a] ET CARITATIS VINCULO AMBIENDĘ[b] BOBĘ[c] MATRIFAMILIAS CHRODOBERTUS[d] PECCATOR SALUTEM IN DOMINO PERHENNEM[e].

Litteris tuis parvitatem meam postulasti, ut sententiam canonum perquirerem[f] de iuditio mulieris, que, postquam[g] consecrata et professa[h] castitate[i] Deo fuerit[k] conservare, adulterium perpetraverat. Quamquam[l] in sancta[m] sinodo[n] Nicena, Calcidonense[o] et Ephisina[p] vel Constantinopolitana super ac re capitulum non invenimus, quę quattuor sinodos[q] totum[r] terrarum venerabiliter recepit[s] et concredit[t], attamen[u] in Aurelianinse[v] sinodo de ac re invenimus prefinitum iuditium[1], quod tibi destinavimus, et ex ipsa auctoritate iudicium conservandum praedictę[w] mulieri[x] direximus. Sub qua sententia consilium dedimus ex divinarum scripturarum fonte flumina[y] sententiarum viva vel stipites[z] inmobilium[a] columnarum[b], quorum unda[c] bibens et amplexu se tenens non timeat iterum labi[d] ad[e] ruinam[f] neque disperare[g] pro preterito[h] lapsu possit de veniam[i], si[k] predicta teneat consilia. Memoretur[l] evangelicę mulieris illius peccatrices[m] Mariae Magdalenae[n], quę[o] septem vitiis repleta fuerit[p], de qua dominus septem demonia [Cf. Luc. 8, 2.] eiecit[q], que domini pedes lacrimis lavit, crinibus[r] tersit[s], labris fortiter inpressis exardenti[t] amore osculata est et unguento[u] praetioso unxit [Cf. Luc. 7, 38; Ioh. 11, 2; 12, 3.]; de qua dominus dixit[v]: 'Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum' [Luc. 7, 47.]. Et ipsa est, quę[w] semper dominum prosecuta[x] est usque ad crucifixionem[y] et sepulturam, et ipsa prima post[z] resurrectionem ante quam[a] ullus[b] apostolorum[c] et ante quam[a] mater domini, gloriosissima Maria semper virgo, et angelos[d] et[e] dominum meruit videre [Cf. Ioh. 19, 25; 20, 1. 12. 14; Marc. 16, 9.]. Ipsa est soror Martę et Lazari, quem[f] dominus quatriduanum mortuum suscitavit[g] [Cf. Ioh. 11, 1 sqq.]. Et redemtor[h] noster pro [Cf. Matth. 9, 13;]

16. a) nominando *L 2.* b) abluendo *L 2.* c) ill. *P.* d) chrodobtus *L 1;* chrodebertus *P;* bobę — chrodobertus *om. L 2; add.* ille *L 2,* ill. *P.* e) n *alteram superscr. secunda manus priori fere aequalis in L 1.* f) perquirerae *L 2.* g) post *L 2;* posquam *P.* h) consegratam et professam *L 2.* i) castitatem *L 2.* k) fuerat *L 2.* l) quam *L 1;* quamque *L 2.* m) *corr. manus sec. ex* sancto *in L 1.* n) siđono *L 2.* o) ci *in loco raso scr. manus sec. in L 1;* calcedonense *P.* p) efesena *L 2.* q) sidonos *L 2.* r) tantum *L 2. P.* s) recipit *P.* t) c *alteram in loco raso scr. manus sec. in L 1.* u) *corr. manus sec. ex* ac tamen *in L 1.* v) aurelianense *manus sec. in L 1 et L 2;* aurilianense *P.* w) predicti *L 2.* x) i *finientem in loco raso scr. manus sec. in L 1;* mulieris *P.* y) *sequitur locus rasus in L 1.* z) stipes *P.* [a) l. 20] a) inmobilum *P.* b) *inter* m *et* n *superscr.* p *manus sec. in L 1.* c) unde *P.* d) a *ex* i *corr. et* i *post locum rasum adscr. manus sec. in L 1.* e) in *L 2. P.* f) ruina *L 2.* g) desperare *manus sec. in L 1;* iterarae *L 2.* h) perito *P.* i) venia *L 2. P.* k) sed *L 2. P.* l) memoret *L 2.* m) peccatricis *manus sec. in L 1.* n) g *et* nae *superscr. manus sec. in L 1.* o) *corr. manus sec. ex* qui *in L 1;* quem *L 2.* p) fuerat *manus sec. in L 1 et L 2. P.* q) i *priorem ex* g *corr. manus sec. in L 1.* r) *inter* i *et* n *erasum* nn *in L 1.* s) tergit *L 2.* t) exardescenti *P.* u) unguenti *L 1.* v) de — dixit *omissum add. in marg. manus sec. in L 1.* w) quem *L 2.* x) *corr. ex* presecuta *manus sec. in L 1;* postsecuta *L 2. P.* y) crucifixorem *L 2.* z) ost *scr. super* pre *manus sec. in L 1.* [a) l. 28] a) que *L 2.* b) nullus *L 2. P.* c) apostolus *L 2.* d) angelus *L 2.* e) *add.* ad *deletum L 2.* f) quam *P.* g) uit *ex* bit *corr. manus sec. in L 1.* h) *inter* m *et* t *superscr.* p *manus sec. in L 1.*

1) *Videtur esse can. XVI conc. Aurel. V. (Quesnel); ad can. XIX conc. Aurel. III. haec specture videntur (Zeumer); an ad can. XVII conc. Aurel. II?*

c. 653-674 peccatoribus et adulteris in hunc[a] mundum se venisse dixit[b], non pro iustis. Et ipsa veritas dicit, quod[c] non sit opus sanis[d] medicus, sed aegrotis[e]. Paulus apostolus, persecutor christianorum et homicida, sancti Stephani interfector, noster[f] et omnium gentium[g] factus est preceptor. Quid dicam[h] de Matheo telonario et postea evangelista? quid de[h] Zacheo, qui de arbore sicomorum, iam inluminatus corde et[i] parva statura corporis sui, dominum videre cupiebat? quid[h] de publicano illo in evangelio[k] scripto[l], qui[m] pectus suum percutiebat, dicens: 'Non sum dignus levare[n] oculos meos ad celos[o]; esto mihi, Dominę, propitius peccatori': et descendit iustificatus[p] magis quam Fariseus ille[q], qui iactabat merita sua et stando orabat? Quid adhuc ad[r] augendam consolationem dominus et[1] redemtor noster in evangelio dicit, similitudinem gloriosam piissimi[s] pastoris perfecisse[t], qui, nonaginta et[u] novem oves in montibus derelictis[v], errantem[w] unam[x] pastor clementissimus cum multo labore lustrando squalida loca perquisivit et invenit et in humeris[y] apposuit[z] et ad gregem salvam reduxit, ut[a] numerum[b] perfectum centenarium[c] impleret, ut[d] perfecti gregis[e] dominus esset[f] et nos, miseros peccatores, errantes[g] per fragilitatem corporis, iustis et innocentibus adgregaret, et dixit, plus[h] se gaudere super uno peccatore penitentiam agente[i] quam super[k] XCVIIII iustis[l] non indigentibus[m] penitentiam[n]. Si[o] futuri temporis cautela, largiente Christi gratia, inhibeatur[p] et[q] culpa[r] non iteretur[s], quatinus[t] multis fletibus diebus et noctibus, publicae et occulte, ieiuniis[u] et[v] orationibus, gemitibus, suspiriis[w], laboribus[x], obedientia et taciturnitate, humilitate et caritate[y] preterita deleatur[z], non sunt querenda aut numeranda annorum[a] tempora ad agendam penitentiam, sed fortitudo cuiuslibet temporis vel momenti conpungtionis[b], timoris sui[c] et amoris Dei ex toto cordis desiderio[d]. Ad hec verba confirmanda testis est excellentissimus propheta, qui spiritu Dei plenus dicit: 'Peccator in quaquunque die vel[e] quacumque[f] ora[g] conversus fuerit et ingemuerit, omnia peccata sua oblivione[h] traduntur'. Et latro[i] ille[k], qui iuxta dominum crucifixus fuerat, subito[l] confessione confessus et fide plenus credidit hominem, quem videbat crucifixum, Dei omnipotentis filium, Deum vivum et verum[m], non annos[n] aut[o] menses aut[p] dies egit[q] penitenciam[r], quem[s] velox mors[t] arripuit, et iuxta verbum Dei[u] in paradiso[v] ante Petrum apostolum introivit[w]. Et populus[x] Ninnive[y] civitatis[z], triduano

Cf. Marc. 2, 17; 1. Tim. 1, 15. — Cf. Matth. 9, 12. — Cf. Act. 22, 20. — Cf. Matth. 9, 9; Marc. 2, 14; Luc. 5, 27. — Cf. Luc. 19, 2 sqq. — Luc. 18, 10 sqq. — Cf. Luc. 15, 4 sqq; Matth. 18, 12 sqq. — Cf. Luc. 15, 7. — Ezech. 33, 12. 13. — Cf. Luc. 23, 39 sqq. — Cf. Ion. c. 3.

---

a) n *superscr. manus sec. in L1.* b) *inter* i *et* x *locus rasus in L1.* c) quę *L1;* que *L2.* d) is *ex* us *corr. L1.* e) *corr. ex* haegrotus *L1;* sed aegrotis *om. L2.* f) *om. L1.* g) n *superscr. manus sec. in L1.* h) d *superscr. manus sec. in L1.* i) pro *L2. P.* k) ecclesiae *L1.* l) *fere evanuit in P.* m) *sequitur littera [ut videtur* p*] erasa in L1.* n) *corr. ex* lavare *manus sec. in L1.* o) caelus *L2.* p) *corr. ex* iustificatos *manus sec. in L1.* q) illi *L2.* r) *om. L2. P.* s) *corr. ex* piissime *manus sec. in L1.* t) isse *evanuit in P.* u) *om. L2.* v) derelictas *corr. ex* derelictus *manus sec. in L1.* w) *post* ē *locus rasus in L1.* x) vidit, t *superscribens, in loco raso pos. manus sec. in L1.*

[a) l. 13] y) in humeris *ex* innumeros *corr. manus sec. in L1;* suis *add. L2. P.* z) inposuit *L2. P.* a) *corr. ex* ui *vel* ue *manus sec. in L1; add.* et *L2. P.* b) numerus *L2;* innumerus *P.* c) centenarum, *ut videtur, L2.* d) et *P.* e) eg *in loco raso,* is *superscr. manus sec. in L1.* f) *in loco raso scr. manus sec. in L1.* g) errantem *P.* h) praeterea *L1.* i) agentem *L2. P.* k) supra *P.* l) *corr. ex* iustos *manus sec. in L1;* iustos *L2. P.* m) ib *in loco raso scr. manus sec. in L1;* indigentes *L2;* digentes *P.* n) *lineolam* m *significantem in loco raso L1.* o) sed *P.* p) adhibeatur *L2. P.* q) ut *L2;* in *P.* r) *in fine* m *erasa in L1.* s) *post* i *est* n *erasa in L1;* iteret *L2.* t) quaanus *L1;* que *L2. P.* u) *corr. ex* geiuniis *manus sec. in L1;* geiuniis *L2.* v) *om. L2. P.* w) *tertiam* i *superscr. manus sec. in L1.*

[a) l. 21] x) b *secundam in loco raso L1.* y) caritatem *P.* z) debeatur, *addens* et *L2;* deleantur *P.* a) *post* o *locus rasus in L1.* b) n *secundam superscr. manus sec. in L1.* c) de peccato *add. L2. P,* d) o *ex* a *corr. manus sec., post* de *prius locus rasus in L1.* e) aut *L2; om. P; add.* in *L2. P.* f) quacumquet *P.* g) *initio* h *erasa in L1.* h) oblivioni *corr. manus sec. in L1.* i) tro *in loco raso scr. manus sec. in L1.* k) illa *P.* l) subita *L2. P.* m) hominem — verum *om. P.* n) anno *L2.* o) *loco raso superscr. manus sec. in L1.* p) *sequitur locus rasus in L1.* q) *sequitur* in *erasum in L1; add.* in *L2. P.* r) penitencia *L2.* s) que *L2.* t) x mors *in loco raso L1.* u) domini *L2. P.* v) paradisum *corr. manus sec. in L1.* w) introiit *P.* x) pulu n *in loco raso* , s *superscr. manus sec. in L1;* papulus *L2.* y) ninivete *L2;* ninive *P.* z) *corr. ex* civitasis *manus prior in L1.*

ieiunio[a], fletu, cinere, cilitio, planctu[b] et gemitu[c] concinente[d] de voragine submersionis c. 653-674
sue[e] ire[f] Domini[g] meruit evadere. Et Davit[h] rex et propheta[i] spiritu Dei plenus pro
homicidii[k] et adulterii facinore, Natham[l] propheta arguente, de solio regni non erubuit
contra[m] omni multitudine[n] faciem suam dare in pulverem[o] et pariter[p] erupit[q] in vocem
amarissime[r] penitentie[s] dicens: 'Peccavi, Domine, peccavi'; et Dominus per prophetam 2. Reg. 12, 13.
dixit ei: 'Remissum est[t], remissum est peccatum tuum'. Ecce quantum valet humi-
litas, quantum obtinet caritas, quia, etsi sunt dura peccata nostra, apostolo dicente,
velud stipula, fenum[u] et[v] ligna, si[w] abundaverimus igni amoris Dei, possumus citius Cf. 1. Cor. 3, 12.
exurere[x] onera peccati. Et in eorum[y] locis[z] super fundamentum fidei, que[a] est Christi[b], Cf. 1. Cor. 3, 11. 12.
edificemus aurum, argentum et lapides preciosos[c], ut[d] possimus[e] in ornamentum[f] regis
aeterni, redemtoris[g] nostri, inter vivos lapides[h] conputari, ut dicat[i] apostolos[k] nobis: Cf. 1. Petr. 2, 5.
'Fuistis[l] aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino'; et[m] iterum: 'Ubi abundavit[n] Eph. 5, 8.
peccatum, superhabundabit[o] et gratia'; sic et[p] ut[q] eundem apostolum Paulum in omnibus Rom. 5, 20.
audiamus[r] et[s] sua consilia, quia spiritum Dei habet, integre[t] custodiamus. Dicit ipse
in epistola ad Romanos[u]: 'Sicut[v] enim exibuistis membra vestra servire inmunditiae Rom. 6, 19.
et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete[w] membra vestra servire iustitie[x] in
sanctificatione[y]'. Verbi gratia, qui vigilias multas dedit occultas et noxias[z] in luxuriam[a],
multiplicet, corpus suum eodem modo[b] excitari[c], de somno[d] levare, ad[e] angulos ecclesiae
vel monasterii[f] occulte in orationibus fatigare adque[g] affligere, ut dolores, quos me-
morat, quantos[h] et[i] quales sustinuit[k] pro amore carnali, secundum Pauli[l] apostoli
mandatum eosdem sustineat pro amore spiritali[m], ut non minus sit corpus vigiliis sanctis[n]
languidum, quam[o] fuit in flagitiis, diversis adinventionibus detortis membrorum nexibus[p],
inoneste[q] depressum et ob hoc male defessum[r]. Haec est integra restitutio sanitatis[s]
et operatio summe virtutis[t], ut amore summo[u] Dei et novi[v] amor vetus pellatur[w] pec-
cati, et moriatur amore vetere peccator, et renovetur homo[x] noster interior[y] et di-
struatur[z] corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est huic
mundo et crucifixus cum Christo, iustificatus est a pecato[a]. Si ergo moribus renovati
et a[b] pecato iustificati, salvi facti erimus ab ira per ipsum, ut iam non regnet[c] pec-
catum in nostro mortali[d] corpore, sed regnum adveniat salvatoris per gratiam suam,

---

a) *corr. ex* ieiunium *manus sec. in L1.* b) n *superscr. manus sec. in L1;* plancto *L2.* c) *in fine* m *erasa in L1.* d) *post* i *locus rasus in L1;* concinnente *L2;* concinnante *P.* e) *add.* et *L2. P.* f) iram *P.* g) dei *L2. P.* h) david *L2. P.* i) pheta *in loco raso L1.* k) *corr. ex* homicidio *manus prior in L1;* homicidiis *L2.* l) natan *L2. P.* m) coram *L2. P.* n) *lineola* m *significans erasa in L1.* o) pulvere *P.* p) *post* pa *locus octo fere litterarum erasarum in L1.* q) *post* p *locus rasus in L1.* r) r *in loco raso,* i *superscr. manus sec. in L1;* amatissime *L2;* amantissime *P.* s) penitentiam *P.* t) *superscr. manus sec. in L1;* remissum est *om. L2. P.* u) feni *L1.* v) *om. L2.* w) *om. P.* x) exuri *[sequitur, ut videtur,* re *erasum] L1;* exurire *L2.* y) *in loco raso manus sec. in L1.* z) o *ex* u *corr. L1.* [a]) qui *P.* b) $\overline{\text{xps}}$ *L2;* $\overline{\text{sps}}$ *P.* c) preci *evanuit in P.* d) et *P.* e) possumus *L1;* possemus *P.* [[a]) l. 9] f) ornamento *P.* g) *inter* m *et* t *superscr.* p *manus sec. in L1.* h) lapidem *L2.* i) *super* a *scr.* i *manus prior in L1.* k) os *finienti superscr.* u *manus sec. in L1.* l) fuit *L2.* m) *superscr. manus sec. in L1.* n) *corr. ex* abundabit *manus sec. in L1.* o) *corr. in* superhabundavit *manus sec. in L1.* p) tamen *L2. P.* q) et *L2.* r) *super* m *scr.* o, *non illud signum quod significat* us *manus sec. in L1.* s) *in loco raso L1.* t) ...egre *P.* u) ramanos *L1.* v) sic *L2.* w) exibere *L2.* x) et iniquitati — iustitie *om. L1.* y) sanctificationem *L2. P.* z) obnoxias *L2.* [a]) luxoria *L2. P.* b) o *finientem in loco raso manus sec. in L1.* c) *in loco raso manus sec. in L1.* [[a]) l. 17] d) *inter* sō *et* n *locus rasus in L1.* e) et in *L2. P.* f) monasterio *L2. P.* g) d *in* t *corr. manus sec. in L1; om. L2.* h) o *ex* e *corr. L1;* quanto *L2.* i) t *superscr. manus prior in L1.* k) *corr. ex* sustinet *manus sec. in L1.* l) *sequitur locus rasus in L1.* m) spirituali *L2.* n) *om. P.* o) que *L2.* p) noxibus *L2;* nixibus *P.* q) *inter* n *et* o *superscr.* h *manus sec. in L1.* r) *cetera om. L2.* s) sanctitatis *P.* t) salutis *P.* u) o *ex* i *corr. manus sec. in L1.* v) novus *corr. ex* nonvus *L1.* w) pellator *P.* x) vetus — homo *om. L1.* y) *om. P.* z) i *in* e *corr. manus sec. in L1.* [a]) appecato *L1.* [[a]) l. 27] b) *sequitur* p *erasa in L1.* c) *inter* n *et* e *est* ar *erasum in L1.* d) mortale *P.*

c. 653-675 quam[a] idem Paulus apostolus invocavit[b] cum gemitu[c] dicens: 'Infelix ego homo! Quis
Rom. 7, 24. 25. me liberabit[d] de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum, dominum
nostrum', cui est onor et gloria et imperium, magestas et potestas in unitate spiritus
sancti per infinita secula seculorum!

Peccator indignus Chrodobertus servus servorum Dei episcopus subscripsi.

Gratias multas ago de linea inconsutili, bene texta, longa et larga et mihi multum amabiliter acceptam et corpori meo tamquam sciendo congrue[e] preparata[f].

17.

Leodegarius (Augustodunensis episcopus e civitate sua detrusus et in Fiscamno monasterio detentus, ipse cum cruciatus tum oculis privatus) Sigradem matrem suam in monasterio sanctae Mariae Suessionensi commorantem de eius filio (Gairino per cruciatum interfecto) consolatur[1]. *(c. 675.)*

Codd. (R =) Vaticanus inter Christinae codices numero 272 signatus (Pauli Petavii), saec. X. scriptus (fol. 123), a viro cl. Carolo Wotke collatus, (P =) Parisinus latinus 2077 (Colb.) saec. XI. scriptus (fol. 159), a viro cl. Augusto Molinier collatus[a].

Edd. Labbe, Nov. bibl. manuscr. libr. I, 777; Mabillon, Acta ss. saec. II, 707; Acta ss. Octob. I, 408. — Pitra, Hist. de Saint-Léger p. 449; Migne, Patrol. lat. XCVI, 373.

DOMINĘ ET SANCTISSIMĘ GENĘTRICI SIGRADĘ, QUI[b] ANTEA PER COGNATIONEM CARNIS, MODO PER CONIUNCTIONEM SPIRITUS FACTA ES VERA
Matth. 12, 50. MATER, UT[c] INPLETUM EST ILLUD, QUOD SANCTA VERITAS DICIT: 'QUICUMQUE ENIM FECERIT VOLUNTATEM PATRIS MEI, QUI IN CAELIS EST, IPSE MEUS FRATER ET SOROR ET MATER EST', LEODEGARIUS[d], SERVUS SERVORUM IESU CHRISTI SALVATORIS NOSTRI, GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATRE NOSTRO ET DOMINO IESU CHRISTO.

1. Cor. 1, 4 etc. Cf. 1. Par. 17, 13 etc. 'Gratias ago Deo meo', qui non abstulit misericordiam suam a me, sed dedit
Cf. Ps. 50, 10. 2. Thess. 1, 4. 5. auditui meo gaudium et laetitiam 'pro fide vestra et pacientiam[e] in omnibus perse-
cutionibus et tribulationibus tuis[f], quibus sustinuisti in exemplo iusti iudicii[g] Dei, ut
Cf. Eph. 1, 4. digna habearis in regno Dei', in quo elegit te dominus noster Iesus Christus ante
Philipp. 1, 29. constitutionem mundi et 'dedit tibi non solum, ut in eum credaris[h], sed etiam ut pro
Philipp. 2, 1. illo paciaris'. 'Si qua ergo[i] consolatio in Christo, si quod solacium caritatis, si qua
Cf. Phil. 2, 2. societas spiritus, si qua viscera miserationis' in ipso, implesti gaudium sanctorum,
Cf. Ioh. 16, 20. omnis tristitia versatur[k] in laetitia[l], quia nullo modo oportebat tristari[m], sicut ait
1. Petr. 1, 6. 7. beatus Petrus: 'Modicum nunc si oportet contristare[n] in variis temptationibus, ut
probatio[o] vestrę[p] fidei multo[q] preciosior[r] sit auro, quod[s] per ignem probatum'. Ita
2. Cor. 4, 17. 18. et beatus Paulus testatur dicens: 'Id enim, quod in praesente[t] est momentaneum et

a) quę *L 1.* b) uit *ex* bit *corr. manus sec. in L 1;* invocabit *P.* c) genitu *L 1.* d) liberavit *L 1.* e) congrae *P.* f) peccator — preparata *om. L 1.*

17. a) alchuinus ad sigradem genetricem *rubris litteris quae vocantur uncialibus scriptum praem. R;* incipit epistola consolatoria quam sanctus leodegarius episcopus et martyr post obitum germani sui gairini post amissos oculos et labia incisa vel lingua fiscanno monasterio direxit ad venerabilem genetricem suam suessionis in coenobio puellarum *praem. P.* b) quęque *P.* c) et *R.* d) leutgarius *P.* e) patientia *P.* f) eius *P.* g) iudicis *R.* h) credas *P.* i) est *P.* k) versa est *P.* l) laetitiam *P.* m) tristitia *R.* n) contristari *P.* o) probatum *R.* p) vestrum *R.* q) multum *R.* r) preciosius *R.* s) *interp.* parit *R.* t) praesenti *P.*

1) *Cf. ad hanc epistolam Vitae Leodegarii cc. XIII—XV (Mabillon, Acta ss. saec. II, 690—693).*

leve tribulationis nostre supra modum in sublimitate aeternę glorię pondus operatur c. 675
in nobis, non contemplantibus nobis quę videntur, sed quę non videntur; quę enim
videntur temporalia sunt; quę autem non videntur aeterna sunt'. Et alibi: 'Rememo- Hebr. 10, 32-34.
ramini autem pristinos dies, in quibus inluminati magnum certamen sustinuistis pas-
sionum, in altero quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum[a] facti, in altero
autem socii taliter conversantium effecti[b]; nam et vinctis conpassi estis et rapinam
bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et ma-
nentem substantiam'. Et ut confirmatio et retributio maneat in aeterno[c], addidit dicens:
'Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. ibid. v. 35-39.
Patientia enim vobis necessaria est, ut, facientes voluntatem eius, reportetis promis-
sionem; adhuc enim modicum aliquantulumque[d]: qui venturus est veniet et non tar-
dabit; iustus autem meus ex fide vivit. Quodsi subtraxerit se, non placebit animae
meae; nos autem non sumus subtractiones[e] in perdicionem[f], sed filii in adquisitionem[g]
animae'. O domina, quantum gaudium oportet te[h] habere in Domino, nec lingua
affari, nec pagina valet continere. Dereliquisti, quod derelinquendum erat; adepta es, Cf. 1. Reg. 23, 20.
quod desideravit anima tua: 'Exaudivit Dominus orationem tuam et vidit lacrimas Isai. 38, 5.
tuas[i]', quas[k] multis peractis[l] annis fudisti[m] in conspectu eius, et, quod paululum vide-
batur impedire[n] ad capiendam aeternam beatitudinem, truncavit a te, ut soluta[o] a
vinculo familiarum[p] et libera ab omne[q] compede[r] mundi huius vaces et vivas[s] Do-
mino et gustes et videas, quam suavis est Christus. Ipse est Deus noster, ipse est Cf. Ps. 33, 9.
rex noster, ipse est redemptor noster, ipse 'via et veritas et vita' in agnitione Dei Ioh. 14, 6.
patris et spiritus sancti; ipsi serviendum est in perpetuo, de quo psalmista ait: 'Quid Ps. 115, 12.
retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi?' Significans, quid retribuendum
sit, ilico adiunxit: 'Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo'. O felix ibid. v. 13.
mors, quae vitam tribuit! Felix amissio rerum, quae divitias restituit[t] sempiternas!
Felix tristicia, quae gaudium adferit[u] angelorum! Impraesentiarum probasti, quantum
clementissimus dominus Iesus Christus misertus est tui, qui devotionem spiritalem et
custodiam sancti[v] discipline et contempto[w] mundi tibi habere concessit, et pignora
uteri tui de 'erumna huius saeculi' et de errore praesentis vite eripuit et dedit spem Marc. 4, 19.
vitae aeternae, quos[x] lugere poteras quasi mortuos, si superstites reliquisses in mun-
dum[y]; de quibus non est habenda mesticia, sed multimoda gratiarum actio referenda
Deo patri et domino Iesu Christo. Ecce ablata est caligo, quae obscurabat[z] pupillam
animae, ecce abiecta est subfarcinatio[a] et cura praesentis vitę. Iam non habet nudus[b]
luctans[c], ubi adheret[d] manus suas, suscepto iugum leve[e], portantes crucem Christi.
Sequentes Dominum, eius[f] praecedente misericordiam[g] intrepidi procedamus ad
luctamen: fidelis enim est, dabit nobis victoriam, quia ipse proeliabitur pro nobis et
'conteret satanan sub pedibus nostris velociter'. Et quoniam[h] Deus suos milites vocat Rom. 16, 20.
ad certamen, quibus post victoria[i] paratas habet coronas[k], talia arma[l] eos induet[m], qualia
inimici eorum non habent, id est scutum fidei, loricam iusticię, galeam spem salutis, Cf. Ephes. 6, 16. 14.
'in quo possint omnia tela nequissimi ignea[n] extinguere, et gladium spiritus, quod est Ephes. 6, 16-18.
verbum Dei per omne oratione[o] et obsecratione[p] orantes omni tempore in spiritu et
in ipso vigilantes'. Nichil vult rex noster in suis militibus de veteribus armis[q] nec

a) expectaculum *R.* b) facti in altero autem socii taliter conversantium effecti *om. P.* c) aeternum *P.* d) quantulum *R.* e) subtractionis *P.* f) perdicione *P.* g) adquisitione *P.* h) tibi oportet *R.* i) lacrimam tuam *R.* k) quibus *R.* l) perhactis *P.* m) sudasti *R.* n) impediri *P.* o) solata *P.* p) familiarium *P.* q) omni *P.* r) conpendio *R.* s) videas *R. P.* t) restituet *P.* u) affert *P.* v) sanctae *P.* w) contemptum *P.* x) quibus *R.* y) mundo *P.* z) obscurat *R.* a) subfartinacio *R*; suffascinatio *P.* b) nudum *R.* c) luctum *P.* d) aderat *R.* e) iugo levi *P.* [a) l. 33] f) domino eius *R.* g) misericordia *P.* h) quo *P.* i) victoriam *P.* k) *add.* et *P.* l) talibus armis *P.* m) induit *P.* n) ignita *P.* o) omnem orationem *P.* p) obsecrationem *P.* q) vetere arma *R.*

c. 675 de veteri vestimento reperire, sed innovatos eos vult probare ad proelium; et si aliquid, quod absit, fuerit de vetusta consuetudine: quamvis videatur parvum, maximum generat detrimentum, precipue si aliquid odii[a] contra inimicos fuerit in corde, quod avertat Deus ab animis[b] christianorum fidelium. Quae[c] enim potest perfectior esse virtus, quam[d] ut diligendo inimicos mereatur[e] quis effici filius Dei et dimittendo de-
Ioh. 12, 26. bita mereatur absolvi a vinculo peccatorum suorum, dicente domino: 'Si quis mihi ministrat, me sequatur, et, ubi ego sum, illic et minister meus erit'?. Qualem viam
Luc. 23, 34. dominus docuit sequi, audi eum dicentem, cum ad crucem iret: 'Domine pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt'. Si auctor vitę aeternę, qui carnem de virgine absque peccati macula adsumpsit, pro inimicis orabat, quanto magis nos, qui pleni sumus peccatis, oportet diligere inimicos et orare pro eis, ut imitando dominum et sequendo illum, mereamur partem habere in regnum[f] illius cum sanctis? Et si sunt nonnulli quos perversitas vitae a communione a nobis separat, tamen in id quod conditi sunt non sunt odiendi[g], sed pocius propter praecepta Dei diligendi. Illud namque summopere[h] cavendum est, ut, quos divina pietas de cura rerum temporalium liberavit, nullatenus ad eam nec corpore nec animo revertantur, et, si qua sunt[i], quę iure legitimo debentur, cum omni festinatione vendita aut data vel etiam dispensata pauperibus, ad thesaurum caelestis regni et aeternam beatitudinem animus incalescat. Huic[k]
Luc. 10, 39-42. exemplo Maria[l] sequens, quae sedebat ad pedes domini, audiebat verbum illius, Marta autem satagebat circa frequens ministerio[m]. Quem[n] stetit et ait: 'Domine non est tibi cura[o], quod soror mea reliquid me sola[p] ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuvet', et respondens dixit illi dominus: 'Marta, Marta, sollicita es et turbaris circa plurima; porro unum est necessarium; Maria autem[q] optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea'. Tanti amoris Maria intrinsecus anhelabat, ut etiam a corporali ministerio domini vacaret et solam eius potentiam deitatis, in quantum dominus ei praestabat, contemplaret[r]. Ideo oportet, ut, quisquis ad hanc contemplationem surgere meruerit, nullis inpediatur obstaculis, sed die ac nocte psalmis et hymnis[s] et canticis spiritalibus vacans et oboedientia[t] sanctae regulae custodiens, prestoletur venientem
Cf. Matth. c. 25. dominum cum[u] accensa lampade, et[v], cum venerit et pulsaverit, confestim aperiatur ei. Nihil melius quam timor Dei, et nihil dulcius quam respicere in mandatis eius.
1. Cor. 2, 9. O bona[w], quod tibi pius Dominus paratum habet, 'nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendere potest'. Qualiter in praesentem[x] vitam te[y] Dominus remuneravit, audi et ausculta. Pro obsequium[z] famulorum dedit tibi omnes fratres sanctos, qui cotidie pro te orant; pro servicio ancillarum dedit tibi sorores sanctas, quarum consortium[a] frueris[b]; pro labore pręsentis vitę quietem in congregatione monasterii; pro amissione rerum scriptura divina[c] et meditatione sancta[d] et oratione assidua[e]; pro amissione parentum habes venerabilem et sanctam domina Astheria[f] abbatissam[g]: est tibi mater, est tibi soror, est tibi filia. Tu itaque ei vicissitudinem
Act. 4, 32. reddes[h], quia, ut certus sum in Christo Iesu, est vobis 'cor unum et anima una'. Ideo te confido ista[i] omnia accepisse, quia non meis meritis, sed sola misericordia Christi per tua oratione[k] et sanctitate[l] omnia mihi a Christo conlata sunt. Fidelis sermo et
1. Tim. 1, 15. 16. omni acceptione dignus, 'quia Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; sed ideo misericordiam consequi confido, ut in me

a) hodii *P.* b) animo *P.* c) quid *R.* d) *om. R.* e) misereatur *R.* f) regno *P.* g) hodiendi *P.* h) sumopere in *R.* i) sint *P.* k) hoc *P.* l) marię *R.* m) ministerium *P.* n) quae *P.* o) curae *P.* p) solam *P.* q) *om. P.* r) contemplaretur *P.* s) ymnis *P.* t) oboedientiam *P.* u) *om. P.* v) ut *P.* w) scilicet mater *superscr. P.* x) praesente *R.* y) vitam te *om. R.* [a) l. 35] z) obsequio *P.* a) consortio *P.* b) fueris *R.* c) scripturam divinam *P.* d) meditationem sanctam *P.* e) orationem assiduam *P.* f) domnam ętheriam *P.* g) abb. *R.* h) redde *P.* i) ita *P.* k) tuam orationem *P.* l) sanctitatem *P.*

clementissimus Iesus ostendat patientiam[˙] suam ad consolationem omnium[a] peccatorum c. 675-751 et spem venię. Quod minus apud nos terrena habetur substantia, de tesauris sanctarum scripturarum vobis direximus: ut, cum legeritis et audieritis, gratias agite Domino[b].

Sanctus Christophorus martyr inclytus sit pro te intercessor assiduus. Amen[c].

18.

Zacharias papa Optato abbati et Carolomanno monacho Casinensibus, postquam Pippinum maiorem domus cum Griffone fratre reconciliare per suos nuntios conati sunt, rogantibus, ut papa ipse quoque id efficere studeat corpusque sancti Benedicti ablatum sibi restituendum curet, obtemperans hortatur omnes Francorum episcopos et presbyteros, ut utrique rei se interponant[1]. *750. 751.*

Cod. Parisinus latinus 2777 (Colb. 5034, Reg. 3989.3—3) saeculo IX. scriptus (fol. 49'), a viro cl. Carolo Zeumer exscriptus.

Edd. Miracula sancti Benedicti, auctore Adreraldo, edd. (M =) Mabillon, Acta ss. saec. II, 373 et Certain, Les miracles de Saint-Benoît p. 38; (S =) Sirmond, Conc. Gall. I, 575 ('ex schedis Pithoeanis'). — Bouquet, Rec. III, 673; Mansi, Conc. XII, 850; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 955. — Jaffé, Reg. 2290 (CCCII).

ZACHARIAS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI[a], OMNIBUS SACERDOTIBUS[b], PRESBYTERIS[c] FRANCORUM[d].

Egregius apostolus docet[e]: 'Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum'; et Rom. 8, 28. iterum idem ipse: 'Dum tempus habemus, operemur[f] bonum ad omnes'; in alio autem Gal. 6, 10. loco[g] scriptura testatur[h]: 'Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona'. Ergo quia[i] innotuerunt nobis Optatus[k] religiosus abbas[l], presbyter[m] Rom. 10, 15. monasterii beati[n] Benedicti, et Carolomannus[o] Deo amabilis monachus[p], germanus filii nostri Pippini, excellentissimus[q] reges[r] maiori domos[s 2], per hos[t] religiosos Dei servos monachos[u] concordiae[v] et pacis sermones inter eum et Griffonem[w] fratrem eius misisse[x], ut et nos[y] ea[z] ipsa ammonendo dirigamus excellentiam[a] eius[b], ut ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacifice[c] mediantibus[d], verum etiam et[e] pro corpore beati Benedicti[f], quod furtive ablatum est a suo sepulchro, ut ei[g] restituatur. In hoc opere et[h] pietatis[i] et misericordiae libenter aurem accomodantes[k], hortamus[l] dilectionem ac sanctitatem vestram, ut primum omnium[m 3] cum suo fratre ad pacis redeant unitatem[n] et confundatur iniquitas e[o] medio eorum — caritas vero Dei, vobis

---

a) hominum *R.* b) *add.* per saecula aeterna, *om. quae sequuntur P.* c) sanctus — amen *litteris quae vocantur uncialibus scriptum in R.*

18. a) sanctae sedi principis apostolorum beati Petri praesidens *add. M.* b) episcopis ac *M;* et *add. S.* c) pprb̄is *c;* ecclesiae *add. M.* d) salutem̄ dicit *add. M.* e) ait *M.* f) operemini *c.* g) et item *pro* in — loco *M.* h) *om. M.* i) ergo quia *om. M.* k) *om. M.* l) et *add. M.* m) Cassini *add. M.* n) sancti *S.* o) carolomagnus *c;* Carlomannus *M.* p) manachus *c.* q) excellentissimi *M. S.* r) *om. M. S.* s) maioris domus *M. S.* t) praesentes *add. M.* u) manachůs *c.* v) concordia *c.* w) Grifonem *M;* Griphonem *S.* x) mississem *c;* expedire nos mittere *M;* misisse *S.* y) in *add. S.* z) haec *M.* a) excellentiae *M.* b) iam dicti Pippini filii nostri *M.* c) pacificis *M.* [a) l. 25] d) mediatoribus *M.* e) *om. M.* f) *sequuntur nonnullae litterae aut non effectae aut erasae in c.* g) *om. S.* h) opere et *om. M.* i) aequitatis *pro* et pietatis *S.* k) accommodare *M.* l) hortamur *M. S.* m) frater *add. S.* n) frater ad fratrem pacis iure in unum redeat *pro* cum — unitatem *M.* o) in *S.*

1) *Cf. ad hanc ep. Neues Archiv I, 580; IV, 175 sq. et Wissenschaftliche Studien aus dem Benedictiner-Orden II, 45 sqq.* 2) *id est: excellentissimi regis maioris domus.* 3) *id est: primus omnium (Pippinus).*

748-751 predicantibus et ministrantibus, exsuperet[a] inter eos — deinde et prefati beati Benedicti corpus iuxta petitionem Dei servorum[b] monachorum illius[c] sublimitas[d] et[e] vestra[f] sanctitas[g] indubiae[h] ad proprium remittat locum, ut et ipsi[i] gaudeant de suo[k] restituto patre, vosque[l] perennem habeatis mercedem et laudem, pro eo quod[m] iuste[n] operati fueritis, ipsum[o] ad suum reverti[p] tumulum, ex quo clam tultus[q] est[r]. Nec enim sanctitas vestra habuit[s] in hoc bono opere restitutionis eius quod dubitationis offensione[t] coram Deo[1], dum creditur, quia ad obtinendum hoc opus[u] ipsius suffragantibus orationibus et voluntate prefati religiosi Dei servi sunt permoti.

Bene[v] valete.

19.

Pippinus maior domus Gayroino abbati et congregationi sanctorum Petri et Praeiecti Flaviniacensi tabulas eburneas mittit, quibus se eis Glennonem piscinam donare dicit, eorumque orationibus se suosque commendat[2]. *(748—751.)*

Codd. (B =) in bibl. Bruxellensi cartul. s. Petri Flaviniacensis (n. 4), a viro cl. Wilhelmo Arndt collat., in bibl. Parisiensi (P1 =) collect. Bouhier tom. 128 (p. 16), a viro cl. Georgio Waitz collat., (P 2 =) Armoires de Baluze tom. 40 (fol. 21), a viro cl. Wilhelmo Arndt collat.

Edd. Labbe, Nov. bibl. mss. libr. I, 269; Le Cointe, Annal. eccl. Franc. V, 180; Bouquet, Rec. IV, 99 Bordier, Du recueil des chartes Mérov. 57. — Böhmer-Mühlbacher, Reg. 62.

IN CHRISTI[a] NOMINE. VIR INLUSTER PIPINUS[b], MAIOR DOMUS, DOMNO[c] GAYROINO ET OMNI CONGREGATIONI SANCTI PETRI ET SANCTI PRAEIECTI FLAVINIACENSIS MONASTERII SALUTEM.

Mittimus tibi has[d] tabulas eburneas ad honorem sancti Petri et sancti Praeiecti, in quibus mandamus, ut suscipiatis[e] illam piscinam nomine Glennonem ad opus fratrum, ut habeant inde fratres refectionem; et orent assidue tam pro me quam et pro omni progenie mea praesenti et futura. Et precor, ut per omnem diem unum psalmum canatis.

Saluto te et omnem congregationem vestram[f].

---

a) exuberet *M.* b) servorum Dei *M.* c) monachorum illius *om. M.* d) sublatis *corr. ex* sublitas *c*; filii dilecti nostri Pippini *add. M.* e) *om. M.* f) cooperante *M.* g) sanctitate *M.* h) indubitanter *M.* i) iam dicti servi Dei *M.* k) de suo gaudeant sibi *M.* l) :osque *c.* m) equod *pro* eo quod *c.* n) iuxte *c.* o) ut *M.* p) sanctissimi viri corpus referatur *M.* q) ablatum *M*; *an* abstultus? r) *reliqua lineae pars vacua relicta in c.* s) *an* habeat? t) habet sanctitas vestra quod [quid *S*] offensionis in hoc bono opere restitutionis huius [eius *S*] pertimescere debeat *pro* sanctitas — offensione *M. S.* u) *om. M.* v) *om. M.*

19. a) cristi *P1.* b) pippinus *P2.* c) *om. P 2.* d) istas *P2.* e) suspiciatis *B*; *ita corr. ex* suspipiatis *P1.* f) nostram *B.*

1) *id est: nec enim sanctitas vestra habeat ... quam dubitationem offensionis coram Deo.* 2) *Hanc epistolam spuriam esse, demonstrat l. c. Mühlbacher.*

VIII.

CODEX CAROLINUS.

Codex Carolinus vocatur illa series epistolarum, quas a Gregorio III., Zacharia, Stephano II., Paulo I., Constantino II., Stephano III., Hadriano I. papis ad Francorum principes Carolum Martellum, Pippinum, Carolum Magnum, (Carolomannum) datas anno 791. ipse Carolus rex eo consilio in codicem membranaceum describi iussit, ne in papyris conscriptae et paene exesae in oblivionem venirent.

Atque uno quidem codice Vindobonensi (= V), qui numero 449 (Ius can. 83, Theol. lat. 198) signatur, epistolae illae post hominum memoriam traditae exstant; sed dubium non est, quin Vindobonensis non sit idem principalis codex, qui anno 791. compositus est; nam 'quantumvis ille', inquit Philippus Jaffé (Bibl. rer. Germ. IV, 2) 'pretio excellat, neque tamen octavo saeculo labente[1]*, sed, ut ex ipso litterarum ductu firmissime comprehenditur, exeunte saeculo nono exaratus est. Qua de causa, cum in scidula membranacea tegmini codicis anteriori agglutinata manu saec. IX. sic scriptum sit:* LIBER WILLIBERTI ARCHIEPISCOPI *itemque in posterioris tegminis folio:* Liber Williberti, *a vero eos abesse patet, qui Williberti archiepiscopi Rotomagensis circiter anno 825. fuisse librum rentur*[2]*. Sed apertissime fuit Williberti archiepiscopi Coloniensis (870—889)*[3]*, 'viri bene eruditi'*[4] *et 'in divinis humanisque rebus prudentissimi'*[5]*. Post annum 1554. per Casparum de Niedpruck liber Colonia asportatus in bibliothecam Vindobonensem pervenisse videtur*[6]*. Ubi iam tenebatur, Sebastiano Tengnagel bibliothecam eandem administrante ab a. 1608. ad a. 1636.*[7]*; qui, rusticitate quadam litterata sinceram epistolarum barbariem*

---

1) *Vehementer erravit Lambecius (v. infra p. 471 n. 1), qui codicem 'ad ipsius Caroli Magni bibliothecam cubicularem pertinuisse' opinatus est. J.* 2) *In anteriore codicis tegmine ad verba* LIBER WILLIBERTI ARCHIEPISCOPI *apposuit manus recentior haec:* ut probabile est, Rotomagensis, qui memoratur in capitulis Ludovici Pii inter legatos diversarum provinciarum, qui conventui Aquisgranensi a. C. 819. habito interfuerunt; *cf. Commemorationem missis datam: LL. Cap. I, 308. Idque etiam Lambecii assensu probatum est; v. infra p. 471 n. 1. J.* 3) *Cf. Dümmler, Geschichte des ostfränkischen Reiches III*[2]*, 402 n. 3. J.* 4) *Cf. Guntharii deiecti archiepiscopi Coloniensis ad Adrianum II. epistolam ap. Floss, Leonis p. VIII. privilegium de investituris p. 70. J.* 5) *Cf. Reginonis Chronicon ad a. 890., rec. Fridericus Kurze in SS. rer. Germ. p. 136. J.* 6) *Cf. Lambecii Commentarios de bibliotheca caesarea Vindobonensi (ed. I.) II, 322: 'Caeterum, per quam varias rerum vicissitudines et quo tempore ac modo idem ille praestantissimus codex tandem pervenerit in augustissimam bibliothecam caesaream Vindobonensem, id est mihi prorsus incognitum'. J. Cf. nunc Nürnberger in Actis nostris: Neues Archiv XI, 29—35.* 7) *Cf. Lambecii Commentar. (ed. I.) I, 57 et 63. J.*

aggressus, ipsum codicem stolidissime inducendo et emendando inquinavit[1].' *Quae cum ita sint, id potissimum studendum esse putavimus, ut distingueremus, quid antiquis temporibus, quid recentioribus in codice correctum esset, praesertim cum Georgius Henricus Pertz in sua collatione anno 1820. facta, quae nobis praesto fuit, ne mentionem quidem fecerit locorum illorum, qui Philippo Jaffé 'manu antiqua' sive 'manu b' correcti esse videbantur. Et ope viri cl. Michaelis Tangl Vindobonensis usis nobis cum multa alia tum hoc confirmatum est: esse correctorem — et a Georgio Pertz et a Philippo Jaffé positum —, qui, librarii aequalis, haud ita multa emendans, interdum punctis suppositis codicis menda significaverit corrigenda, nisi id ipse librarius fecerit, sed paene omnia, quae Jaffé 'manu antiqua' sive 'manu b' correcta esse notaverit, commutata esse manu recenti, quam esse Sebastiani Tengnagel plurimis locis manifestum sit.*

Quod ut probabilius redderetur, codicem Guelferbytanum (= G) signatum numero 279 (August.), qui saeculo XVI. e Vindobonensi exscriptus est[2], *adhibuimus et repperimus illis locis, quos 'manu antiqua' sive 'manu b' in Vidobonensi codice correctos esse Jaffé denotavit, in Guelferbytano aut pristinas Vindobonensis lectiones expressas aut emendationes, quas vocat Jaffé 'manus antiquae', receptas esse; sed nihilo secius recentis manus esse, ex eo elucet, quod loci insigniores, quibus emendationes illae in Guelferbytano codice receptae videntur, non sunt nisi in epistolis, quae e Guelferbytano in Centuriis Magdeburgensibus iam saeculo XVI. editis publici iuris factae sunt*[3], *ita ut ex hoc fonte illas emendationes manus recens (Sebastiani Tengnagel) hausisse iudicetur.*

Itaque ne quis, Philippi Jaffé editione cum nostra comparata, opinetur, illas emendationes nos omisisse, eas recenti manu factas expressis verbis adnotavimus, addentes omnibus fere locis, quae in Guelferbytano codice leguntur.

De editionibus antecedentibus suae anno 1867. in Bibliotheca rerum Germanicarum (IV, 1—306) typis expressae Jaffé hoc modo (p. 3) praefatus est:

'Totam', inquit, 'illam sarturam (Sebastiani Tengnagel) exhibet princeps codicis editio[4], *quam epistolis a Tengnagelio acceptis Iacobus Gretserus ('Volumen epistolarum,*

---

1) *Codicis deformationem a Tengnagel esse, successor eius Gentiloti in suo Catalogo codd. iuris canon. n. LXXXIII testatus est his verbis: 'Librarii menda confixit pleraque omnia Tengnagelius sua manu, sed nimia licentia non modo ad marginem veram lectionem ascribens, sed passim radens, inducens, reficiens et inculcans' etc.; cf. Kollarii Supplementa in Lambecii Commentar. (ed. II.) I, 544. J.* 2) *Cf. Nürnberger in Actis nostris: Neues Archiv XI, 18—25.* 3) *Cf. notam sequentem.* 4) *Iam quinquagesimo circiter anno ante primam editionem anno 1613. a Gretsero curatam Matthias Flacius Illyricus eiusque socii, cum easdem epistolas accepissent sine ulla dubitatione ex ipso codice hodie Vindobonensi promptas, earum octo (epp. 1. 2. 3. 7. 9. 10. 11. 45 — huius editionis —) integras pervulgaverunt anno 1565. in Octava Centuria ecclesiasticae historiae p. 687. 694. 714. 707. 711. 718. 734; ceterarum autem epistolarum fere omnium argumenta tantum, neque vero ea, quae in codice singulis epistolis praescripta inveniuntur, sed quae ipsi formaverant, proposuerunt ibidem p. 725. 731. 733. 739. Onuphrius autem Panvinius, qui, vita posita anno 1568. id est triennio post publicatam Octavam Centuriam, grande opus de ritis pontificum Romanorum (bibliothecae Vaticanae cod. 6104; v. Cenni, Monumenta dominationis pontificiae I, 116) imperfectum reliquit, eidem operi item epistolarum illarum argumenta inseruerat, quae quin ex ipsa Octava Centuria hausta sint dubitari non potest. Nam ea et a Baronio (anno 1600. in Annal. eccles. IX, 277. 281. 307. 442) et a Cennio (Monum. dom. pont. I, 133 n. 1 s.) ex opere Panviniano ms. repetita cum Centuriatorum summariis non solum paene omnino concinunt, sed etiam interdum sic sunt in angustius deducta, ut mutilatio a Panvinio facta appareat. Quare in maximo errore versantur Gretserus (Volumen epistolarum p. 5 s.) et Cennius, quibus non displicet, fieri potuisse, ut perfidus quidam ex ipsius viventis Panvinii libro idiographo argumenta illa ad Flacium mitteret. Contra veri simillimum est, Panvinium, qui epistolas illas 'integras haberi in Vaticana bibliotheca testatur', id paullo levius professum esse, ne a vehementissimis adversariis didicisse videretur; cum praesertim Baronius (IX, 277) ostendat, se in bibliotheca Vaticana easdem epistolas 'diu quaesitas minime invenire valuisse'. Ceterum apud eundem Baronium (IX, 132. 161. 221. 223. 225. 238. 300) non reperiuntur nisi septem epistolae integrae (ep. 2 ex 'duobus exemplaribus'; ep. 3. 7 'ex bibl. Vatic. scrip. cod. concil.'; ep. 9. 10 'duorum facta exemplarium*

quas Romani pontifices Gregorius III., Stephanus III., Zacharias I., Paulus I., Stephanus IV., Adrianus I. et pseudopapa Constantinus miserunt ad principes et reges Francorum' etc.) anno 1613. Ingolstadii curavit. Eadem repetita est anno 1641. ap. du Chesne, Historiae Francorum Scriptores III, 701—827, anno 1735. Ratisbonae in Gretseri Opp. VI, 679—790, maximam partem anno 1744. Parisiis ap. Bouquet, Recueil des historiens V, 485—591.

Nec Petrus Lambecius, quamvis vitia Gretseriani exempli intellexisset, Tengnagelii maculas prorsus abstergere scivit in nova editione ad ipsum codicem adornanda. Hic enim, magni 'Syntagmatis rerum Germanicarum' consilio capto, anno 1673. exorsus opus[1] *est ab ipso 'Codice epistolari Carolino'; epistolas vero in paginis 208 typis descriptas neque 'chronologia accurata atque necessariae annotationes' subsecutae sunt, quas Lambecius appromiserat in inscriptione*[2]*, neque omnino quidquam aliorum monumentorum*[3]*, ex quibus ut Syntagma constitueretur animum induxerat. Quid fuerit causae, cur hoc opus anno 1673. inchoatum, etsi Lambecius de vita demum anno 1680. exiit*[4]*, non longius processerit, ignoratur. Exempla autem incepti Syntagmatis tam rara facta sunt, vix ut in amplissimis bibliothecis reperiantur. Hac Lambecii editione Muratorius anno 1734. ita usus est, ut in Rerum Italicarum Scriptorum tomo III, II, 73—282 epistolis ad Gretserianam formam propositis lectiones Lambecianas subiceret.*

Maiore quidem nec tamen magis idoneo conatu egit Caietanus Cenni, novissimus codicis Carolini editor. Is enim collationem Gentiloti (bibliothecae Vindobonensis praefecti ab a. 1706. ad a. 1723.[5]*) nactus, Romae anno 1760. in Monumentorum dominationis pontificiae tomo primo repetiit recensionem Gretserianam trium bibliothecae Vindobonensis praefectorum Tengnagelii, Lambecii, Gentiloti lectionibus variis adauctam*[6]*'.*

Quid generatim in epistolis secundum tempus digerendis attendendum sit, praeclare a Philippo Jaffé (p. 7—11) disserta hic subiungimus:

'Ac Paulus I. quidem papa (757—767), accepto sabano, quod in Giselae Caroli regis filiae baptismate adhibitum erat, regem anno 758. suum spiritalem compatrem vocare coepit[7]*. Quocirca eas pontificis huius epistolas, in quibus id appellationis regi tribuitur,*

---

collatione'; ep. 11 'ex scrip. cod. Panvini'; ep. 45), in quibus praestandis, nisi multum fallor, praeter ipsam Octavam Centuriam dumtaxat exempla ex eodem Flacii sociorumque opere tracta adhibuit. J.

1) *Quod opus Lambecius sic inscripturus erat: 'Syntagma rerum Germanicarum sive Germanicarum rerum scriptores varii variaque acta publica ex augustissima bibliotheca caesarea Vindobonensi in lucem edita cum annotationibus necessariis, chronologia accurata et amplissimis indicibus, geographico inprimis et genealogico. Vindobonae sive Wiennae, typis Matthaei Cosmerovii s. caes. maiestatis typographi, a. 1673. (aliquot tomis in folio) cum multis iconismis et tabulis aeri incisis'. Cf. Catalogum librorum, quos Petrus Lambecius composuit et in lucem edidit (Vindobonae 1673) p. 45.* 2) *facta his verbis: 'Codex epistolaris Carolinus, continens Romanorum pontificum Gregorii III., Zachariae, Stephani III. vel secundum alios II., Pauli I., Stephani IV. vel secundum alios III., Hadriani I. et pseudopapae Constantini epistolas nonaginta novem ad principes et reges Francorum Carolum Martellum, Pippinum et Carolum Magnum, anno Christi septingentesimo nonagesimo primo cura et auspicio ipsius Caroli Magni, ne vetustate et per incuriam perirent, studiose collectas et in unum redactas, volumen membranaceum, quod olim primo quidem ad ipsius Caroli Magni bibliothecam cubicularem, deinde autem ad Willibertum archiepiscopum Rotomagensem pertinuit, nunc vero authenticum asservatur in augustissima bibliotheca caesarea Vindobonensi. Petrus Lambecius Hamburgensis totum hoc opus summa fide et diligentia recognovit ac contulit et chronologia accurata atque necessariis annotationibus in fine adiunctis illustravit'. J.* 3) *quorum dinumerationem v. in 'Catalogo librorum, quos Petrus Lambecius composuit' etc. p. 46—65. J.* 4) *Cf. Kollarii Supplementa in Lambecii Commentar. (ed. II.) I, 538. J.* 5) *Cf. Kollarii Supplementa l. l. I, 730 et 748. J.* 6) *Praef. p. XXIII: 'Gretserianam et ipse editionem adhibere constitui pro textu, trium caesareae bibliothecae praefectorum variantes lectiones subiciendo'. J. Caietani Cenni editio apud Migne, Patrol. lat. XCVIII, 9—438 repetita est.* 7) *Cf. ep. 14.*

nisi aliis argumentis in angustius tempus concludantur, ad spatium annorum 758.—767. referri oportuit. E quo numero sunt epp. 38. 39. 40[1].

Sub similem rationem cadunt indicia, quae in Hadriani I. papae (772—795) epistolis inveniuntur. Et omnes codicis Carolini anno 791. formati epistolas Hadrianinas, ubi Carolus 'rex Langobardorum' dictus est, annorum 774.—791. esse, facile perspicitur. Die autem 15. Aprilis a. 781. Romae, praesentibus Carolo rege Hildegardaque regina, cum eorum filius Pippinus ab Hadriano baptizatus esset, hic papa Carolum spiritalem compatrem suum et Hildegardam suam commatrem orsus est nominare. Sequitur, quae epistolae in Galliam missae de hac Caroli regis Langobardorum compaternitate nihil habent, ut eae annis 774.—780. scriptae sint, velut ep. 62 (cf. etiam epp. 63. 64. 65). Reliquarum vero epistolarum, quas ob compaternitatis titulum inditum intervallo annorum 781.—791. prodiisse apparet, duae partes internoscuntur. Aliae enim, ubi reginae 'spiritali commatri suae' i. e. Hildegardae, quam quidem die 30. Apr. a. 783. obiisse scimus, salutem impertitur Hadrianus, sine controversia annorum 781.—783. spatio tribuendae sunt, quod genus epp. 73 et 74 (cf. epp. 68—72); aliae, in quibus regina vel 'filia' vel 'spiritalis filia' papae nuncupatur ideoque Fastrada, quam uxorem Carolus duxit exeunte anno 783., intelligenda est, ad intervallum annorum 784.—791. pertinent; cuiusmodi sunt epp. 87—94.

Verum Stephani II. papae (752—757) epistolarum plurimae ad magnos aliquot eventus pertinent, quorum tempora iam accuratius cognoscenda sunt.

De digerendis compluribus, quae inter se cohaerent, annorum 754.—757. rebus cognitione dignis dissensione historicorum certatur, quamvis multa argumenta in promptu sint, ex quibus verus rerum ordo plane perspici potest.

Pippinum quidem anno 754. primum bellum Haistulfo Langobardorum regi intulisse, compertum habemus[2]. *Nec dubium esse potest, quin ipsa pax intervallo mensium Septembris — Decembris eiusdem anni 754. conciliata sit, quandoquidem definite ad 'elapsam octavam indictionem' a die 1. Sept. 754. ad diem 31. Aug. 755. decurrentem foedus revocatur in Vita Stephani II. (Lib. pontif. ed. Duchesne p. 453).*

Id vero maxime dubitari reperimus, utrum anno 755.[3] *an anno 756.*[4] *et Haistulfus violata pace Romam 'per trium mensium spatia' (i. e. a die 1. Ianuarii ad exeuntem mensem Martium) obsidione presserit, et Pippinus Langobardico bello posteriore fregerit Haistulfum, isque subita morte exstinctus sit.*

At quo temporis spatio Haistulfus regnaverit, omni accuratione traditum est in Catalogis regum Lang. et Ital. Brixiensi et Nonantulano (SS. rer. Lang. p. 503) his verbis: Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCXLVIIII ... accepit regnum Langobardicae gentis vir gloriosissimus Aistulfus rex in mense Iulio[5] indictione II. Non longe post ipse Aistulfus rex obiit. Gubernavitque palacium Ticinense Ratchis, gloriosus germanus eius ... a Decembrio usque Martium. In mense vero Martio suscepit regnum Langobardorum vir gloriosissimus Desiderius rex anno incarnationis domini DCCLVII. indictione X. *Ex quo intelligi debet, Haistulfum, cum mense Iulio 749. praeesse Langobardis coepisset, mense Decembri a. 756. desivisse vivere*[6].

---

1) *Epistolarum a Philippo Jaffé allatarum numeros ad nostrae editionis numeros accommodavimus.* 2) *Cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 74 b.* 3) *Hunc annum tuentur Pagius (Crit. in Annales Baronii ad a. 755.), Muratori (Annali d'Italia ad a. 755.), Bouquet (Recueil V, praef. p. XXXVIII); et eadem sententia fuit Jaffé (Reg. pont. Rom. p. 192). J.* 4) *Anni 756. argumenta quaedam attulit Mansi (Baronii Ann. [Lucae 1742] XII, 633); quem secuti sunt Troya (Codice diplomatico Longobardo IV, 581 ss.) et Abel (Der Untergang des Langobardenreichs p. 126). J.* 5) *In Benedicti S. Andreae monachi Chronico (SS. III, 703) Haistulfi initia ad mensem Iunium referuntur. J.* 6) *Haistulfum etiam die 25. Oct. 756. in vita fuisse, ostendit tabula ap. Troya, Codice dipl. Longob. IV, 625. — Regnavit igitur Haistulfus a mense Iulio 749. ad m. Decembrem 756., hoc est annos 7 et menses fere 5. Neque vero hoc temporis spatium accurate computatum est nisi semel in Chronico Salernitano (SS. III, 475) sic:* Aystulfus rex ... regnavit annos VII menses V.

Stephanus II. quoque papa in epistola 11. de Haistulfo haec protulit: In ipsis quippe diebus, quibus hanc Romanam urbem devastandum profectus est, post anni spatii circulum ita divino mucrone percussus est, ut profecto in eo tempore, quo, fidem suam temptans, diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo suam impiam finiret vitam. *Itaque, cum ipso die 1. Ianuarii inchoatam Romae obsidionem sciamus proindeque Haistulfum liqueat iam mense Decembri 'Romanam urbem devastandum profectum esse', Stephani II. relatio non modo Decembrem supremum eiusdem regis mensem corroborat, verum etiam eo valet, ut, adhibitis catalogi Brixiensis numeris, Haistulfum intelligamus ipsius anni 755. mense Decembri ad devastandam Romam profectum urbem a die 1. m. Ianuarii ad exeuntem mensem Martium oppugnavisse anno 756.*

Quibus ex omnibus necessarie concluditur, quod obsessionem Romae consecutum est, Langobardicum bellum posterius ad illum ipsum annum 756. pertinere. Eandemque rem etiam planissima testimonia confirmant. Quo in genere sunt Annales Sangallenses (SS. I, 63) ad a. 756: Hoc anno iterum rex[1] Pippinus super Langobardos; *Annales Mosellani (SS. XVI, 495) ad a. 756:* Pippinus fuit in Italia et Haistulfus mortuus; *cf. etiam Annales Petavianos, Laureshamenses, Laurissenses (SS. I, 11. 28. 140)*[2].

Omnis vero eorum, quibus bellum secundum anno 755. gestum esse videbatur, error ex Fredegariani chronici continuatione (SS. rer. Merov. II, 185) natus est, ubi post belli anno 754. acti memoriam ista legimus: Sequente anno Aistulfus rex Langobardorum fidem suam, quod contra rege Pippino promiserat, peccatis facientibus fefellit. Iterum ad Romam cum exercitu suo veniens, finibus Romanorum prevagans atque regionem illam vastans, ad ecclesiam sancti Petri veniens, et domos quos ibidem repperit maxime igne concremavit. Hec Pippinus rex cum per internuncios hoc audisset, nimium furore et in ira motus, commoto iterum omni exercitu Francorum *etc. Sed nihil apertius est, quam continuatorem, cum 'sequenti anno' 755. recte tribuisset initium novorum hostilium, ab eisdem res gestas anni 756. non satis secrevisse. Et sane, quidquid protulit, huius unius scriptoris omnino parum tempora distinguentis auctoritas obsistere tot argumentorum illorum consensioni non potest.*

Quocirca rerum illarum ordo paucis comprehensus hic est:

755.	*Dec.*	*Haistulfus ad Romam oppugnandam proficiscitur.*
756. Ian.	*1.—Mart.*	*Haistulfus Romam obsidet.*
„	—	*Pippinus Langobardico bello secundo Haistulfum perdomat.*
„	*Dec.*	*Haistulfus moritur. Ratchis iterum regnum suscipit.*
757.	*Mart.*	*Desiderius regnare incipit'.*

Attamen — quod Philippum Jaffé fugit — cum, qui Codicem Carolinum composuit, non omnes epistolas secundum tempus, quo quaeque data est, in ordinem redigere voluisse constat; nam cum illae tres Hadriani I. papae epistolae, quae in Hispaniam missae sunt (codicis epp. 95. 96. 97), reliquis eiusdem papae epistolis additae sint, illas ut abhorrentes a proposito, quod tantum ad epistolas ad Francorum principes datas pertinebat, Hadrianinarum appendices interpretandas esse perspicuum est. Neque dubium est, quin de extremis

De reliquo attribuuntur eidem regi anni 5 et menses 6 in Chronica S. Benedicti (SS. rer. Lang. p. 487); anni 7 in Catalogo regum Veneto (SS. VII, 38); anni 8 (vel 9) in Catalogo regum Lang. et Ital. Lombardo (SS. rer. Lang. p. 510. 511) et in Andreae Bergomatis hist. (ibid. p. 223); anni 8 et menses 6 in catalogo Chronicon Salernitanum praecedente (SS. III, 470); anni 9 in Catalogo Pistoriensi (Baluzii Miscellanea ed. Mansi I, 434): Aistulphus regn. an. VIIII; quando obiit, erat indict. X. *J.*

1) *Sic est in ipso annalium codice S. Galli 124. J.* 2) *In aliis annalibus videmus una cum variorum annorum rebus loco suo motis Langobardicum bellum secundum apertissimo librariorum vitio relatum aut ad a. 755. (Annales Alamannici, Guelferbytani, Nazariani, Sangallenses maiores: SS. I, 28. 29. 74) aut ad a. 757. (Ann. S. Amandi et Laubacenses: ibid. I, 10). J.*

codicis epistolis (98. 99) res similiter se habeat; licet enim Pippinus rex sit, qui eas acceperit, tamen qui dedit Constantinus II. papa synodo Romana anno 769. celebrata, cui Caroli et Carolomanni regum iussu duodecim Francorum episcopi interfuerunt, condemnatus depositusque eiusque nomen oblitteratum esse traditur[1]*; quamobrem is, qui seriem constituit, epistolas eius quasi adulterinas ad omnes reliquas adiunxisse putandus est.*

Ceterum, si quis cognoscere volet, quid inter Jaffeanam et nostram editionem intersit, animum suum advertat ad commentariolum nostrum, cui inscribitur 'Ueber den Codex Carolinus', in Actis nostris (Neues Archiv vol. XVII.) prelo datum; hic satis sit, tabulas posuisse, quibus ostendatur, ubi quaeque epistola codicis in editionibus editionumque ceterarum in nostra requirenda sit:

Numeri

Codicis et Gretseriani	Cenniani	Jaffeani	nostri	Codicis et Gretseriani	Cenniani	Jaffeani	nostri	Codicis et Gretseriani	Cenniani	Jaffeani	nostri
1	1	2	2	34	25	30	30	68	68	72	71
2	2	1	1	35	31	40	40	69	67	74	68
3	10	10	10	36	15	13	13	70	74	75	73
4	8	8	9	37	27	32	32	71	93	88	85
5	3	3	3	38	23	28	28	72	78	68	67
6	9	9	8	39	19	25	25	73	60	62	61
7	6	6	6	40	30	35	35	74	80	90	87
8	11	11	11	41	22	26	26	75	76	77	75
9	7	7	7	42	28	33	33	76	72	71	70
10	4	4	4	43	35	41	41	77	79	91	88
11	5	5	5	44	46	48	46	78	73	73	72
12	32	23	23	45	49	47	45	79	77	69	66
13	12	12	12	46	45	50	48	80	85	81	77
14	39	21	21	47	47	46	44	81	88	83	79
15	18	17	17	48	48	49	47	82	98	92	89
16	41	42	42	49	59	61	60	83	94	93	90
17	29	34	34	50	61	53	51	84	83	94	86
18	34	43	43	51	54	56	55	85	97	98	94
19	42	22	22	52	53	55	54	86	92	87	84
20	37	36	36	53	52	54	53	87	86	95	91
21	20	19	19	54	51	51	49	88	91	86	83
21a	p. 153 n. 2	15	15	55	50	52	50	89	95	96	92
22	14	38	39	56	71	70	69	90	89	84	80
23	21	18	18	57	64	65	63	91	84	80	76
24	38	20	20	58	56	57	56	92	90	85	82
25	16	24	24	59	57	58	57	93	75	76	74
26	40	37	37	60	55	60	58	94	96	97	93
27	13	14	14	61	66	67	65	95	69	79	97
28	26	31	31	62	62	63	62	96	70	78	96
29	17	16	16	63	58	59	52	97	82	99	95
30	33	39	38	64	65	66	64	98	43	44	98
31	24	27	27	65	63	64	59	99	44	45	99
32	36	29	29	66	87	82	78				
33	33	39	38	67	81	89	81				

1) *Cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 63. 64.*

Numeri

Cenniani	nostri	Cenniani	nostri	Cenniani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri
1	2	34	43	67	68	1	1	34	34	67	65
2	1	35	41	68	71	2	2	35	35	68	67
3	3	36	29	69	97	3	3	36	36	69	66
4	4	37	36	70	96	4	4	37	37	70	69
5	5	38	20	71	69	5	5	38	39	71	70
6	6	39	21	72	70	6	6	39	38	72	71
7	7	40	37	73	72	7	7	40	40	73	72
8	9	41	42	74	73	8	9	41	41	74	68
9	8	42	22	75	74	9	8	42	42	75	73
10	10	43	98	76	75	10	10	43	43	76	74
11	11	44	99	77	66	11	11	44	98	77	75
12	12	45	48	78	67	12	12	45	99	78	96
13	14	46	46	79	88	13	13	46	44	79	97
14	39	47	44	80	87	14	14	47	45	80	76
15	13	48	47	81	81	15	15	48	46	81	77
16	24	49	45	82	95	16	16	49	47	82	78
17	16	50	50	83	86	17	17	50	48	83	79
18	17	51	49	84	76	18	18	51	49	84	80
19	25	52	53	85	77	19	19	52	50	85	82
20	19	53	54	86	91	20	20	53	51	86	83
21	18	54	55	87	78	21	21	54	53	87	84
22	26	55	58	88	79	22	22	55	54	88	85
23	28	56	56	89	80	23	23	56	55	89	81
24	27	57	57	90	82	24	24	57	56	90	87
25	30	58	52	91	83	25	25	58	57	91	88
26	31	59	60	92	84	26	26	59	52	92	89
27	32	60	61	93	85	27	27	60	58	93	90
28	33	61	51	94	90	28	28	61	60	94	86
29	34	62	62	95	92	29	29	62	61	95	91
30	35	63	59	96	93	30	30	63	62	96	92
31	40	64	63	97	94	31	31	64	59	97	93
32	23	65	64	98	89	32	32	65	63	98	94
33	38	66	65			33	33	66	64	99	95

Data mense Februario anni MDCCCXCI.

Wilhelmus Gundlach.

791.739 REGNANTE IN PERPETUUM DOMINO ET SALVATORE NOSTRO IESU CHRISTO, ANNO INCARNATIONIS EIUSDEM DOMINI NOSTRI DCCXCI. CAROLUS, EXCELLENTISSIMUS ET A DEO ELECTUS REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIOS ROMANORUM, ANNO FELICISSIMO REGNI IPSIUS XXIII.[1], DIVINO NUTU INSPIRATUS, SICUT ANTE OMNES QUI ANTE EUM FUERUNT SAPIENTIA ET PRUDENTIA EMINET, ITA IN HOC OPERE UTILISSIMUM SUI OPERIS INSTRUXIT INGENIUM, UT UNIVERSAS EPISTOLAS, QUĘ TEMPORE BONAE MEMORIAE DOMNI CAROLI AVI SUI NEC NON ET GLORIOSI GENITORIS SUI PIPPINI SUISQUE TEMPORIBUS DE SUMMA SEDE APOSTOLICA BEATI PETRI APOSTOLORUM PRINCIPIS SEU ETIAM DE IMPERIO[2] AD EOS DIRECTAE ESSE NOSCUNTUR, EO QUOD NIMIA VETUSTATAE ET PER INCURIAM IAM EX PARTE DIRUTA ATQUE DELETA CONSPEXERAT[3], DENUO MEMORALIBUS MEMBRANIS SUMMO CUM CERTAMINE[a] RENOVARE AC RESCRIBERE DECREVIT — INCIPIENS IGITUR, UT SUPRA DIXIMUS, A PRINCIPATU PRAEFATI PRINCIPIS CAROLI AVI SUI, USQUE PRAESENS TEMPUS ITA OMNIA EXARANS, UT NULLUM PENITUS TESTIMONIUM SANCTAE ECCLAESIAE PROFUTURUM SUIS[b] DEESSE SUCCESSORIBUS VIDEATUR, Eccli. 39, 1. UT SCRIPTUM[c] EST: 'SAPIENTIAM OMNIUM ANTIQUORUM EXQUIRET SAPIENS' ET CETERA.

1.

Gregorius III. papa Caroli Martelli subreguli auxilium iterum implorat contra Langobardos. *(739.)*

Cod. Vindobonensis, qui solus hoc loco citatur, (II) fol. 2—2'[a].
Edd. Gretser 2, Cenni 2, Jaffé 1. — Jaffé, Reg. 2250 (1733).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO SUBREGULO GREGORIUS PAPA.

Ob nimium dolorem cordis et lacrimas iterata vicae[4] tuae excellenciae necessarium duximus scribendum confidentes, te esse amatorem filium beati Petri principis apostolorum et nostrum, et quod pro eius reverencia nostris oboedias mandatis ad

a) CERIAMINE V. b) SUAE V. c) SCRPPTUM V.

1. a) *Lemma (sicut omnia sequentia, litteris rubris et quae dicuntur capitalibus effectum):* item epistola gregorii secunda ad carolum missa similiter pro defensione sanctae dei ecclesiae.

1) *A die 9. Oct. 790. ad d. 8. Oct. 791. patebat. J.* 2) *Sed quae ab imperatoribus ad Francorum reges datae sunt epistolae memoriae non traduntur.* 3) *Cf. infra ep. 15.* 4) *De priore quae periit sollemnissima imploratione anno 739. facta v. Jaffé, Reg. 2249 (1732) et Böhmer-Mühlbacher, Reg. 41d. J.*

defendendam eclesiam Dei et peculiarem populum: quia[a] iam persecucionem et opprę- 739. 740 sionem gentis Langobardorum sufferre non possumus. Omnia enim luminaria[1] ad ipsius principis apostolorum et quae a vestris parentibus vel a vobis offerta sunt ipsi abstulerunt. Et quoniam ad te post Deum confugium fecimus, propterea nos ipsi Langobardi in obprobrium habent et opprimunt. Unde et eclesia sancti Petri denudata est et in nimiam dessolacionem redacta.

Tamen omnes nostros dolores subtilius in ore posuimus praesenti portitori, tuo fideli, que in auribus tuae excellenciae[b] suggerere debeat.

Tu autem, fili, habeas cum ipsi principe apostolorum hic et in futura vita coram omnipotenti Deo nostro, sicut pro eius eclesia et nostra defensione disposueris et decertaveris sub omni velocitate, ut cognoscant omnes gentes tuam fidem et puritatem atque amorem, quae habes erga principem apostolorum beatum Petrum et nos eiusque peculiarem populum zelando et defendendo; ex hoc enim tibi poteris memorialem et aeternam atquirere vitam.

2.

Gregorius III. papa Carolum Martellum subregulum reprehendit, quod Liudprandum et Hilprandum Langobardorum reges, quominus fines Ravennates et Romanos denuo vexarent, non prohibuerit, edocetque, (Trasimundum) Spoletinum et (Godescalcum) Beneventanum duces ob ecclesiae amorem a regibus infestari; auxilium ab eo petit, ad Anthat eius nuntium provocans. *(740.)*

Cod. (I) fol. 1'—2a.

Edd. Gretser 1, Cenni 1, Jaffé 2. — Jaffé, Reg. 2252 (1735).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO SUBREGULO GREGORIUS PAPA.

Nimia fluctuamur tribulacione, et lacrime die noctuque ab oculis nostris non deficiunt, quando conspicimus, cotidie et undique eclesiam sanctam Dei a suis, in quibus spes erat vindicandi, destitui[b] filiis. Propterea coartati dolore in gemitu et luctu consistimus, dum cernimus id, quod modicum remanserat prętcrito anno pro subsidio et alimento pauperum Christi seu luminariorum concinnatione[1] in partibus Ravennacium, nunc gladio et igni cuncta[c] consumi a Liudprando et Hilprando regibus Langobardorum. Sed in istis partibus Romanis, mittentes plura exercita, similia nobis fecerunt et faciunt et omnes salas[2] sancti Petri destruxerunt et peculia[3] quae remanserant abstulerunt.

Et nulla nobis, apud te, excellentissime fili, refugium facientibus, pervenit actenus consolacio; sed ut conspicimus — dum indultum a vobis eisdem regibus est mocione faciendi[4] — quod eorum falsa suggestio plus quam nostra veritas apud vobis recepta est. Et timemus, ne tibi respiciat ad peccatum, quando nunc, ubi resident ipsi reges, ad exprobracionem nostram ita proferunt verba dicentes: 'Adveniat Carolus, apud quem refugium fecistis, et exercita Francorum et, si valent, adiuvent vos et eruant de manu

---

a) q *V.* b) excellencae *V.*

2. a) *Lemma:* epistola gregorii papae ad carolum maiorem domus missa pro defensione sanctae dei ecclesiae. b) destitu *V.* c) *corr. ex* conta *V.*

1) *Cf. epp. 2. 11. 68:* luminariorum concinnatio *(Martens, Die falsche General-Konzession Konstantins des Grossen p. 92: 'die Herstellung oder Beschaffung der zum Gottesdienst erforderlichen Utensilien').* 2) *aedificia agrestia. J.* 3) *pecora. J.* 4) *Cf. ep. 30:* motionem facere.

740 nostra'. O quam insanabilis dolor pro his exprobracionibus in nostro retinetur pectore, dum tales ac tanti filii suam spiritalem matrem, sanctam Dei eclesiam, eiusque populum peculiarem non conantur defendere! Potens est, carissime fili, ipse princeps apostolorum per a Deo[a] sibi concessam potestatem suam defendere domum et populum peculiarem atque de inimicis dare vindictam; sed fidelium filiorum mentes probat.

Non credas, fili, falsidicis suggestionibus ac suasionibus eorundem regum. Omnia enim false tibi suggerunt, scribentes circumventiones: quod quasi aliquam culpam commissam habeant eis eorum duces, id est Spolentinus et Beneventanus; sed omnia mendacia sunt. Non enim pro alio — satisfaciat te veritas, fili[1] — eosdem duces persequitur capitulo nisi pro eo, quod noluerunt praeterito anno[2] de suis partibus super nos inruere et, sicut illi fecerunt, res sanctorum apostolorum destruere et peculiarem populum depraedare, ita dicentes ipsi duces: 'Quia[b] contra eclesiam sanctam Dei eiusque populum peculiarem non exercitamus, quoniam et pactum cum eis habemus et ex ipsa eclesia fidem accepimus'. Ideoque mucro eorum desevit contra eos. Nam ipsi predicti duces parati fuerunt et sunt, secundum antiquam consuetudinem eis hobedire. Sed illi, retinentes iram pro eo quod superius diximus, per exquesitam occasionem volentes illos et nos destruere et invadere, ideo, utrosque persequentes, vestre bonitati suggerunt falsa, ut et duces illos nobilissimos degradent et suos ibidem pravos ordinent duces et multo amplius cotidie et ex omni parte Dei eclesiam expugnent et res beati Petri principis apostolorum dissipent atque populum peculiarem captivent.

Tamen ut rei veritas vobis declaretur, christianissime fili, iubeas post ipsorum regum ad propria[c] reversionem tuum fidelissimum missum, qui non a premiis[d] corrumpatur, dirigere, ut propriis oculis persecutionem nostram et Dei ęclesię humiliationem et eius rerum dissolationem et peregrinorum lacrimas conspiciatur[e] et tue bonitati omnia pandantur.

Sed ortamur bonitatem tuam coram Domino et eius terribili iudicio, christianissime fili, ut propter Deum et animę tuę salutem subvenias ęclesie sancti Petri et eius peculiari populo, eosdemque reges sub nimia celeritate refutes et a nobis repellas et iubeas eos ad propria reverti. Non despicias deprecationem meam nequę claudas aures tuas a postulacione mea: sic non tibi ipse princeps apostolorum claudat cęlestia regna. Coniuro te in Deum vivum et verum[3] et ipsas sacratissimas claves confessionis[f] beati

a) apostolorum opera dō *V.* b) duces *scr. super* quia *atramento fusciore V.* c) propriam *V.* d) p̄nn.is, *superscribens* i *atramento fusciore V.* e) *corr. ex* conspiciantur *V.* f) confessiones, *superscribens* i *atramento fusciore V.*

1) *Cf. ep. 52:* satisfaciat te veritas . . . fili. 2) *Anno 739. propter Trasimundum ducem a Liudprando rege* abstulte sunt a ducatu Romano civitates IIII, id est Ameria, Ortas, Polimartium et Blera, *quod intelligitur e Vita Zachariae (Liber pontificalis ed. Duchesne p. 426); eiusdemque rei documento est, quae in cardinalis Deusdedit collectione canonum l. I c. 190 (e cod. Vatic. edita a Pio Martinucci p. 129) traditur epistola Gregorii III. die 15. Oct. 740. data (Jaffé, Reg. 2253 [1736]) haec:* Gregorius omnibus episcopis in Tuscia Longobardorum. Meminit fraterna sanctitas vestra, tempore ordinationis suae per chirographi et sacramentum vinculum beato Petro principi apostolorum spopondisse, ut in emergentibus utilitatibus sanctae eius ecclesiae totis viribus elaboretis. Igitur, quia praesentes viros, Anastasium dilectum filium nostrum presbyterum et Adeodatum regionarium subdiaconum, nostros fideles ad obsecrandum et Deo favente obtinendum pro IIII castris, quae anno praeterito beato Petro ablata sunt, restituantur a filiis nostris Liuthprando et Hylprando supplicare desti-
2. Cor. 6, 2. navimus, 'ecce', dilectissimi fratres, 'tempus acceptabile', ut iuxta cyrographum vestrum boni operis fructum beato Petro afferatis. Cuius auctoritate vos hortamur in Domino, ut ad eosdem cum praedictis filiis nostris properetis, ut a Deo inspirati protectoribus eorum, beatis principibus apostolorum Petro et Paulo, eadem castra restituantur. Nam si, quod non credimus, distuleritis iter arripere, propter Deum ego, quanquam imbecillis sim pro infirmitate corporis, iter arripiam laboriosum; et videbo, ne vestra negligentia vobis ad obligationem ex nodo pacti pertineat. Data Idus Octuber., indictione VIIII. *J.*
3) *Cf. epp. 8 (bis). 9 (bis). 10. 45:* Deum vivum et verum; *v. Hauck in Luthardts Zeitschr. f. kirchl. Wissensch. 1888 p. 204.*

Petri, quas vobis ad rogum[1] direxsimus[2], ut non proponas amicitiam regum Langobardorum amori principis apostolorum, sed velocius et sub nimia festinacione senciamus post Deum tuam consolacionem ad nostram defensionem: ut in omnibus gentibus declaretur vestra fides et bonum nomen, quatenus et nos cum prophaeta mereamur dicere: 'Exaudiat te Dominus in die tribulacionis, protegat te nomen Dei Iacob'. (740.747; Ps. 19, 2.)

Harum autem litterarum portitor, Antháť vester fidelis, quod oculis suis vidit et nos ei iniunximus, omnia tuae benignae excellenciae viva voce enarrat.

Et petimus bonitatem tuam coram Deo teste et iudice, ut nimis festinanter nostros linias dolores et laetabunda nobis caeleriter mittes nuncia, ut laeti effecti animo die noctuque pro te tuisque fidelibus coram sacris sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli confessionibus Domino fundamus prçces.

3.

Zacharias papa, Pippino maiore domus referente, episcopos abbatesque et principes Francorum laudat et hortatur atque consulentibus viginti septem capitula rescribit.[3] *(c. 747 Ian. 5.)*

Cod. (V) fol. 6'—11'[a].
Edd. Gretser 5, Cenni 3, Jaffé 3. — Jaffé, Reg. 2277 (1750).

DOMINO EXCELENTISSIMO ATQUE CHRISTIANISSIMO PIPPINO MAIORI DOMUS SEU DILECTISSIMIS NOBIS UNIVERSIS EPISCOPIS ECLESIARUM ET RELIGIOSIS ABBATIBUS ATQUE CUNCTIS DEUM TIMENTIBUS PRINCIPIBUS IN REGIONE FRANCORUM CONSTITUTIS ZACHARIAS EPISCOPUS SANCTAE DEI CATHOLICAE ET APOSTOLICAE ROMANAE ECCLESIAE IN DOMINO SALUTEM: GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATRE OMNIPOTENTE ET DOMINO IESU CHRISTO, UNICO FILIO EIUS, ET AB SPIRITU SANCTO MINISTRETUR.

Gaudio magno gaudemus in Domino, addiscentes per relationem sublimissimi et a Deo servati praedicti filii nostri Pippini vestram omnium bonam conversationem et quod in bonis et Deo placitis dispositionibus unanimes[b] atque cooperatores estis: ita ut et çclesiae Dei et venerabilia loca per universam vestram provinciam sita adque earum praesules, sacerdotes et religiosi abbates, ut condecet, in sancto habitu et conversacione sacerdotali conversetis, vacantes orationibus, insistentes precibus ad implorandam divinam potentiam et caelitus victoriam tribuendam adversus paganas et in-

---

3. a) *Lemma:* item epistola zachariae papae ad domnum pippinum missa — quae pretitulata est sub maiorum domus nomine, eo quod nondum in regis dignitatem esset elevatus — una cum capitulis suis consultis a iam dicto domno pippino vel sacerdotibus partibus franciae, qualiter respondendum, scripsit iam dictus pontifex. b) *corr. ex* unianimes *V.*

1) *rogationem, obsecrationem. J.* 2) *a. 739; cf. Jaffé, Reg. 2249 (1732). J.* 3) *Hanc epistolam commemorat Zacharias papa in epistola illa ad sanctum Bonifatium (747 Ian. 5) data (supra p. 349), nuntians:* flagitasse a nobis Pippinum ... per suum hominem nomine Ardobanium, relegiosum presbiterum, aliquanta capitula de sacerdotali ordine et quae ad salutem animarum pertinent, simul etiam et pro illicita copula, qualiter sese debeant custodire iuxta ritum christianae religionis et sacrorum canonum instituta, *et addens:* in brevi eloquio conscripta apostolica documenta direximus *(cf. in hac epistola:* ut flagitavit a nobis ... Pippinus ... in brevi eloquio perstringentes ... apostolica mandata ... vobis dedimus).

747 fideles gentes propugnatoribus[a] vestris. Etenim vobis in vera confessione et simplici
Cf. Exod. 17, 9 sq. corde ad Deum accedentibus, sicut Moyses ille amicus Dei orando pugnabat[1] et Iesu
Cf. Eccli. 46, 1. Nave, cum populo Israel bella Domini prȩliando, vincebat[2], ita et vos agere oportet,
karissimi mihi, ut sitis adiutores populo vestro, orando et bonis actibus inherendo,
Ps. 45, 11; 33, 9. declinantes a curis et negotiis secularibus: scriptum est enim: 'Vacate et videte, quo-
Ps. 33, 6. niam suavis est Dominus'; et iterum: 'Accedite ad eum, et inluminamini: et vultus vestri non erubescent'. Principes et seculares homines atque bellatores convenit curam habere et sollicitudinem contra inimicorum astutiam et provintiae defensionem, praesulibus vero sacerdotibus adque Dei servis pertinet salutaribus consiliis et oracionibus vacare, ut, nobis[b] orantibus[c] et illis bellantibus, Deo presstante, provincia salva persistat, fiatque[d] vobis in salutem laudem et mercedem perpetuam. Ex hoc quippe praesulatus vester apparebit in sanctitate, et principatus dilecti filii nostri Pippini adprobabitur per subiectorum potestatem et bonum dispositum.

Itaque, ut flagitavit a nobis cum vestro consultu superius effatus filius noster Pippinus, ut de omnibus capitulis, quibus innotuit, responsum demus, in quantum Domino dante valemus, de unoquoque capitulo inferius conscriptum, iuxta quod a sanctis patribus traditum habemus et sacrorum canonum sanxit auctoritas, etiam et nos, quod Deo inspirante apostolica auctoritate decernere potuimus, mandavimus in responsis[3].

Primum capitulum, quomodo honorari debeat metropolitanus episcopus a chorepiscopis et parrochialibus presbiteris.

In canone sanctorum apostolorum capitulo tricesimo quinto[4] scriptum est: Episcopos gencium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velud caput existiment; et nihil amplius praeter eius conscienciam gerant, quam illa sola singuli, quae parrochiae propriae et villis, quae sub ea sunt, competunt. Sed nec ille praeter omnium conscienciam faciat aliquid. Sic enim unanimitas erit et glorificabitur Deus per Christum in spiritu sancto. Item in canone[e] Antiochȩni concilii capitulo nono[5] continetur[f] ita: Per singulas regiones episcopos convenit nosse, metropolitanum episcopum tocius provinciae sollicitudinem gerere, propter quod[g] ad metropolim omnes undique, qui negocia videntur habere, concurrent[h]. Unde placuit, eum et honore praecellere, et nihil amplius praeter eum caeteros episcopos agere secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quae ad suam diocesim pertinent possessionesque subiectas. Unusquisque enim episcopus habeat suae parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverenciam singulis competentem, et providenciam gerat omnis possessionis, quȩ sub[i] eius[k] est potestate; ita[l] ut presbiteros et diaconos ordinet et singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nil agere temptet praeter antestitem metropolitanum; nec metropolitanus aliquid[m] gerat sine caeterorum sacerdotum consilio. Item ex libro decretorum beati Leonis papae; capitulo tricesimo secundo[6] continetur: Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos et tocius mundi reverencia consecratos metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegacione nostra fraternitatis tuae cura praetenditur, ius traditae sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus; ita ut a regulis prestitutis[n] nulla aut neglegencia aut praesumpcione discedant, aut[7] in habitu aut in incessu sanctitatis. Nam et nos ab apostolica auctoritate subiungimus, ut episcopus iuxta dignitatem suam indumentis utatur; simili modo et presbiteri cardi-

a) pro pugnatoribus *V.* b) vobis *V.* c) *corr. ex* horantibus *V.* d) *corr. ex* si adque *V.* e) *sequitur* s *erasa in V.* f) *ita corr. Tengn. ex* contined, *ut videtur, in V.* g) *sequitur* et *erasum in V.* h) *corr. ex* concurrere *V;* concurrent *G.* i) *in marg. add. V.* k) *corr. ex* ei *V;* ea *G.* l) item *V.* m) *add. corrector in V.* n) *corr. ex* prestitutitis *V.*

1) *Cum Moise comparatur Pippinus in epp. 11. 33. 39. 42. 98.* 2) *Cum Iosua comparatur Pippinus in ep. 33.* 3) *Quae sequuntur capitula, ea omnino fere ducta sunt e Dionysii Exigui collectione canonum in eo libro edita qui inscribitur: Codex canonum vetus ecclesiae Romanae (ed. Pithoeus), Lutetiae 1609. J.* 4) *ap. Dionysium l. l. J.* 5) *ap. Dionysium l. l. p. 59. J.* 6) *ap. Dionysium l. l. p. 466. J.* 7) aut — sanctitatis *non leguntur ap. Dionysium l. l. J.*

nales[a]. Et si monachica vita[b] velle habeant vivendi, plebi quidem sibi subiectae 747 preclariori vestę induti debitum praedicationis persolvant et in secreto propositum sui servent[c] cordis, ut, qui videt in abscondito, Deus reddat illis in palam: scriptum quippe Cf. Matth. 6, 4. est: 'Quae dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris conpungimini'. Non enim Ps. 4, 5. nos honor commendat vestium, sed splendor animarum. Monachi vero lanea indumenta iuxta normam et regulam monachicae disciplinae atque traditionem sanctorum probabilium patrum sine intermissione utantur. Si enim, abrenuntiantes ea quae sęculi sunt, tota se Deo intentione contulerunt, de omnibus inlicitis debent abstinere, ut, quantum corpori suo sustinuerint laborem, tantum remunerationis praemium a Deo percipere mereantur. Apostolis quippe divinum datum est mandatum, duas tunicas Cf. Matth. 10, 10. non habendi — tunicas dixit utique laneas, non lineas. Qui ergo oboedierit[d] dominico praecepto[e], bonis actibus inhaerens, habebit vitam aeternam. Item ex canone Antioceni concilii; capitulo decimo[1] de his qui vocantur chorepiscopi decretum est: Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint, tamen sanctae sinodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ęclesias earumque moderamine curaque contenti sint; ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas, quibus promotiones istae sufficiant. Nec presbiterum vero nec diaconum audeant ordinare praeter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta temptaverit, depositus, quo utebatur, honore privetur. Chorepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est.

Secundo capitulo de episcopis, presbiteris et diaconibus dampnatis, quod pristinum officium usurpare non debeant.

Ex libro canonum sanctorum apostolorum; capitulo vicesimo nono[2] dictum est: Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus depositus iuste[f] super certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ęclesia penitus abscidatur.

Tertium capitulum de presbiteris supervenientibus.

Ex concilio Cartaginiense; capitulo undecimo[3]: Si quis presbiter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab universis episcopis dictum est ter[g]: Anathema sit[h]. Si quis presbiter a praeposito suo correptus fuerit, debet utique aput[i] vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus secernendo se ab episcopi sui communione subduxerit ac separatim[k], cum aliquibus [schisma] faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur et locum amittat. Si querimoniam iustam[l] adversus episcopum non habuerit, inquirendum erit.

Quartum capitulum de presbiteris agrorum, quam obedienciam debent exhibere episcopis et presbiteris cardinalibus.

Ex concilio Neocesariensi; capitulo XIII.[4] ita continetur: Presbiteri ruris in ecląesia civitatis, episcopo praesente vel presbiteris urbis ipsius, offerre non possunt nec panem sanctificatum dare calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, et[m] ad dandam oracionem vocentur, soli dare[n] debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse, ut, quod ministraverint propter studium, quod erga[o] pauperes exhibent, honorentur.

a) *corr. ex* cardonales *V.* b) *corr. ex* monachicam vitam *V.* c) *in marg. add. corrector, erasa in textu voce alia, in V:* servent sui *G.* d) *corr. ex* oboediferit *V.* e) *corr. ex* dominicum praeceptum *V.* f) *sequitur rasura trium fere litterarum in V.* g) *om. G.* h) .t. anathema sit *add. in margine inferiore corrector in V.* i) *corr. in* apud *V.* k) *corr. ex* separatum *V;* se paratum *corr. in marg. in* separatim *G.* l) *superimpos. V.* m) *add. corrector in V.* n) solida re *V.* o) *scr. corrector pro* ergo *in V.*

1) *ap. Dionysium l. l. p. 60. J.* 2) *ap. Dionysium l. l. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. p. 189. J.* 4) *ap. Dionysium l. l. p. 40. J.*

747 Quintum capitulum de monachis, id est ancillis Dei: de quibus flagitatum est, si liceat, eas ad missarum solemnia aut sabbato sancto pubplicae lecciones legere et ad missas psallere aut alleluia vel responsorium.

De his in libro decretorum beati Gelasii pape capitulo XXVI.[1] destinatum est: Quod nefas sit, feminas sacris altaribus ministrare vel aliquid ex his, quae virorum sunt officiis deputata, praesumere. Nihilhominus inpacienter audivimus, tantum divinarum rerum subiisse[a] despectum, ut feminae sacris altaribus ministrare firmentur cunctaque non[b] nisi virorum famulatui deputata sexum, cui non competit, exhibere; nisi quod omnium delictorum, quae singilatim perstrincximus[c], noxiorum reatus omnis et[d] crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt vel committentes minime publicando[e] pravis excessibus[f] sę favere significant.

Sextum capitulum de viduis, si possint im propriis habitaculis suis salvare animas.

Item ex eodem libro; capitulo XXI.[2] ita continetur: Ut viduae non velentur[g], et si professam continenciam, proposito mutato, calcaverint, ipsae pro se racionem Deo pro suis sint actibus reddriturae. Nam de viduis sine ulla benediccione velandis superius latius[h] duximus disserendum, quae, si propria voluntate professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi eius intererit, quali Deum debeat satisfaccione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterat, secundum apostolum nullatenus nubere vetabatur, sic habitam secundum deliberacionem promissam Deo pudiciciae fidem debuit[i] custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inicere; sed solum adhortaciones praemii sempiterni poenasque proponere divini iudicii, ut nostra sit absoluta conscientia et illarum pro se rationem Deo reddat intentio.

Septimum capitulum de laico pellente suam coniugem.

Ex canone sanctorum apostolorum XLVIII.[3]: Si quis laicus, uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

Octavum capitulum de presbiteris et diaconibus, qui se a ministerio ęclesiastico subtraunt et seorsum collectas faciunt.

Ex canone Antioceni concilii; capitulo V.[4] promulgatum est: Si quis presbiter aut diaconus, episcopum proprium contempnens, se ab ęclesia sequestraverit et seorsum colligens altare constituerit[k] et commonenti episcopo non adquieverit nec consentire vel obedire voluerit semel et iterum convocanti, hic dampnetur omnimodo nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quodsi ęclesiam turbare et sollicitare persistit, tamquam seditiosus per potestates exteras[l] obprimatur.

Nonum capitulum de clericis et monachis non manentibus in suo proposito, quod interrogatum est.

In canone Calcedonensi capitulo VII.[5] decretum est: Qui semel in clero deputati sunt aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam venire mundanam; sed[m] hoc temptantes et non agentes penitenciam commonere[n] debeant[o], quod propter Deum primitus elegerant[p], anathematizari.

---

a) tantam divinarum rerum subiisse *scr. corrector pro* tantarum rerum sub ses [sos? frs?] *in V.* b) cunctaque quae non *V;* cunctaque enim, *in marg. notans legendum* cunctaque que non *G.* c) perstricximus *V.* d) e *V.* e) *corr. manus recens ex* publicandum *in V;* publicando *G.* f) *corr. ex* exscessibus *V.* g) velenter, a pontificibus *add. manus recens in V;* volentes a pontificibus *G.* h) *corr. ex* late *V.* i) habuit, *superscribens* ha *V;* debuit *G.* k) *corr. ex* constituit *V:* constituisset *G.* l) ex̄teras *V.* m) aut *V.* n) *corr. in* quominus redire *manus recens in V;* quo minus redire *G.* o) ad id *add. manus recens in V;* ad id *add. G.* p) *scr. corrector pro* elegerint *in V;* elegerint *G.*

1) *ap. Dionysium l. l. p. 539. J.* 2) *ap. Dionysium l. l. p. 536. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. J.* 4) *ap. Dionysium l. l. p. 58. J.* 5) *ap. Dionysium l. l. p. 124. J.*

Decimum capitulum de clericis, qui sunt in ptochiis, monasteriis atque martyriis. 747

Ex canone Calcedonensis concilii: capitulo VIIII.[a] [1] ita decretum est: Clerici, qui praeficiuntur ptochiis vel ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquaquę civitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant nec per contumatiam ab episcopo suo desiliant. Qui vero audent evertere huiusmodi formam[b] quocumque modo nec proprio subiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt, si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

Undecimum capitulum: qui clerici etiam ab uxoribus abstinęre debeant.

Ex concilio Affricano: capitulo XXXVII.[2] ita continetur: Preterea, cum de quorundam[c] clericorum, quamvis erga uxorę propria, incontinentia referetur[d], placuit, episcopos et presbiteros seu diaconos secundum propria statuta etiam ab uxoribus continere[e]; quod nisi fecerint, ab ęclesiastico removeantur officio. Caeteros autem clericos[f] non cogi, sed secundum uniuscuiusque ęclesiae consuetudinem observari debere.

Duodecimum capitulum de his, qui uxores aut qui viros dimittunt, ut sic maneant.

Ex concilio supra scripto Africano; capitulo LXVIIII.[3] ita continetur: Placuit, ut secundum evvangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri coniungantur; sed ita maneant, aut sibi invicem[g] reconcilientur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur.

Tertium decimum[h] capitulum: inquisitum est, quod monachus, si clericus factus fuerit, quid agi debeat.

Ex decreto beati Innocencii papae; capitulo XVII.[4] continetur: De monachis, qui diu morantur in monasteriis et postea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos a proprio[i] proposito deviare. Aut enim, sicut in monasterio fuit et quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet; aut si correptus[k], postea baptizatus et in monasterio sedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cum sponsa potest iam antea correptus[k]. Quae forma servatur in clericis maximae, cum vetus regula hoc habeat, ut, quisque correptus[k] baptizatus clericus esse voluisset, sponderet, se uxorem omnino non ducere.

Quartum decimum[l] capitulum: quod presbiteri aut diaconi, si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possint per manus inpositiones penitentiae remedium consequi.

In decreto[m] beati Leonis papę capitulo XVI.[5] decretum est ita: Alienum est a consuetudine ęclesiastica, ut, qui in presbiterali honore aut diaconii gradu fuerint consecrati, hii pro crimine aliquo suo per manus inpositionem remedium accipiant penitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo? Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei probata[n] est expetenda secessio, ubi illis[o] satisfactio[p] fuerit digna, sed[q] etiam fructuosa.

---

a) *eadem manus add. lineolam in V.* b) *scr. corrector pro* forinam *in V.* c) *corr. ex* curandam *manus recens in V;* quorundam *G.* d) *corr. in* referretur *manus recens in V; corr. in marg. in* referretur *G.* e) *corr. in* contineri *manus recens in V;* continere *G.* f) ad id *add. manus recens in V;* ad id *add. G.* g) *sequitur* et *erasum in V.* h) $\overset{u}{\text{XIII}}$ *V.* i) *corr. ex* propria *manus recens in V;* proprio *G.* k) *corr. in* corruptus *manus recens in V;* corruptus *G.* l) XIIII, *cui* quartum *praescr. corrector in V.* m) *corr. ex* decreta *manus recens in V;* decreto *G.* n) *corr. in* secreta *manus recens in V;* secreta *G.* o) illi *V. G.* p) si *add. manus recens in V;* satisfactio fuerit *G.* q) *corr. in* sit *manus recens in V;* et *G.*

1) *cap. 8 ap. Dionysium l. l. p. 124. J.* 2) *ap. Dionysium l. l. p. 234. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. p. 257. J.* 4) *ap. Dionysium l. l. p. 344. J.* 5) *ap. Dionysium l. l. p. 455. J.*

747 Quintum decimum capitulum pro eo, quod interrogatum est de laicis, qui ęclesias in suis proprietatibus construunt, quis ipsas debeat regere aut gubernare[a].

A sanctis patribus ita statutum est et in praeceptis apostolicis continetur: Iuxta petitoris imploratum, ut, si in quolibet fundo cuiuscumque iuris oratorium sive basilica fuerit constructa pro eius devotione in honorem cuiuscumque sancti, in cuius episcopi parrochia fuerit fundatum oratorium aut basilica, percepta primitus donatione legitima, id est praestantem tot, gestisque municipalibus allegatis, praedictum oratorium atque missas publicas solemniter consecratis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisteria construantur nec presbiter constituatur cardinalis; sed, etsi missus ibi[b] forte maluerit, ab episcopo noverit presbiterum postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote nullatenus resistatur, nisi ab episcopo fuerit ordinatum.[1]

Sextum decimum capitulum de clericis, qui proprias eclesias relinquunt, quid de eis agi debeat.

Ex canone sanctorum apostolorum; capitulo XV.[2] ita continetur: Si quis presbiter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parrochiam, pergat ad alienam et omnino declinans praeter episcopi sui conscienciam in aliena parrochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur; praecipue si vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Tamen tamquam laicus ibi communicet.

Septimum decimum capitulum item pro episcopis, qui alterius clericos susceperint, ut excommunicentur[c].

In eodem canone[d] capitulo XVI.[3] continetur: Episcopus vero, apud quem memoratus esse constiterit, si, contra eos decrętam cessationem pro nihilo reputans, tamquam clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

Octavum decimum capitulum: qui clerici uxores sortiri debeant.

In XXVII. capitulo canonum sanctorum apostolorum[4] decretum est: Innuptis autem, qui ad clerum provecti sunt, praecipimus, ut, si voluerint, uxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.

Nonum decimum capitulum: ut nullus [episcopus] presbiter aut diaconus sine commendaticiis suscipiatur epistolis.

In eodem canone sanctorum apostolorum[5] continetur: Nullus episcoporum peregrinorum aut presbiterorum seu diaconorum sine commendaticiis suscipiatur epistolis; et cum scripta detulerint, discuciantur attentius et ita suscipiantur; si predicatores pietatis exstiterint minus, ne, quę[e] sunt necessaria, subministrentur eis et ad communionem nullatenus admittantur, quia[f] subrepcione multa proveniunt.

---

a) gubenare *V.* b) sibi *V.* c) *corr. ex* excommucentur *manus recens in V;* excommunicentur *G.* d) concilio *V. G.* e) nequę *scr. corrector pro* neque *in V;* neque *G.* f) *corr. ex* qui a *manus recens in V;* quia a *G.*

1) *Haec ex Pelagii I. ad Eleutherium episcopum epistola (Jaffé, Reg. 959 [664]), hausta esse videntur, ubi sic est:* Maximus ... nobis suggessit, in fundo qui appellatur Pancellus oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore beatae Cantianae martyris desiderat consecrare. Et ideo ... si in tua diocesi memorata constructio iure consistit ......, percepta prius donatione legitima vel possessione illa et illa, praestantes liberos a fiscalibus titulis solidos tot, gestisque municipalibus allegatis, praedictum oratorium absque missis publicis solemniter consecrabis; ita tamen, ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur nec presbyterum constituas cardinalem. Sed quotiens missas ibi fieri forte maluerit, a dilectione tua presbyterum noverit postulandum, quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus praesumatur. *J.* 2) *ap. Dionysium l. l. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. J.* 4) *ap. Dionysium l. l. J.* 5) *cap. 34, ibid. J.*

Vicesimum[a] capitulum de virginibus vaelatis[b], si deviaverint, quid de illis agendum sit. 747

In libro decretorum beati Innocencii papae capitulo XVIIII.[c] [1] adsertum est: Que Christo spiritaliter nubunt et a sacerdote velantur, si postea vel puplice nupserint vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam penitentiam[d], nisi is, cui se coniunxerat, de mundo recesserit. Si enim de hominibus haec ratio custoditur: quecumque, vivente viro, alteri nupserit, habeatur adultera nec ei agendi poenitentiam licencia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, que ante inmortali se sponso coniunxerat et postea humanas ad[e] nuptias transmigravit!

Vicesimum primum capitulum idem de non velatis virginibus, si deviaverint.

In eodem libro XX. kapitulo[f] [2] continetur: Hae vero, que, necdum sacro velamine tectae, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatę non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore paenitencia est, quia[g] sponsio eius Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bone[h] fidei contractus nulla racione dissolvi, quanto magis ista pollicitacio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit! Nam si apostolus Paulus, quae a proposito[i] viduitatis discesserant, dixit 'eas habere dampnacionem, quia[g] primam fidem irritam fecerunt', I. Tim. 5, 12.
quanto pocius virgines, que prioris promissionis fidem frangere sunt conatae! Haec itaque, fratres karissimi, si plena vigilancia fuerint ab omnibus Dei[k] sacerdotibus observata, cessabit ambicio, iniquitas superata calcabitur, veritas spiritali fervore fraglabit, pax predicata labiis cum voluntate animi concordabit, implebitur edictum apostoli, ut unanimes una sententes permaneamus in Christo, nihil Cf. Philipp. 2. 2.
per contentionem[l] nobis neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed Deo nostro salvatori placentes.

Vicesimum secundum capitulum de his, quae duobus fratribus nupserint vel qui duas[m] sorores uxores acceperint.

In concilio Neocesariense capitulo II.[3] continetur: Mulier, si duobus fratribus nupserit, abiciatur usque ad mortem; verumtamen in exitu propter misericordiam, si promiserit, quod, facta incolumis, huius coniunccionis vincla dissolvat, fructum poenitentiae consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in tallibus nubtiis, difficilis erit poenitentia[n] in vita permanenti. Nos autem, gracia divina suffragante, iuxta praedecessorum et antecessorum pontificum decreta multo amplius confirmantes dicimus, ut, dum usquae sese generacio cognoverit, iuxta ritum et normam christianitatis et religionem Romanorum non copulentur coniugiis. Sed nec spiritalem[o] cummatrem[p] aut filiam, quod absit, quis ducat temerario ausu uxorem; est namque nefas et perneciosum peccatum[q] coram Deo et angelis eius. In tantum enim grave est, ut nullus sanctorum patrum atque sacrarum sinodorum adsertiones vel etiam in imperialibus legibus quippiam iudicatum[r] sit; sed, terribile Dei iudicium metuentes, siluerunt sententiam dare[4].

Vicesimum tertium capitulum de his, qui homicidium sponte perpetraverunt.

In vicesimo primo capitulo Anquirani concilii[5] continetur: Qui voluntariae homicidium fecerint, poenitentie iugiter se submittant; perfeccionem vero circa vite exitum consequantur.

---

a) *corr. ex* vicesunt *manus recens in V;* 20 *G.* b) ael *in loco raso V.* c) $\overset{V}{\text{XIIII}}$ *V.* d) *corr. ex* penitentię *V.* e) *add. manus recens in V;* humanas ad nuptias *G.* f) kap̄ *V.* g) q *V.* h) bene *V.* i) preposito *V.* k) dō *V.* l) *corr. ex* contionem *manus recens in V;* contentionem *G.* m) *corr. ex* duos *manus recens in V;* duas *G.* n) consequatur — poenitentia *in margine inferiore add. manus saec. IX. in V, om. G.* o) *sequitur* ē *delendum manu recenti significatum in V,* .\\. *in G.* p) cum matrem *corr. in* commatrem *manus recens in V;* cum matrem *G.* q) peccatorum *V.* r) *corr. ex* iudicatus *manus recens in V;* iudicatus *G.*

1) *ap. Dionysium l. l. p. 345. J.* 2) *ap. Dionysium l. l. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. p. 37. J.* 4) *Cf. Bonifatii epp. 32. 33. 34 supra p. 282—285. J.* 5) *ap. Dionysium l. l. p. 33.*

747 Vicesimum quartum capitulum item de his, qui homicidium[a] non sponte perpetraverunt.

In eodem concilio[b] capitulo XXII.[1] continetur: De homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio post septem annorum[c] poenitenciam perfeccionem consequi praecepit; secunda vero quinquennii tempus explere.

Vicesimum quintum capitulum de his, qui adulteras habent uxores, vel si ipsi adulteri conprobantur.

In concilio Anquirano capitulo XVIIII.[2] continetur: Si cuius uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium cummiserit, septem annorum poenitentia oportet eum perfeccionem consequi secundum pristinos gradus.

Vicesimum sextum capitulum de monachis et virginibus propositum non servantibus.

In libro decretorum beati Siricii papae capitulo VI.[3] continetur: Praeterea monachorum quosdam atque monacharum, abiecto proposito sanctitatis, in tantam[d] protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo vel sub monasteriorum pretextatu inlicita ac sacrilega se contagione miscuerint, postea vero, in abruptum conscienciae dissperacionem perducti, de inlicitis complexibus libere filios procrearent; quod et publice leges et eclesiastica iura condempnant. Has igitur inpudicas detestabilesque[e] personas a monasteriorum coetu eclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusae in suis ergastulis, tantum facinus[f] continua lamentatione deflentes, purificat[ori]o possint penitudinis igne dequoquere, ut eis[g] vel ad mortem saltim solius misericordiae intuitu per communionis graciam possit indulgentia subvenire.

Vicesimum septimum capitulum[h] de his, qui non coacte sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, quod delinquant cum nupserint, etsi nondum fuerint consecrati[i].

In libro decretorum[k] beati Leonis papae capitulo XXVIII.[4] continetur: Puelle, que non parentum coacte imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum adque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, praevaricantur, etiam si nondum eis gracia consecrationis accessit; cuius utique non fraudarentur[l] munere, si in proposito permanerent.

Haec itaque, carissimi nobis et dilectissimi, que superius annexa sunt — in quantum miserante Deo valuimus, inter cetera capitula deflorantes tam de sanctorum apostolorum quamque etiam et beatorum patrum sanctiones seu etiam et probabilium beatissimorum pontificum decreta, ut uniuscuiusque capituli sentencia continet[m], in brevi eloquio perstringentes — ad vestri praesulatus notitiam et praedicationem atque populis vobis a Deo creditis aedificacionem mandavimus ministranda atque perficienda, hortantes vestram[n] omnium prudentissimam sanctitatem et procerum dileccionem: omnimoda racione, non declinantes a dextris aut sinistris, sed viam regiam incedentes,[5] stantissime observetis apostolica mandata. Etenim haec, amantissimi[o] nobis, vobis dedimus in mandatis, ut nec nos coram Deo de taciturnitate[p] iudicemur nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere racionem, sicut scriptum est in dominico pre-
Ioh. 15, 22. cepto: 'Si non venissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent'. Itaque, nihil
Cf. 1. Cor. 9, 25. excusationis adhibentes, omnium racionabilium animarum salutem procuretis, ita cur-
2. Cor. 6, 3. rentes in agone, 'ut non vituperetur ministerium vestrum', sed magis de palma victorie

a) homicidicium *V.* b) canone *V.* c) anniorum *V.* d) tantum *V.* e) destestabilesque *V.* f) facimus *V.* g) eius *V.* h) XXVII cap̄ *V.* i) *corr. in* consecratae *manus recens in V;* consecratae *G.* k) secretorum *V.* l) *corr. ex* frudarentur *manus recens in V;* fraudarentur *G.* m) *corr. ex* contina *manus recens in V;* continet *G.* n) urm *V.* o) *scr. corrector pro* amantissima *in V.* p) tatiturnitate *V.*

1) *ap. Dionysium l. l. p. 33. J.* 2) *ap. Dionysium l. l. J.* 3) *ap. Dionysium l. l. p. 317. J.* 4) *cap. 27 ap. Dionysium l. l. p. 460. J.* 5) *Cf. ep. 95:* regia gradiemur via et non declinabimus.

bravium accipietis, iuxta egregii apostoli dictum habentes, bonis actibus inherendo, 747.753
repositam coronam iustitiae in siderea mansione[1], quam vobis reddat in illum diem Cf. 2. Tim. 4, 8.
iustus iudex, dominus deus et salvator noster Iesus Christus, qui vivit in unitate cum Deo patre omnipotente et spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

4.

Stephanus II. papa Pippino regi scribit, ad mandata per Droctegangum (Gemeticensem) abbatem relata voce se respondisse, additque de Iohanne clerico ad se remittendo.

(753.)

Cod. (X) fol. 20'a.
Edd. Gretser 10, Cenni 4, Jaffé 4. — Jaffé, Reg. 2312 (1769).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, PIPPINO REGI STEPHANUS PAPA.

Presens Droctegangus abbas sacris liminibus protectoris tui, beati apostolorum principis Petri, et nostris obtutibus prȩsentatus[2], inposita sibi verba salutationis ac sospitatis a Deo servate atque amantissimȩ excellentiae tuae, innumeras omnipotenti Deo laeti effecti[b] gratias referentes egimus, petentes eius divinam misericordiam, licet peccatores et indigni, ut pro sua te protegat pietate, excellentissime fili, et multo amplius atque perfectius suo timore tuum regnum confirmet et amore apostolico, quatenus et presenti vita longevus feliciter[c] fruaris et aeternae beatitudinis consors[d] paradysi fructu apostolici[e] amoris effici merearis.

Etenim prȩsens[f] Droctegangus, fidelis tuus missus, iuxta quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuae sublimissimae bonitati, in ore ponentes, remisimus responsum: cui et in omnibus credere iubeas, fili, quia in omnibus, quae mandasti, Christo cooperante salutaria tibi mandavimus. Sed imple dominicum dictum, sicut scriptum est, Matth. 10, 22.
quoniam 'qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'; ex hoc enim 'centuplum Matth. 19, 29.
accipies et vitam possidebis aeternam[g]'.

Hoc autem petimus, fili: ut, dum missos tuos ad nos remittere iusseris cum responsis, hunc Iohannem virum religiosum cum eis mittere iubeas; fidelis enim tuus est et prudenter reportat responsa.

Bene vale.

5.

Stephanus II. papa per Droctegangum (Gemeticensem) abbatem omnes Francorum duces hortatur, inducant Pippinum regem, ut saluti ecclesiae Romanae consulat.

(753.)

Cod. (XI) fol. 20'—21a.
Edd. Gretser 11, Cenni 5, Jaffé 5. — Jaffé, Reg. 2313 (1770).

---

4. a) *Lemma:* item epistola eiusdem pape per droctegangum abbatem directa, in qua continentur gratiarum actiones et uberrime benedictiones. b) *scr. corrector pro* affecti *in V.* c) *scr. aut corrector aut Tengn. pro* praesentem vitam longeprius feliciter *in V;* praesenti vita longevus foeliciter *G.* d) *add. corrector in V.* e) apostolicis *V.* f) s *in fine add. corrector in V.* g) *scr. corrector pro* in aeternum *in V.*

5. a) *Lemma:* item eiusdem epistola papae generalis, in qua continentur gratiarum actiones et uberrimȩ benedictiones.

1) *Cf. ep. 98:* repositam ... in sidereis mansionibus mercedis coronam *et ep. 19 notam extremam.*
2) *Droctegangum abbatem, Pippini legatum, non ante priorem anni 753. partem Romam venisse, e Stephani II. Vita perspicuum est (Lib. pont. ed. Duchesne p. 444; cf. n. 20 p. 457). J.*

753.755 STEPHANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, VIRIS GLORIOSIS NOSTRISQUE FILIIS, OMNIBUS DUCIBUS GENTIS FRANCORUM.

Laeta gaudet sancta mater ecclaesia in provectu fidelium filiorum. Propterea, etsi corpore absentes, spiritu vero presentes, gloriosam prudentiam atque dilectionem vestram, sublimissimi filii, acsi praesentialiter amplectentes in osculo pacis salutamus, Ps. 124, 4. in Domino dicentes: 'Benefac, Domine, bonis et rectis corde'. Quoniam fiduciam habemus, quod Deum timetis et protectorem vestrum, beatum Petrum principem apostolorum, diligitis et cum tota mentis devotione pro eius perficienda utilitate in nostra obsecratione cooperatores et adiutores eritis, — pro certo tenentes, quod per certamen, quod in eius sanctam ecclaesiam, vestram spiritalem matrem, feceritis, ab ipso prin- Cf. Matth. 19, 29. cipe apostolorum vestra dimittantur peccata et pro cepti cursu[a] laboris centuplum accipiatis de manu Dei et vitam possideatis aeternam[1] — idcirco obsecramus atque coniuramus vestram sapientissimam caritatem per Deum et per dominum nostrum Iesum Christum et diem futuri[b] examinis, in quo omnes pro nostris facinoribus erimus reddituri rationem ante tribunal[c] aeterni iudicis, ut nulla interponatur occasio, ut[d] non sitis adiutores ad obtinendum filium nostrum a Deo servatum, Pippinum excellentissimum regem, pro perficienda utilitate fautoris[e] vestri, beati apostolorum principis Petri, sicut per presentem Droctegangum religiosum abbatem eiusque concomites direximus; quatenus, vobis concurrentibus dum nostra deprecatio fuerit impleta, ipso principe apostolorum cuius causa est largiente, vestra deleantur peccata et, ut habet potestatem a Deo concessam sicut claviger regni caelorum, vobis aperiat ianuam et ad vitam introducat aeternam. Sed adtendite, filii, et ad participandum hoc, quod optavimus, studiosius elaborate, scientes, quod, si quis declinaverit in aliam partem, ab aeternae Matth. 10, 22. beatitudinis hereditate erit alienus: scriptum quippe est: 'Qui perseveraverit usque in Rom. 8, 28. finem, hic salvus erit'; 'diligentibus namque Deum omnia cooperantur in bonum'.

Bene valete.

6.

Stephanus II. papa Pippino, Carolo, Carolomanno regibus nuntiat, Haistulfum Langobardorum regem iusiurandum violantem non modo nihil reddidisse, sed etiam, Fulrado (Sancti Dionysii abbate) ipso quoque confirmante, novas sibi inferre iniurias, eosque hortatur, ut civitates et loca, quae per donationis paginam promiserint, sibi restituenda curent. *(755.)*

Cod. VII. fol. 14'–16[a].

Edd. Gretser 7, Cenni 6, Jaffé 6. — Jaffé, Reg. 2322 (1774).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, PIPPINO REGI ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI SEU CAROLO[b] ET CAROLOMANNO, IDEM REGIBUS ET UTRISQUE PATRITIIS ROMANORUM, STEPHANUS PAPA.

Dum regni vestri nomen inter ceteras gentes erga sinceram fidem beati Petri principis apostolorum lucidissime fulserit, valde studendum est, ut, unde gloriosiores

a) et — cursu *scr. corrector pro* per cepturi cursus *in V;* et pro caepti cursu *G.* b) *scr. corrector pro* futurum *in V.* c) *in fine* i *erasa in V.* d) *corr. ex* et *manus recens in V;* ut *G.* e) *scr. corrector pro* faistoris *in V.*

6. a) *Lemma:* item epistola eiusdem stephani papae ad domnum pippinum regem et carolum vel carolomannum pro defensione sanctae dei ecclesiae, quia haistulfus irritum fecerat pactum, quot cum eis fecerat, et suum sacramentum non conservaverat, sicut pollicitus eisdem regibus fuerat. b) caralo *V.*

1) *Hoc et infra e decimo cap. evang. Matth. allatum Stephanus papa Pippinum regem etiam in ep. 4 commonefacit; cf. supra p. 487.*

ceteris gentibus in servitio beati Petri vos omnes christiani asserunt, inde omnipotenti 755 Domino, 'qui dat salutem regibus', pro defensione sanctae suae ecclesiaę perfectius Ps. 143, 10. placeatis, ut fidem, quam erga eundem principem apostolorum colitis, adiutricem in omnibus habeatis.

Optaveramus quidem, praecellentissimi filii, amplius protelando nostram locutionem dilatare; sed, quia prae multis ab iniquo Haistolfo rege Longobardorum[a] nobis ingestis tribulationibus cor nostrum nimio atteritur[b] dolore et tedet spiritus noster, ideo a multorum sermonum prolixitate declinavimus et unum, quod est necessarium, Cf. Luc. 10, 42. excellentissimaę christianitati vestrae innotescere studuimus.

A Deo protecte[c] nosterque spiritalis compater et vos, dulcissimi[d] filii, pro mercede animarum vestrarum, quemammodum misericors Deus noster caelitus victorias vobis largiri dignatus est, iusticiam beati Petri, in quantum potuistis, exigere studuistis et per donacionis paginam restituendum confirmavit bonitas vestra. Nunc autem, sicuti primitus christianitati vestrae de malicia ipsius impii regis ediximus, ecce iam mendatium et iniqua perversitas atque eius periurium declaratum est. Antiquus quippe humani generis ostis, diabolus, eius perfidum invasit cor, et, quę sub vinculo sacramenti adfirmata sunt, irrita facere visus est; nec unius enim palmi terrae spatium beato Petro sanctaeque Dei ecclęsiae, rei publice Romanorum, reddere passus est. Tanto quippe a die illo, a quo ab invicem separati sumus, nos affligere et in magna ignominia sanctam Dei ecclesiam habere conatus est, quanto non possunt hominum linguę aenarrare, quia etiam et ipsi lapides, si dici potest, tribulationem nostram magno ululatu flerent[1]; et ita nos visus est affligere, ut denuo in nobis innovata fuisset infirmitas. Nimis namque lugeo, excellentissimi filii, cur, verba nostraę infelicitatis non audientes, mendatium plus quam veritatem credere voluistis, inludentes vos et inridentes. Unde et sine aeffectu[e] iustitiae beati Petri ad proprium ovile et populum nobis commissum sumus reversi[2].

Omnes denique christiani ita firmiter credebant, quod beatus Petrus princeps apostolorum nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset iustitiam, dum tam maximum ac praefulgidum miraculum vestris felicissimis temporibus demonstravit talemque vobis inmensam victoriam dominus deus et salvator Iesus Christus per intercessiones sui principis apostolorum pro defensione sanctę suę ecclesię largiri dignatus est; sed tamen, boni filii, credentes eidem iniquo regi, quod per vinculum sacramenti pollicitus[f] est, propria vestra voluntate pro donationis paginam beati Petri sanctaeque Dei ecclesiaę rei publice civitates et loca restituenda confirmastis. Sed ille, oblitus fidem christianam et Deum qui eum nasci praecepit, irrita, que per sacramentum firmata sunt, facere visus est. Quapropter 'iniquitas eius in verticem illius descendit'; Ps. 7, 17. patefactus quippe est laqueus, quem effodit, et in eo pro suo mendatio et periurio incidit.

Coniuro vos, filii excellentissimi et a Deo protecti, per dominum deum nostrum et sanctam eius, gloriosam semperque virginem genetricem Mariam, dominam nostram, omnesque virtutes caelorum seu per beatum Petrum principem apostolorum, qui vos in reges unxit, ut doleat vobis pro sancta Dei ecclesia[3], et iuxta donationem, quam

a) *sequitur rasura quinque fere litterarum [impie?] in V.* b) *corr. ex* atterritur *V.* c) protector *V.* d) *scr. corrector pro* dulcissimę *in V.* e) *corr. ex* affectu, *e superscribens V.* f) pollititus *V.*

1) *Hanc sententiam infra in epp. 7. 8. 9. 12 repetitam — fortasse haustam e Luc. 19, 40 — etiam in Lib. diurn. form. 59 (ed. ab Sickel p. 49) esse, monuit Oelsner, Jahrbücher p. 256 n. 3.* 2) *exeunte a. 754; cf. Jaffé, Reg. p. 274 et Böhmer-Mühlbacher, Reg. 74 h.* 3) *Cf. epp. 7. 10:* doleat vobis pro ... sancta Dei ecclesia.

755 eidem protectori vestro, domino nostro, beato Petro, offerre iussistis, omnia reddere et contradere sancte Dei ecclesiaę studeatis et nequaquam iam ipsius nequissimi regis vel eius iudicum[a] seductuosa verba et illusionis mendatia credatis. Ecce enim patefactum est eius mendatium, ut nequaquam ulterius vires credendi habere possit: sed magis, cognito eius iniquo ingenio et iniqua voluntate, eius fraudantur insidię. Et quod semel beato Petro polliciti[b] estis et per donationem vestram manu firmatam, pro mercede animę vestrę beato Petro reddere et contradere festinate. Beatus denique
Eccle. 5, 4. Paulus apostolus ait: 'Melius est non vovere, quam post votum non reddere'. Etenim nos omnes causas sanctaę Dei ecclęsiaę in vestro gremio commendavimus; et vos reddetis Deo et beato Petro rationem in die tremendi iuditii, quomodo decertaveritis pro causa eiusdem principis apostolorum et restituendis eius civitatibus et locis. Vobis denique multis iam devolutis[c] temporibus hoc bonum opus reservatum est: ut per vos exaltetur ecclesia et suam princeps[d] apostolorum percipiat iustitiam. Nullus meruit de vestris parentibus tale praefulgidum munus, sed vos pręelegit et pręscivit Deus
Rom. 8, 29. 30. ante tempora aeterna[e], sicuti scriptum est: 'Quos praescivit et praedistinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, illos et iustificavit'. Vocati estis, iustitiam ipsi principi
Cf. Iac. 2, 24. apostolorum sub nimia festinatione facere studete, quia scriptum est: Fides ex operibus iustificatur.

De omnibus vero tribulationibus nostris, quas passi sumus vel denuo patimur, Deo auxiliante Folradus filius [noster][f], vester consiliarius, et eius socii enarrent vobis. Et ita agite de causa beati Petri, ut et in hac vita victores favente Domino existatis et in futuro, intercedente ipso principe apostolorum beato Petro, gaudia possideatis aeterna.

Bene valete, excellentissimi filii.

7.

Stephanus II. papa Pippino, Carolo, Carolomanno regibus iterum nuntiat Haistulfum Langobardorum regem iusiurandum violantem non modo nihil reddidisse, sed etiam, Fulrado (Sancti Dionysii) abbate ipso quoque confirmante, novas sibi inferre iniurias, eosque a se unctos esse commemorans hortatur, ut omnia, quae per donationem promiserint, sibi restituenda curent; Wilharium (Nomentanum) episcopum nuntium suum commendat.[1] *(755.)*

Cod. (IX) fol. 18—20'[a].
Edd. Gretser 9, Cenni 7, Jaffé 7. — Jaffé, Reg. 2323 (1775).

---

a) eum *in litura V.* b) polliuti *V.* c) *sequitur rasura trium fere litterarum in V.* d) princepes, *inter* c *et* p *una littera erasa, V.* e) aeeterna *V.* f) *add. J.*

7. a) *Lemma:* item exemplar[aa] epistolae eiusdem papae ad dominum[bb] pippinum, carolum et carlomannum directum, in quo continetur, quod haistolfus irritum fecerat pactum et iuramentum, quod hisdem regibus de iustitia sancti petri pollicitus fuerat cum nimiis adiurationibus; iterum postulans adiutorium opt[in]ere contra eundem.

aa) explar *V.* bb) domnuim *V.*

1) *Nonnullae huius epistolae sententiae ex ep. 6 repetitae sunt.*

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, PIPPINO REGI ET NOSTRO SPIRITALI[a] COMPATRI SEU CAROLO ET CARLOMANNO, IDEM REGIBUS ET UTRISQUE[b] PATRICIIS ROMANORUM, STEPHANUS PAPA. 755

Providi et sapientissimi Salomonis[c] prophetica ita fertur assertio: 'Nomen bonum super misericordiam'.[1] Nomen quippe bonum est: fidem, quam quis pollicitus fuerit, inmaculato corde et pura conscientia[d] custodire et operibus implere: nomen enim bonum est: totis viribus ad exaltationem sanctae Dei ecclesiae, per quam et salus christianorum existit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen, si operibus fuisset inpletum. Redemptor namque noster, misericors et multum miserator dominus, illis propitiator existit, quos omnino tota mentis integritate fideles et defensores sanctae suae ecclaesiae[e] cognoverit. Qualis remuneratio aut merces sub celo existimanda et coaequanda est ad ea, quae pro defensione Dei ecclaesiae et domus beati Petri est rependenda! Ideo namque excellentissimam et [a][f] Deo protectam bonitatem vestram super turbas populorum et multarum gentium isdem rex regum et dominus dominantium salvos vos instituit, ut per vos sancta Dei ecclesia exaltetur.

Potuerat namque alio modo, ut illi placitum fuisset, sanctam suam vindicare ecclesiam et iustitiam sui principis apostolorum exigere: sed, quia mentem et conscientiam vestram, a Deo protecte spiritalis compater et dulcissimi filii, probare voluit, ideo nostram infelicitatem ad vos venire pręcepit. Tradidimus enim corpus et animam nostram in magnis laboribus in tam spatiosam et longinquam provintiam; valde fisi in vestra fide, per Dei nutum illuc profecti sumus, adflicti in nive et frigore, aestu et aquarum inundatione atque validis fluminibus et atrocissimis montibus seu diversis periculis. Etenim, dum vestris mellifluis obtutibus pręsentati sumus, omnes causas principis apostolorum in vestris manibus commendavimus, quoniam quidem inspirati[g] a Deo aurem petitionibus nostris adcommodare dignati estis: et vos beato Petro polliciti estis eius iustitiam exigere et defensionem sanctae Dei ecclesiae procurare et, ut vere fideles Deo, pura mente pro defensione Dei ecclesiae dimicandum properastis. Sed omnipotens Dominus, 'qui conterit bella ab initio', qui superbos humiliat et humiles (Iudith 9, 10. Cf. Matth. 23, 12.) exaltat, ilico iustitiam beati Petri vestrę[h] bonitati et omnibus christianis demonstravit et tale praefulgidum miraculum ostendit, quale omnino gloriosum est referendum. Illi enim inimici[i] Dei[k] sanctae ecclęsiae, qui in sua ferocitate confidebant, 'veloces pedes (Ps. 13, 3.) habentes ad effundendum sanguinem', super brevem numerum populi vestri inruerunt: et ita per manum beati Petri omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus est, ut illi, qui innumerabiles existebant, a paucis hominibus fuissent interemti. Et humiliati sunt ipsi inimici beati Petri usque ad terram; et ita timorem et tremorem in (Cf. Isai. 26, 5.) illis Dominus inmisit per intercessiones beati Petri, ut ad nihilum devenirent. Non enim gladius hominis, sed gladius Dei est, qui pugnat.

Videns namque suam deceptionem iniquus Haistolfus rex, cum suis Deo destructis iudicibus per blandos sermones et suasiones atque sacramenta inluserunt prudentiam vestram; et plus illis falsa dicentibus quam nobis veritatem asserentibus credidistis.

a) spilitali *V.* b) *corr. ex* utrique *manus recens in V;* utrisque *G.* c) *corr. in* salemonis *manus recens in V;* salomonis *G.* d) constientia *V.* e) ecclaesuae *V.* f) *om. V.* g) *corr. ex* conspirati *manus recens in V;* inspirati *G.* h) *corr. ex* vestri *manus recens in V;* vaestrae *G.* i) inimiti *V.* k) et *add. manus recens in V;* et *add. G.*

1) *Cf. Eccle. 7, 2 sec. versionem antiquam (Sabatier, Bibliorum versiones antiquae II, 363):* Bonum est nomen super oleum bonum. *J.*

755 Magno namque dolore et tristitia, excellentissimi filii, cor nostrum repletum est, quur minime bonitas vestra nos audire rennuit. Omnia denique, quae per Dei iussionem vobis locuti sumus, veraciter[a] ediximus; et iam patefacta sunt, ut facta ipsa demonstrant. Etenim, sicut primitus christianitati vestrae ediximus, iniquus Haistolfus rex, ingresso[b] in eius perfido corde[c] diabolo, omnia, quae per sacramentum beato Petro per vestros missos restituenda promisit, irrita fecit et nec unius palmi terrae spatium beato Petro reddere voluit. A die[d] illo, a quo [a][e] melliflua bonitate vestra separati sumus, tantum nos affligere et tribulare nisus est, quantum non potest os hominis enarrare. In magna namque despectione sanctam Dei ecclesiam et nostram humilitatem[f] vestros missos[1] habere visus est, quia[g] etiam et ad nostram propriam animam auferendam mala eius inperatio et summissio facta est. Quid multa dicimus? Tantum nos tribulavit, quia[g] etiam, si dici potest, et ipsi lapides pro nobis flerent.[2] Tamen omnia vester consiliarius Fulradus[h] presbiter et abbas una cum suis sociis, si Deum prę oculis habent, omnia vobis enarrare possunt: non enim quia iam reddere, ut constituit, propria beati Petri voluit, sed etiam scamaras[3] atque depredationes seu devastationes[i] in civitatibus et locis beati Petri facere sua imperatione nec cessavit nec (Cf. Isai. 51, 13.) cessat. Oblitus quippe est Deum, qui fecit eum, et fidem christianam transgressus est. Quomodo ulterius credendus est sive ipse sive eius consentanei, qui in tanta Dei mysteria sacramenta praebuerunt et noluerunt observare? Vere enim omnia vobis prediximus de eiusdem impii regis mendatio et falsitate; et, quemadmodum diximus, manifestata sunt vobis, et periurium eius declaratum est.

Pro quo peto vos, excellentissimi et a Deo protecti filii, et nimis obsecro: doleat vobis pro sancta Dei ecclaesia et beati Petri causa, et, quae per donationem beato Petro offerendum promisistis, ei possidendum contradere debeatis. Mementote et semper in vestris precordiis firmiter tenete, quod promisistis eidem ianitori regni caelorum. Nulla iam vos seducat suasio aut acceptilatio. Considerate, qualis[k] fortis existit exactor isdem princeps apostolorum, beatus Petrus; videte omnia. Quae ei promisistis et per donationem offerendum polliciti estis, contradere festinate, ut non (Cf. Ps. 101, 12.) lugeatis in aeternum et condemnati maneatis in futura vita. Vita enim huius mundi (Cf. Ps. 101, 27.) previs est et sicut umbra declinatur et sicut vestimentum inveterescit; illam vitam aeternam, quam vobis beatus Petrus pro sua causa et iustitia promisit, tota mente et integro corde quaerite. Decertate bonum opus, quod cepistis, inplere[4] et, quae per donationem manu vestra confirmastis, protectori vestro, beato Petro reddere festinate, (Eccle. 5, 4.) quoniam scriptum est: 'Melius non vovere, quam vovere et votum non reddere'. Sciatis enim, quia sicut cyrographum vestram donationem princeps apostolorum firmiter tenet; et necesse est, ut ipsum cyrographum expleatis, ne, dum iustus iudex ad iudicandum vivos et mortuos et saeculum per ignem advenerit in futuro iudicio, isdem princeps apostolorum eundem[l] cyrographum demonstrans[m] nullam habere firmitatem, districtas

a) veratiter *V.* b) s *in fine erasa in V.* c) *corr. ex* corda *manus recens in V;* corde *G.* d) enim *add. manus recens in V;* enim *add. G.* e) *add. J; cf. supra p. 489 l. 19.* f) et *add. manus recens in V;* est *add. et in marg. corr. in* et *G.* g) *corr. ex* qui *manus recens in V;* quia *G.* h) *corr. in* folradus *V;* vuolradus *G.* i) *corr. ex* devastatione *manus recens in V;* devastationes *G.* k) *corr. in* quam *manus recens in V;* quam *G.* l) *corr. in* idem *manus recens in V;* idem *G.* m) demontrans *V.*

1) *id est: vestris missis.* 2) *Cf. supra p. 489 n. 1.* 3) *expilationes. J.* 4) *Cf. ep. 13:* ut ... in eo quod cepistis bono permaneatis opere, *ep. 14:* ut coeptum ... perficere iubeas bonum opus, *ep. 29:* quatenus bonum opus quod coepisti per te compleatur, *ep. 32:* in eo quod caepisti bono ... permanens opere, *ep. 35:* ut ... bonum quod cepistis opus perficere studeatis, *ep. 55:* ut, sicut caepisti, bonum opus perficias.

cum eo faciatis rationes. Sed magis explete, quod promisistis, velociter, ut iterum 755 vitam aeternam, quam ab ipso principe apostolorum promissam habetis, possideatis.

Coniuro vos, excellentissimi et a Deo protecti filii, per Deum omnipotentem, qui continet omnia sua potentia, et per sanctam eius matrem, gloriosam, semper virginem Mariam, dominam nostram, atque per virtutes caelorum et per beatos principes apostolorum Petrum et Paulum atque per tremendum iudicii diem[1], ubi omnes constricte ad reddendum de nostris factis rationem adsistere habemus, ubi nulla est ingeniosa excusatio: velociter et sine ullo inpedimento, quod beato Petro promisistis per donationem vestram, civitates et loca atque omnes obsides et captivos[2] beato Petro reddite vel omnia, quae ipsa donatio continet; quia ideo vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, unxit in reges[3], ut per vos sancta sua exaltetur ecclesia et princeps apostolorum suam suscipiat iustitiam.

Magnum desiderium in nostro corde habebamus, vestros mellifluos vultus aspicere et de vestrae iocunditatis laetitia gaudere, iuxta quod sapientissimus ait Salomon: 'Per vicos et plateas quesivi, quem dilexit anima mea'. Et certe, quos dileximus, Cant. 3, 2. per Dei iussionem invenimus et, quos desideravimus[a], amplexi sumus. Pro quo diffusa est super vos benedictio et gratia beati Petri, ut Domini fuit provisio: quod nullus de vestris parentibus meruit suscipere, vos suscepistis; et princeps apostolorum, prae ceteris regibus et gentibus vos suos peculiares faciens, omnes suas causas vobis commisit; et vos reddetis rationem Deo, quomodo pro iustitia ipsius ianitoris regni caelorum decertaveritis.

Cunctus[b] namque noster populus rei puplice Romanorum magno dolore et amarissimis lacrimis una nobiscum tribulantur pro eo, dum ad[c] tam longam et spaciosam provintiam properavimus et pre phatigio[d] validi[e] iteneris caro nostra minuata est, si[f] vacui et infructuosi[g] sine aeffectu[h] iustitiae reversi sumus. Attamen nos infelices iuxta dominicum preceptum egimus et omnes causas beati Petri vobis commendavimus, et vobis pertinet hoc sive ad peccatum sive ad mercedem.

Nam et omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatus Petrus nunc per vestrum fortissimum brachium suam percepisset iustitiam. Et factum non est; et in magno cordis stupore de hoc omnes evenerunt. Sed peto excellentissimam bonitatem vestram, ut vituperium hoc a gentibus abstollatis. Et omnibus fidem vestram operibus ostendite, eo quod 'fides[i]', ut scriptum est, 'sine operibus otiosa est'. Cum qua enim fiducia aut Iac. 2, 20. fortitudine ad expugnandos inimicos vestros pergere potestis, si iustitiam beati Petri, ut promisistis et initiastis, non perficeritis[k]? Si enim, ut cepistis, operibus adimpleveritis, eritis semper victores et fortissimi super vestros inimicos et presentem[l] regnum per multorum annorum spacia cum bona possidebitis fama et vitam percipietis aeternam.

Tantopere[m] direximus ad vos Wilharium reverentissimum et sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum et fidelem, qui vobis omnia de nostra tribulatione et causa beati Petri proprio ore enarret; cui in omnibus credere iubeatis et exitum bonum in causa beati Petri ponere.

Incolumem[n] excellentiam vestram gratia superna custodiat. Bene valete.

a) desideraduimus *V.* b) *corr. ex* cuntus *manus recens in V*; cunctus *G.* c) *add. manus recens in V*; ad *G.* d) *corr. in* fatigio *manus recens in V*; fatigio *G.* e) walidi *V.* f) *sequitur una littera erasa in V.* g) infuructuosi *V.* h) *corr. ex* affectu *manus recens in V*; effectu *G.* i) *sequitur* xsta *deletum linea atramento fusciore facta in V.* k) *corr. ex* perficenitis *V.* l) *corr. in* presens *manus recens in V*; praesens *G.* m) *corr. ex* tamen opere *manus recens in V*; tanto opere *G.* n) *corr. in* incolomem *V.*

1) *Cf. ep. 44:* per tremendum diem iudicii, *ep. 45:* per tremendum futuri iuditii diem. 2) *Illos 'obsides' et captivos' diverse interpretantur Lamprecht, Die Römische Frage p. 79 n. 3, Martens, Die Römische Frage p. 54. 55, Hirsch, Die Schenkungen Pippins und Karls p. 22 n. 20, v. Sybel, Die Schenkungen der Karol. (Kleine hist. Schriften III, 79: 'die von den Langobarden fortgeschleppten Gefangenen und Geiseln').* 3) *d. 28. Iulii a. 754. J.*

8.

756 *Stephanus II. papa Pippino regi de angustiis suis conquestus nuntiat, ab Haistulfo Langobardorum rege et Beneventanis urbem obsideri, agrum Romanum pervastari, Narniam occupatam esse; auxilium quam celerrimum petit; Georgium (Ostiensem) episcopum et Thomaricum Comitamque nuntios suos commendat et Warneharium Francorum legatum revertentem laudat*[1]. *(756. c. Febr. 24.)*

Cod. VI fol. 11'—14'[a].
Edd. Gretser 6, Cenni 9, Jaffé 9. — Jaffé, Reg. 2326 (1777).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO[b] SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

Quanta luctuosa et amarissima tristicia circumvallati quantaque anxiętate atque angustia coartati simus et quantas, crebrescentibus continuis malis, oculi nostri distillantes profundant lacrimas, credimus, quod et ipsa omnium elementorum figmenta enarrent[c]. Quis enim harum tribulacionum conspector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhaerentium calamitatum non ululet? Quam ob rem cuiusdam bonae [Cf. Dan. 13, 22.] mulieris Susannę pudicitiae loquimur[d] verba: 'Angustiae nobis undique, et quid aga- [Cf. Dan. 14, 32 sqq.] mus ignoramus'. O filii excellentissimi et christianissimi, utinam omnipotens rerum creator, Dominus, quemadmodum priscis temporibus Abbacuc illum prophętam ad refocilandum et consolandum Danihelem praecipuum prophetam abstrusum in leonum lacu[e] repentino volatu adportatum ab angelo miserat, ita et nunc, si dici potest, eius misericordissima longanimitas a Deo servatam excellenciam tuam vel unius horae momento praesentem fecisset ad contemplandas erumnosas et lugubres angustias et tribulationes, quas inaniter a Langobardorum gente et eorum nefando rege patimur. Ecce [Cf. Soph. 1, 15.] venerunt nobis dies angustiae; presto sunt dies fletus et amaritudinis, dies anxietatis et gemitus doloris, quoniam quod timebamus evenit et quod verebamur accidit. Pro quo angustiati, afflicti atque oppressi et ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequissimo Haistulfo rege et eorum Langobardorum gente, profusis lacrimis [Ps. 78, 9.] percussoque pectore, cum propheta Dominum deprecantes dicimus: 'Adiuva nos, Deus [Ps. 34, 2. 1.] salutaris noster, et propter honorem nominis tui libera nos'; et rursum: 'Adprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium nostrum; Domine, iudica nocentes nos et expugna inpugnantes nos'. Etenim, sepius bonitati tuę innotescere videmur[f] licet nostras tribulationes, tamen et nunc luctu et gemitu referendum malorum pericula, quę ab eodem protervo rege passi sumus et eius gente Langobardorum, magno cogente periculo, significandum studuimus.

Iam credimus, christianissime et excellentissime fili et spiritalis compater, omnia nobilitati tuę esse cognita: quomodo pacis federa ab impio Haistulfo rege et eius gente dissipata sunt[g]; et qualiter nihil, iuxta ut constituit et per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus impetrare[h]; etiam quia nullum augmentum nobis factum est, potius autem post desolationem totius nostrae provintiae et plura homicidia ab

---

8. a) *Lemma (in loco raso):* item epistola stephani papae ad domnum pippinum regem specialiter et singillatim pro defensione sanctae dei ecclesiae directa, ut in superiore eiusdem continetur epistola, atiutorium volens obtinere contra langobardos, per georgium et warneharium similiter directa. b) *in fine* s *erasa in V.* c) enarrænt, e *ad* a *adscribens V.* d) loqumur *V.* e) *corr. ex* lacum *V.* f) *corr. ex* videamur *V.* g) est *V.* h) valuimus impetrare *in litura V.*

1) *Hanc epistolam exemplum esse illius, quae ad Pippinum, Carolum, Carolomannum omnesque Francos data est (ep. 9), exposuit Oelsner, Jahrbücher p. 504. 505 (Excurs XI. 'Ueber den Zusammenhang der epp. 8—10 des Codex Carolinus'); cf. etiam commentariolum in Actis nostris l. c. expressum.*

eadem gente perpetrata. Et iam, quod cum magnis lacrimis et dolore cordis dicimus, 756
agnoscas, excellentissime fili et spiritalis compater: in ipsis Ianuariarum Kalendis cunctus eiusdem Haistulfi Langobardorum regis exercitus[a] Tusciae partibus in hanc civitatem Romanam coniunxerunt et resederunt iuxta portam beati Petri apostoli atque portam sancti Pancratii et Portuensi; ipse vero Haistulfus cum aliis exercitibus coniunxit ex alia parte et sua fixit tentoria iuxta portam Salariam et ceteras portas et nobis direxit dicens: 'Aperite mihi portam Salariam, et ingrediar civitatem; et tradite mihi pontificem vestrum, et habeo in vobis compassionem: alioquin, muros subvertens, uno vos gladio interficiam et videam, quis vos eruere possit a manibus meis'. Sed et Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam urbem coniungentes resederunt iuxta portam beati Iohannis baptiste seu et iuxta portam beati Pauli apostoli vel ceteras istius Romanę civitatis portas.

Et omnia extra urbem praedia longe lateque ferro et igne consumpserunt, domos[b] omnes conburentes poene[c] ad fundamenta destruxerunt. Ecclesias Dei incenderunt et sacratissimas sanctorum imagines in ignem proitientes suis gladiis consumpserunt; et munera sancta, id est corpus domini nostri Iesu Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt et cibo carnium copioso saturati comedebant eadem munera; velamina altarium ecclesiarum Dei vel omnia ornamenta, quod nimis crudele edici[d] est, auferentes in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro offitio divino in monasteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniaverunt; et sanctaemuniales feminas atque reclusas, quę ab infancia et pubertatis tempore pro Dei amore sese clausure tradiderunt, abstrahentes cum magna crudelitate polluerunt; qui etiam et in ipsa contaminatione alias interficere visi sunt. Et omnes domos cultas beati Petri igni conbusserunt vel omnium Romanorum, ut dictum est, domos conburentes extra urbem funditus destruxerunt et omnia peculia abstulerunt et vineas fere ad radices absciderunt et messes conterentes omnino devoraverunt. Et neque domui sancte nostrae[e] ecclaęsiae neque cuiquam in hac Romana urbe conmoranti spes vivendi remansit, quia, ut dictum est, omnia ferro et igne consumpserunt et multos interfecerunt. Sed et copiosam familiam beati Petri vel omnium Romanorum, tam viros quamque mulieres, iugulaverunt et alios plures captivos duxerunt. Nam et innocentes infantulos a mamillis matrum suarum separantes, ipsasque vi[f] polluentes, interemerunt ipsi impii Langobardi[g]. Et tanta mala in hac Romana provintia fecerunt, quanta certe nec pagane gentes aliquando perpetratę sunt, quia etiam, si dici potest, et ipsi lapides, nostras dissolationes videntes, ululant nobiscum.[1]

Quinquaginta et quinque dies hanc adflictam Romanam civitatem obsidentes et ex omni parte circumdantes, prelia fortissima die noctuque cum pessimo furore incessantes contra nos ad muros istius Romane urbis commiserunt et non deficiebant inpugnantes nos, ut suae potestati, quod avertat divinitas, subiciens omnes uno gladio isdem iniquus Haistulfus interimeret. Ita enim, cum magno furore exprobrantes[h] nos, adserebant: 'Ecce circumdati estis a nobis et non effugietis manus nostras; veniant nunc Franci et eruant vos de manibus nostris'.

Nam et civitatem Narniensem, quam beato Petro tua christianitas concessit, abstulerunt seu et aliquas civitates nostras conprehenderunt. Quam ob rem afflicti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere praesentes nostras litteras et missos ad tuam excellentissimam christianitatem dirigere, quas et cum magnis lacrimis scripsi-

a) exertitus *V.* b) *corr. ex* domus *V.* c) o *superscr. V.* d) etdici *V.* e) nostra *V.* f) vin *V.* g) *corr. ex* longabardi *V.* h) exprobantes *V.*

1) *Cf. supra p. 489 n. 1.*

756 mus. Qui etiam — probante veritate dicimus — per unamquamque litteram lacrimas sanguine[a] mixtas exprimeremus: et utinam praestaret nobis Dominus, ut, qua hora nostram luctuosam adhortationem legeris, in praesentia tua per omnem litteram sanguine plena lacrima flueret.

Unde, fili excellentissimȩ et spiritalis compater, peto te et, tamquam praesentialiter adsistens provolutus tȩrrȩ et tuis vestigiis me prosternens cum divinis mysteriis, coniuro coram Deo vivo[1] et vero[2] et eius principe apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinatione et maxima celeritate nobis subvenias, ne pereamus, quoniam post Deum in tuis manibus nostras[b] omnium Romanorum commisimus animas. Non nos derelinquas: sic non te derelinquat Dominus in omnibus tuis actibus et operibus. Non nos spernas: sic non te spernat Dominus invocantem eius potentiam. Ne elonges a [Cf. Ps. 21, 20.] nobis auxilium tuum, christianissimȩ fili et spiritalis compater: sic non elonget Dominus auxilium suum et proteccionem a te tuaque gente, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. Adiuva nos et auxiliare nostri sub magna velocitate[c], christianissimaȩ: sic adiutorium sumas a Deo omnipotente, qui te unxit super turbas populorum per institutionem beati Petri in regem. Occurre, occurre, fili, occurre et subveni nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat — peto te, ne pereamus, ne quando dicant gentes, quȩ in cuncto orbe terrarum sunt: 'Ubi est fidutia Romanorum, quam post Deum in regibus et gente Francorum habebant?' Non nos patiaris perire et ne moreris aut differre nobis solatiandum nec a tuo nos separes[d] auxilio: sic non sis alienus a regno Dei et vi separatus a tua dulcissima coniuge, excellentissima regina et spiritali nostra commatre. Non nos amplius anxiari et periclitari atque in luctu et fletu perseverare permittas, bone excellentissime fili et spiritalis compater: sic non superveniat[e] tibi luctus de tuis meisque dulcissimis filiis, domno Carolo[f] et Carolomanno, excellentissimis regibus et patritiis. Non obdures aurem tuam ad audiendum nos et ne avertas faciem tuam a nobis, ne confundamur in nostris petitionibus et ne periclitemur usque in finem: sic non obduret Dominus aurem suam tuas ad exaudiendum preces et ne avertat faciem suam a te in illo futuri examinis die, quando cum beato Petro et ceteris suis apostolis ad iudicandum sederit omnem ordinem, omnem sexum omnemque potestatem humanam et saeculum per ignem, di- [Cf. Matth. 25, 12.] caturque tibi, quod avertat divinitas: 'Nescio te, quia non auxiliatus es Dei ȩcclesiae et defendere minime procurasti eius peculiarem populum periclitantem'.

Audi me, fili, audi me et subveni nobis. Ecce adest tempus salvandi nos: salva nos, antequam pereamus, christianissime rex. Quid enim melius quidve elegantius aut egregius, quam periclitantes et in angustia positos salvare? Scriptum quippe est: [Isai. 1, 17.] Qui salvat, tamquam qui edificat. Hinc enim praecipuus Esaias propheta ait: 'Subvenite oppresso'. Omnes enim gentes, quȩ circumquaque sunt positae et ad vestram per Dei potentiam Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salvȩ factȩ sunt; et si omnibus gentibus auxilium inpertire non differtis et per vos salve efficiuntur, multo amplius sanctam Dei ecclesiam et eius populum de inimicorum inpugnatione debueratis liberare. O quanta fidutia in nostro inerat corde, quando vestrum mellifluum conspicere meruimus vultum et in caritatis vinculo sumus alligati atque connexi, in magna quiete et securitate nos permanere! Sed, dum a vobis sperabamus lucem

a) sanquine *V.* b) nra *V.* c) velotitate *V.* d) separares *V.* e) supeniat *V.* f) caralo *V.*

1) *Cf. ep. 9:* peto vos et tanquam praesencialiter adsistens cum divinis misteriis coniuro coram Deo vivo, *ep. 10:* coniuro vos ... et tamquam prȩsentaliter ... adsistens coram vobis, *ep. 11:* tamquam praesentialiter coram tuo mellifluo consistens aspectu flexis genibus petens peto te et ... coram Deo vivo deprecor, *ep. 13:* deprecamur et tamquam praesentaliter vestris regalibus provoluti vestigiis petimus, *ep. 98.* 2) *Cf. supra p. 178 n. 3.*

videre, 'eruperunt tenebrę', et facta sunt novissima nostra peiora prioribus. Considera, fili, considera et omnino percogita — per Deum vivum te coniuro —: quoniam et nostra et omnis Romanorum populi animę post Deum et eius principem apostolorum in tuam a Deo protectam excellentiam et gentem Francorum a Deo tibi commissae pendent, quia, ut praelatum est, in tuo gremio nostras commisimus animas: et si perire, quod absit et avertat divina clementia, nos contigerit, perpende, obsecro, et omni modo perpensa, in cuius anima respiciat ad peccatum. Certe enim omnino crede, christianissime, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, tu de omnibus, a Deo protecte[a], dilectissime nobis, ante tribunal Dei eris reddituris rationem cum omnibus tuis iudicibus, quoniam, ut praelatum[b] est, nulli alio nisi tantummodo tuae amantissimae excellentiae vel dulcissimis filiis et cuncte genti Francorum — per Dei praeceptionem et beati Petri — sanctam Dei ecclęsiam et nostrum Romanorum rei publicę[c] populum comisimus protegendum. 756 — Ioh. 30, 26. Cf. Matth. 12, 45.

Ecce omnes[d] nostros dolores et anxietates atque angustias tuę a Deo protectę bonitati innotuimus. Tu vero, excellentissime fili et spiritalis compater, age et libera post Deum in te confugientes, ut, fructum bonum afferens, in futuri examinis die mereatis dicere: 'Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, ecce ego clientulus tuus, cursum consummans, fidem tibi servans[e], ecclęsiam Dei a superna clęmentia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi et, adsistens inmaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospes atque incolumes exsistentes'. Tunc, et in praęsenti vita regni gubernacula tenens etiam et in futuro sęculo cum Christo regnans, caelestium[f] praemiorum gaudia adipisci merearis, audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis praeparatum est ab origine mundi'. — Cf. 2. Tim. 4, 7. — Cf. Matth. 25, 34.

Incolumem excellentiam tuam superna gratia custodiat.

EMBOLUM.

Opere namque direximus ad vestram christianissimam excellentiam praesentem nostrum missum Georgium, reverentissimum ac sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum, atquę Warneharium relegyosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum et Comitam, magnificos, idem missos nostros. Qui vobis nostros omnes dolores et cunctas dissolationes, quas a Langobardorum gente et eorum protervo rege passi sumus et assidue patimur, vobis subtili enarratione, sicut propriis oculis viderunt, viva voce dicere debeant. Quibus et in omnibus tamquam nobismet ipsis credere iubeat christianissima excellentia vestra et nostram liberationem nimis festinanter provocare.

Et coniuro te per Deum vivum[g] et verum[1], a Deo protecte fili et spiritalis compater, ut nequaquam amplius discredas nostras afflicciones et nullo modo neclectum ponatis ad liberandum nos, ne, quod absit, si amplius credere distuleris et neclexeris nos eruendum, nobis, quod avertat divinitas, inruat calamitas pereundi et vobis pertineat ad magnum detrimentum et peccatum atque condemnationem[h] in praesenti et aeterna vita, quia vobis animas omnium nostrum Romanorum tradidimus[i]. Sed magis magisque, ut praelatum est, coniuramus te, a Deo servate, excellentissime[k] fili et spiritalis compater, per patrem et filium et spiritum sanctum, trinitatem indivisam, ut nostras tribulationes et angustias atque dolores et desolationes credere iubeatis sine qualibet ambiguitate et nobis propter Deum subvenire et ad

a) adōprotē tē *V.* b) praelatatum *V.* c) pullicę *V.* d) omes *V.* e) servas *V.* f) caelestis *V.* g) uum *V.* h) conmđationē, m *eradens et* en *superscribens inter* đ *et* a *V.* i) tradimus *V.* k) excellentissimi *V.*

1) *Cf. supra p. 478 n. 3.*

756 liberandum nos de manibus Langobardorum, inimicorum nostrorum, nimis festinanter occurrere digneris, ut, fructum afferens copiosum, victor, intercedente beato[a] Petro, super omnes barbaras nationes efficiaris[1] et vitam aeternam possideas.

Praefatus vero Warneharius abbas pro amore beati Petri, loricam se induens, per muros istius afflictę Romane civitatis die noctuque vigilavit et pro nostra omnium
Cf. 2. Tim. 2, 3. Romanorum defensione atque liberatione, ut bonus atleta[b] Christi, totis suis viribus decertavit.

9.

Stephanus II. papa et Romani Pippino, Carolo, Carolomanno regibus et omnibus Francis, de angustiis suis conquesti, nuntiant, ab Haistulfo Langobardorum rege et Beneventanis urbem obsideri, agrum Romanum pervastari, Narniam occupatam esse; auxilium quam celerrimum petunt; Georgium (Ostiensem) episcopum et Thomaricum Comitamque nuntios suos commendant et Warneharium Francorum legatum revertentem laudant[2]. *(756. c. Febr. 24.)*

Cod. (IV) fol. 4'—6' [a].

Edd. Gretser 4, Cenni 8, Jaffé 8. — Jaffé, Reg. 2325 (1776).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS PIPPINO, CAROLO ET CARLOMANNO, TRIBUS REGIBUS ET NOSTRIS ROMANORUM PATRICIIS, SEU OMNIBUS EPISCOPIS, ABBATIBUS, PRESBITERIS ET MONACHIS SEU GLORIOSIS DUCIBUS, COMITIBUS VEL CUNCTO EXERCITUI REGNI ET PROVINCIE FRANCORUM STEPHANUS PAPA ET OMNES EPISCOPI, PRESBITERI, DIACONES SEU DUCES, CARTULARII, COMITES, TRIBUNENTES[3] ET UNIVERSUS POPULUS ET EXERCITUS ROMANORUM, OMNES IN AFFLICCIONE POSITI.

Quanta luctuosa et amarissima tristicia circumvallati quantaque anxsietate adque angustia coartati simus et quantas, crebrescentibus continuis malis, oculi nostri destillantes profundant lacrimas, credimus, quod et ipsa omnium elementorum figmenta enarrent. Quis enim harum tribulacionum conspector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhaerencium calamitatum non ululet?
Cf. Dan. 13, 22. Quam ob rem cuiusdam bonae mulieris Susannae pudicicię verba loquimur: 'Angustiae nobis undique,
et quid agamus ignoramus'. O christianissimi, ecce venerunt nobis dies angustiae; presto sunt
dies fletus et amaritudinis, quoniam, quod timebamus a Langobardis, evenit. Pro quo angustiati,
afflicti et ex omni circumquaque parte circumdati ab eorum nequissimo Haistulffo rege et gente,
Ps. 78, 9. cum propheta Dominum deprecantes dicimus: 'Adiuva nos, Deus salutaris noster, et propter honorem
Ps. 34, 2. nominis tui libera nos'; et rursum: 'Apprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium nostrum'.

Ecce enim cognitum habetis: quomodo pacis foedera a praefato impio Haistulffo rege et eius gente dissipata sunt; et qualiter nihil, iuxta ut constituit et per vinculum sacramenti confirmatum est, valuimus inpetrare; etiam quia nullum augmentum nobis factum est. Et iam in ipsis Ianuariarum Kalendis cunctus[b] eiusdem Langobardorum [regis] exercitus Tusciae partibus in hanc

a) beoto *V.* b) *corr. ex* hatleta *V.*

9. a) *Lemma:* item epistola eiusdem papae ad domnum regem pippinum et carolum vel carlomannum seu omni[aa] generalitati in nomine ipsius papae conprehensa pro desolatione et devastatione sanctae dei ecclesiae et urbis romane, per georgium episcopum et warneharium abbatem seu thomaricum et comitam missis ipsius apostolici directa, postulando nimis cum adiurationibus adiutorium contra langobardos. b) cuntus *V.*

aa) i *in* e *corr. V.*

1) *Victoria de barbaris nationibus adipiscenda optatur etiam in epp. 17. 24. 26. 35. 37. 39. 42. 50. 52. 53. 55. 62. 66. 68. 72. 73. 75. 88. 89.* 2) *Cf. quod de epp. 8 et 9 notatum est supra p. 494 n. 1.* 3) *De magistratibus Romanis cf. Oelsner, Jahrbücher p. 141 n. 7.*

civitatem Romanam coniunxerunt et resederunt iuxta portam beati Petri adque beati Pancratii et Portuense; ipse vero Aistulfus cum aliis exercitibus coniunxit ex alia parte et sua fixit tentoria iuxta portam Salariam et caeteras portas et sepius nobis direxit: 'Aperite mihi portam Salariam, et ingrediar civitatem; et tradite mihi pontificem vestrum, et pacienciam ago in vobis; minus ne, muros devertens, uno vos gladio interficiam et videam, quis vos eruere possit de manibus meis'. Sed et Beneventani omnes generaliter in hanc Romanam urbem coniungentes resederunt iuxta portam beati Iohannis et beati Pauli apostoli et caeteras istius Romane urbis portas. 756

Et omnia extra urbem praedia longe lateque ferro et igne consumserunt, domos omnes conburentes pene ad fundamenta destruxerunt. Ecclesias Dei incenderunt et sacratissimas sanctorum imagines in ignem proicientes suis gladiis consumserunt; et munera sancta, id est corpus domini nostri Iesu Christi, in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt et cibo carnium copioso saturati comedebant eadem munera; velamina altarium ecclesiarum Dei vel omnia ornamenta, quod nimis crudele edici[a] est, auferentes in propriis utilitatibus usi sunt. Servos Dei monachos, qui pro officio divino in monasteriis morabantur, plagis maximis tundentes[b], plures laniaverunt; et sanctimoniales feminas adque reclusas, quae ab infancia et pubertatis tempore pro Dei amore sese clausurae tradiderunt, abstrahentes cum magna crudelitate polluerunt; qui eciam et in ipsa contaminacione alias interficere visi sunt. Et omnes domos cultas beati Petri igni combusserunt[c] vel omnium Romanorum, ut dictum est, domos comburentes extra urbem funditus destruxerunt. Et omnia peculia[1] abstulerunt et vineas fere ad radices absciderunt et messes conterentes omnino devoraverunt. Et neque domui sancte nostrę ecclesie neque cuiquam in hac Romana urbe commoranti spes remansit vivendi, quia, ut dictum est, omnia ferro et igne consumserunt et multos homines interfecerunt. Sed et copiosam familiam beati Petri vel omnium Romanorum, tam viros quamque mulieres, iugulaverunt et alios plures captivos duxerunt. Nam et innocentes infantulos a mamillis matrum suarum separantes, ipsasque vi polluentes, interemerunt ipsi impii Langobardi. Et tanta mala in hac Romana provincia fecerunt, quanta certe nęc pagane gentes aliquando perpetratae sunt, quia etiam, si dici potest, et ipsi[d] lapides, nostras dissolaciones[e] videntes, ululant nobiscum.[2]

Quinquaginta et quinque dies hanc afflictam Romanam civitatem obsidentes et ex omni parte circumdantes, proelia fortissima die noctuque cum pessimo furore incessanter cum diversis machinis et adinventionibus plurimis contra nos ad muros istius Romanae urbis commiserunt, ut sue potestati, quod avertat divinitas, subiciens omnes uno gladio isdem inimicus Haistulfus interimeret. Ita enim, cum magno furore exprobrantes nos, adserebant: 'Ecce circumdati estis a nobis; veniant nunc Franci et eruant vos de manibus nostris'.

Nam et civitatem Narniensem, quam beato Petro concessistis, absstulerunt et aliquas civitates nostras comprehenderunt. Quam ob rem constricti vix potuimus marino in itinere praesentes nostras litteras et missum ad vestram christianitatem dirigere, quas et cum magnis lacrimis scripsimus.

Unde, dilectissimi nobis, peto vos et, tanquam praesencialiter adsistens cum divinis misteriis, coniuro coram Deo vivo et vero[3] et eius principe apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinacione nobis subveniatis, ne pereamus, quoniam post Deum in manibus vestris nostras omnium Romanorum commisimus animas. Non nos derelinquatis: sic non vos derelinquat Dominus in omnibus vestris actibus. Non nos spernatis: sic non vos spernat Dominus eius invocantes potenciam. Ne elongetis a nobis auxilium vestrum, christianissimi: sic[f] non elonget Dominus Cf. Ps. 21, 20.
auxilium suum a vobis, dum ingressi fueritis contra inimicos vestros ad dimicandum. Adiuvate nos sub magna velocitate, dilectissimi nobis; occurrite, occurrite et subvenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat — peto vos, ne pereamus, ne quando dicant gentes, quae in cuncto orbe terrarum sunt: 'Ubi est fiducia Romanorum, quam post Deum in regibus et in gente Francorum habebant[g]?' Non nos permittatis perire et ne differatis nobis ad solaciandum[h] nec a vestro separetis auxilio: sic non sitis alieni a regno Dei, et ne obduret Dominus aurem suam vestras ad exaudiendas preces et ne avertat faciem suam a vobis in illo futuro examinis die, quando cum beato Petro et cęteris suis apostolis ad iudicandum sederit omnem

a) *inter* c *et* dici *erasa est* t *in* V. b) *corr. ex* tuncdentes V. c) *corr. ex* comburerunt *manus recens in* V; combusserunt G. d) *corr. ex* ipsos *aut* ipsas *in* V. e) dissoluciones *corr. in* dessolaciones *manus recens in* V; desolaciones G. f) si V. g) dilectissimi — habebant *maioribus litteris scriptum est in* V. h) *inter* solaci *et* andum *tres litterae [*as d?*] erasae in* V.

1) *pecora. J.* 2) *Cf. supra p. 489 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 478 n. 3.*

756 ordinem omnemque potestatem humanam et seculum per ignem, dicaturque vobis, quod avertat Cf. Matth. 25, 12. divinitas: 'Nescio vos, quia non auxiliati[a] estis Dei ęclesiae, defendere minime procurastis eius periclitantem peculiarem populum'.

Audite nos, dilectissimi, audite nos et subvenite nobis. Ecce adest tempus salvandi nos: salvate nos, antequam pereamus, christianissimi. Omnes etenim gentes, quę circumquaque sunt positę et ad vestram per Dei potentiam Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salve factę sunt; et si omnibus auxilium inpertire non differetis, multo amplius sanctam Dei ęclesiam et eius populum de inimicorum inpugnatione debueratis liberare. Considerate, dilectissimi, et omnino percogitate — per Deum vivum vos coniuro —: quoniam post Deum et eius principem apostolorum nostrae omnium Romanorum animae in vobis pendent; et si perire, quod absit, contigerit, pensate[b], in cuius animam respiciat ad[c] peccatum. Certe enim omnino credite, christianisimi, si nobis aliqua evenerit calamitas, quod absit, periclitandi, vos de omnibus ante tribunal Dei eritis reddituri rationęm. Sed magis, dilectissimi nobis, agite et liberate post Deum in vobis confugientes, ut, fructum bonum afferentes, in futuri examinis die mereatis[d] dicere: 'Domine Cf. 2. Tim. 4, 7. noster, princeps apostolorum beatę Petrę, ecce nos clientuli tui, cursum consummantes, fidem servantes tibi, ęclesiam Dei a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendentes liberavimus et, adsistentes inmaculati coram tę, offerimus tibi pueros, quos nobis commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atque incolomes existentes'. Tunc et in praesenti vita et in futuro seculo cęlestium praemiorum gaudia adipisci mereamini, audientes Cf. Matth. 25, 34. paternam desiderabilemque vocem illam inquientis: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis praeparatum est ab origine mundi'.

Opere namque direximus pręsentem nostrum missum Georgium, reverentissimum ac sanctisimum fratrem et coepiscopum nostrum, atque Warneharium religiosum abbatem, missum vestrum, seu Thomaricum et Comitam, magnificos, idem[e] nostros missos. Qui vobis omnes nostros dolores et cunctas dissolationes[f], quas a Longabardorum gente et eorum protervo rege passi sumus et assidue patimur, vobis subtili enarratione, quę propriis oculis viderunt, viva voce edicere debeant. Quibus et in omnibus tamquam nobismet ipsis credere iubeatis et nostram liberationem nimis festinanter procurare.

Et coniuro vos per Deum vivum et verum[1], ut nequaquam amplius discredatis nostras afflictiones et neglectum[g] ponatis ad liberandum nos, ne, quod absit, si amplius credere distuleritis et neglexeritis[h] nos eruendum, nobis, quod avertat divinitas, irruat[i] calamitas pereundi et vobis pertineat ad magnum detrimentum et peccatum atque condempnationem in praesenti et aeterna vita, quia vobis animas omnium nostrorum Romanorum tradidimus. Sed magis magisque vos, ut prelatum est, coniuramus per patrem et filium et sanctum spiritum, trinitatem indivisam, ut nostras tribulationes et angustias atque dolores et desolationes credere sine qualibet ambiguitate iubeatis, et nobis propter Deum subvenire et ad liberandum nos de manibus Longabardorum, inimicorum nostrorum, nimis festinanter occurrere iubeatis, ut fructum afferentes copiosum, vita aeterna[k], intercedente beato Petro, perfrui mereamini.

Pręfatus vero Warneharius pro amore beati Petri, loricam se induens, per muros istius afflicte Romane civitatis vigilabat die noctuque et pro nostra omnium Romanorum defensione atque Cf. 2. Tim. 2, 3. liberatione, ut bonus adleta Christi, decertavit totis suis cum viribus.

Bene valetę.

a) *corr. ex* ausiliati *manus recens in V.* b) *corr. ex* perpensate *V.* c) *corr. in* id *manus recens in V;* id *G.* d) *corr. in* mereamini *manus recens in V;* mereamini *G.* e) *corr. in* eosdem *manus recens in V;* eosdem *G.* f) *corr. in* dessolationes *manus recens in V;* desolationes *G.* g) *scr. corrector pro* neclectum *in V.* h) *scr. corrector pro* neclexeritis *in V.* i) *scr. corrector pro* irriat *in V.* k) *corr. ex* vitam aeternam *V;* vita aeterna *G.*

1) *Cf. supra p. 478 n. 3.*

10.

Petri apostoli nomine Stephanus II. papa Romanaque ecclesia Pippinum, Carolum, Carolomannum reges et populum Francorum obsecrant, ut ipsos a Langobardis vexatos quam celerrime liberent.[1] 756 *(756. c. Febr. 24.)*

Cod. III fol. 2'—4' [a].

Edd. Gretser 3, Cenni 10, Jaffé 10. — Jaffé, Reg. 2327 (1778).

PETRUS VOCATUS APOSTOLUS A IESU CHRISTO, DEI VIVI FILIO, — QUI, ANTE OMNIA SECULA CUM PATRE REGNANS IN UNITATE SPIRITUS SANCTI, IN ULTIMIS[b] TEMPORIBUS PRO NOSTRA OMNIUM SALUTE INCARNATUS ET HOMO FACTUS NOS SUO REDEMIT PRECIOSO SANGUINE PER VOLUNTATEM PATERNE GLORIAE, QUEMADMODUM PER SANCTOS SUOS DESTINAVIT PROPHAETAS IN SCRIPTURIS SANCTIS, — ET PER ME OMNIS DEI CATHOLICA ET APOSTOLICA ROMANA ECLESIA, CAPUD OMNIUM ECLESIARUM DEI, IPSIUS REDEMPTORIS NOSTRI SANGUINE SUPER FIRMAM FUNDATA PETRAM, ADQUE EIUSDEM ALMAE ECLESIAE STEPHANUS PRESUL: GRACIA, PAX ET VIRTUS AD ERUENDAM EANDEM SANCTAM DEI ECLESIAM ET EIUS ROMANUM POPULUM MIHI COMMISSUM DE MANIBUS PERSEQUENTIUM PLENIUS MINISTRETUR A DOMINO DEO NOSTRO[2] VOBIS, VIRIS EXCELLENTISSIMIS PIPPINO, CAROLO ET CARLOMANNO, TRIBUS REGIBUS, ADQUE SANCTISSIMIS EPISCOPIS, ABBATIBUS, PRESBITERIS VEL CUNCTIS[c] RELIGIOSIS MONACHIS, VERUM ETCIAM DUCIBUS, COMITIBUS ET CUNCTIS[c] GENERALIBUS EXERCITIBUS ET POPULO FRANCIAE COMMORANTIBUS.

Ego Petrus apostolus, dum a Christo, Dei vivi filio, vocatus sum supernę clemenciae arbitrio, illuminator[3] ab eius potencia tocius mundi sum pręordinatus, ipso
domino Deo nostro confirmante: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Matth. 28, 19.
patris et filii et spiritus sancti'; et iterum: 'Accipite spiritum sanctum; quorum re- Ioh. 20, 22. 23.
miseritis peccata, remituntur eis'. Et mihi, suo exiguo servo et vocato apostolo,
singillatim suas commendans oves, ait: 'Pasce oves meas, pasce agnos meos[d]'; et Ioh. 21, 17. 15.
rursum: 'Tu es Petrus, et super anc petram aedificabo eclesiam meam, et porte inferi Matth. 16, 18. 19.
non pręvalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum; quecunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cęlis, et, quecumque solveris super terram, erunt soluta et in celis'. Quam ob rem omnes, qui meam audientes impleverint prędicacionem, profecto credant, sua in hoc mundo Dei pręcepcione relaxari peccata, et mundi adque sine macula in illam progrędientur vitam; etenim, quia[e] illuminacio spiritus sancti in vestris refulsit praefulgidis cordibus vosque amatores effecti estis sanctae et unice trinitatis per susceptum evvangelicae prędicacionis verbum, profecto in hac apostolica Dei Romana eclesia nobis commissa vestra futurę retribucionis spes tenetur adnexa.

Ideoque ego, apostolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum, de manibus adversariorum hanc Romanam civitatem et populum mihi a Deo commissum seu et domum, ubi secundum carnem requiesco, de contaminacione gen-

10. a) *Lemma:* item epistola tertia, quam transmisit stephanus papa ad domnum regem pippinum et carolo vel carlomanno seu omni generalitati francorum, in nomine sancti petri conprehensa, postquam per semet ipsum iam dictus papa in frantia fuit, et secunda vice voluit adiutorium obtinere contra langobardos. b) *corr. ex* ultissimis *V.* c) cuntis *V.* d) *corr. Tengn. ex* meas *in V;* meos *G.* e) q *V.*

1) *De epp. 8. 9. 10 uno eodemque tempore datis cf. quod supra p. 494 n. 1 citatum est.* 2) *Initium huius epistolae conformatum esse secundum initium prioris epistolae ad Corinthios datae notat Oelsner, Jahrbücher p. 262 n. 6.* 3) *Cf. infra p. 503 n. 1 et ep. 42:* christianorum inluminator fidei.

756 cium eruendam verum tamen omnium dileccionem provocans adortor et liberandam eclesiam Dei mihi a divina potencia commendatam[a] omnino prętestans admoneo pro eo, quod maximas[b] afflicciones et oppręssiones a pessima Langobardorum gente paciuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantissimi, sed pro certo confidite: per memet ipsum tamquam in carne coram vobis vivus adsistens per hanc adortacionem[c] validis constringimus atque obligamus adiuracionibus[d], quia secundum promissionem, quam ab eodem domino Deo et redemptori nostro accepimus, peculiares inter omnes gentes vos omnes Francorum populos[e] habemus. Itaque prętestor et admoneo tamquam in enigmate et firma obligacione coniuro vos, christianissimos reges Pippinum, Carolum et Carlomannum, adque omnes sacerdotes, episcopos, abbates, pręsbiteros vel universos religiosos monachos, vel cunctos iudices, idem[f] duces, comites et cunctum Francorum regni populum et tamquam pręsentaliter in carne vivus adsistens coram vobis[1] ego, apostolus Dei Petrus, ita firmiter credite vobis adhortacionis alloqui verba, quoniam, etsi[g] carnaliter desum, spiritaliter autem a vobis non desim; quoniam scriptum est:
Matth. 10, 41. 'Qui suscipit profętam in nomine prophaetę, mercedem suscipit prophaetę'.

Sed et domina nostra, Dei genetrix, semper virgo Maria, nobiscum vos magnis obligacionibus adiurans prętestatur atque ammonet et iubet, simul etiam et throni adque dominaciones vel cunctus cęlestis miliciae exercitus nec non et martyres atque confessores Christi et omnes omnino Deo placentes. Et hi nobiscum adhortantes et coniurantes prętestantur, quatenus doleat vobis pro civitate ista Romana nobis a domino Deo commissa et ovibus[h] dominicis in ea commorantibus nec non et pro sancta Dei ecclesia[2] mihi a Domino commendata. Et defendite adque liberate eam sub nimia festinacione de manibus persequentium Langobardorum, ne, quod absit, corpus meum, quod pro domino Iesu Christo tormenta perpessum est, et domus mea, ubi per Dei pręcepcionem requiescit, ab eis contaminentur, et populus meus peculiaris lanietur amplius nec trucidentur ab ipsa Langobardorum gente, qui tanto flagitio periurii rei[i] existunt et transgressores divinarum scripturarum probantur. Prestate ergo populo meo Romano, mihi a Deo commisso in hac vita, fratribus vestris, Domino cooperante, pręsidia totis vestris viribus, ut ego, Petrus vocatus Dei apostolus, in hac vita et in die futuri examinis vobis alterna impendens patrocinia — in regno Dei lucidissima ac pręclara vobis pręparentur tabernacula — atque praemia aeternę retribucionis et infinita paradisi gaudia vobis pollicens ad vicem tribuam, dummodo meam Romanam civitatem et populum meum peculiarem, fratres vestros Romanos, de manibus iniquorum Langobardorum nimis velociter defenderitis.

Currite, currite — per Deum vivum et verum[3] vos adhortor et protestor — currite et subvenite, antequam fons vivus, unde saciati et renati estis, arescat; antequam ipsa modica stilla[k] de flagrantissima flamma remanens, ex qua vestram lucem cognovistis, extinguatur; antequam mater vestra spiritalis, sancta Dei ecclesia, in qua vitam speratis percipere ęternam, humilietur, invadatur et ab impiis violetur atque contaminetur. Prętestor vos, dilectissimi filii mei adoptivi, per graciam spiritus sancti, pretestor et nimis coram Deo terribili creatori omnium adhortor atque admoneo, ego, apostolos Dei Petrus, et una mecum sancta Dei catthollica et apostolica eclesia, quam mihi Dominus commisit: ne paciamini[l] perire hanc civitatem Romanam, in qua corpus meum constituit Dominus, quam et mihi commendavit et fundamentum fidei constituit.

a) cōmendā *V.* b) *corr. ex* maximos *V.* c) adottacionem, tta *postea, ut videtur, inducens V.* d) adiuraciobus *V.* e) *corr. ex* populum, *ut videtur, V.* f) .idē. *V.* g) etti *V.* h) ollibus *corr. in* ouibus *V.* i) regi *V.* k) *an* scintilla? *Oelsner, Jahrbücher p. 263 n. 1.* l) paciẹͣmini *V.*

1) *Cf. supra p. 496 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 489 n. 3.* 3) *Cf. supra p. 478 n. 3.*

Liberate eam et eius Romanum populum, fratres vestros, et nequaquam invadi 756 permittatis a gente Langobardorum: sic non sint invase provinciç et possessiones vestrç a gentibus, quas ignoratis. Non separer a populo meo Romano: sic[a] non sitis alieni aut separati a regno Dei et vita aeterna. Quicquid enim poposcitis a me, subveniam vobis, videlicet et patrocinium[b] inpendam. Subvenite populo meo Romano, fratribus vestris, et perfeccius decertate atque finem imponite ad liberandum eos: nullus enim accipit coronam, nisi qui legitime decertaverit. Et vos decertate fortiter Cf. 2. Tim. 2,5. pro liberacione sanctae Dei eclesiç, ne in çternum pereatis. Coniuro vos, coniuro[c], ut prçlatum est, dilectissimi, per Deum vivum et omnino praetestor: minime permittatis hanc civitatem meam Romanam et in ea habitantem populum amplius a gente Langobardorum laniari: sic[a] non lanientur et crucientur corpora et anime vestrç in aeterno atque inextinguibili Tartareo igne cum diabolo et eius pestiferis angelis; et ne dispergantur amplius oves dominici gregis mihi a Deo commissi, videlicet populum Romanum: sic[a] non vos dispergat et proitiat Dominus, sicut Israheliticus populus[d] dispersus est.

Declaratum quippe est, quod super omnes gentes[e], quae sub celo sunt, vestra Francorum gens prona mihi, apostolo Dei Paetro, extitit; et ideo ecclçsiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus vicarii mei commendavi ad liberandum de manibus inimicorum. Firmissimae enim tenete, quod ego, servus Dei, vocatus apostolus, in omnibus vestris necessitatibus, dum me deprecati estis, auxiliatus sum et victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis vestris tribui, et in antea tribuam nihilominus, credite, si ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis velociter occurreritis. Mementote et hoc: quomodo et inimicos sanctae Dei eclesiae, dum contra vos prçlium ingruerunt, a vobis, qui parvo numero contra eos fuistis, prosternere feci. Pro quo decertate, hanc meam velociter adimplere ammonitionem, ut perfectius meum adipisci mereamini auxilium per graciam, que data est mihi a Christo domino deo nostro.

Ecce, filii carissimi, praedicans ammonui vos. Si obedieritis velociter, erit vobis pertingens ad magnam mercedem, et meis suffragiis[f] adiuvati et in praesenti vita omnes vestros inimicos superantes et longevi persistentes bona terre comedetis et Cf. Exod. 20, 12. eternam procul dubio fruemini vitam; sin autem, quod non credimus, et aliquam posueritis moram aut adinvencionem, minime velociter hanc nostram inplendam adortacionem ad liberandam hanc meam civitatem Romanam et populum in ea commorantem et sanctam Dei apostolicam ecclesiam mihi a Domino commissam simul et eius praesulem, sciatis: nos[g] ex auctoritate sancte et unice trinitatis per graciam apostolatus, que data est mihi a Christo domino, vos alienare[h] pro transgressione nostrç adhortacionis a regno Dei et vita aeterna.

Sed deus et dominus noster Iesus Christus, qui nos suo precioso redimens sanguine ad lucem perduxit veritatis nosque praedicatores et inluminatores[1] tocius mundi constituit, det vobis ea sapere, ea intellegere eaque dissponere nimis velociter, ut celerius hanc civitatem Romanam et eius populum seu sanctam Dei ecclesiam mihi a Domino commissam ad eruendum occurratis, quatenus misericorditer sicut fidelibus sue potenciç, meis pro vobis intervenientibus suffragiis, et im praesenti vita longevos, sosspites et victores conservare iubeat et venturo in seculo[i] dona sue remuneracionis faciat multiplicius promereri cum sanctis et electis suis.

Bene valete.

---

a) si *V.* b) patronium *V.* c) *add. atramento fusciore alia, ut videtur, manus in V.* d) *sequitur* ni[e] *[mihi? inde?] in V.* e) gs *V.* f) susfragiis *V.* g) uos *V.* h) alienar *V.* i) *corr. ex* secula *V.*

1) *Cf. supra p. 501 n. 3.*

11.

757 *Stephanus II. papa Pippino regi quod ecclesiam Romanam a Langobardis servaverit, gratias agit. Nuntiat, post Haistulfi mortem Desiderium Langobardorum regem ordinatum iurasse, se residuas civitates beato Petro restituturum; quae ut celerius sibi reddantur, praecipi vult et Desiderium, (Alboinum) ducem nuper constitutum Spoletinum Beneventanosque commendat. Rogat, ut catholicae ecclesiae iura a Graecis tueatur. Laudat Fulradum regis nuntium revertentem et commendat Georgium (Ostiensem) episcopum Iohannemque bene accipiendos et Wicharium (Nomentanum) episcopum remittendum atque monachos (Casinenses) cum regis germano (Carolomanno) in Franciam profectos.*

(757. Mart. Apr.)

Cod. VIII fol. 16—18[a].

Edd. Gretser 8, Cenni 11, Jaffé 11. — Jaffé Reg. 2335 (1780).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

Explere lingua[b], excellentissime fili, non valemus, quantum tuo opere, tua vita delectamur. Facta quippe diebus nostris virtute miraculi[c] vidimus, quod per excellentiam tuam sancta omnium ecclesiarum Dei mater et caput, fundamentum fidei christianę, Romana ecclesia, quae valde ab hostium inpugnatione periculorum inpugnationibus lamentabatur, magna nunc gaudii soliditate nimirum est translata atque confirmata; et moerentes christianorum animę tuo fortissimo praesidio maxime sunt relevatę[d] laeticia. Pro quo in vestro opere et nostra exultatione libet cum angelis
Luc. 2, 14. exclamare: 'Gloria in eccelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis'. Et quia elapso anno isto in tempore[1] valde ab hostium depopulosa inpugnatione sautiati et ultra citraque circumdati afligebamur, nunc autem tuo potentissimo auxilio erepti ab inminentibus periculis, inmenso exultamus gaudio et, benedicentes nomen Domini,
Ps. 76, 11. cum psalmigrapho consona dicimus[e] voce[2]: 'Haec est inmutatio dexterae Altissimi'
Ps. 29, 6. et rursum: 'Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum laeticia'. Cuius enim vel saxeum pectus, tam benigno opere a tua praeclara bonitate peracto cognitoque, non statim in omnipotentis Dei laudibus atquae in tuae excellentiae amorem mollescat? Haec me, fateor, excellentissimae fili et spiritalis compater, que per te mirabiliter facta sunt, sepe convenientibus ex universo orbe terrarum nationibus dicere, sepe cum eis pariter admirari delectat et extensa voce melliflue tuae excellentie laudes persolvere indeficienter: haec me plerumque etiam im momento horarum excitant, indeflexibili oculo pro inmensa bonitatis tuae et universe gentis[f] Francorum sospitate omnipotenti Deo fundere preces.

Denique, amantissime et a Deo inspirate, victor, felix et divina providentia[g] fortissime rex, qualiter beatus Petrus apostolorum[h] princeps tue devotionis affectum, quem pro eius causa decertans adibuisti, susceperit, ipsa cunctis liquido vita vestra
Prov. 15, 8. testatur: scriptum quippe est: 'Vota iustorum placabilia'. Libet quippe omnino, ex-

11. a) *Lemma:* item epistola eiusdem[aa] ad domnum pippinum regem per folradum cappellanum et georgium episcopum atque iohannem sacellarium, post mortem haistulfi directa, in qua continetur gratiarum[bb] actiones et benedictiones uberrime pro victoria et restitutione sanctae dei ecclesiae poscens[cc] in futurum ea quae deerant restituenda. b) linqua *V.* c) *corr., ut videtur, in* miracula *V.* d) revelatę *V.* e) ditimus *V.* f) *corr. ex* gentęs *recens manus in V;* gentes *corr. in* gentis *G.* g) *superscr. atramento fusciore alia manus in V.* h) lo *superscr. V.*

aa) *an* papae *addendum?* bb) oratiarum *V.* cc) posteens *V.*

1) *spatio mensium Ianuarii, Februarii, Martii. J.* 2) *Cf. infra p. 509 n. 1.*

cellentissimę fili, tuae bonitati magnas gratiarum persolvere laudes et, nomen Domini pro tam maxima benignitate glorificantes, exhilarata voce canere: 'Benedictus dominus Deus Israel, quia visitans plebem suam et redemtionem facere' cupiens populo suo, suscitavit te nobis, christianissime, victor rex, nostris diebus fortissimum liberatorem. Quid enim aliud quam novum te dixerim Moysen[1] et praefulgidum asseram David regem[2]? Quoniam, quemadmodum illi ab oppressionibus allophylorum populum Dei liberaverunt, ita quoque tu, benedicte a Deo victor, fortissime rex, tuo certamine ęclesiam Dei et eius afflictum populum ab hostium inpugnatione aeruere studuisti. 757 Luc. 1, 68.

Benedictus es, eximie fili, a Deo excelso, qui fecit caelum et terram, et benedictus Deus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. 'Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iustitiae,' et tuos amantissimos natos meosque spiritales filios, domnum Carolum et Carolomannum, a Deo institutos reges Francorum et patritios Romanorum, cum christianissima eorum matre[3], excellentissima regina dulcissimaque coniuge, fidele Dei, spiritali nostra commatre, tueatur et in omnibus protegat. Dilatet Deus semen vestrum et benedicat in aeternum atque solium regni fruendum perenniter concedat et universam gentem Francorum sub vestra ditione permanentem inlesam custodiat. Vale in Domino, rex benignissime, quia per te sanctę Dei ecclesiae inimici humiliati sunt et magna letitia ipsa sancta Dei ecclesia est relevata[a] et eius peculiaris populus iocundatur et per te benedicitur[b] Deus. Pro quo et eius benediccio super te plenius est effusa; gaudium enim uberrimum in universum orbem terrarum intulisti. Magna sunt hec et omnipotentis Dei laudibus tribuenda; sed inter hęc misericordissimi Dei nostri clemenciam indesinenter petimus, ut caelestis sui regni gaudio vobis tribuat vicissitudinem. Ierem. 31, 23.

Quapropter cum magna fiducia, tamquam praesentialiter coram tuo mellifluo consistens aspectu, flexis genibus petens peto te et omnino coram Deo vivo deprecor[4], ut iubeas firmiter in hoc bono opere, sicut certe confidimus, usque in finem permanere pro sanctę Dei ecclaesiae perfecta exultatione et eius populi liberatione et integra securitate et plenariam iustitiam eidem Dei ecclaesiae tribuere digneris atque optimum et velocem finem in causa fautoris tui beati Petri adhibere iubeas: ut civitates reliquas, quae sub unius dominii ditione erant connexe atque constitutae, fines, territoria, etiam loca et saltora[5] in integro matri tuae spiritali, sanctae ecclesiae, restituaere praecipiatis; ut populus Dei, quaem a manibus inimicorum redemisti, in magna securitate et delectatione tuo auxilio adiutus[c] vivere valeat. Quoniam et filius noster Deo amabilis[6] Folradus[7], fidelis[d] vester, omnia conspitiens satisfactus est, quod nequaquam ipse populus vivere possit extra eorum fines et territoria atque possessiones, absque civitatibus illis, que semper cum eis sub unius dominii ditione[e] erant connexae. Peto te, fili, peto te coram Deo vivo et fortiter coniuro, spiritalis compater, ut in hoc bono opere perfectius maneas et non hominum blandimentis aut suasionibus vel promissionibus, quod absit, faveas et in aliam declines partem[8], sed magis, vere timens Deum, omnia, quae beato Petro sub iureiurando[f] promisisti, adimplere iubeas et, sicut cepisti, plenariam iustitiam illi inpertire.

Etenim tirannus ille, sequax diaboli, Haistulfus, devorator sanguinum christianorum, ecclesiarum Dei destructor, divino ictu percussus est et in inferni voraginem

a) revelata *V.* b) benedicit' *V.* c) *corr. ex* adiuti *V.* d) *corr. ex* fideles *V.* e) dititione, ne *superscribens V.* f) iusiurandum *corr. in* iusiurando *V;* iure iurando *G.*

1) *Cf. supra p. 480 n. 1.* 2) *Cum David rege comparatur Pippinus in epp. 33. 39. 43. 99.* 3) *Bertrada. J.* 4) *Cf. supra p. 496 n. 1.* 5) *saltus. J.* 6) *Cf.* Deo amabilis *in epp. 11 (ter). 17. 19. 28. 39. 41. 45. 48. 55. 65 (bis),* (in) Christo amabilis *in epp. 37. 39; v. Hauck in Luthardts Zeitschr. 1888 p. 202 et Scheffer-Boichorst in Mitteil. X, 309. 310.* 7) *presbyter et abbas S. Dionysii. J.* 8) *Cf. ep. 44:* nulla hominum suasio ... vos poterit declinare ... ab eadem ... promissione *et quae ad ep. 36 notata sunt.*

757 demersus: in ipsis quippe diebus, quibus hanc Romanam urbem devastandum profectus est[1], post anni spatii circulum ita divino mucrone percussus est[2], ut profecto in eo tempore, quo, fidem suam temptans, diversa piaculi scelera perpetratus est, in eo[a] suam impiam finiret vitam. Nunc autem Dei providentia per manus sui principis apostolorum beati Petri simul et per tuum fortissimum brachium, pręcurrente industria Deo amabilis[3] viri Folradi, tui fidelis, nostri dilecti filii, ordinatus est rex super gentem Langobardorum Desiderius, vir mitissimus[4]. Et in praesentia ipsius Folradi sub iureiurando[b] pollicitus est restituendum beato Petro civitates reliquas: Vaventia, Imulas et Ferraria cum eorum finibus, simul etiam et saltora et omnia territoria, nec non et Ausimum, Ancona et Humana civitates cum eorum territoriis; et postmodum per Garrinodum ducem et Grimoaldum nobis reddendum spopondit civitatem Bononiam cum finibus suis; et in pacis quiete cum eadem Dei ecclesia et nostro populo semper mansurum professus est. Atque fidelem erga Deo protectum regnum vestrum esse testatus est et petiit nos, quatenus[c] bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo et cuncta gente Langobardorum magnam pacis concordiam confirmare iubeas. Nam et Spolaetini ducatus generalitas per manus beati Petri et tuum fortissimum brachium constituerunt sibi ducem. Et tam[d] ipsi Spolitini quamque etiam Beneventani omnes se commendare per nos a Deo servatę excellentiae tuae cupiunt et inminent anhelantius in hoc deprecandum bonitatem tuam.

Unde petimus te, excellentissime fili et spiritalis compater, ut, si praedictus Desiderius, quemammodum[e] spopondit, iustitiam sanctae Dei ecclaesiae rei puplice Romanorum beato Petro, protectori tuo, plenius restituaere et in pacis quiete cum ecclesia Dei et nostro populo, sicut in pactibus a tua bonitate[f] confirmatis continetur, permanserit cum universa sua gente, iubeas in id quod petiit tuas a Deo inspiratas aures inclinare — hoc interea anhelantius, ut nimis velociter[g] eidem Desiderio regi obtestando, admonendo etiam et praecipiendo dirigere iubeas, ut reliquas civitates, loca, fines et territoria atque patrimonia et saltora in integro sanctae ecclaesiae reddere debeat, et tale fundamentum et obtimam finem in causa eius inponere iubeas, ut auxiliante Domino ipsa sancta Dei ecclęsia secura maneat usque in finem seculi; ut plenaria iustitia a iusto iudice, domino Deo nostro, et memoriale nomen tibi in secula maneat vel etiam cunctae Christo protecte genti vestrae Francorum.

Inspiratus autem a Deo nimis festinanter causam sanctae ecclesiae perficies, quia sunt aliae canonicae causae, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam regni tui laudem et magnam animae tuae vel cunctae gentis Francorum inmensam mercedem.

Et hoc obnixe[h] postulamus praecelsam bonitatem tuam: ut inspiratus a Deo et eius principe apostolorum beato Petro ita disponere iubeas de parte Grecorum, ut fides sancta catholica et apostolica per te integra et inconcussa permaneat in eternum et sancta Dei ecclesia[i], sicut ab aliis, et ab eorum pestifera malitia liberetur et secura reddatur atque omnia propriaetatis suae percipiat, unde pro anime vestrae salute[k] indefessa[l] luminariorum concinnatio[5] Dei ecclęsiis permaneat et esuries pauperum, egenorum vel peregrinorum nihilominus refectetur et ad veram saturitatem perveniant. Qualiter autem cum silentiario[6] locuti fueritis vel quomodo eum tua bonitas absolverit,

---

a) *sequitur* ẹt *a correctore irritum redditum in V;* et *add. G.* b) iusiurandum *corr. in* iusiurando *V;* iure iurando *G.* c) *corr. in* quatinus *manus recens in V;* quatenus *G.* d) tam̄ *V.* e) *corr. in* quemadmodum *manus recens in V;* quemadmodum *G.* f) boninitate *V.* g) velotiter *V.* h) *inter* x *et* e *est* s *erasa in V.* i) *corr. ex* eccle̜ *V.* k) *corr. ex* salue *manus recens in V;* salute *G.* l) indefesse *aut* indefesso *V.*

1) *m. Decembri a. 755; cf. supra p. 473. J.* 2) *m. Decembri a. 756; cf. supra p. 473. J.* 3) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 4) *m. Martio a. 757; cf. supra p. 473. J.* 5) *Cf. supra p. 477 n. 1.* 6) *Iohanne, silentiario Constantini V. imperatoris. J.*

una cum exemplare[a] litterarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite, ut sciamus, 757 qualiter in commune concordia agamus, sicut inter nos et Folradum Deo amabilem[1] constitit.

Ipse vero dilectus filius noster[b] Folradus in omnibus causis iuxta tuam praeceptionem peregit: et maximas gratias illi egimus pro suo certamine. Qui videlicet, ad vos revertens, omnia qualiter acta sunt, bonitati vestrae intimabit.

Praesentes vero fidelissimos nostros, id est Georgium reverentissimum ac sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum atque Iohannem regionarium nostrumque sacellarium, petimus ut hilariori suscipiens vultu in omnibus acceptare iubeas. Et quicquid nostra vice bonitati tue locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris atque cum effectu causae et laetabundis nuntiis[c] ad nos remeandos absolvere iubeas[2].

Nam et hoc obsecramus bonitatem tuam, ut nimis celeriter ad nos coniungendum absolvere praecipias reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Wicharium.

Omnipotens autem Dominus in cunctis actibus tuis, excellentissime, victor rex, suae dextere extensione te protegat tibique et praesentis vitę prospera et post multorum annorum curricula gaudia ęterna concedat faciatque[d] cum tua dulcissima coniuge, excellentissima regina, spiritali nostra commatre, et vestris meisque dulcissimis filiis maximo gaudio iocundari et regni vestri gubernacula a Deo vobis concessa perfrui et, qui in presenti vita regni potestatem tenetis, etiam futuro in seculo cum Christo in aeternum regnetis, promerentes illam dominicam promissionem audire: 'Venite, benedicti[e] patris mei pro eo, quod certamen bonum certati estis, cursum consummastis[f], fidem servastis; sumite[g] repositas vobis coronas et accipite regnum vobis ab origine mundi praeparatum'. Cf. Matth. 25, 34 et 2. Tim. 4, 7. 8.

Nam et ex hoc praecelse et a Deo custodite excellentiae vestrae innotescimus, quia petiit nobis Obtatus, religiosus abba[h] venerandi[i] monasterii sancti Benedicti, pro monachis suis, qui cum tuo germano profecti sunt, ut eos absolvere iubeas; sed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere iubeas.

Incolumem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

12.

Paulus I. electus sedis apostolicae Pippino regi nuntiat, in Stephani II. mortui locum substitutum se Immonem missum regis, postquam ipse consecrationem perceperit, dimissurum et in foedere cum eo icto perseveraturum esse spondet.

(757. Apr. Mai.)

Cod. (XIII) fol. 22a.
Edd. Gretser 13, Cenni 12, Jaffé 12. — Jaffé, Reg. 2336 (1785).

---

a) *corr. in* exemplari *manus recens in V;* exemplari *G.* b) nrs *V.* c) *corr. ex* nustiis *manus recens in V.* d) *scr. corrector pro* fiatque *in V.* e) benediti *V.* f) *inter* s *a correctore scriptam et* t *locus rasus in V.* g) *corr. ex* summitte *V.* h) *sequitur locus rasus in V.* i) Ueneni *aut* Uenini *V;* Veneni *G.*

12. a) *Lemma:* exemplar[aa] epistolae, ubi paulus diaconus et electus sanctae romanae ecclesiae significans de transsitu stephani papae, per imonem[bb] missum domni pippini regis.

aa) explar, ē *atramento fusciore superscribens V.* bb) imomonem *V.*

1) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 2) *Cf. ep. 19:* Quem petimus benigno solite aspectu a vobis suscipi et cum effectu atque prospero nuntio de ... iustitia ... causarum ... ad nos remeandum absolvere dignemini, *ep. 32:* Quaem petimus hilari a vobis suscipi animo eumque in omnibus acceptare ... et ad nos cum effectu atque laetabundis nuntiis absolvere iubeatis, *ep. 33:* Quem petimus benigne a

757 DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, PIPPINO REGI[a] FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM PAULUS DIACONUS ET IN DEI NOMINE ELECTUS SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE.

Cum gravi gemitu et inmenso merore cordis innotescimus a Deo protecte excellentiae tuae, potentissime, victor rex, Dei vocatione de ac[b] luce ad aeternam requiem esse subtractum sanctae recordationis domnum et germanum meum, Stephanum papam[1]; in cuius etiam transitu[c] et ipsi lapides, si dici potest, nobis conflentes lacrimaverunt[2]. In cuius apostolatus ordinem a cuncta populorum caterva mea infelicitas electa est.

Et dum haec agerentur, convenit Romam[d] Immo, christianissime excellentiae tuae missus. Et cum eo loquentes, una cum nostris obtimatibus aptum prospeximus: eum hic detineri[e], donec Dei providentia sacra apostolica benedictione inlustrati fuissemus[f] [3]; et tunc plenius satisfactus de nostra vel cuncti populi puritate et dilectione, quam erga tuam benignissimam excellentiam et cunctam gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum cum nostris missis[g] apostolicis absolveremus[h], quoniam nos pro certo agnoscas, excellentissime et a Deo protecte noster post Deum auxiliator[i] et defensor rex, quod firmi et robusti usque ad animam et sanguinis[k] nostri effusionem in ea fide et dilectione et caritatis concordia atque pacis foedera, quae praelatus beatissimae memoriae dominus et germanus meus, sanctissimus pontifex, vobiscum confirmavit, permanentes et cum[l] nostro populo permanebimus[m] usque in finem[4].

Unde et indesinenter, extensis palmis ad caelum[5], pro vitae incolomitate excellentiae tuae atque dulcissimorum filiorum et excellentissime regine[6] sospitate domini Dei nostri exoramus clementiam[n], ut semper tuum auxilium et firmissima protectio extendatur super nos.

Incolomem excellentiam tuam gratia superna custodiat.

13.

Senatus populusque Romanus Pippinum regem ob ecclesiam defensam laudibus ornant et regis litteris admoniti fidem erga Paulum papam ita praestant, ut

a) *corr. ex* fei *V.* b) *corr. in* hac *manus recens in V.* c) *sequitur* etiam *in V.* d) convenit romam *scr. corrector pro* coniuxit hic romana *in V;* convenit hic romanam (*in* romae *corr.*) *G.* e) *scr. corrector pro* detinere *in V;* detinere *G.* f) *scr. corrector pro* fuerimus *in V.* g) *sequitur* et *erasum in V.* h) *scr. corrector pro* absolvimus *in V.* i) *scr. corrector pro* ausiliator *in V.* k) sanguuinis *V.* l) et cum *corr. ex* ut *V.* m) *corr. ex* permanemus *V;* permanebit *G.* n) *sequitur* tuam *in V; sequitur* tuam *deletum in G.*

vobis suscipi, *ep. 43:* Quos petimus benignae solite a vobis suscipi, et ... eis in omnibus credere iubeatis, *ep. 45:* quos ... petimus, ut solitae benignae eos suscipere ... dignemini, *ep. 61:* petimus ... ut ... benigne eos solite suscipere iubeatis, ut cum gaudio et effectu cause ... ad nos remeandum ... eos absolvere dignemini *et ep. 49 notam extremam.*

1) *d. 26. Apr. 757. J.* 2) *Hucusque est epistola haec effecta secundum Libri diurni Romanorum pontificum 'nuntium ad exarchum de transitu' (formulam 59 ed. ab Sickel p. 49); cf. supra p. 489 n. 1 et Dopffel, Kaisertum und Papstwechsel unter den Karolingern p. 11 n. 2.* 3) *Paulus I. consecratus est d. 29. Mai. 757. J.* 4) *Cf. ep. 44:* in ... caritatis dilectione firmiter usque ad animam et sanguinis effusionem una cum universo populo permanemus atque permanebimus. 5) *Cf. ep. 50. 53. 99:* extensis palmis ad aethera *et infra p. 510 n. 8.* 6) *Bertradae. J.*

a rege petant, civitates illas residuas a Langobardis occupatas beato Petro restituendas 757
curet. *(757.)*

Cod. (XXXVI) fol. 44–45[a].
Edd. Gretser 36, Cenni 15, Jaffé 13.

DOMINO EXCELLENTISSIMO ATQUE PRECELLENTISSIMO ET A DEO INSTITUTO MAGNO VICTORI PIPPINO, REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM, OMNIS SENATUS ATQUAE UNIVERSA POPULI GENERALITAS A DEO SERVATAE ROMANAE URBIS.

Si interius mente operum vestrorum studia humanus voluerit sensus pensare,
nihil, ut opinamur, ad horum vicissitudinem dignum potest existimari aut in hac temporali vita rependi. Sed tantummodo illa sunt vobis retribui consideranda a iusto
iudicae, domino Deo nostro, 'quae oculus non vidit nec auris audivit nec in cor ho- 1. Cor. 2, 9.
minis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se'. Haec nempe vobis digna est retributio, dum nimirum vestro certamine sancta Dei ecclesia atque christianorum orthodoxa fides dinoscitur esse defensa omniumque nostrum constant procurata salutis remedia. Et quia[b] per te, praecellentissime domine rex, dignatus est Deus noster redemptionem sanctae suae ecclesiae nostrumque omnium operari, merito nos convenit,
operum eius mirabilia decantare, consona cum propheta canentes voce[1]: 'Quam[c] Ps. 103, 24.
magnificata sunt opera tua, Deus, omnia in sapientia fecisti; repleta est terra mira-
bilia tua[d]'; 'quis enim loquatur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes eius?' Ps. 105, 2.
'Laetantur enim caeli et exultat terra' in eo, quod talem dominus Deus noster sanctae Ps. 95, 11.
suae ecclesiae contulit defensorem[2], per quem cum fiducia nomen Domini in sancta aula eius glorificatur.

Directas[e] itaque praecellentissimę ac christianissimę benignitatis vestrae litteras magno honoris affectu acceptantes suscepimus et ita in earum susceptione laetati sumus, tamquam si vestram excellentiam praesentaliter conspiceremus, gemina festivitatis gaudia nobis inferentes, dum vestram laetitiam amplissime conperimus; quoniam nihil nobis dulcius, domine rex, in hac vita existit, quam de vestris prosperitatibus gratulari, dum vestra salus nostra post Deum est securitas[3].

At vero in ipsis vestris mellifluis apicibus nos salutari providentia vestra et ammonere[f] studuit, firmos nos ac fideles debere permanere erga beatum Petrum principem apostolorum et sanctam Dei ecclesiam et circa beatissimum et coangelicum spiritalem patrem vestrum, a Deo decretum domnum nostrum Paulum, summum pontificem et universalem papam. Pro quo omnino laetati sumus in tam vestra prudentissima ammonitione. O quanta divina adspiratione interna viscerum nostrorum precordia in nobis, vestris fidelibus, redundant! Vere enim, domine rex, profecto spiritus Dei in vestro mellifluo inhabitat corde, et ideo tam salutari consilio vestros bene

13. a) *Lemma:* item exemplar epistolae generalis populi senatusque romani ad domnum pippinum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones et de litteris, quas domnus pippinus rex eidem popolo d[i]rexit pro fide servanda erga sanctam dei romanamque[aa] ecclesiam et domnum paulum apostolicum. b) q *V.* c) quoniam *V.* d) *corr. in* mirabilibus tuis *manus recens in V;* mirabilibus tuis *G.* e) *corr. ex* directus *manus recens in V.* f) *sequitur* praecellentia vestra *in V; sequitur* precellentia vestra *in G.*

aa) que *postea add. V.*

1) *Cf. ep. 11 supra p. 504 n. 2:* cum psalmigrapho consona dicimus voce. 2) *Cf. ep. 14:* dum tam praecipuum ... (Deus) ... sanctae suae contulit ecclesiae tutorem. 3) *Cf. ep. 21:* Nihil enim nobis dulcius ... in hac vita extitit, quam vestrae incolomitatis gaudia ... prosperis relationibus addiscere, dum nimirum prosperitatis vestrae laetitia sanctae Dei ecclesiae exultatio et ... defensio *atque similia in epp. 26. 27. 28. 29. 32. 34. 42. 51. 54. 55. 59. 79. 94 locis notatis.*

757 cupientes ammonere studuistis. Nos quidem, praecellentissime regum. firmi ac fideles servi sanctae Dei ecclesiae et praelati ter beatissimi et coangelici spiritalis patris vestri, domni nostri Pauli, summi pontificis et universalis papę. consistimus, quia ipse noster est pater et obtimus pastor et pro nostra salute decertare cotidiae non cessat, sicut et eius germanus, sanctae recordationis beatissimus domnus Stephanus papa, fovens nos et salubriter gubernans sicut re vera rationales sibi a Deo commissas[a] oves: dum nimirum et mitissimus et vere in omnibus misericors existit, imitator effectus beati Petri, cuius vices gerit, et dum eius vicarius consistit.

Nos quidem, excellentissime ac christianissime domine rex, firmam fiduciam in huiuscemodi vestra habemus pollicitatione; sed obnixae deprecamur et tamquam praesentaliter vestris regalibus provoluti vestigiis petimus[1], etiam et per nos beatus Petrus vestram adgreditur excellentiam[2], ut iubeas, benignissime regum nosterque post Deum defensor, ita solite decertare ac disponere, ut perfecta sanctae Dei ecclesiae exaltatio et fidei nostrae orthodoxae omniumque nostrum profligetur defensio[3], petentes et hoc coram Deo vivo, qui vos in regem per suum apostolum beatum Petrum ungui praecepit[4]: ut dilatationem[b] huius provintiae a vobis de manu gentium ereptae perficere iubeatis et in eo quod cepistis bono permaneatis opere[5], quatenus[c] in magna securitatis quiaete degere valeamus[6], et ex hoc aeternam vobis in caelo exoratam retributionis mercedem recipiatis; quoniam maximam post Deum et beatum Petrum in vestri fortissimi regni brachio possidemus spem et credimus in omnipotentis[d] Dei nostri misericordiam[e], quod amplissime nobis ea nostra ipsa spes operum vestrorum inferat fructum. Exaudi, domine rex, subplicationem nostram omnium bene cupientium vobis et libentissime aures tuas adcomoda in hoc ipsud quod postulamus: sic te exaudiat Dominus in omnibus tuis petitionibus. Tu enim post Deum noster es defensor et auxiliator. Et si omnes capitis nostri capilli linguę effecti fuerint, non valebunt ob tanta vestra benificia dignas referre gratiarum actiones; verumtamen, in quantum mens nostra valet, laudis vestrae praeconia in omnibus gentibus divulgamus[7].

Unde, elevatis oculis extensisque palmis ad aethera[f][8], dominum Deum nostrum inmensis exoramus precibus: sua vos foveri gratia, mittens angelum potentiae suae propugnatorem ante faciem vestram, qui omnes adversarios vestros expugnans vestris subiciat vestigiis regnique vestri dilatet terminos et victoriam vobis e caelo concedat ad perpetuam atque perennem sanctae Dei ecclesiae et nostram inmensam securitatem evisque ac felicissimis temporibus regale culmen vobis ac excellentissimę dominae reginae[9] atque praeclaris vestris natis, excellentissimis regibus, concedat possidendum et aeterna praemiorum cum sanctis et electis multipliciter tribuat gaudia.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) *corr. ex* commissos *manus recens in V.* b) dilatatioonem *V.* c) *corr. in* quatinus *manus recens in V;* quatenus *G.* d) *corr. ex* omnipotentes *manus recens in V.* e) *lineola* m *significans postea addita in V.* f) aehera *V.*

1) *Cf. supra p. 496 n. 1 et infra epp. 31. 42. 46. 53. 56. 98. 99.* 2) *Cf. ep. 20:* petimus et per nos etiam beatus Petrus apostolorum princeps vestram adgreditur eximiam praecellentiam. 3) *Cf. ep. 27:* dum vestro concursu et auxilio ecclesiae Dei exaltatio et fidei orthodoxe profligatur defensio. 4) *Cf. ep. 32:* regem quem ... per manus apostoli tui ungui praecepisti, *epp. 99. 36. 44; v. Scheffer-Boichorst in Mitteilungen des Inst. f. österr. Geschichtsf. X, 310.* 5) *Cf. supra p. 492 n. 4.* 6) *Quid 'dilatatio huius provinciae' sit, intellegitur ex epistolae 11 verbis* Quapropter cum magna fiducia — vivere valeat *cum his fere concordantibus (supra p. 505).* 7) *Cf. ep. 39:* laudis preconia vestro nomine ... proferre in universo non desistimus orbe terrarum *et ep. 30.* 8) *Cf. supra p. 508 n. 5 et ep. 37:* elevatis ad aethera oculis extensisque palmis *et ep. 42:* elevatis oculis et palmis extensis ad aethera. 9) *Bertradae. J.*

14.

Paulus I. papa laetatus litteris per Vulfardum (Sancti Martini Turonensis abbatem) missis Pippino regi gratias agit, quod sabanum in (Giselae) filiae baptismate adhibitum adeptus spiritualis regis compater factus sit; petit, ut arrogantes Langobardos ad plenariam iustitiam beato Petro reddendam instiget; addit de Sergio Ravennati archiepiscopo ecclesiae suae restituendo; Wilharium (Nomentanum) episcopum legatum suum commendat. 758

(758.)

Cod. (XXVII) fol. 37'—38'[a].
Edd. Gretser 27, Cenni 13, Jaffé 14. — Jaffé, Reg. 2338 (1786).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Lator praesentium litterarum, sollertissimus Vulfardus, eximiae sagacitatis[b] vestrae fidelis missus, plenas iocunditate nobis attulit litteras. Quas et cum ingenti laetitia mancipantes atque lectioni reserantes, magna exultatione ovantes relevati sumus; agnito scilicet per eas praefulgide excellentiae vestrae dilectionis affectu erga apostolicam sanctam Romanam ecclesiam atque fautorem vestrum, celorum regni ianitorem, principem apostolorum beatum Petrum, a vobis exibito. Qua de re iuges omnipotenti Deo efficatius persolvimus grates, profecto dum tam praecipuum fortissimumque virorum his in diebus sanctae suae contulit ecclesiae tutorem [1].

Interea, christianissime, Dei providentia victor rex, gemina festivitatis peregimus gaudia in eo, quod, optata cordis adepti desideria[c], in vinculo spiritalis foederis pariter sumus adnexi. Praelatus nempe sodalitatis vestrae inluster[d] missus preciosissimum[e] nobis supernae gratiae munus adferuit[f], sabanum videlicet, in quo nostra dulcissima atque amantissima spiritalis filia [2] sacratissimo fontis lavacro abluta suscepta est. Quem et, cum magna iocunditate aggregata[g] populi[h] cohors infra aulam sacrati corporis auxiliatricis vitae beatae Petronellae, quae pro laude[i] aeterna memoria nominis vestri nunc dedicata [3] dinoscitur, caelebrantes missarum solemnia, cum magno gaudio suscepimus; et per allatum eundem sabanum eam tamquam praesentaliter nos suscepisse gaudemus. Unde, quia[k] amor fidei vestrum benignum ignivit cor nobis per vinculum spiritalis foederis adherendum, iuxta[l] quod domino et germano meo beate recordationis, sanctissimo Stephano papae, spopondistis, magnas gratiarum actiones a Deo protecte excellentiae vestrae persolvimus, inplorantes crebro divinam misericordiam, ut aevis[m] vos ac prosperis in solio regni conservans tueri temporibus et

14. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem per vulfardum directa, in qua continentur gratiarum actiones et uberrime laudes pro defensione sanctae dei ecclesiae, poscens adiutorium contra langobardos, eo quod ipsi langobardi in magna arrogantia permanentes et iustitias sanctae dei ecclaesiae minime reddentes. b) sagatitatis *V.* c) desideri^a_i *V; corr. alia manus ex* desiderii *in G.* d) inlustret *V. G.* e) preciosissimā *V.* f) attulit *scripsit non eadem manus super* adferuit *in V;* attulit *G.* g) aggrata *V. G.* h) popopuli *V.* i) Dei et *interponendum coniecit Oelsner, Jahrbücher p. 319 n. 4.* k) qui *V.* l) iuxto *V.* m) *in loco raso, cui ut videtur* inde *superscriptum erat, ita ut* inde aeternis *aut* inde acervis *aut* inde ac prius *legendum fuerit in V.*

1) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 2) *Gisela Pippini regis filia a. 757. nata secundum annales Petavianos (SS. I, 11). Eandem 'suam spiritalem filiam' appellat Paulus infra in epp. 28 et 43. J.* 3) *De corpore s. Petronillae anno 758. translato Sigebertus in Chronographia (SS. VI, 332) ad a. 758. retulit haec:* Corpus sanctae Petronillae, Petri apostoli filiae, a Paulo papa transponitur; in cuius marmoreo sarcofago ipsius apostoli Petri manu sculptum legebatur: 'Aureae Petronillae, dilectissimae filiae'. *J. Cf. Lib. pont. ed. Duchesne I, 461 n. 62. 464. 466 n. 8.*

758 magno gaudio de ipsius spiritalis nostrae filiae perfecta aetate vos iocundari permittat ad exultationem sancte suae ecclesiae.

Et quia copiosa nobis ipsa spiritus sancti — scilicet compaternitatis gratia, quae opitulante Deo inter nos rata consistit, — auctoritas fiduciam contulit, peto et deprecor, benignissime spiritalis compater, obtime rex, ut[a] coeptum redemptionis Dei ecclesiae et plenariae iustitiae beati Petri perficere iubeas bonum opus[1]. Direxit quippe nobis insignis bonitas vestra per suos affatos: sibi innotesci adversantium causarum eventus. Unde certam a Deo protectam eximietatem vestram reddimus, nihil nos usque hactenus recepisse de his, quae per nostros legatos excellentiae vestrae petendo mandavimus. Solite namque perfidi et maligni illi in magna arrogantia cordis permanentes nequaquam inclinantur iustitiam beati Petri restituere. Tamen omnia qualiter acta sunt, referentibus vestris missis agnoscere potestis.

Et subsequentem nostrum missum ad vos dirigimus[b], dignas vobis gratias de omnibus referentes; et cuncta per eum eximiaetati vestrae dirigimus in responsis de his, quae in antea provenerint.

Sergium vero archiepiscopum[c], iuxta id quod vestrae innotuit excellentiae, indesinenter inminemus, ut suae restituatur ecclesie.

Petimus autem excellentem bonitatem[d] vestram, ut reverentissimum et sanctissimum[e] fratrem et coepiscopum nostrum Wilcharium, sicut praefatus beate recordationis[f] dominus et germanus meus, sanctissimus Stephanus papa, eum benignae eximiaetati[g] vestrae commendavit, in omnibus[h] comendatum habere iubeatis.

His praelibatis, trinus et unus Deus noster sua vos extensionis dextera protegat cum dulcissima coniuge, excellentissima regina, spiritale nostra commatre, atque amantissimis vestris meisque filiis in solio regni sosspites permanentes et in praesenti vita et in aeterna beatitudine uberrime concedat valere.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

15.

Paulus I. papa a Pippino rege auxilium petit contra Desiderium regem Langobardorum, qui cum Georgio legato (Constantini V.) imperatoris pactionem fecerit ad fines ecclesiae Romanae bello petendos eosque vexare non cesset. *(758.)*

Cod. (XXI[a]) fol. 32'[a].

Edd. Gretser 21[a], Cenni p. 153 n. 2, Jaffé 15. — Jaffé, Reg. 2339.

---

a) et *V.* b) dirimus *V.* c) *corr. in* sergio vero archiepiscopo *manus recens in V;* sergium vero episcopum *G.* d) excellentem bonitatem *corr. ex* excellentiam *V.* e) scīssimumum *V.* f) *corr. ex* beatusecordationis *V.* g) mi *superscr. V.* h) onnibus *V.*

15. a) *Huius epistolae nihil traditur nisi lemma hoc:* item epistola eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa, in qua continentur lamentationes et tribulationes, eo quod desiderius rex consilium iniit cum georgio imperiali misso, qui hic franciae adfuit[2]: ut imperator suum exercitum in italia contra ravennam vel pentapolim ac romanam urbem ad conprehendendum mittat, et ipse desiderius cum universo regno[aa] langobardorum in eius adiutorium vel solatium ea mala ad perpetrandum decertet; et quia cotidiae scamaras et depraedationes in eorum finibus faciebant; cum nimiis adiurationibus postulans adiutorium obtinere contra ipsos langobardos — et ideo minime in hoc volumine est scripta, quia prae nimia vetustate iam ex parte erat diruta; tamen alia capitula in eadem non continentur inserta; sed sicut in superiore epistola[3] legitur, sic et in ista scriptum reperitur.

aa) uniuersifegno *V.*

1) *Cf. supra p. 492 n. 4.* 2) *Cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 82a.* 3) *id est ep. 19 huius editionis.*

16.

Paulus I. papa, Desiderio Langobardorum rege Romam profecto atque Imolam se restituturum pollicito compellente, a Pippino rege petit, ut obsides Langobardicos Desiderio reddat pacisque foedus cum eo confirmet: fidem Georgii (Ostiensis) episcopi et Stephani presbyteri (tit. s. Caeciliae) legatorum suorum cum Rodberto regis nuntio missorum corroborat[1]. 758 *(758.)*

Cod. (XXIX) fol. 39—39'[a].
Edd. Gretser 29, Cenni 17, Jaffé 16. — Jaffé, Reg. 2340 (1790).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Dum tam copiosam omnipotens Deus suae benignitatis humano generi crebro irrogat misericordiam, valde admirandum est, quid retribui eius potentiae divinae aut quod carminum laudes longanimitatis ipsius humana fragilitas referre valeat. Quod quidem nos tanto eius relevati beneficio — licet meritis nequaquam suffragantibus nostri eius potentiae melodicas persolvendum grates — tamen iuxta psalmigravi monita 'calicem salutaris accipiam et nomen Domini incessanter invocabo' inquiens: 'Magnus es, Domine, et magna opera tua': 'magnificat namque anima mea Dominum', caro et lingua benedicit, quoniam respiciens respexit super humilitatem nostram et ad tam precipuum pontificale culmen, non nostris persequentibus meritis, provexit. [Ps. 115, 13. Tob. 13, 1, Ps. 110, 2. Luc. 1, 46. Cf. Ps. 144, 21.]

Quam ob rem, dum eo dignante mediator Dei et hominum[b], speculator animarum institutus sum, commissa me apostularis[c] cura provocat[d] atque ortatur omnino et indesinenter conpellit, salutem populi Dei pio studio procurare et pacem in cunctis[e] gentibus cum magna cordis constantia praedicare; quoniam profecto beatitudinis gratiam promerentur, qui intrepide illam praedicare maluerint; scriptum quippe est: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur', et rursum: 'Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona'. Etenim, excellentissime fili et spiritalis compater, quoniam Deus omnipotens ex utero matris tuae te predistinatum habens, ideo te benedicens et in regem ungens, defensorem te et liberatorem sanctae suae ecclesiae constituit, pro quo ea, quę ad utilitatem ipsius sanctę Dei ecclesiae respiciunt, per hos nostros apostolicos apices benignae excellentiae tuae deprecandum maturavimus. [Matth. 5, 9. Rom. 10, 15.]

Agnoscat siquidem excellentissima bonitas tua, quia coniungens ad limina apostolorum excellentissimus filius noster, Desiderius rex, pacifice atque cum magna humilitate; cum quo salutaria utrarumque parcium locuti sumus. Et pollicitus est nobis restituere civitatem Imulas, ea videlicet ratione, ut nostros ad tuam excellentiam dirigere debeamus missos, et suos hospites[2] quos ibidem ad vos habere videtur recipere debeat, et pacem cum eo confirmare studeatis. Unde petimus te, excellentissime fili et spiritalis compater, ut iubeas ipsos ospites[2] praedicto filio nostro, Desi-

16. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem[aa] per georgium episcopum et stephanum presbiterum seu radbertum missos directae, in qua continentur gratiarum actiones pro defensione sanctae dei ecclesiae, et praefatus papa poscens, ut domnus rex pippinus desiderio regi suos ospites[bb] restitueret[cc] et pacis foedera cum[dd] eo confirmaret. b) *sequitur* ca *erasum in V.* c) postularis *V.* d) *inter* pro *et* uocat — c *ex* a *corr.* — *est* t *erasa in V.* e) cuntis *V.*

aa) regre *V.* bb) os *superscr. V.* cc) *corr. ex* restiturer *V.* dd) *corr. ex* com *manus recens in V.*

1) *Hanc epistolam ab invito papa datam esse, ex epistola sequente, qua haec epistola abrogatur, elucet.* 2) *obsides. J.*

758 derio regi, restituere et pacis foedera cum eo confirmare et in magna amicitia[a] cum eo conversari, ut favente Deo tuis laetabundis temporibus populus Dei utrarumque partium in magna securitate et pacis quiete degere[b] valeat, quatenus longevum te omnipotens Deus in solio regni conservare dignetur.

Opere enim direximus praesentes nostros fidelissimos missos, id est reverentissimum et sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum Georgium atque dilectum filium nostrum Stephanum presbiterum, una cum Ruodberto[c] vestro misso ad vestram a Deo servatam excellentissimam prudentiam, ut ea ipsa eximietati vestrae enarrare debeant.

His praemissis, petimus divinam misericordiam, ut aevis ac laetabundis temporibus in solio regni, piis inherens operibus, conservare dignaetur et vitam eternam concedat.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

17.

Paulus I. papa Pippino regi, Rodbertum eius nuntium apud se retentum excusans, nuntiat, Desiderium Langobardorum regem Pentapolensium civitates et Spoletinum Beneventanumque ducatus vastavisse ducemque alterius Alboinum cepisse, alterius (Liudprandum), Arigiso substituto, expulisse, cum Georgio legato (Constantini V.) imperatoris consensiones fecisse, deinde Romae morantem Imulam, Bononiam, Ausimum, Anconam civitates illas adeo non restituisse, ut posceret: papa obsides Langobardicos dimittendos et pacem confirmandam a Pippino impetraret; epistolam qua haec petierit abrogans, a rege petit, ut Desiderium ad illas civitates reddendas cogat; munera mittit.[1] *(758.)*

Cod. (XV) fol. 23'—25'[a].

Edd. Gretser 15, Cenni 18, Jaffé 17. — Jaffé, Reg. 2341 (1791).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Quotiens perspicua eximiaetatis tuae merita mistica consideratione cernens cordis oculis confero, oppido me admirari convenit intemeratam superfluamque excellentiae[b] tuae mentis constantiam et ferventissimum affectum, quod circa Dei amorem et eius principis apostolorum inhianter[c] gestas, quoniam Deum magis quam hominibus favere niteris. Unde perspicuum est, vos prae omnibus regibus et potentibus piis pollere operationibus, quia, adsumpto caelesti triumpho, ultro te, excellentissime fili et spiritalis compater, ad liberandum Dei ecclesiam adhibuisti. Et ideo, ut ipsud piae operationis vestrae certamen effectui mancipetur, crebro nos congruit, sicut liberatori

a) amititia *V.* b) dirigere *V; cf. supra p. 510 l. 17. 18.* c) Rodberto *V.*

17. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad dommum regem pippinum missa pro defensione sanctae dei ecclesiae[aa], significans, quod desiderius pentapoli depredavit et omnia alimenta populi ferro et igne consumsit et quia alboinum ducem spoletinum in vinculis detrusit et quia, dux beneventanus in otorontana civitate retrusus, alium ducem argisem in be[ne]vento constituit et quia locutus est cum misso imperiali georgio et invitavit exercitum imperatoris in italia cont[ra] ravennam et exercitum de sicilia contra otorantanam civitatem et professus est eam tradere partibus imperialibus vel aliis pluribus capitulis. b) exceltiae *V.* c) inhanter *V.*

aa) pro — ecclesiae *bis legitur in V.*

1) *Hanc epistolam anno 758. datam esse demonstravit Oelsner, Jahrbücher p. 320 (n. 5).*

ipsius sanctae Dei aecclesiae et eius peculiaris populi, apostolicos dirigere apices: 758
primum omnium, ut nobis super omnia nectarea. dulcia existunt et desiderabilia prosperitatis vestrae gaudia addiscere, deinde vero, quae sanctae ecclesiae Dei et nobis consistunt necessaria, quantotius intimare.

At vero, excellentissime fili et noster spiritalis compater agnoscas, nos pridem per apostolicas litteras eximiaetati[a] tuae innotuisse, quae in his partibus a Desiderio Langobardorum rege impie peracta sunt atque crudeliter perpetrata[1]. Igitur dum tam perniciosam eius operationem cerneremus, aptum prospeximus. praesentem fidelissimum vestrum missum Rodbertum hic apud nos detinere, quatenus, quid cepta iam fati Desiderii regis vel[b] Langobardorum populi malitia pareret, praesentialiter agnoscens atque conspiciens vestram certiorem reddidisset eximiam praecellentiam[c].

Etenim sicut pridem, ecce et nunc innotescimus a Deo servate excellentiae vestrae, quod praefatus Langobardorum rex, Pentapolensium per civitates transiens, quas beato Petro pro magna anime vestrae mercede contulistis, ferro et igne omnia sata et universa, quae ad sumptus hominum pertinent, consumpsit. Sicque Spolaetinus et Beneventanus, qui se sub vestra a Deo servata potestate contulerunt, ad magnum spretum regni vestri desolavit atque ferro et igne eorundem[d] ducatum, loca et civitates, devastavit. Et conprehensum Alboinum ducem Spoletinum cum eius satrapibus, qui in fide beati Petri et vestra sacramentum prebuerunt, infixis in eis pessimis vulneribus, in vinculis detinet. Adpropinquante autem eo Benevento, ilico dux Beneventanus fugam arripuit[e] in Otorantinam civitatem[2]. Et dum diu immineret, ut ex ipsa sua civitate[f] eundem[g] ducem suaderet, et, nequaquam in eo suam adimplens voluntatem, constituit ducem alium in eodem Beneventano ducatu nomine Argis.

Et confestim dirigens Neapolim, isdem Desiderius rex accersivit Georgium imperialem missum, qui ad vos Franciam directus fuerat[3]. Cum quo nefariae clam locutus est, iniens cum[h] eo consilium atque suas imperatori dirigens litteras, adhortans eum, ut suos imperiales dirigat exercitus in hanc[i] Italiam provintiam. Et ipse Desiderius cum universo Langobardorum populo professus est, Deo sibi contrario, auxilium[k] prelatis imperialibus exercitibus inpertire, quatenus — ex una parte ipse[l] inperatoris exercitus et ex alia isdem Desiderius cum universo Langobardorum populo — utrique dimicantes Ravennantium civitatem conprehendere queant, suamque imperator, quod Dominus non permittat, adimplere valeat in quodcumque voluerit voluntatem. Nam et hoc cum eodem Georgio imperiali misso constituit, ut dromonorum Siciliae stolum[m] in Otorantina[n] civitate dirigatur, ut tam Greci quamque Langobardi ipsam opsidentes conprehendere valeant civitatem; eamque concedat imperatori cum hominibus et facultatibus, quae in ea consistunt: et tantummodo ducem[o] illum[4] atque eius nutritorem Iohannem praedicto regi restituant[p].

Post vero dissolutionem eorundem ducatuum coniunxit[q] hic ad nos Romae isdem Langobardorum rex. Et cum eo loquentes, nimis eum adortati sumus et per sacratissimum corpus beati Petri atque etiam per tuam a Deo protectam excellentiam fortiter illum coniuravimus, ut civitates illas, id est Immulas, Bononia, Ausimum et An-

a) eximiaetatis *V.* b) *sequitur* eius *erasum in V; sequitur* et *in G.* c) p̄cellentia *V.* d) corunden *V.* e) arpuit *V.* f) *sequitur iterum* ut exịsa civitate *in V.* g) *scr. corrector pro* eundum *in V.* h) *bis scr. V.* i) hac *V.* k) ausilium *V.* l) ipsa *V.* m) *scripsit J pro* istorum *in V.* n) otonantina *V.* o) tantūmoducem *V.* p) restuant *V.* q) coniuxit *V.*

1) *Cf. ep. 15 supra p. 512. J.* 2) *Hydruntum. J.* 3) *Cf. ep. 15 supra p. 512. J.* 4) *Liudprandum ducem Beneventanum. J.*

758 cona — quia eas[a] nobis praesentaliter[1] simul et [per][b] vestros missos, id est Folradum, Deo amabilem[2] abbatem et presbiterum atque Rodbertum, excellentissime christianitati tuae et per te etiam beato Petro apostolorum principi pollicitus est[3] redditurum — restituere deberet. Quod minime adquiescere inclinatus est; sed simulans ut certe strofarius[4] varias[c] occasionés adhibuit inquiens, ut, si suos, quos illic Frantia habere videtur, obsides reciperet, tunc in pacis concordia nobiscum conversaretur.

Unde petimus te, excellentissime fili et spiritalis compater, et obnixe deprecamur a Deo inspiratam eximietatem tuam, ut iubeas perfectam liberationem sanctae Dei ecclesiae et eius peculiaris populi exercere et ita id, quod magna anime tuae mercede beato Petro pollicitus es, firmiter[d] permanere, ipsumque Desiderium[e] Langobardorum regem fortiter constringere digneris, ut prolatam ab eo[f] promissionem beato Petro, protectori vestro, restituere debeat atque in omnibus adinplere. Tuique studii sit, bone[g], potentissime rex, sicut caepisti, perfectius hanc sanctam Dei aecclaesiam et eius peculiarem populum de hostium incursione eruere, ut annuente Deo certamen benigne operationis tuae uberrime fecundetur, quatenus in die adventus domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi luceas sicut radiantissimus sol inter universos reges et potentes atquae merearis ipsam sanctam Dei ecclęsiam et eius populum tuo adminiculo ereptum divinae[h] maiestati absque ulla lesionis saevitia offerre et tunc centuplum remunerationis ab eodem domino Deo, nostro iusto iudice, percipere et vitam aeternam possidere merearis. (Cf. Matth. 19, 29.)

Coniuro te, fili excellentissime, per omnipotentem Deum et eius principem apostolorum beatum[i] Petrum, ut benigno intuitu ac[k] libentissimo animo nostras preces audire iubeas, ut et Deus tibi[l] omnipotens in his, quae eius potentiam deprecatus fueris, suae divinitatis aures inclinet et victorem te super omnes barbaras nationes faciat[5]. Omnes enim omnino gentes, quae super faciem universae terrę consistunt, conpertum habent tuum certamen, quod ad defensionem sanctae Dei ecclesiae adhibuisti, et magnum te ac praecipuum regem laudabiliter asserunt. Sed et nos bonam tuam famam longe lateque protelare atque dilatare non desistimus in eo, quod certe post Deum sicut murum inexpugnabilem tuam firmissimam fidem in nostro pectore conferimus[6], magnam in te post Dei presidium possidentes spei fiduciam[7], quod et plerumque obtatum[m] tuae inmaculatae promissionis fideique meritum consecuti sumus.

a) quia eas *scripsit J pro* quias *in V.* b) *om. V.* c) arrias *V.* d) firmiteẹr *V.* e) siderium *V.* f) adō *corr. in* abō *V;* a deo *G.* g) *aut* bene *V;* bene *G.* h) divina *V.* i) beatrū *V.* k) at *V.* l) ibi *V.* m) optatum *scripsit Lambecius pro* obtam *in V.*

1) *in Tuscia intervallo mensium Decembris a. 756. (post Haistulfi regis mortem, v. supra p. 473) et Martii a. 757. sub Stephano II. papa. Nam in Vita Stephani II. (Lib. pont. ed. Duchesne p. 455) leguntur haec:* Ad haec praefatus Desiderius obnixe praelatum beatissimum pontificem *(Stephanum)* deprecatus est sibi auxilium, quatenus ipse regalem valeret adsumere dignitatem, spondens iureiurando, omnem praelati beatissimi pontificis adimplere voluntatem; insuper et rei publice se redditurum professus est civitates quae remanserant ... Tunc isdem praecipuus pater et bonus pastor, inito consilio cum sepe fato Fulrado venerabile presbitero et abbate ..., misit suum germanum, Paulum scilicet diaconum *(post paulo papam factum),* atque Christophorum consiliarium una cum praelato Fulrado in partes Tusciae ad praedictum Desiderium. Cum quo loquentes confestim conscriptam paginam terribili iuramento isdem Desiderius cunctam professus est superius adnexam sponsionem adimplere. *J.* 2) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 3) *Non tangit papa promissionem Desiderii paulo ante Aprilem a. 760. (v. ep. 19 infra) per Remedium et Aucharium Pippini legatos factam. Qua de causa epistolam hanc ante a. 760. datam esse liquet. J.* 4) *tergiversator. J.* 5) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 6) *Cf. ep. 20:* spem nostram post Deum sicut inexpugnabilem murum firmissimam in vestram ... excellentiam habemus. 7) *Cf. ep. 22:* Nos quippe post Deum ... fiduciam nostram alibi non habemus nisi in vestram praeclaram excellentiam *et similia in epp. 24. 29. 30. 32. 35. 36. 43. 44. 54. 98 (53. 54. 55. 56).*

Etenim magnopere praesentes nostros missos, id est reverentissimum et sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum Georgium atque dilectum filium nostrum Stephanum presbiterum, ad vestram a Deo custoditam excellentiam misimus: dumque vestris Deo imitabilibus[a] vestigiis[1] fuerint una cum Rodberto fidelissimo vestro misso praesentati, cuncta viva voce christianissimę excellentiae vestrae, quae acta sunt et rei exigit meritum nobisque necessaria existentia, intimabunt. 758

Maximo namque desiderio noster[b] anhelabat animus, apostolicas excellentiae vestrae dirigere litteras salutationis[c] ac visitationis ob causam et rerum eventus significandum: et minime valuimus, inminentibus circumquaque Langobardorum regis insidiis. Attamen ecce iam duas apostolicarum litterarum adsertiones excellentiae vestrae clam per maximam industriam misimus et ignoramus, si ad vos ipse pervenerint littere, unde ambigimus, ne a Langobardis[d] conprehendantur[e].

Pro quo et nunc per praenominatos nostros missos alias vobis litteras[2] misimus — quasi obtemperantes prefati Desiderii regis voluntati — suos hospites[3] absolvendum et pacem confirmandum; sed, bone, excellentissime fili et spiritalis conpater, ideo istas[f] litteras tali modo exaravimus, ut ipsi nostri missi ad vos Franciam valerent transire, quoniam, si hoc non egissemus, nulla penitus ratione per Langobardorum fines transire valuissent. Sed, susceptis ipsis litteris, earum seriem nullo modo perficiatis neque praefatos hospites[3] permittatis[g] parti Langobardorum restituerae. Potius autem coniuramus te, excellentissime fili et spiritalis compater, per Deum vivum et corpus beati Petri, ut fortiter ipsum Desiderium vel eius Langobardorum gentem constringere iubeas, quatenus praefatas, quas pollicitus [est][h], civitates tuae mellifluae excellentiae et per te beato Petro fautori[i] tuo restituat; quoniam nullam, ut praelatum est, de his, quae primitus pollicitus est, cum eo firmam valuimus stabilire convenientiam.

Oramus autem omnipotentem Deum, ut pio intuitu de throno[k] maiestatis suae super vos vestrumque regnum respiciat et sua dextera excellentiam[l] vestram circumtegat atque in omnibus muniat et presentis vitae cursum salubriter exsequi et regni potentiam gubernare permittat per plures annorum mętas una cum excellentissima et a Deo servata filia et spiritali nostra commatre[4] atque amantissimis vestris meisque filiis; et gaudeatis de eorum florigero germine: et mittat omnipotens Deus, ut semen vestrum splendidissimum usque in finem mundi eundem regni fruatur culmen: etiam venturo in saeculo infinita gaudia cum sanctis et electis suis vobis concedat, quatenus sicut in praesenti vita et in futura beatitudine[m], adepti promissam vobis mercedis coronam, cum Christo regnare mereamini.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM.

Pro vere[n] benedictionis causa direximus vobis apallaream[5] unam, spatam ligatam in gemmis cum balteum suum, anulum unum habentem iacinthum, storacin[6] pallium unum habentem paones; quam parvam[o] benedictionem petimus ut excepta iniuria suscipere iubeatis. Domno Carolo et Carlomanno pro magna apostolica benedictione anulos singulos habentes yacinthos.

a) amitabilibus V. b) nostrọ V. c) salutationes *ex* salutationis, *ut videtur*, *corr.* V. d) langabardis V. e) *inter* hen *et* tur *est* san *erasum in* V. f) issas V. g) permittitas V. h) *om.* V. i) faustori V. k) thro V. l) ecellentiā V. m) beatitududine V. n) *scr. corrector pro* vero *in* V; verae *G.* o) parva V.

1) *Cf. ep. 18:* vestra ... Deo imitabilia ... vestigia, *epp. 24. 26:* vestris Deo imitabilibus ... vestigiis. 2) *Cf. ep. 16 supra p. 513. 514. J.* 3) *obsides. J.* 4) *Bertrada regina. J.* 5) *cochlear.* 6) *holosericum.*

18.

759 *Paulus I. papa Pippino regi Georgium (Ostiensem) episcopum desideria ecclesiae perferentem commendat atque (Pippinum) filium regis nuper natum e baptismate suscipere se cupere significat.* *(759. in.)*

Cod. (XXIII) fol. 33–34[a].

Edd. Gretser 23, Cenni 21, Jaffé 18. — Jaffé, Reg. 2343 (1794).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Solet epistularis visitatio mentem semper reficere[b] et materia quodammodo caritas existere. Quia ergo spiritalium dilectio sincera[c] filiorum paternos sustinet desideranter[d] affectus, summa nos cum alacritate implere convenit, quod pure conscientiae deposcit affectus. Et licet ad reddenda paternae caritatis officia, prolixitate itineris imminente, raritas portitorum impediat: quotiens autem necessitas inciderit occasio[e], excellentissimam christianitatem vestram non desistimus[f] scriptis discurrentibus visitare et honore solito amplectentes utilitate[g], quatenus hoc, quod oculis carnalibus praesentium videre non possumus, eos aliquatenus scriptis valeamus alternantibus intueri.

Itaque ita ubique Deo inlustrate excellentiae vestrae merita diffusa divulgavit opinio, ut ex rebus ab ea gestis omnibus laudabiliter demonstretur. Unde, in quantum valet nostri oris assertio, protense laudationis adtestatione vestrae eximietati gratiarum reddentes actiones, aptum prospeximus praesentem sanctissimum atque reverentissimum fratrem Georgium et coepiscopum nostrum illuc usque ad vestra praeclara Deo imitabilia[h] transmittendum[i] vestigia [1], cui singillatim[k] omnium spiritalis matris vestrae, sanctae Dei ecclesiae, et istius a vobis redempte provintiae utilitatum necessitates a Deo protegende sublimitati vestrae excellentiae referendas[l]. Sed petimus, a Deo servate fili et spiritalis compater, benignissime rex nosterque post Deum liberator, et obnixae deprecamur, ut iubeas eundem nostrum missum benigno solitoque gratulationis aspectu commendatum suscipere nostrisque postulationibus, quae ad exaltationem sancte[m] Dei ecclesiae et maximae ad tuae anime mercedem et aeternam memoriam respiciunt, a Deo inpulsas benignitatis tuae aures et congruum atque velotiorem de cunctis adhibere digneris effectum, quoniam, sublimissime regum, amantissimę fili et spiritalis compater, ad hoc te omnipotens Deus sanctae suae ecclesiae voluit per manus beati Petri liberatorem adesse, ut tuo solito praesidio plenissima salus et redemptio sanctae suae Dei ecclesiae et istius provintiae proficiat.

Orantes dominum Deum nostrum, qui actus vestros ita sua pietate disponat, quatinus excellentiae vestrae praesentis vitae spatia cum prosperitate disponat, victoria regni gubernacula perfruens longeviter exequatur et ad promissionis aeternae praemia cum dulcissima coniuge, excellentissima regina, spiritale nostra commatre, et eximiis natis, idem regibus, cum securitate pertingat et in celestibus regnis cum sanctis et electis suis utrosque vestrum isdem omnipotens Deus faciat perenniter gratulari.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum gloriosum regem per georgium episcopum directa, in qua continentur gratiarum actiones pro liberatione sanctae dei ecclesiae; et in emboli postulat, ut filium eius, qui tunc natus fuit, ut ex sacro babtismatis fonte excipere mereretur. b) *sic scripsit J pro* solet epistularis latio mentem semper visita reficere *in V.* c) sincere *V.* d) *corr. ex* desidenanter *manus recens in V;* desideranter *G.* e) ocęosio *V.* f) desistitmus *V.* g) *sic. J.* h) imitalia *V.* i) transmittendendum *V.* k) singiblatim *V.* l) *sic. J.* m) sęe *V.*

1) *Cf. supra p. 517 n. 1.*

Interea, sublimissime regum, nostrae praelatum est notioni, quod Dei nutu novum regem ex vestris visceribus ad exaltationem sanctae suae ecclesiae omnipotens Dominus contulit[1]; de cuius nativitate maximo gaudio sumus relevati. Unde obnixe te petimus, ut a sacratissimo baptismatis lavacro eundem eximium[a] vestrum filium suscipere mereamur, quatenus duplex spiritus sancti gratia[b] fiat in medio nostrum et gemine festivitatis nobis oriatur laetitia. 759. 760

19.

Paulus I. papa Pippino regi, Desiderio Langobardorum rege rogante, nuntiat, se pacto inter hunc et Pippini legatos Remedium (Rotomagensem) episcopum et Aucharium ducem inito, quo omnes beati Petri possessiones intra Aprilem mensem anni 760. recipiat, partem iam redditam, partem promissam habere; petit, ut omnia Stephano II. promissa solvenda curet, et Petrum presbyterum eiusque mandata commendat. *(760. Apr.)*

Cod. (XXI) fol. 31'—32'[a].

Edd. Gretser 21, Cenni 20, Jaffé 19. — Jaffé, Reg. 2344 (1795).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Quia excellentia vestra merito bonorum operum superno examine fuerit comprobata, ipsis iam in manifesto rerum est exhibitarum effectu demonstratum, dum nimirum, adepta desuper divinae sapientiae participatione, regalis fastigii sceptra caelesti benedictione constet effectius promeruisse. Unde — cum sibi hanc ab omnipotente Deo gratiam missam eximietatem vestram non ambigit profecto ei placere, qui eam contulit — totis intendit nisibus et pro eius, quam suo eruit divino nutu certaminae, scilicet sanctae universalis ecclesiae et exaltationis vigore decertare non desistit cordis sui oculis a Deo protegenda eximietas vestra, adhibens illa, quae sibi pro huiuscemodi laboris fructu a beato apostolorum principe Petro caelorumque regni clavigero aetherea promissa sunt premia, ubi iam non humana inter homines[b] gloria, sed inter angelos divina numquam amittenda felicitate gaudetur. Exultaque et laetare, felicissime rex, quia, te annuente Deo certante[c], sancta spiritalis mater vestra, universalis Dei ecclesia, ab emulorum insidiis erepta atque exaltata triunphat fidesque orthodoxa tuo zelo et fortitudinis brachio inlibata ab ereticorum iaculis consistit. Pro quo beatus et iustus effectus es in omnibus operibus tuis, fili dulcissime et spiritalis compater, victoriosissime[d] eximieque rex.

Indicamus siquidem praecelsae christianitati vestrae, quod nuper, dum ad nos coniunxissent fidelissimi missi[e] vestri, scilicet a Deo amabilis[2] Remedius germanus[f] vester atque Aucharius gloriosissimus dux, constitit inter eos et Desiderium Longobardorum regem, ut per totum instantem Aprilem mensem[g] istius tertiae decimae[h]

a) eundē maximium *V.* b) grati *V.*

19. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem per petrum presbiterum directa, in qua continentur abbasciatum remedii episcopi et audegarii comitis, qualiter iustitias beati petri apostolorum principis apud desiderium quondam regem ex parte receperunt, et reliquas iustitias faciendum pollicitus est. b) homine *V.* c) certamine *V.* d) victorosissime *V.* e) fidelissimissi *V.* f) germa *V.* g) mensis *V.* h) XIIImae *V.*

1) *Pippinum initio a. 759. natum esse, exposuit Oelsner, Jahrbücher p. 324. 325.* 2) *Cf. supra p. 505 n. 6.*

760 indictionis omnes iustitias fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis — omnia videlicet patrimonia, iura etiam et loca atque fines et territoria diversarum civitatum nostrarum rei puplicę Romanorum — nobis plenissime restituisset. Unde eccae ex parte quidem eisdem iustitiis nobis isdem Langobardorum rex fecisse dinoscitur; et reliquas omnes iustitias se profitetur átque omnino spondet nobis esse facturus.

Quapropter inpensius nos prelatus Desiderius Langobardorum rex obsecratus est, ut vestrae a Deo protectę excellentiae nostris apostolicis relationibus intimare debuissemus. Et ecce, sicut nostro post Deum liberatori, hoc ipsud eximiae atque sublimissimę et a Deo protectae christianitati vestrae per has apostolicas nostras innotuimus syllabas, dirigentes magnopere ad vestram a Deo inspiratam praecelsam sublimitatem praesentem dilectum filium nostrum, Petrum presbiterum. Quem petimus benigno solite aspectu a vobis suscipi, et cum effectu atque prospero nuntio de perfecta plenariaque iustitia diversarum causarum fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, ad nos remeandum absolvere[a] dignemini[1].

Si vero in ea, quam[b] prelatus Desiderius rex vel eius Langobardorum gens profitentes pollicentur, permanserint sponsione nobisque omnia[c], secundum ut constitit et pactuum foedera continentur, restituta ab eis nobis fuerint, tunc a Deo conservandae excellentiae vestrae meritum intimantes innotescimus rei.

Unde obsecrantes petimus et obnixe deprecamur, immo et coniuramus te, excellentissimae atque christianissimae rex, amantissime fili et spiritalis compater, per omnipotentem Deum et beatum Petrum, qui te in regem unxit, ut perfectius ea, quae pertinent ad exaltationem et ad ampliatam liberationem sanctae Dei ecclesiae et istius a vobis redemptae provintiae, sicut beato Petro et nostro praedecessori, pontifici sanctae recordationis, domino et germano nostro, beatissimo Stephano papae, polliciti estis, cuncta perficere et adimplere iubeatis, quatenus promissam[d] et repositam vobis mercedis coronam de mano omnipotentis Dei recipiatis[2]; orantes de reliquo omnipotentis Dei nostri misericordiam, ut sua vos circumtegat gratia una cum dulcissima coniuge, excellentissima[e] regina, filia et spiritali nostra commatre, atque amantissimis natis, idem[f] praecelsis regibus, et presentis regni culmen triumphum victoriae possidere [et][g] eterna gaudia in celestibus regnis cum sanctis perfrui cedat.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

20.

Paulus I. papa Pippino regi litteras mittit fidelium quorundam significantium, patricios sex Constantinopoli cum classe Romam delegatos in Franciam inde navigaturos videri, et nuntiat, Desiderium regem et pactum cum Francorum legatis initum violasse et in fines suos irruisse minacesque ad se litteras (adnexas) dedisse; ad Conibertum regis

---

a) absolveret *V.* b) *corr. ex* quae *V;* quem *G.* c) somnia *V.* d) promissa *V.* e) excellentissime *V.* f) *bis scr. V.* g) *om. V.*

1) *Cf. supra p. 507 n. 2.* 2) *Cf. ep. 24:* ut perfectam mercedem et repositam plenissime redemptionis nostrae coronam a ... domino Deo nostro ... consequi mereamini, *ep. 31:* quatenus repositam sibi in caelestibus regnis coronam mercedis a domino Deo nostro percipere mereatur, *ep. 36:* ut ... mercedis vobis in caelo repositam coronam consequi mereamini, *epp. 43. 98. 99.*

nuntium revertentem provocans subsidium petit legatosque et Romam duos et Ticinum unum mitti cupit. 760?

(760?)

Cod. (XXIV) fol. 34 - 34'[a].

Edd. Gretser 24, Cenni 38, Jaffé 20. — Jaffé, Reg. 2345 (1811).

DOMINO EXCELLENTISSIMO[b] FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO [REGI][c] FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

A Deo institute praecellentiae vestrae his nostris apostolicis syllabis[d], bone, potentissime rex, fili excellentissime et spiritalis compater, sicut nostro post Deum liberatori ea, quae ad agnitionem nostram de diversis adveniunt partibus, summopere innotescere studemus.

Agnoscat siquidem eximietas vestra: intimassae nobis quidem sincerissimi fideles spiritalis matris vestrę, sanctae nostrae ecclesiae, quod sex patricii, deferentes secum treccenta navigia simulque et Siciliensi stolum, in hac Romana urbe absoluti a regia urbe ad nos properantur. Quid eos velle acturos aut pro qua diriguntur causa, rei veritatem ignoramus: hoc tantum nobis nuntiatum est, quod ad nos progredi et vestram summe laudabilem praecellentiam Franciam gradiendi[e] sint[f] dispositi. Easdemque nobis distinatas litteras infra hec nostra scripta vestrae excellentiae direximus intuendas.

Itaque et hoc conservande eximiętati vestrae innotescimus: quod — quemadmodum in praesentia missuum vestrorum constitit cum Desiderio Langobardorum rege, ut nostras Romanorum iustitias ex omnibus Langobardorum civitatibus plenius primitus recipissemus et ita postmodum ad vicem ex omnibus nostris civitatibus in integro[g] Langobardis[h] fecissemus iustitias[1] — freti in huiuscemodi eius pollicitatione, quam in praesentia praedictorum missuum vestrorum exibuit, nostros missos direximus ad easdem recipiendas faciendasque iustitias. Ipse vero, varias adhibens occasionum versutias[2], nequaquam nobis primitus, ut constitit, plenarias de omnibus suis civitatibus facere voluit, quas exquirimus, iustitias et ita demum suas in integro ex omnibus nostris civitatibus recepisse; sed singillatim tantummodo de una civitate facere et de alia recipere maluit, volens pro hoc dilationem inferre, ne pars nostra[i] Romanorum propriam consequatur iustitiam. Et ecce nostri missi[k] nihil inpetrantes ad nos sine effectu reversi sunt. Et plures depraedationes[l] ex tunc atque multa et inaudita mala in nostris inmittit finibus. Unde ecce suas confestim direxit litteras, per quas, confidens[m] in sua ferocitate, Deum prae oculis non[n] habens nec beatum principem apostolorum Petrum metuens, comminationes[o] nobis direxit et inania detractionum verba protulit. Quas et de praesenti infra hanc nostram exarationis seriem vestro praefulgido et a Deo instituto culmini direximus, ut earum praecelsa eximietas vestra agnoscens textum consideret, quanta sit eius malitia et elationis cordis superbia, in id quod, contra beatum Petrum et vestram regalem potentiam se erigens, malitias nobis comminatur[p] inferre.

20. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eius[dem] papae ad domnum pippinum regem directa, in qua continetur, quod [s]ex pa[tri]tii cum trecentis navibus et stolum de siciliae partibus romae vel frantiae properant, et de iustitiis sanctae dei ecclesiae, quas desiderius coram missis suis facere promisit, quia nihil exinde, sicut pollicitus fuit, adimplevit. b) excellentissime *V.* c) *om. V.* d) sullabis *V.* e) grudiendi *V.* f) sụnt *V.* g) in integro *scr. J pro* intergo *in V.* h) intergo langobar *in litura in V.* i) ura *V.* k) mis *V.* l) depcationes *V.* m) considens *V.* n) no *V.* o) comnationes *V.* p) cōminatas *V.*

1) *Longe aliud pactum videtur esse atque illud quod in ep. 19 (supra p. 519. 520) commemoratur; sed in medio relinquamus, num Oelsner recte iudicet (Jahrbücher p. 344) contendens: 'Hier handelt es sich . . . um privatrechtliche Mishelligkeiten zwischen den Bewohnern der römisch-langobardischen Grenzdistricte'.* 2) *Cf. ep. 36:* occasionis versutiam adhibet.

760? 761? Sed nos spem nostram post Deum sicut inexpugnabilem murum firmissimam in vestram a Deo conroboratam excellentiam habemus[1]. Pro quo flexo poplite[a][2] petimus et per nos etiam beatus Petrus apostolorum princeps vestram adgreditur eximiam praecellentiam[3], quatenus inspiratus ab omnipotente Deo, qui vos sanctae suae ecclesiae defensorem ac liberatorem constituit, sálutem nostram amplissime procurare et contra omnium nostrorum[b] inimicorum ferocitatem et arrogantiam solite[c] auxiliator et protector noster existere iubeas, christianissimae[d] et spiritalis compater, quatenus lucratissimum[e] praemium a redemtore nostro domino Deo, intercedente beato Petro apostolorum principe, consequi mereamini et sicut terrenum, ita et celeste regnum cum sanctis et electis Dei per infinita secula consequi mereamini.

De omnibus vero subtili enarratione praesenti Coniberto, vestro fidelissimo vasso, iniunximus[f] cuncta liquidius[g] vestrae regali potentiae sucgerendum.

Sed et hoc obnixę[h] postulamus benignam excellentiam vestram: ut missos vestros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in nostro inveniantur esse auxilio[i]. Unus tamen ex eis usque Ticino properare debeat, ut, dum cum Desiderio rege loquatus fuerit, quicquid eis in responsis reddiderit, vestrae excellentiae renuntiet; reliqui vero duo cum vestro disposito et ordinatione apud nos coniungere festinent, ut in nostro, ut dictum est, consistant auxilio.

Incolumem[k] excellentiam vestram gratia superna custodiat.

21.

Paulus I. papa Pippino regi denuo confirmanti, quae beato Petro et Stephano II. papae promiserit, et nuntianti, Desiderium irruptiones superiore anno in fines Romanos factas per litteras negare, exponit, iniuriam sibi inlatam ab Andrea et Gunderico regis nuntiis coram Desiderii legatis agnitam esse; mensam, quam rex Stephano II. papae obtulerit, in sancti Petri ecclesia sollemniter collocatam nuntiat; Georgium (Ostiensem episcopum) et Petrum (presbyterum) aut retinendos aut dimittendos relinquit; Andream et Gundericum, perfecta Andreae causa, remittit. *(761?)*

Cod. (XIV) fol. 22—23'[a].

Edd. Gretser 14, Cenni 39, Jaffé 21. — Jaffé, Reg. 2347 (1815).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI[b] COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Cum maximo honorificentiae conatu et dilectionis affectu, quas preclara excellentia vestra misit litteras, adferentibus Andrea et Gunderico sollertissimis viris, christianitatis vestrae missis, acceptantes suscepimus[c] litteras. Quibus, solita gratulatione[d] laetitia relegentes, et mente et corde oppido sumus lętati, dum per eas optata nobis desiderio affectio et letitiae[e] cumulum de vestra amplissima prosperitate nobis confertum est; Deo omnipotenti inmensas referentes grates, qui nos, iuxta ut crebro

a) populite *V.* b) ñro *V.* c) solit *V.* d) *an* rex *sive* fili *addendum?* e) lucritissimum *V.* f) iniuximus *V.* g) aliquidius *V.* h) bbnixę *V.* i) ausilio *V.* k) *corr. ex* incolomem *V*; incolumem *G.*

21. a) *Lemma:* item exemplar epistolae pauli sanctae recordationis romanae antestite per andream et gundricum missa, in qua continentur gratiarum acciones et postulationes, volendo adiutorium optinere contra langobardos. b) spirilitali *V.* c) soscepimus *[?] V.* d) *an* gratulationis? *J.* e) letitia *V.*

1) *Cf. supra p. 516 n. 6.* 2) *Cf. ep. 36:* flexis poplitibus, *ep. 98:* flecso poblite. 3) *Cf. supra p. 510 n. 2.*

optamus, de vestra inmensa sospitate laetos reddere annuit. Nihil enim nobis dulcius, 761?
nihil suavius in hac vita extitit, quam vestrae incolomitatis gaudia assiduae prosperis relationibus addiscere, dum nimirum prosperitatis vestrae laetitia sanctae Dei ecclesiae exultatio et omnium orthodoxorum extitit uberrima defensio[1].

Et eis denique a vobis[a] directis syllabis nos certos et in omnibus reddidistis, vos paratos adesse in adiutorium et defensionem sanctae Dei ecclesiae, in quibus necessitas ingruerit, atque in ea vos fide et dilectione firmiter esse permansuros, quam[b] beato Petro apostolorum principe atque beatissime recordationis domno et germano meo Stephano, sanctissimo papę, polliciti[c] estis, omnia adpleri et inviolabiliter[d] conservari adfirmantes, quae eidem Dei apostolo polliciti[e] et ob veniam delictorum vestrorum confessi[f] estis. Quod[g] quidem nos, dum cor excellentiae vestrę in manu Dei est et divina benedictione sanctae unctionis[h] gratia per apostolum eius et regni caelorum clavigerum, beatum Petrum, in regem, excellentissime atque praecellentissime rex, esse dinosceris[i] unctus, — magna nobis id est confidenti[k] spes, quod in ea ipsa caritate et dilectione adque promissione, quam caelestis regni ianitori spopondere studuistis, vos firmiter esse permansurum, dum et procul dubio et per litteras et vestros[l] sedulae destinatos missos nobis confidendi materia conferitis[2].

Unde et nos firmiter in vestra caritate et dilectione cunctis diebus vitae nostrae erimus permansuri, et nullus nos poterit per quamlibet temporum interruptionem a vestro amore et caritate atque dilectione[m], que[n] medio nostrum adnexa est, separare[3]. Pro quo obnixis deprecationibus queso et coram terribili futuro iuditio excellentiam vestram coniurans deprecor, ut, iuxta quod ex vestro mellifluo ore prolata et beato Petro promissa sunt, firma constantia permanere iubeatis, respuentes inimicorum sanctae Dei ecclesiae et fidei orthodoxe inpugnationum inpias suasiones et inanes promissiones; et Deo magis et beato Petro semper placere procurate, qui vobis presentis regni gubernacula tribuit, quatenus, ut[o] temporalis regie potestatis vel culmen largiri dignatus est, caelestia quoque vobis regna perenniter tribuat possidenda et inmensas de ostibus apostolorum principis suffragiis largiri dignetur victorias.

De eo vero, quod innotuit excellentia vestra, vobis a Desiderio[p] Langobardorum rege[q] esse insinuatum, nullam malitiam vel invasionem a Longabardis in nostris partibus fuisse infertas, omnino credat nobis benivola excellentia vestra, non veridice in hoc vobis direxisse[r]. Etenim, benignissime fili et spiritalis noster compater, christianissime rex, dum tantas sedulae ab eisdem Longabardis devastationes in nostris finibus ac civitatibus facte fuissent et a nobis ex hoc ammonitus fuisset, comminationis suae ad nos direxit litteras, quas necessitate coacti infra nostras apostolicas litteras[4] hoc preterito anno[5] vestrae excellentiae direximus intuendas. Hostiliter quippe in civitate nostra Synogaliense pergentes, ferro et igne, que extra eandem civitatem consistebant, devastaverunt et, plurimam exinde abstollentes praedam, aliquantos ibidem interfecerunt homines. Similiter et in partes Campaniae[s], id est castro nostro qui

a) nobis *V.* b) cum *V.* c) solliciti *V.* d) violabiliter *V.* e) pollititi *V.* f) consessi *V.* g) *an* quoad? *J.* h) iuntionis *V.* i) dinoscetur *corr. in* dinosceris *V;* dignoscetis *G.* k) inest confidendi *pro* id est confidenti *Martens (Die Römische Frage p. 25 n. 1) ponere vult.* l) uřis *V.* m) lectione *V.* n) qūe *V.* o) et *V.* p) derio *V.* q) regē *V.* r) direxiseus *V.* s) cappaniae *V.*

1) *Cf. supra p. 509:* benignitatis vestrae litteras — est securitas *et ibidem n. 2.* 2) *Cf. ep. 22:* magna nobis in hoc credendi materia conferitur, *ep. 37:* maximam confidendi materiam intulistis, *ep. 40:* fidutiae materia de vobis admissa est. 3) *Cf. ep. 98:* in vestra caritate ac ... dilectione ... firmi ... satagimus fine tenus permanendum et per nullam temporum interruptionem a vestra nos caritate separamus. 4) *Cf. ep. 20 supra p. 521. J.* 5) *Si ep. 20 anno 760. scripta est, hanc anno 761. datam esse constat.*

761 ? vocatur Valentis, hostiliter inruentes, talia sicut pagane gentes egerunt. De quibus usque hactenus nequaquam iustitiam ab eis recipere valuimus. Et ideo[a] excellentiae vestrae direximus, ut vestrum annuissetis dirigere missum, quatenus eius presentia inter partes iustitiae[b] provenissent, ut non ex hoc aliqua a nostra vel Langobardorum parte ad easdem proveniendum iustitias dilatio proveniret. Unde pro vestra amplissima satisfactione adprobationem fecimus in praesentia praedictorum vestrorum fidelium missorum cum iam dictis Langobardorum regis missis; et satisfacti sunt vestri missi de tantis iniquitatibus et cognoverunt nostram[c] veritatem et eorum mendacium. Et ob hoc non[d] possumus tantas ab eis nobis sedule infertas malitias tacere: sed necesse nobis, vestro regali culmini, utpote post Deum huius provintiae liberatori, cuncta innotescere, quo per vos omnis istius provintiae a vobis redempte populus ad suam pertingere valet iustitiam.

Interea, praecellentissime ac[e] benignissime rex, christianissime fili et spiritalis compater, suscepimus et mensam illam, quam olim sanctae recordationis domino et germano nostro, beatissimo Stephano papae, et per eum beato Petro apostolo obtulistis: quam et cum ymnis et canticis spiritalibus, laetaniae laudes solemniter Deo referentes, infra aulam ipsius principis apostolorum introduximus; quamque vestri missi in sacram confessionem, super corpus scilicet eiusdem caelorum regni ianitoris, ex vestri persona obtulerunt; quam et chrismate unctionis sanctificantes et sacram oblationem super eam inponentes, sacrificium laudis Deo omnipotenti pro aeterna animae vestrae remuneratione[f] et regni vestri stabilitate offeruimus, decernentes apostolica censura sub anathematis interpositione, nulli umquam licere eam ab ecclesia beati Petri alienare. Et ecce memorale vestrum in eadem apostolica aula fulgens permanet in aeternum[1], cuius remunerationem vos credite a iusto retributore domino Deo et beato apostolorum principe Petro in caelestibus regnis adepturum.

De Georgio[g] itaque et Petro quod innotuistis, omnino agnovimus. Sed hoc in vestrae voluntatis[h] arbitrio[i] relaxamus, ut, qualiter vobis placuerit, ita ex eis agatis[k], sive illic[l] apud vos eos detinendo sive etiam ad nos absolvendo, quoniam omnia, quae vobis placita sunt[m], et nobis omnino congrua et prospera esse videntur.

Prelati denique missi vestri omnia, quae a vobis illis iniuncta extiterunt, liquidius nobis retulerunt. De quibus ad singula responsum reddimus eosque de cunctis informatos ad vos enarrandum absolvimus, perfitientes et causam predicti Andreae, ut eius fuit voluntas et vestra extitit preceptio.

Eph. 2, 4. Omnipotens autem Dominus, 'qui dives est in misericordiis', suae extensionis brachio vos continua defensione protegat et omnes adversarios ac rebelles vestris regalibus subiciat vestigiis, tribuens longeviter ac salubriter una cum excellentissima filia et spiritali nostra commatre, benignissima regina, et amantissimis natis Carolo et Carlomanno, excellentissimis regibus et patriciis Romanorum, atque Gisila nobilissima regni gubernacula possidenda et aeterna premiorum[n] gaudia cum sanctis et electis perfruenda.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) idoo V. b) iustiae V. c) vestram V. d) no V. e) aę V. f) remuneratione̅ V. g) regio V. h) *bis scr.* V. i) arbitri V. k) agratis V. l) *corr. ex* illis V. m) suntunt V. n) premiarum V.

1) *Cf. ep. 30 notam extremam et ep. 69:* atque memoriale vestrum in ecclesia eiusdem Dei apostoli opinatissime in aeternum permaneat *et ep. 71:* opinatissimę vestra memoria ... in celestibus regnis maneat ampliata.

22.

Paulus I. papa Pippino regi per Wilharium (Nomentanum) episcopum revertentem atque Dodonem et Wichadum confirmanti, quae beato Petro et Stephano II. papae promiserit, et perquirere cupienti, num beato Petro a Langobardis satisfactum sit, respondet, eorum versutia agnita, ecclesiam regis indigere praesidio, ad eius nuntios bene a se instructos provocans. (c. 761. 762.) c. 761. 762

Cod. (XIX) fol. 29—29'[a].
Edd. Gretser 19, Cenni 42, Jaffé 22. — Jaffé, Reg. 2348 (1819).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTRO ET SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Ad referendas gratiarum actiones praeclarae ac benignissime excellentiae vestrae ob tanta[b] beneficia[c] praesidii sanctae Dei ecclesiae et populo Romano a vobis irrogata nullus ut opinor humanus sermo sufficere valebit, neque praemiorum huius mundi ad horum remunerationem digna vobis possunt rependi: verumtamen est unus solus et verus in tribus substantiis consistens Deus, qui iusta caelestis regni gaudia et victoriae triumphum inpertire ac retribuere excellentiae vestrae potest[1].

Interea properantibus ad nos Wilchario, scilicet reverentissimo fratre et coepiscopo[d] nostro, atque Dodone et Wichado fidelissimis vestris missis, obtulerunt nobis mellifluos ac desiderantissimos apices a vestra destinatos christianissima excellentia. Quos intuentes, protinus agnita prosperitas vestrae laetitiae, solito exultationis gaudio interna pectoris nostri viscera redundaverunt, creatorem nostrum ac redemptorem dominum Deum continuis precibus inplorantes, ut diu nos ac sedule de vestra ampliori iocunditate et caelitus de hostibus concessis vobis victoriis annuat gratulari.

Ad vero, excellentissime fili et spiritalis compater, per easdem honorabiles vestras syllabas certissimam nobis solite pollicitationis fiduciam contulistis: vos firma perseverantia decertaturos fore ad defensionem sanctae Dei ecclesiae et universi populi Romani atque totius provintiae, iuxta id quod polliciti estis beato Petro et eius vicario, prodecessori nostro, domino et germano meo, sanctae recordationis Stephano pape, et in ea vos sponsionis fide permansuros. Et profecto, bone, christianissime atque a Deo institute rex, magna nobis in hoc credendi materia conferitur[2]; nec enim aliter fidelium mentes estimare possunt quam id, quod crebro a vobis pio intuitu operatum cernimus et rei experimentum didicimus.

Sed, bone[e], potentissime regum, ecce nunc oportunitas, ecce necessitatis dies cogunt et tempus ingruentis meriti exigit, ut sanctae Dei ecclesiae et huic a vobis liberate provintiae solite subvenire atque succurrere quantotius christianitas vestra satagat. Nos quippe post Deum et eius sanctam gloriosam genetricem atque sacra-

22. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem per wilharium episcopum atque dodonem et wichadum directa, in qua continentur gratiarum actiones, eiusdem papae fidei constantia, ut nullus favor aut terror ab eius amore aut caritate ullomodo posset separare. b) tanda *V.* c) beneficii *V.* d) coeps̄ *V.* e) pone *V.*

1) *Cf. ep. 36:* licet ... digna rependere non valemus, est tamen ... dominus Deus noster, ... qui dignam praemiorum in praesenti ac futura vita praecellentiae vestrae rependere potest remunerationem, *ep. 38:* licet in hoc humanae considerationis capacitas rependendi nequeat, verumtamen ille, qui potens est, ... dominus Deus noster ... dignam vobis remunerationem in praesenti vita et in futura beatitudine retribuet, *ep. 39:* licet in hoc mentis consideratio et possibilitas coartetur vobis digna rependere, verumtamen est ... dominus Deus noster, qui digna vestrorum retribuet operum merita, *ep. 46:* licet digna vobis ab hominibus ... rependi non possit vicissitudo, verumtamen ... Deus noster, qui potens est, ... vobis caelestium retribuet praemiorum reconpensationem. 2) *Cf. supra p. 523 n. 2.*

761.762 tissimos ipsius apostolos fiduciam nostram alibi non habemus nisi in vestram praeclaram excellentiam[1]. Tu enim post Deum nobis refugium, christianissime rex, tu cum Dei brachio firma existis opitulatio, et vestri a Deo confortati regni severitas nostra est inmensa laetitia, quoniam tam nos quamque universus noster populus istius provintiae — divina vos satisfaciat maiestas — firmi atque inmobiles in vestra caritate ac dilectione et regni vestri a Deo protecti Francorum amoris constantia permanentes permanebimus, et nullus nos poterit humanus favor aut terror a vestri amoris dulcedine caritatisque affectu separare, sed una nobis erit in vestro amore vita ac mors.

Quia vero innotuistis: ob hoc vos praesentes direxisse missos, ut agnoscere per eos valuissetis, utrum nobis a parte Langobardorum plenariae facte fuissent iustitiae an non[2], ipsi omnino cause meritum comperti sunt et callidam versutiam atque solite falsiloquam propositionem eorumdem vestrorum nostrorumque emulorum agnoverunt, eisque ad vos revertentibus Deo propitio, vestris propalabunt in auribus. Eis denique de singulis quae a vobis iniuncta habuerunt nobis referentibus, singillatim de omnibus responsum reddentes, in eorum posuimus ore, quae vestrae excellentiae suggerere debeant; effectum ex hoc a vestra adhipisci obtantes excellentia.

Deus autem omnipotens de throno suae maiestatis super vos regnumque vestrum atque amantissimam coniugem, praecelsam reginam, spiritalem vero commatrem nostram, atque dulcissimos, vestros quidem carnales natos, nostros autem spiritales filios, nec non et super universum Francorum populum respicere dignetur et sui brachii dexteram super vos extendat atque victorias vobis de caelo concedat omnesque adversarios ante faciem vestram prosternat et praesentem vitam longo senio et futuram beatitudinem vobis tribuat perenniter possidendam.

Deus te incolomem custodiat, excellentissime fili.

23.

Paulus I. papa Pippino regi petenti monasterium Soractense cum tribus ad id pertinentibus coenobiis concedit, abrogans cum alias tum illam tabulam, qua Zacharias papa idem monasterium Carolomanno Pippini fratri donaverat.

(761. Sept. 1. — 762. Aug. 31.)

Cod. (XII) fol. 21—21' [a].

Edd. Gretser 12, Cenni 32, Jaffé 23. — Jaffé, Reg. 2349 (1807).

PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, PRECELLENTISSIMO FILIO PIPPINO, REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM, ET PER EUM VENERABILI[b] MONASTERIO BEATI SILVESTRI CONFESSORIS[c] CHRISTI ATQUE PONTIFICIS VEL CUNCTE MONACHORUM CONGREGATIONI NUNC ET IN POSTERUM ILLIC CONSISTENTIUM IN PERPETUUM.

Salubri providentia, quicquid venerabilium locorum requirit utilitas, illis nimirum committendum credimus esse personis, quibus divinae inlustrationis gratia diffusa, ea, quae[d] pertinent ad laudem redemptoris nostri et ad maximum redintegrationis[e] statum sanctorum locorum pertinere monstratur, totis conatibus perficere nituntur. Et quoniam

---

23. a) *Lemma:* exemplar praecepti, quod fuit factum a paulo, sanctae recordationis pontificae sanctae romanae ecclaesiae et universali papae. b) invenerabili *V.* c) *scr. corrector pro* confessores *in V.* d) eū quae *ex parte erasum in V.* e) redintegritationis *V.*

1) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 2) *Cf. epp. 20 et 21 supra p. 521 et 524. J.*

constat precelsa[a] eximię̧tas vestra a nobis petisse[b] monasterium, scilicet beati Silvestri pontificis atque confessoris, situm in monte Seraptim[c] [1], nec non et alia illi tria subiacentia monasteria, sancti scilicet primi martyris Stephani[2] et beati Andręę[d] apostoli atque Victoris, [cum] universis rebus et possessionibus[e], locis etiam et diversis presidiis vel omnibus eis generaliter pertinentibus in integrum[f]: ecce, precelsae excellentiae vestrae voluntati annuentes, per huius precepti seriem nostrum monasterium beati Silvestri cum predictis aliis tribus ei subiacentibus monasteriis, id est beati Stephani atque beatorum Andreae et Victoris, cum omnibus eis generaliter et in integro pertinentibus a presenti quintadecima indictione[3] et in perpetuum pro sustentatione peregrinorum et alimoniis fratrum nostrorum, Christi pauperum atque monachorum illic nunc et in posterum spiritalem vitam degentium firma stabilitate vobis concaedimus; et per vos in prelato venerabili monasterio hanc nostram apostolicam exarationis preceptionem perenniter[g] permanendam concedimus atque largimur, quatinus[h] vestro studio ea, quae ad laudem redemptoris nostri et meliorem statum predictorum venerabilium monasteriorum pertinere noscuntur, in omnibus Deo[i] auspice pro aeterna excellentiae vestrae memoria et maxima remunerationis mercaede[k] nihilhominus proficiant; decernentes itaque, si quo tempore preceptum illud, quod a sanctę recordationis predecessore nostro, beatissimo domno Zacharia papa, quod Carlomanno germano vestro de eodem monasterio emissum est, vel aliud quodlibet de ipsis prefatis monasteriis munimen ibi[l] repertum fuerit, causam[m] inanem atque vacuam[n] esse, nullam in se habentem firmitatem: statuentes interea et hac[o] apostolica censura, divini iudicii obtestatione et anathematis interdictione, haec, quę ad laudem Dei dinoscimur constituisse, pro sustentatione peregrinorum, ut dictum est, et cuncte monachorum illic consistentis[p] congregationis stabilitate in perpetuo permaneri inlibata. 758-763

24.

Paulus I. papa Pippino regi se beato Petro satisfacturum esse promittenti duabus epistolis et per Langbardum et per papae legatos revertentes missis gratias agit eumque, ut efficiat, quae Stephanus II. ab eo petierit, commonefacit. Pippino petente, Marino presbytero titulum s. Chrysogoni per praeceptum concedit. Mittit libros graecos et horologium nocturnum. *(758—763.)*

Cod. (XXV) fol. 35—36[a].
Edd. Gretser 25, Cenni 16, Jaffé 24. — Jaffé, Reg. 2351 (1788).

a) *corr. ex* preselsa *V.* b) s *priorem superscr. corrector in V.* c) *scr. corrector pro* quuseraptem *in V;* seraptin *G.* d) *super* andrę *scr.* ę *corrector in V.* e) possionibus *V.* f) in *superscr. corrector in V.* g) en *superscr. corrector in V.* h) *scr. corrector pro* quatenus *in V;* quatenus *G.* i) *add. aut corrector aut Tengn. in V;* deo *add. G.* k) *sequitur una littera erasa in V.* l) *corr. ex* ubi *V.* m) *scr. corrector pro* causum *in V.* n) *scr. corrector pro* vacuum *in V.* o) *scr. corrector pro* hoc *in V.* p) *scr. corrector pro* consistentes *in V.*

24. a) item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem[aa] per langbard directa, in qua continentur gratiarum actiones et uberrime benedictiones pro vita et incolomitate ipsius vel domni karoli et carlomanni, nobilissimis liberis eius; volens adiutorium obtinere cum multis adiurationibus contra langobardos; et in embolo continetur a praecepto, quod marino presbitero direxit de titulo chrisogoni, et de libris, quos ei transmisit.

aa) *hucusque litterae rubrae et quae vocantur capitales in V.*

1) *Soracti. J.* 2) *Marianense; cf. Benedicti S. Andreae monachi chron. (SS. III, 704). J.* 3) *a die 1. m. Sept. a. 761. ad diem 31. m. Aug. a. 762. pertinente. J.*

758-763 DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Properans ad nos harum litterarum transvector, Langbard scilicet inluster vir, fidelis eximietatis vestrae missus, detulit nobis nectaream atque florigeram a Deo protecte excellentiae vestrae syllabarum relationem. Cuius adnexam paginam enucleatius perscrutantes[a], quae textus eius loquabatur, ad singula comperimus. In ipsis quippe sublimitatis vestrae affatibus desiderabilem nobis et super omnia huius mundi delectamenta amplectabilem sospitatis vestrae laetitiam agnoscentes, uberior noster animus ovans, gaudio maxime sumus relevati[b] in id, quod obtata nostri promeruimus conperire cordis. Et postmodum nostris a vestris Deo[c] imitabilibus vestigiis[1] revertentibus missis et ea ipsa vestrae prosperitatis gaudia deferentes nobis[d] in responsis, gemina exultationis iocunditas nostro inferta est cordi. Nam et dum in auribus omnium[e] sacerdotum, cleri etiam, obtimatum et reliqui populi ampliata vestra insonuisset prosperitatis laetitia, et ex hoc nimio gaudio repleti gratulantes, exultantes una nobiscum in Domino, agnita nimirum proprii post Deum defensoris sospitate.

Porro, excellentissime et a Deo servate fili et spiritalis compater, vehementi dilectione vos erga amorem apostolorum principis beati Petri atque circa nostram caritatem vos flagrare[f], experimento didicimus, presertim dum ipsa excellentiae vestrae epistola caritatis calamo cernitur esse conscripta; etenim ex corde lingua tinxerat, quid in charte refundebat paginam. Quam ob rem magnas gratiarum actiones a Deo protecte excellentiae[g] vestrae referimus, quoniam, dum nimirum divina te clementia per interventum sui principis apostolorum defensorem atque opitulatorem, benignissime rex, sanctae suae constituit ecclesiae, cura vestrae eximietati insistit, perfectam redemptionem istius provintiae atque exaltationem huius sacrosanctae ecclesie procurare. Unde domini Dei nostri una cum[h] universo populo nobis commisso[i] imploramus clementiam, ut sua vos protegat gratia et, victoriam vobis de celo ministrans, cunctas barbaras nationes vestris subiciat vestigiis[2] et longeviter regni gubernacula faciat promereri una cum dulcissima vestra coniuge, excellentissima regina, spiritale nostra commatre[k], et vestris nostrisque amantissimis natis, domno Carolo et Carlomanno potentissimis regibus, et domna Gisila, idem[l] excellentissima, et vitae ęternae cum electis Dei concedat gaudia.

Peto itaque et deprecor te, excellentissime fili et spiritalis compater, atque per omnipotentem Deum et corpus beati[m] Petri, cuius et obtimus fidelis existis, coniuro et maximis subplicationibus deposco, quatenus iubeas sedule in tuo sancto et a Deo inspirato mellifluo corde confertum retinere illud, quod vos sanctae recordationis dominus et germanus noster, beatissimus Stephanus papa, Dei nutu ammonuit atque deprecatus est peragendum, et in ea caritate atque amicitia[n] permanere cunctaque, qualiter vos terribili adortatione adiit[o], adimplere et effectui mancipare iubeatis, ut perfectam mercedem et repositam plenissime redemptionis nostrae coronam a iusto iudice, omnium conditore, domino Deo nostro, qui vos in regem unxit, consequi mereamini[3] et gaudia in eterna beatitudine cum sanctis et electis Dei, dum plebem dominicam perfectius liberans atque sanctam Dei ecclesiam defendens divinae maiestati inlesam a sevientium malicia[p] praesentaveris[q]. Pro quo et magnam[r] post Deum,

a) percrutantes *V.* b) relati *V; cf. ep. 28:* magno gaudio noster animus relevatus est. c) *sequitur rasura unius fere litterae in V.* d) *scr. corrector pro* a nobis *in V;* a vobis *G.* e) *corr. ex* omnibus *V.* f) flaglare *V.* g) cellentiae *V.* h) *bis scr. V.* i) *corr. ex* cummisso *V.* k) comatre *V.* l) id est *V.* m) beatr *V.* n) amititia *V.* o) adiit *scr. J pro* ad id *in V.* p) maliciā *V.* q) p̄sentiaveris *V.* r) magnā, *sed lineola* m *significans erasa in V.*

1) *Cf. supra p. 517 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 520 n. 2.*

benignissime rex, in tuae pollicitationis sponsione, quam beato Petro contulisti, spei gerimus fiduciam[1] una cum omni populo istius provinciae a vobis redempto. 758-763

Salutant itaque communem excellentiae vestrae christianitatem cuncti[a] sacerdotes et clerus istius sacrosanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae, salutant vos et cunctus procerum senatus atque diversi populi congregatio, optantes una nobiscum de vestra amplissima prosperitate et uberrima laetitia diu gaudere et in domino Deo salutari nostro exultare.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

E M B O L U M.

Per aliam quippe epistolam suam a Deo protecta[b] eximietas vestra sicut certe suo bene cupienti patri direxit, quatenus titulum protectoris vestri, beati Christi martyris Chrysogoni, cum omnibus sibi pertinentibus dilectissimo atque fidelissimo nobis[2] Marino presbitero concedere deberemus; de quo et praeceptum nobis dirigi petistis. Quod nempe ob vestram dilectionem et in eo, quod fidelis vester nosterque isdem sanctissimus atque dilectissimus Marinus presbiter existit, prefati tituli[c] praeceptum cum omnibus locis et possessionibus sibi pertinentibus, urbanis vel rusticis, vobis exaratum[d] atque manu nostra roboratum per arum[3] latorem direximus eximietati vestrae deportandum.

Direximus itaque excellentissime praecellentiae vestrae et libros, quantos reperire potuimus: id est antiphonale et responsale, insimul artem gramaticam Aristolis[e], Dionisii Ariopagitis geometricam, orthografiam, grammaticam, omnes Greco eloquio scriptas, nec non et horologium[f] nocturnum.

25.

Paulus I. papa Pippinum regem rogat, ut Marinum presbyterum suum, qui, Constantino V. imperatore ipso testante, cum Georgio imperiali a secretis adversa sedi suae consilia inierit, per Wilharium (Nomentanum) episcopum alicuius Franciciae civitatis episcopum consecrari iubeat. *(758—763.)*

Cod. XXXIX fol. 46—46'[a].
Edd. Gretser 39, Cenni 19, Jaffé 25. — Jaffé Reg. 2352 (1792).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Omnino conpertum habet vestra christianissima excellentia, qualiter Marinus presbiter[4] noster ibidem ad vos moratur, iniqua operatione contra sanctam Dei ecclesiam fidemque orthodoxam, Deo sibi contrario, cum Georgio quodam imperiale a secretis consilia contra sedis nostrae contraria[5] et vestrae simili modo ingeri cupiens. Quod quidem et isdem imperator vestrae a Deo protecte excellentiae per suas innotuit litteras.

a) cunti *V.* b) protectā *V.* c) titulū *V.* d) exaratā *V.* e) *an* aristotelis? f) horogium *V.*
25. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa de marino presbitero et eius iniquo consilio et de [con]secratione ipsius.

1) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 2) *Cf. infra epp. 25 et 29. J.* 3) *harum. J.* 4) *Cf. ep. 24 supra. J.* 5) *Cf. ep. 29 infra, ex qua apparet, hanc epistolam ante annum 764. scriptam esse. J.*

758-763 Unde, quia defensorem fidei orthodoxae atque propugnatorem gregis sui vel populi christiani liberatorem christianissimam bonitatem vestram beatus apostolus et princeps apostolorum Petrus eligere et confirmare dignatus est, idcirco adoptamus atque deprecamur eximiam bonitatem tuam, optime rex et spiritalis compater, ut iubeas sanctissimo fratri nostro, Wilchario episcopo, praecipere, quatenus ipse eundem Marinum presbiterum nostra vice episcopum consecrare debeat. Et in una civitatum vestrarum illis in partibus constituta[a], in qua praeviderit vestra sapientissima eximietas, eum ordinare disponite, quatenus perpetrati sceleris sui[b] recordans se inique egisse peniteat, ne in eo, quod absit, antiquus humani generis hostis, mentem illius vagantem inveniens, quasi in sublime extollat sevissimeque quoquo modo valeat funditus disperdere. Sed magis, ut confidimus in vestram benignissimam excellentiam atque a Deo praeclaram[c] cordis vestri dilatationem[c], huic nostrae postulationi vestra praeclara excellentia aurem adcommodare dignetur, quatenus et ille securus de huiuscemodi re persistat et nos pro vestra inmensa laetitia atque sospitatis gaudio indesinenter dominum Deum caeli exorare valeamus.

Bene valete.

26.

Paulus I. papa Carolum et Carolomannum reges de muneribus non oblatis per Droctegangum (Gemeticensem) et Vulfardum (Sancti Martini Turonensis) abbates se excusantes per eosdem revertentes consolatur[1]. *(763.)*

Cod. (XLI) fol. 47'[a].

Edd. Gretser 41, Cenni 22, Jaffé 26. — Jaffé, Reg. 2353 (1796).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, CAROLUM ET CARLOMANNUM REGIBUS FRANCORUM ET PATRICIIS[b] ROMANORUM PAULUS PAPA.

Missam relationem excellentiae vestrae, deferentibus harum gerulis, Droctegangum scilicet et Vulfardum religiosis abbatibus, suscipientes, votivo sumus incolomitatis vestrae nuntio relevati, obtantes, ut vitam actusque vestros sua misericordia Dominus et protegat et disponat atque ad perfectam perducat aetatem.

Per easdem siquidem syllabas innotuistis, maximam vos tenere[c] verecundiam in id, quod interim munerum commoda per harum latores nobis dirigere [non][d] valuistis. Sed quid est, dulcissimi atque amantissimi filii, victoriosissimi[e] reges, quod nos muneribus vestris laetificare inhiatis? Nulla enim alia munera desideramus, quam vestrae incolomitatis prosperitatem sedule addiscere et de vestris profectibus gratulari: haec est locupletatio nostra, — vestram[f], quam inhianter amplectimus, exultationis[g] iocunditatem: haec[h] est exaltatio sanctae Dei ecclesiae, — et defensio fidei orthodoxae: vestrae protectionis integritas[2]. Vos quippe Dominus elegit prae omnibus regibus et liberatores sanctae suae catholicae et apostolicae constituit ecclesiae et in reges per manus beati Petri ungui dignatus est.

---

a) *corr. ex* constitutis *manus recens in V;* constitutis *G.* b) scelerisui *V.* c) *lineolam* m *significantem postea add. V.*

26. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum et carlomannum regibus directa, in qua continentur gratiarum actiones et uberrimae benedictiones. b) patriis *V.* c) tere *V.* d) *om. V.* e) victorissimi *V.* f) urām *V.* g) exultationib; *V.* h) hae *V.*

1) *Quo tempore haec epistola scripta sit, ex ep. 28 infra cognosci potest. J. Epistolam a Carolo et Carolomanno datam, quae hic commemoratur, responsum esse epistolae 33, quod opinatur Oelsner (Jahrbücher p. 381 n. 2), nobis persuasum non est.* 2) *Cf. supra p. 509 n. 2.*

Sed omnipotens Dominus, per quem reges regnant, ad perfectam vos perducat 763 aetatem et solium regni vobis vestroque praeclaro semini aevis prosperisquae temporibus ad exaltationem sanctae suae ecclesię et amplissimam christianorum orthodoxae fidei defensionem concedat possidendum, tribuens vobis e celo victorias omnesque barbaras nationes[1] vestris Deo imitabilibus subiciens vestigiis[2], et aeternae vitae gaudia largiri dignetur, quatenus, sicut in praesenti vita regnatis, et venturo in seculo cum Christo regnare mereamini dicatque omnis populus: 'Amen, fiat, fiat'. Cf. Ps. 105, 48.

Bene valete.

27.

Paulus I. papa sinistro nuntio sollicitus Pippinum regem rogat, ut certior reddatur, quid rex bello (Aquitanico quarto) profecerit[3]. *(763.)*

Cod. (XXXI) fol. 40'–41ª.

Edd. Gretser 31, Cenni 24, Jaffé 27. — Jaffé, Reg. 2354 (1798).

DOMINO EXCELLENTISSIMO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Quotiens fidelium Dei spiritalia referuntur studia, protinus audientium mentes ignite in Dei amore et mandatis divinis efficiuntur atque ad supernae considerationis intuitum excitantur. Et ideo libet profecto, potentissime regum, vestrae pietatis considerationi[b] merita amplissime ad laudem Dei proferre et perennibus temporibus permanenda scripture testimoniis tradere, dum vestro concursu et auxilio ecclesiae Dei exaltatio et fidei orthodoxe profligatur defensio[4]. Pro quo benedictus et laudabilis in omnibus regibus coram Deo et hominibus esse dinosceris, christianissime rex, et nomen benignitatis tuae exaratum fulget in conspectu divinitatis.

Etenim, dum huius evoluto temporis spatio — quod nos nec vestrae sospitatis relationem meruimus suscipere nec penitus agnoscere, quid erga vos ageretur vel qualiter in itinere[5], quo profecti estis, peregistis, nimis anxietatis fervore desiderii nostri affectio in hoc ipsud addiscendum sedule provocatur, presertim dum et a nostris vestrisque inimicis adversa nobis de ipsis partibus adnuntiantur. Unde desiderium magnum nobis inheret, vestrae sospitatis gaudia addiscere et vestris salutaribus profectibus gratulari[6] et contra inimicorum contritionem agnoscere. Pro quo quaesumus, ut certos nos, sicut desideramus, per vestros nuntios de vestra prosperitate et laetitia reddere iubeatis, quoniam vestra salus nostra est prosperitas et vestra exaltatio nostrum procul dubio est gaudium et inmensa securitas[7]. Dignamque ex hoc Dei

---

27. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum regem pippinum, in qua continentur benedictiones; et prefatus papa poscens, ut domnus rex pippinus suos missos partibus rome dirigeret et ei de salute vel sospitate sua innotesceret, et qualiter in itinere egisset, et quomodo dominus inimicos eius in manus ipsius tradidisset et sub pedibus eius humiliasset. b) *in fine* s *erasa in V;* considerationis *G. Totum verbum videtur auferendum esse. J.*

1) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 517 n. 1.* 3) *Hanc epistolam a Droctegango et Vulfardo ad Pippinum perlatam esse, comperimus ex ep. 28. J. Quod negat Oelsner (Jahrbücher p. 381 n. 5) contendens, illam Pauli epistolam a Droctegango et Vulfardo ad Pippinum perlatam, cuius in ep. 28 mentio fit, amissam esse.* 4) *Cf. ep. 13 supra p. 510:* ita solite decertare ac disponere, ut perfecta sanctae Dei ecclesiae exaltatio et fidei nostrae orthodoxae omniumque nostrum profligetur defensio. 5) *bello Aquitanico quarto a. 763. gesto; cf. ep. 28 infra. J.* 6) *Cf. ep. 28:* vestram ... addiscere sospitatem et de vestro gaudio exultare. 7) *Cf. supra p. 509 n. 2.*

763.764 deprecamur potentiam, ut ipse protector noster et cum eius angelis dignetur praecellentissimam christianitatem vestram tueri et gubernare, [ut][a] in celestibus regnis cum sanctis et electis, qui ab initio mundi placuerunt Deo, multipliciter consequaris mercedem; destinantes quidem, nos esse certiores. vestra[b] scire iubeat a Deo protectam excellentiam, quid erga vos aut christianam gentem vestram agere videmini et quomodo Deus noster vestros ac nostros humiliavit inimicos, et, ut fati sumus, certos nos, sicut desideramus, de vestra prosperitate et laetitia reddere iubeatis.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

28.

Paulus I. papa, iam per Droctegangum (Gemeticensem) et Vulfardum (Sancti Martini Turonensis abbates) revertentes a Pippino rege sciscitatus, quid rex bello (Aquitanico quarto) effecerit, nunc per quosdam Romam profectos edoctus, regem sospitem revertisse, petit, ut de regis eiusque familiae sanitate certior reddatur, et promittit, se regi de legatis suis Constantinopolim missis quam celerrime nuntiaturum esse. (763. ex. — 764. in.)

Cod. (XXXVIII) fol. 46[a].

Edd. Gretser 38, Cenni 23, Jaffé 28. — Jaffé, Reg. 2355 (1797).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI CONPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Praemissis nostris apicibus affatibus[1] per Droctegandum et Vulfardum, Deo amabiles[2], fidelissimos vestros missos, visi sumus inpensius depraecamus[b] eximiam excellentiam vestram, ut nos certiores atque laetiores reddere annueretis de vestra amplissima sospitate et de eo, quo profecti estis, itinere, qualiter erga vos Dominus esset operatus; et, dum tanto evoluto tempore nullam a vobis responsionis seriem de huiuscemodi re agnovimus[c], vehementer noster adtritus est animus[3]. At vero per diversos ex ipsis regionibus liminibus apostolorum advenientes peregrinos didicimus, sospitem te ad propria, praecellentissime fili et spiritalis compater, esse annuente Deo reversum[4]; unde magno gaudio noster animus relevatus est.

Quapropter destinatis praesentibus nostris apostolicis syllabis visitationis causa obnixae petimus, ut dignetur sublimis vestra excellentia quantotius nos de amplissima incolomitatis vestrae sospitate laetos reddere, significans, christianissime fili et spiritalis conpater, qualiter erga vos et[d] excellentissimam filiam et spiritalem nostram commatrem[5] et eximios[e] filios agatur, ut noster animus maxima iocunditatis exultet laetitia; quoniam nimio desiderio fervescimus, vestram sedule addiscere sospitatem et de vestro gaudio exultare[6]; quoniam vestra salus exaltatio est sanctae matris vestrae ecclesiae et prosperitas vestra nostra esse probatur laetitia[7].

---

a) *om. V.* b) ura *V.*

28. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa de sanitate vel incolomitate eius percunctandum, simulque et de missis suis, qui ad regeam fuerunt directi urbem. b) s *in* r *atramento fusciore corr. V; an* depraecari? *J.* c) *interp. corrector in V.* d) *add. corrector in V.* e) *scr. corrector pro* eximiorum *in V.*

1) *Cf. supra p. 531 n. 3.* 2) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 3) *Cf. ep. 27 supra p. 531:* Etenim, dum huius evoluto temporis spatio — quod nos nec vestrae sospitatis relationem meruimus suscipere nec penitus agnoscere, quid erga vos ageretur vel qualiter in itinere, quo profecti estis, peregistis *etc.* 4) *Itaque exeunte anno 763. vel ineunte 764. scripta haec epistola est; cf. p. 533 n. 1. J.* 5) *Bertradam reginam. J.* 6) *Cf. supra p. 531 n. 6.* 7) *Cf. supra p. 509 n. 2.*

Itaque, praecellentissime fili et spiritalis compater, bone et optime rex, ecce usque hactenus nihil rei veritatem de nostris missis, qui a[a] regia profecti sunt urbe, addiscere valuimus, quid erga eos ageretur: et ideo nequaquam vobis quippiam de eis significare valuimus. Dum vero rei agnoscere potuerimus veritatem, confestim eximiae praecellentiae vestrae dirigemus in responsis[1]. 763. 764

His praemissis, Deum caeli petimus, ut vobis et praesentis[b] vitae longevitate regni gubernacula cum excellentissima filia et spiritali nostra commatre, christianissima regina vestraque dulcissima coniuge, atque amantissimis vestris natis nostrisque filiis, hisdem eximiis regibus et patriciis Romanorum, perfruendum concedat et celestis regni participes faciat nosque permittat de vestra amplissima sospitate semper gratulari.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna[c] custodiat.

29.

Paulus I. papa Pippino regi, se suosque bene valere, scribenti laetatus rescribit, Romae omnia bene se habere, et obtrectantium verba proferenti affirmat, se confidere, eum omnia praestare posse, quae Stephano II. promiserit; de suis et regis legatis Constantinopolim missis ob hibernum tempus allatum nihil esse nuntiat; addit de Marino presbytero remittendo; fidelium Ravennatium de inimicorum insidiis litteras mittens petit a rege, ut beato Petro satisfaciat. *(764. Ian.—Mart.)*

Cod. (XXXII) fol. 41—42[a].

Edd. Gretser 32, Cenni 36, Jaffé 29. — Jaffé, Reg. 2356 (1812).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Eximiae et a Deo protecte excellentiae vestrae, harum deferente portitore, destinatos apices omni plenos[b] dulcedine ac amore, quos[c] cum magno venerationis affectu acceptantes, liquidius cuncta in eis inserta agnovimus. Inter hec quippe, excellentissime, bone fili, vestra nobis praecelsa innotuit benignitas, qualiter, divina Dei nostri faciente[d] misericordia, sani atque sospites et inlesi existentes sitis simul cum excellentissimis natis vestris, spiritalibus nostris filiis Carolo et Carlomanno[e], magnis regibus, atque domnam Bertradam[f], reginam dulcissimam et spiritali commatre nostra, nec non et Gisilam nobilissimam, idem nostram filiam[f]. Quibus agnitis, magnas ac innumerabiles polorum arbitro[g] ac regi regum, domino Deo nostro, referuimus laudes, quoniam,

---

a) quia *in* qui *et* a *puncto separ. corrector in V;* quia *in* qui *et* a *separ. G.* b) p̄ *superscr. corrector in V.* c) perna *V.*

29. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem, in qua continentur gratiarum actiones, et de sanitate ipsius seu caroli et de marinum presbiterum[aa] atque de ravennam[bb], qualiter contra eandem mala machinantur consilia. b) *corr. ex* plenas *V.* c) *corr. ex* quas *V.* d) fatiente *V.* e) carromanno *V.* f) am *corr. in* a *recens manus in V;* bertradam reginam dulcissimam et spiritalem commatrem nostram, nec non et gisilam nobilissimam, idem nostram filiam *G.* g) arbitri *V.*

aa) *corr. in* marino presbitero *recens manus in V; corr. in marg. in* marino presbytero *G.* bb) *corr. in* ravenna *recens manus in V; corr. in* ravenna *G.*

1) *Paulus papa igitur de Pippini et reginae filiorumque valetudine 'quantotius' certior fieri vult et de nuntiis Constantinopolim missis nihildum allatum esse scribit. Quapropter, cum infra in ep. 29 spatio mensium Ianuarii et Martii a. 764. data et se gaudere referat de valetudine illorum omnium ex regis litteris cognita et simili ratione de legatis Constantinopolim missis se quidquam audivisse neget, ambarum epistolarum necessitudinem manu tenemus. Hinc nimirum ep. haec 28 aut exeunte anno 763. aut initio a. 764. scripta de bello Aquitanico quarto agit. J.*

764 iuxta id quod anhelantius obtantes desideramus, vestram addiscere meruimus sospitatem. Pro quo dominum Deum nostrum sedulis deprecationibus imploramus, qui nos per multorum curricula annorum de vestra integra sospitate faciat exultare; eo quod vestra salus nostra est exultatio et vestra prosperitas nostrum procul dubio existit gaudium [1].

Et hoc in vestris regalibus [a] apicibus [b] continebatur adscriptum: quatenus vobis innotescentes significaremus, si circa sanctam Dei ecclaesiam atque nostram mediocritatem vel populi nobis commissi salus aut integritas profligaretur. Nam et de hoc magnas et innumerabiles gratias Deo omnipotenti et vestrae excellentiae referimus, quia, sicut re vera christianissime et vere Dei cultor, eclesiam Dei et populum vestra excellentia visitare non piget. Sed hoc non nostris meritis, sed divina proveniente misericordia agitur, dum omnia prospera erga sanctam Dei ecclaesiam atque nostram mediocritatem vel nobis commisso populo existunt. Pro quo Deum caeli, penitus omnium bonorum largitorem [c], qui vobis pro hoc praecipuo ac pio opere sit retributor ob tantam benignitatem et sollicitudinem, quam circa [d] sanctam Dei catholicam et apostolicam ecclaesiam vel eius familiarem populum habere dinoscimini.

Sed et hoc in ipsis vestris relationum apicibus continebatur: per vestros vobis fuisse [e] nuntiatum legatos, quod a quibusdam malignis et mendatium proferentibus in istis partibus devulgatum esset, quia, si aliqua nobis necessitas eveniret, nullum nobis auxilium [f] prebere valuissetis [2]. De quo nefario dicto [g] nequaquam nobis fuit aut est hesitatio, quia, divina faciente misericordia, magnam in vobis post Deum spem et fiduciam habemus [3], agnoscentes, quod Deo propitio nullum de quacumque parte sit inpedimentum vobis, defensionem atque auxilium sanctae Dei ecclesiae vel eius peculiaris populi inpertiendi, iuxta id quod beato Petro apostolo per beatae memoriae praedecessorem, domino ac germano nostro, ob remedium animae vestrae et veniam delictorum vestrorum pollicentes spopondistis. Quod in perpetuis temporibus Domino annuente firmum ac robustum credimus permanere.

At vero, unde nobis christianissima vestra direxit excellentia, quod, si quisquam e vestris adversariis aut contemptoribus ad nos evenerit, nullo modo cum eis nos [h] aut in eorum societate misceri: absit a nobis, ut hanc rem faciemus, dum profecto vestri inimici [i] sanctae Dei ecclesiae et nostri existunt. Quapropter — testatur veritas, quia — ubi vestros amicos agnoverimus, tamquam amicos et fideles sanctae Dei ecclesiae oblectare et amplectere cupimus et, ubi vestros inimicos invenerimus, veraciter tamquam inimicos sanctae Dei ecclesiae et nostros proprios ita eos respuimus atque persequimur, quia vestri amici sanctae Dei eclesię et nostri existunt et hi, qui inimicitias [k] contra vos machinantur, profecto inimici sanctae Dei ecclesiae et nostri esse conprobantur [4].

De missis vero vestris ac nostris, qui ad regiam urbem simul properaverunt, de quibus petiit nos vestra praeclara excellentia sibimet a nobis significari, si quid ex eis addiscere potuimus, cognoscat vestra a Deo protecta eximietas, eo quod in his diebus nihil ipsis cognoscere potuimus, dum profecto vobis incognitum non est, quod

a) regales V; regalis G. b) *corr. ex* apices V. c) rogabimus *add. Tengn. in V.* d) circā V. e) fusse *V.* f) ausilium *V.* g) *corr. ex* dictu *manus recens in V;* dictu *G.* h) *sequitur* cum eis *in V.* i) inimiti *V.* k) inimititias *V.*

1) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 2) *Cf. ep. 27 supra p. 531:* presertim dum et a nostris vestrisque inimicis adversa nobis de ipsis partibus adnuntiantur. *J.* 3) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 4) *Cf. ep. 45:* se amicis nostris amicos esse et se inimicis inimicos, *ep. 75:* qui prumpti fideles eiusdem Dei apostoli sunt, et vestri felicissimi regni fideles sunt, pariter et, qui eius inimici esse videntur, vestri procul dubio inimici sunt.

pro tam saeva huius hiemalis temporis asperitate[1] nullus de illis partibus adveniens 764
nobis adnuntiavit, qualiter circa eis agatur: et ideo ad praesens ignoramus, quid vobis de eis veraciter significemus.

At vero de Marino presbitero scripsit nobis christianissima excellentia vestra, quod demum in pristino esset constitutus honore, secundum qualiter vobis postulantes direximus[2]. Nos quidem testem Deum proferimus[3], quod pro nulla alia re pro eo vobis direximus, nisi propter lacrimas et cotidianas lamentationes, quas eius genetrix effundere non cessat, quae et orbata luminae existit. Et ideo vobis direximus, ut apud nos eum absolvere debuissetis, quia nihil de eo[a] vobis fuit aut est, sed nec nobis nisi tantummodo de eius iniqua malicia, quam contra sanctam Dei ecclesiam maligna atque perversa motus audatia agere praesumpsit: sed de hoc, sicut per anteriores nostras litteras excellentiae vestrae direximus, in vestro sit arbitrio vel potestate, quid de eodem disponere volueritis: nulla nobis de eo cura est, nisi ut praediximus: qualiter vestra fuerit voluntas, ita de eo disponere debeatis. At vero nobis direxit excellentia[b], ut vobis intimare debeamus, si nobis isdem Marinus suas direxit litteras: de quo, teste veritate, dicimus: numquam nobis suas direxit litteras, a quando illuc apud vestram excellentiam properatus est: nam nullo modo vobis vetare[c] habuimus, si factum fuisset.

Interea nempe ea, quae a fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, id est de partibus Ravennae, ad nos pervenerunt, aptum prospeximus vestrae excellentiae intimanda: eo quod emuli sanctae Dei ecclesiae et nostri atque vestrae excellentiae die noctuque non desinant pertractandum, qualiter nos, sibi Deo contrario, praevalere ac superare possint. Tamen et ea ipsa scripta, quae exinde suscepimus, infra has nostras litteras excellentiae vestrae direximus, quatenus, rei meritum addiscentes, agnoscatis, quod illi a suo maligno proposito et solita nequitia nequaquam desistunt. Pro quo, christianissime, bone fili et spiritalis compater, enixius elaborare atque decertare iubeas, quatenus bonum opus quod coepisti per te compleatur[4], et ut sancta Dei ecclaesia et eius peculiaris populus perfectam habeat liberationem et securi ab inimicorum insidiis permaneant.

De reliquo vero petimus divinam Dei nostri misericordiam, ut vos per multorum annorum curricula in solio regni vestri conservare dignetur una cum excellentissimis vestris natis nostrisque spiritalibus filiis, Carolo et Carlomanno regibus Francorum et patriciis Romanorum, nec non domna Bertrada, excellentissima regina, spiritali nostra commatre vestramque coniugem, simulque et Gisilam nobilissimam puellam, nostra spiritali filia, ad exaltationem et defensionem sanctae Dei ecclesiae simulque et eius peculiaris populi; obtantes, diu vestrae prosperitatis gaudia addiscere atque immensam pro vobis divinam implorare clementiam.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

a) deo *pro* de eo *V.* b) *an* vestra *addendum?* c) *an* velare?

1) *De magnitudine frigorum hiemis ab exeunte a. 763. ad Martium mensem a. 764. procurrentis cf. Oelsner, Jahrbücher p. 383 n. 2.* 2) *ep. 25 supra p. 530.* 3) *Cf. ep. 36:* testem et iudicem proferimus Deum, *ep. 37:* Deum caeli testem proferentes, *ep. 42:* testem proferimus veritatis Deum, *ep. 59:* Domino proferimus teste, *ep. 50.* 4) *Cf. supra p. 492 n. 4.*

30.

761-766 *Paulus I. papa, Wilhario (Nomentano) episcopo cum Felice Ratbertoque Pippini nuntiis iam Roma profectis, per fideles bellum sibi Ravennatibusque a Graecis parari edoctus, a* Pippino *rege petit, ut Desiderium regem, Beneventanos, Spoletinos, Tuscanos ad ipsum iuvandum adducat legatumque qui Romae maneat mittat.* *(761—766.)*

Cod. (XXXIV) fol. 43—43'[a].
Edd. Gretser 34, Cenni 25, Jaffé 30. — Jaffé, Reg. 2357 (1800).

DOMINO EXCELLENTISSIMO[b] FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Precelsae et a Deo servatę christianitati vestrae his nostris apostolicis innotescimus apicibus, quod — iam absolutis vestris missis, qui nuper ad nos coniunxerunt, Wilchario videlicet sanctissimo fratre et coepiscopo nostro seu Felice religioso et Ratberto viro inlustri — coniunxit ad nos nuntium missum a fidelibus sanctae Dei ecclesiae, spiritalis matris vestrae, qui vera nobis semper adsolent indicare, significans nobis, quod nefandissimi Greci, inimici[c] sanctae Dei ecclesiae et orthodoxae fidei expugnatores, Deo sibi contrario, super nos et Ravennantium partes inruere cupiunt atque motionem facere[1]. Unde, quia alibi post Deum et beatum Petrum nostra spes non est nisi apud vestram nobilissimam excellentiam[2], ideo obnixis deprecationibus petimus te, excellentissime fili et spiritalis compater, ut iubeas propter Deum et reverentiam beati Petri salutem istius provintiae a vobis redemtae procurare et confestim vestrum dignemini dirigere Desiderio Langobardorum regi missum, ut, si necessitas fuerit, significatum auxilium nobis pro incursione eorundem inimicorum inpertire debeat, precipiens Beneventanis atque Spoletinis seu Tuscanis nobis e vicino consistentibus, ut ipsi[d] nostro occurrant solatio.

Deprecantes et hoc a Deo institutam excellentiam vestram: ut ad nos hoc adveniente Martio mensae vestrum dirigere iubeatis missum, qui hic Rome nobis condemorari debeat; et ipse, si necessitas exigerit, apud Desiderium imminere debeat regem pro eodem nobis transmittendo solatio, quia, ut plenissimae satisfacta est vestra excellentia, non ob aliud ipsi nefandissimi nos persequuntur Greci nisi propter sanctam et orthodoxam fidem et venerandorum patrum piam traditionem, quam cupiunt distruere atque conculcare.

Pro quo iubeat solitae vestra benigna disponere excellentia, ut eorundem inimicorum ad nihilum redigatur vesania et perfectius haec provintia vestro certamine redempta et a vobis beato Petro pro remedio animae vestrae concessa ab emulorum insidiis vestra consueta permaneat protectione, vobisque copiosa[e] in caelis adscribatur merces[3] et nominis vestri laus et universae gentis exaltatio, sicut etiam factum est, et nunc multo amplius in universo orbe terrarum divulgetur[4]; atque intercedente beato

30. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directae, in qua postulat adiutorium contra grecos. b) excellentissima *V.* c) inimiti *V.* d) *sequitur* in *in V.* e) *scr. corrector pro* copioso *in V.*

1) *Cf. supra p. 477 n. 4.* 2) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 3) *Cf. ep. 39:* merces vestra magna est coram Deo, *ep. 60:* vobis in caelestibus arcibus adscribitur merces, *ep. 77:* copiosa merces vobis adscribatur in caelis, *ep. 81:* merces vestra copiosa adscribatur in celis. 4) *Cf. supra p. 510 n. 7 et p. 524 n. 1 et ep. 32:* praecelsa vestra ... operatio ... in universo orbe terrarum laudabiliter in cunctis gentibus permanet divulgata, *ep. 47:* opinatissimi nominis tui praeclara memoria ... in toto orbe terrarum divulgata permanet, *ep. 55:* opinatissima nominis vestri memoria in universo orbe terrarum ... laudabiliter permanet divulgata.

Petro victoriae triumphum e cęlo vobis Dominus super omnes tribuat gentes, dum vestro auxilio, confusis expugnatoribus sanctae orthodoxae fidei, pax et laetitia et observatio christianorum fidei in omnibus predicata fuerit ecclesiis meritoque ex hoc celestia vobis a Deo conferantur gaudia. 761-766

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

31.

Paulus I. papa, epistola iam dimissa, acceptas a Sergio Ravennati archiepiscopo litteras cum duabus aliis ad Sergium et a Leone imperiali et a Veneticis datis Pippino regi mittit et supplicat, ut auxilium sibi et Ravennatibus et Pentapoleos civitatibus maritimis ferre Desiderium regem iubeat. *(761—766.)*

Cod. (XXVIII) fol. 38'—39[a].
Edd. Gretser 28, Cenni 26, Jaffé 31. — Jaffé, Reg. 2358 (1801).

DOMINO[b] EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Praecelsę et a Deo servate christianitati vestrae, eximie fili et spiritalis compater, sicut nostro post Deum liberatori ea, quae superveniunt vel aguntur in his partibus, quantotius significare nostri est procurandum[c]. Et ideo his apostolicis relationum syllabis[d] melliflue et a Deo institutae regalis vestrae potentiae culmini innotescimus, suscepisse nos — post absolutionem nostrarum litterarum — syllabas a sanctissimo fratre nostro Sergio archiepiscopo Ravennate, quas Leon inperiali[e] eius sanctitati Ravennarum[f] provintia visus est direxisse. Et ecce infra has nostras apostolicas litteras praeclare excellentiae vestrae earum instar direxisse, ut suasionis versutiam in eis adnexam praefulgida excellentia vestra agnoscens merito sanctae Dei ecclesiae fideique orthodoxae defensionem perfectius studeat procurandum, quatenus repositam sibi in caelestibus regnis coronam mercedis a domino Deo nostro percipere mereatur[1]. Obtantes, vos de reliquo aevis et prosperis semper in Domino valere temporibus.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Exemplar denique epistole saecretae, directae a quibusdam fidelibus Veneticis sanctissimo fratri nostro Sergio archiepiscopo, simul et ex litteris, quas isdem[g] sanctissimus vir nobis direxit, infra hec nostra scripta vobis misimus. Et peto et tamquam praesentaliter deprecor[2] atque per omnipotentem[h] Deum coniuro[i] excellentissimam christianitatem vestram, ut nimis velociter dirigere iubeatis vestram praeceptionem Desiderio regi Langobardorum, ut, si necesse exigerit, auxilium prestare debeat tam Ravennae quamque Pentapoleis maritimis civitatibus ad dimicandum contra inimicorum inpugnationem.

31. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum regem pippinum pro defensione sanctae Dei ecclaesiae directa, in qua continentur uberrime laudes; et in embolo continetur, ut prefatus domnus rex pippinus desiderio regi langobardorum suam preceptionem dirigeret, ut, si necesse exigeret, auxilium prestare deberet tam ravenne quamque aliis maritimis civitatibus ad dimicandum contra inimicorum inpugnationem. b) Dōno *V.* c) *sequitur rasura quinque litterarum* [... do] *in V.* d) *corr. ex* syllabas *manus recens in V.* e) *sequitur* s servus *erasum in V;* quas leon inperiali *om. G.* f) *corr. ex* ravetiarum *V.* g) *corr. in* idem *manus recens in V.* h) omnipotem *V.* i) iuro *V.*

1) *Cf. supra p. 520 n. 2.* 2) *Cf. supra p. 510 n. 1.*

32.

761-766 *Paulus I. papa a Pippino rege denuo petit, ut legatum, qui Romae commoretur, mittat et ecclesiam a Graecis tueatur; Petrum defensorem ecclesiae Romanae, nuntium suum, commendat*[1]. *(761—766.)*

Cod. (XXXVII) fol. 45—45'[a].

Edd. Gretser 37, Cenni 27, Jaffé 32. — Jaffé, Reg. 2359 (1802).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Dum illa, quae ad nostris stipendiis aguntur, nulla possunt oblivione deleri, quanto magis illa, quae ad laudem redemptoris domini Dei nostri eiusque sacratissimae ecclesiae et beati Petri apostolorum principis geruntur, nec temporum prolixitate nec diversitate qualitatum oblivioni traduntur[b], sed semper ad gloriam supernae potentiae et fidelium eius pio exemplo permanent declarata, sicut, excellentissimae fili et spiritalis compater, bonae, orthodoxae rex, praecelsa vestra et[c] pia operatio et in celo coram angelis Dei illustrata fulget[2] et in universo orbe terrarum laudabiliter in cunctis gentibus permanet divulgata[3], quoniam vestro post Deum auxilio[d] et optimo certaminae sancta spiritalis mater vestra Dei ecclesia constat ab inimicorum insidiis erepta et orthodoxa christianorum fides ab inpugnatoribus defensa. Pro quo exulta in Domino et laetare, benignissime rex: quia nomen excellentiae tuae in libro vitae exaratum rutilat in conspectu Dei[4].

Interea, dum tanta nostro cordi desiderii[e] capacitas inminet, de vestra prosperitate laetos certosque effici, aptum prospeximus, missis sanctae Dei ecclesiae nostris relationibus excellentiae vestrae persolvere, dum nihil nobis dulcius nihilque suavius in hac vita existit, quam de vestra prosperitate in Domino iocundari; in eo quod vestra salus sanctae Dei ecclesiae et fidei exaltatio et vera defensio, ut sepe[5] scripsimus, existit. Unde et a[f] te, quia corporali visione procul ab invicem consistimus, per nostras tamen relationes amore mutuo spiritaliter adnecti desideramus.

Itaque nimis deprecamur excellentiam vestram, sicut per anteriores nostras litteras[6] postulandum direximus, ut iubeatis vestrum fidelissimum missum hic ad nos Romam dirigere, qui nobiscum pro insidiis inimicorum demorari debeat, per quem et meritum rei, ut causae eventus exigerit, excellentiae vestrae debeamus significare.

Unde opere direximus ad vestram a Deo servatam excellentiam praesentem Petrum, primum defensorem sanctae nostrae ecclesiae, fidelissimum missum[7], cui de omnibus apostolicis causis iniunximus[g] benignitati vestrae enarrandum. Quaem petimus

32. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae, et ut missum suum romam dirigeret. b) *scr. corrector pro* mundantur, *quod Tengn. corr. in* mandantur, *in V;* tradantur *[*traduntur*?] G.* c) *add. corrector in V;* et *G.* d) xi *superscr. corrector in V.* e) side *superscr. corrector in V.* f) *add. corrector in V;* et a te *corr. in* etiam *G.* g) iniuximus *V.*

1) *Hanc epistolam ad annum 762. refert Oelsner, Jahrbücher p. 354.* 2) *Cf. ep. 33:* in conspectu divinitatis vestra effulgent pia opera *et:* merita in celestibus regnis fulgent *et ep. 47:* celestibus regnis dignorum operum tuorum refulgent merita. 3) *Cf. supra p. 536 n. 4.* 4) *Cf. ep. 33:* in conspectu divinitatis . . . vestra in celestibus regnis adscripta sunt nomina, *ep. 39:* nomina vestra . . . exarata sunt in celis, *ep. 84:* vestrum regalem nomen in libro aeternae vitae adscriptum est, *ep. 89:* vestrum adscriptum in libro vitae caelestis regalem memorialem. 5) *In epp. 21. 26. 27. 28. 29; cf. supra p. 509 n. 2.* 6) *ep. 30 supra p. 536. J.* 7) *Petrum primum defensorem intelligimus ex ep. 13 anno Pauli supremo 767. una cum Iohanne subdiacono et abbate ad Pippinum missum esse. Unde hanc unius Petri legationem ante a. 767. factam esse necesse est. J.*

hilari a vobis suscipi animo, eumque pro amore fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, in omnibus acceptare atque nostris precibus aurem benignitatis vestrae adcommodare dignemini et ad nos eum effectu[a] atque laetabundis nuntiis absolvere iubeatis[1]. 761-766

Supplici deprecatione te, bone, orthodoxae rex, quesumus postulantes, ut sis nobis post Deum firmus protector ac defensor[2], constanter in eo quod caepisti bono ac pio[b] redemptionis sanctae Dei ecclesiae permanens opere[3]. Optime enim praecellentiae vestrae christianitas comperta existit, quanta qualisque sit impia hereticorum Grecorum malitia: inhianter meditantes atque insidiantes, qualiter, Deo illis contrario, sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam humiliare atque conculeare et fidem sanctam orthodoxam atque sanctorum patrum tradicionem destruere possint. Sed tu, bone, potentissime rex, viriliter sicut vere orthodoxus eisdem impiis resistere hereticis atque solite sanctam Dei ecclesiam et christianorum orthodoxam fidem tuo a Deo protecto solito auxilio atque congruo disposito defendere digneris, quoniam magna[c] post Deum in vestra excellentia et fortissimi regni vestri brachio existit fiducia[4]. Et credimus, quod Deo cooperante eadem nostra spes firma permanens ad obtatum perducatur desiderium, ut merito ex hoc a iusto domino Deo nostro vobis in praesenti et futura vita tribuatur remuneratio, beato principe apostolorum interveniente, pro cuius amore in eius decertatis causis, laetique solite de vestro pio proposito effecti, cum propheta consona canere valeamus voce[5]: 'Salvum fac, Domine, christianissimum Cf. Ps. 19, 10.
Pippinum regem, quem oleo sancto per manus apostoli tui ungui praecepisti[6], et exaudi eum, in quacumque die invocaverit te'. Cum his vero deprecationibus et hoc eius pietatem quesumus, ut longo senio regni potentiam excellentiae vestrae, commatri, a Deo protectae reginae, atque amantissimis natis vestris, domnis Carolo et Carlomanno, praecelsis regibus Francorum et patriciis Romanorum, atque nobilissimae domnae[d] Gisilae salubriter concedat possidendum, tribuens vobis et aeternam in caelestibus regnis beatitudinem perfruendam.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

33.

Paulus I. papa Carolo et Carolomanno regibus Petrum primum defensorem ecclesiae Romanae, nuntium suum, commendat et maiores imitandos proponit.

(761—766.)

Cod. (XLII) fol. 47'—48' [a].
Edd. Gretser 42, Cenni 28, Jaffé 33. — Jaffé, Reg. 2360 (1803).

DOMINIS NOBILISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS FILIIS, CAROLO ET CAROLOMANNO REGIBUS FRANCORUM ET PATRICIIS ROMANORUM PAULUS PAPA.

Olim omnipotens Deus, cernens populi sui Israhelitici lamentationem et impiam ab Aegyptiis illis infertam obpressionem, misertus est eis, mittens famulum suum Moysen, per quem, signa et prodigia exercens, eundem[b] suum eripuit populum: et

a) affectu *V; cf. n. 1.* b) *scr. corrector pro* piae *in V.* c) magnā *V.* d) domna *V.*

33. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum et carlomannum regibus directa, in qua continetur pro defensione sanctae dei ecclesiae. b) *scr. corrector pro* eundum *in V.*

1) *Cf. supra p. 507 n. 2 et p. 520 n. 1.* 2) *Cf. ep. 34:* firmissimus ... auxiliator, *ep. 39:* Firmum ... protectorem, *ep. 42:* firmissimos ... intercessores; *v. Scheffer-Boichorst in Mitteil. X, 312.* 3) *Cf. supra p. 492 n. 4.* 4) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 5) *Cf. supra p. 509 n. 1.* 6) *Cf. supra p. 510 n. 4.*

761-766 per eum, legem illis instituens, ad optatam eos illis perduxit requiem[1]. Cui etiam Iosue, ut praeliaretur bella Domini, adnectit atque alios sui divini nominis cultores eis concessit auxiliatores[2]. Sed in omnibus illis non ita complacuit eius divina maiestas, sicut in Davit rege et propheta, testante eodem misericordissimo Deo nostro
Ps. 88, 21. in id quod ait: 'Inveni David servum meum secundum cor meum, in oleo sancto unxi eum', cui et regnum et semini eius in aeternum gloriose tribuit possidendum[3]. Sic enim, praecellentissimi atque nobilissimi filii, a Deo instituti reges, isdem dominus Deus noster in vestra christianissima conplacuit excellentia atque, in utero matris vos sanctificans, ad tam magnum regale provexit culmen, mittens apostolum suum, beatum Petrum, per eius nempe vicarium, et oleo sancto vos vestrumque praecellentissimum genitorem unguens[a] celestibus replevit benedictionibus et sanctam suam catholicam et apostolicam ecclesiam atque orthodoxam christianorum fidem vobis commisit exaltandum atque viriliter defendendam. Quod profecto, excellentissimi filii, spiritus sancti gratia repleti et celesti protectione adiuti agere totis nisibus statuistis. Et vestro auxilio atque certamine ipsa sancta Dei ecclesia, spiritalis mater vestra, ab inimicorum insidiis liberata exultat in domino Iesu Christo, et in conspectu divinitatis vestra effulgent pia opera[4], et cum David atque Salemone regibus et ceteris Dei cultoribus vestra in celestibus regnis adscripta sunt nomina[5].

Interea, dum tanto vestro beneficio dinoscimur esse relevati, amor nos hortatur, christianissimi ac dulcissimi filii, de vestra prosperitate sedule addiscere et in Domino gratulari. Et ideo visitationis atque salutationis paterno affectu his nostris apostolicis apicibus persolvimus vinculum, magnopere praesentem Petrum, primum defensorum sanctae nostrae ecclesiae nostrumque fidelem missum[6], ad vestram dirigentes excellentiam, quatenus desiderabilem nostra vice referat salutem. Quem petimus benigne a vobis suscipi[7] et de vestra per eum[b] sospitate nos certos laetosque reddi, obnixae petentes, dulcissimi filii, excellentiam vestram, ut, pia vestigia sequentes, imitatores efficiamini christianorum parentum vestrorum, avi[8] nempe et proavi[c][9] atque excellentissimi et a Deo instituti magni regis, genitoris vestri, et praecellentissimae genetricis vestrae, a Deo conservande reginę, qui vere prae omnibus regibus fideles Deo et beato Petro esse comprobantur, quorum merita in celestibus regnis fulgent[10]. Unde et petimus misericordissimam Dei nostri longanimitatem, ut, sua vos gratia protegens, aevis et prosperis temporibus regalia sceptra concedat perfruenda, dilatans terminos regni vestri, et victorias vobis de caelo tribuat omnesque adversarios vestris prosternat vestigiis et sicut terrenum, ita et celeste regnum vobis per infinita secula tribuat possidendum.

Bene valete.

34.

Paulus I. papa Pippino regi significanti duabus epistolis et per Petrum defensorem ecclesiae Romanae et per Widmarum (Centulensem) atque Gerbertum abbates Hugbaldumque missis, se promisso Stephano II. dato staturum esse, gratias agit et nuntiat, de pecoribus inter Langobardos papalesque restituendis comprobationem factam esse, de

a) ungues *V.* b) per eum *bis scr. V.* c) proavii *V.*

1) *Cf. supra p. 480 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 480 n. 2.* 3) *Cf. supra p. 505 n. 2.* 4) *Cf. infra:* merita in celestibus regnis fulgent *et supra p. 538 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 538 n. 4.* 6) *Cf. supra p. 538 n. 7. J.* 7) *Cf. supra p. 507 n. 2.* 8) *Caroli Martelli.* 9) *Pippini qui vocatur medii, filii Ansegisi. J.* 10) *Cf. supra n. 4.*

finibus autem civitatum papalium per Langobardos occupatis cum Desiderio ipso rege actum iri; rogat, id studeat, ut beato Petro satisfiat, ad relationem nuntiorum revocans. 761-766

(761—766.)

Cod. (XVII) fol. 27'—28[a].
Edd. Gretser 17, Cenni 29, Jaffé 34. — Jaffé, Reg. 2361 (1804).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Dum tam maxima nobis dilectionis affectio erga vestram a Deo institutam excellentiam insistit, ob hoc, sicut terra sitiens imbriferam desiderat inundationem[1], ita quoque vestrae prosperitatis cupimus addiscere nuntia et de vestris profectibus gratulari. In hoc quippe nostri cordis est devotio exultandi, dum nimirum salus vestra nostra existit securitas[2].

Interea duarum epistularum series, quas vestra direxit excellentia, cum magno suscepimus amore: unam quidem primitus per Petrum primum defensorem, missum nostrum[3], et aliam per praesentes fidelissimos vestros missos, Widmarum[4] scilicet et Gerbertum abbates adque Hugbaldum virum inlustrem. Quarum paginam indagantes, mox liquido cuncta in eis exarata didicimus, inmensas protinus Deo[b] nostro referentes laudes, qui nos de vestra annuit sospitate gratulari. In ipsis denique vestris relationibus solitam nobis a Deo inlustratae mentis vestrae constantia protulit spei fiduciam, in id quod inpensius innotuistis atque sedule ex operibus demonstrastis, vos totis nisibus pro exaltatione sanctae Dei ecclesiae et fidei orthodoxe defensione esse decertaturos et in ea vos fidei pollicitatione[c] permansuros, quam beato Petro principi apostolorum nostroque praedecessori[d], domino et germano, beatissimo Stephano papę, spopondistis.

Unde et in nostra fixi caritatis conexione ideo — iuxta[e] id quod petendo direximus — prelatos ad nos vestros videmini direxisse missos, qui apud Langobardorum inminerent regem pro diversis sanctae Dei ecclesiae causis ac iustitiis et in nostro assisterent solacio. Pro quo innumerabiles vobis referimus gratiarum actiones, quia vere sicut benignus rex et amator spiritalis matris vestrę, sanctae Dei ecclesiae, agere, christianissime fili et spiritalis compater, semper studes; et profecto erit tibi Dominus et in praesenti et futura[f] dignus retributor. Nos itaque, excellentissime et a Deo protecte fili et spiritalis compater, firmi in vestrae caritatis dilectione permanemus, nec est ulla rerum aut temporum qualitas, quae nos a vestra caritate possit separare, quia tu vere noster post Deum constas esse defensor et auxiliator.

Prelati denique missi vestri in nostri presentia cum Langobardorum missis nec non et Pentapolensium ac singularum nostrarum civitatum hominibus adsistentes, conprobatio coram eis facta est de habitis inter utrasque partes aliquibus iustitiis, videlicet de peculiis[5] inter partes restitutis.

Nam de finibus civitatum nostrarum et patrimoniis beati Petri ab eisdem Langobardis retentis atque invasis nihil usque hactenus recepimus; etiam ea, quae primitus reddiderant, denuo invaserunt. Unde constitit, ut nostri ac singularum nostrarum

34. a) *Lemma:* item exemplar epistolae ad domnum pippinum regem per witmarum et gerbertum abbates adque hugbaldum directa, in qua continentur gratiarum laudes pro exaltatione sanctae dei ecclesiae; et postulans, ut semper in id decertare debeat. b) *scr. J pro* de *in V.* c) pollititatione *V.* d) depcessori *V.* e) iusta *V.* f) vita *excidisse videtur. J.*

1) *Cf. ep. 44:* sicut terra siciens imbrem prestolatur, *ep. 60:* sicut terra sitiens imbrem ... exspectabiles. 2) *Cf. p. 509 n. 2.* 3) *Cf. supra p. 538 n. 7. J.* 4) *De hoc abbate Centulensi cf. Mabillon, Annales II, 207. J.* 5) *pecoribus. J.*

761-766 civitatum missi ad Desiderium Langobardorum regem cum vestris progredi debeant missis, ut in eorum atque praedicti regis praesentia pro eisdem finibus ac patrimoniis comprobatio fiat nobisque omnia iuxta pacti seriem restituantur. Et nescimus, quid ex hoc proveniendum sit. Attamen per praefatos vestros missos rei agnoscere potestis meritum.

Quapropter quaesumus a Deo protectam excellentiam vestram, ut ita disponere iubeat, ut plenarias de omnibus recipere valeamus iustitias, quatenus isdem beatus Petrus princeps apostolorum, pro cuius restituendis luminariis[1] decertatis, firmissimus vobis sit auxiliator[2] ac optimus remunerator. Nam pro certo agnoscat excellentissima christianitas vestra, quia, si nobis praelati civitatum nostrarum ab eisdem Langobardis invasi fines atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea, quae primitus reddiderunt[3], invadere insidiabunt. Quapropter obnixe petimus christianitatem vestram, ut ita[a] solite nostris petitionibus ea ipsa nobis restitui disponendum adcommodare iubeatis, ut vestra solita dispositione exaltatio sanctę Dei ecclesię et istius a vobis redempte cum Dei virtute provintiae salus proficiat.

Etenim ea[b], quae vestri missi sibimet a vestra praecellentia iniuncta habuerunt, nobis liquidius referentes, ad singula eis responsum reddimus et de omnibus eos informavimus, quae vestrae excellentiae referre debeant, nostrasque petitiones vestris studeant intimare auribus.

His itaque praemissis, Dei nostri omnipotentis exoramus clementiam, ut sua vos fovere annuat gratia[c] et presentem temporale regnum longo senio cum prosperitate corporis et salute anime perfrui concedat una cum dulcissima coniuge vestra, excellentissima regina, filia et spiritali nostra commatre, atque praecellentissimis[d] vestris natis et cęlestia quoque vobis per infinita tribuat praemiorum gaudia possidenda.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

35.

Paulus I. papa Carolo et Carolomanno regibus, qui litteris per Petrum defensorem ecclesiae Romanae missis devotionem suam ostenderint, gratulatur et, ut patrem in ecclesia fovenda imitentur, rogat. *(761—766.)*

Cod. (XL) fol. 46'—47'[a].

Edd. Gretser 40, Cenni 30, Jaffé 35. — Jaffé, Reg. 2362 (1805).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, CAROLO ET CARLOMANNO REGIBUS FRANCORUM ET PATRICIIS ROMANORUM PAULUS PAPA.

Quanto decoris nitore regalis gloriae fastigium ornatis, ex hoc utique omnibus patenter datur intellegi[b], dum nimirum, sicut praeclaro genere orti, piis operibus ac dignis videmini inlustrari moribus[c]. Unde unam quidem huius divini muneris gratiam possidetis ex genere et aliam fruimini ex opere. Et nec mirum, si tantis infulis
Ps. 111, 2. gloriae nobilitas vestra pollet, dum profecto scriptum est: 'Generatio rectorum bene-

a) ulta *V.* b) eteanimea *V.* c) *corr. ex* bratia *V.* d) p̃cellentissimes *V.*

35. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum et carlomannum regibus directa, in qua continentur gratiarum actiones, et de litteris ab eis directis, et ut cum domno et genitore eorum semper pro defensione sanctae dei ecclesiae decertare debeant. b) intelli *V.* c) motibus *V.*

1) *Cf. supra p. 177 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 539 n. 2.* 3) *anno 760; cf. ep. 19. supra p. 519. 520. J.*

dicetur'. Glorificamus enim atque conlaudamus Dei nostri clementiam, qui tantam vobis spiritus sancti sui gratiam contulit. Iam nempe praedistinatos vos habuit, antequam de materno prodiretis[a] utero, quoniam: 'Quos praescivit, et praedistinavit; quos praedistinavit, hos et vocavit; quos vocavit, illos et magnificavit'. Vere enim magnificavit Dominus misericordiam suam super vos et, in reges per suum apostolum beatum Petrum vos unguens, defensores sanctae suae ecclesiae atque fidei orthodoxae constituit, ut participes in hoc bono opere vestri christianissimi efficiamini genitoris. Pro quo digna vobis erit in celestibus regnis cum eo concessa remuneratio et cum omni eritis sanctorum computati collegio. 761-766 Rom. 8, 29. 30.

Interea reversus ad nos Petrus primus defensorum, missus noster[1], detulit nobis, quas direxit[b] litteras. Quibus relectis, magna cor nostrum repletum est laetitia[c]. Per has quippe innotuistis, excellentissimi atque praecellentissimi filii, vos semper in amore beati Petri et spiritalis matris vestrae, sanctae Dei ecclesiae, atque nostro esse permansuros et viriliter decertaturos pro ipsius sanctae Dei ecclesiae atque fidei orthodoxae defensione. Et quidem nobis, boni, praecellentissimi reges, de vestra firma huiuscemodi constantia omnino confidendum est, magnam post Deum in vobis habentes spem[2]. Sed omnipotens Dominus, 'qui dives est in misericordiis', ad perfectam vos perducat aetatem, tribuens vobis longeva ac felicia tempora, corroboretque in vobis fortitudinem brachii sui atque victores vos super omnes barbaras efficiat nationes[3], dilatans regni vestri terminos, atque de vestro praeclaro semine super regale solium potentiae vestrae usque in finem seculi sedere permittat pro aeterna sanctae suae ecclesiae universali exaltatione et fidei orthodoxae defensione. Eph. 2, 4.

Sed peto, excellentissimi filii, ut imitatores vestri christianissimi genitoris efficiamini eiusque Deo placita sequentes vestigia, ut, sicut ipse operibus omnibus gentibus demonstravit, ita quoque et vos bonum quod cepistis opus perficere studeatis[4] et viriliter cum eo decertare, quatenus amplissima sanctae Dei eclesiae procuretur exaltatio, dum vestro auxilio beatus[d] Petrus receperit iustitias suas, dignamque ex hoc coram Deo et angelis eius, eodem principe apostolorum beato Petro interveniente, celestium praemiorum recipiatis remunerationem et vestri nominis memoria laudabili fama maneat[e] in seculum seculi divulgata.

Deus autem omnipotens, qui cuncta ex nihilo suae potentiae verbo firmavit[f], suis vos divinis adherere faciens mandatis, vestra in beneplacito suo dirigat studia tribuatque vobis prudentiae industriam, qualiter regni culmen gubernare valeatis, atque adversantium gentium nationes vestris subiciat pedibus et, sicut in praesenti vita regalem vobis concessit dignitatem, ita quoque et caelestia vobis conferat praemiorum gaudia. Bene valete.

36.

Paulus I. papa, per Iohannem abbatem et Pampilum defensorem regionarium Romam revertentes atque Flaginum cappellanum acceptis Pippini regis litteris cum epistolarum exemplaribus et (Constantini V.) imperatoris ad Pippinum et Pippini ad imperatorem datarum, regi significat, se gaudere de Anthi spatario et Sinesio eunucho im-

a) prodereretis *V.* b) nobilitas vestra *vel quid simile excidisse videtur. J.* c) laetatitia *V.* d) peatus *V.* e) famaneat *V.* f) *pro* potentiae verbo firmavit *Scheffer-Boichorst in Mitteil. X, 311 ponere vult* sapientiae verbo formavit.

1) *Cf. supra p. 538 n. 7. J.* 2) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 3) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 492 n. 4.*

764-766 *peratoris legatis prudenter tractatis et bene confidere, rege repetente quod Stephano II. promiserit, fore ut beato Petro satisfiat; mittit signum suum et epistolam Tassilonis Bavarorum ducis rogatu pacis causa compositam, quam transacto Maio Desiderius Langobardorum rex interceperit; legatos suos et regios imperatore criminante quasi falsa interpretantes et deferentes et Christophorum primicerium suum defendit*[1].

(764—766. post Maium.)

Cod. (XX) fol. 29'—31'[a].

Edd. Gretser 20, Cenni 37, Jaffé 36. — Jaffé, Reg. 2363 (1813).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Cum regalis potentiae culmen plus fidei virtute quam bellatorum armis videatur praesidio et fortitudine circumtegi, quid mirum, excellentissime et vere orthodoxe regum, si studiorum vestrorum conatus ad profligandum Dei institutionem ac fidei christianorum censuram inpensius inminere non desistat. Et ob hoc et caelestis vobis victoria . . . .[b] et prospera a redemptore nostro credite praecellentiae vestrae fore largitura.

Remeantibus siquidem ad nos missis nostris, quos ad vestram praeclaram excellentiam directos habuimus, Iohanne videlicet subdiacono et abbate[2] atque Pampilo defensore[c] regionario spiritalis matris vestrae, sanctae nostre ecclesiae, una cum vestro misso, Flagino cappellano, attulerunt nobis honorabiles et nimis desiderabiles christianitatis [vestrae][d] litteras. Quas cum nimio iocunditatis gaudio suscipientes ac relegentes, protinus earum adsertio tamquam suavitatis flagrantia nos afficiens[e] ac salutaris providentiae fomento medens laetos efficit.

Porro, christianissime rex, amantissime fili et spiritalis compater, innotuit benignitas vestra, qualiter nostri ac inperatoris missi a vobis suscepti sunt[3] et quemadmodum illis de singulis, quae praeclaro culmini vestro affati sunt, respondere studuistis, eos pro amore fautoris[f] vestri beati Petri nequaquam suscipi aut illis respondi adquiescentes absque nostrorum missuum praesentia; sed et ipsi nostri legati ea ipsa nobis retulerunt. Unde, licet nos ob tantam cordis vestri sinceram[g] affluentiam, quam erga spiritalem matrem vestram, Dei ecclesiam, et nostram fragilitatem habere videmini, digna rependere non valemus, est tamen protector vester dominus Deus noster, qui vos regnare iussit[4] et sanctam suam ecclesiam ad defendendum vobis commisit, qui dignam praemiorum in praesenti ac futura vita praecellentiae vestrae rependere potest remunerationem[5].

Itaque et litteras, quas vobis simulationis ac inlusionis causa ipsi imperiales missi attulerunt nobisque a vobis directas, suscipientes, earum agnovimus seriem. Et omnino in hoc benignitatis vestrae pia consideratio exultationis laetitiam nobis intulit, quia vere constat, non pro humano favore, sed pro Dei timore ita vos peregisse. Sed

36. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad dominum regem pippinum per flavinum capellanum et iohannem subdiaconum et abbatem atque pampilum defensorem regionarium sanctae ecclaesiae directa, in qua continentur gratiarum actiones de ipsis missis, qualiter una cum missis imperialibus honorificae suscepti sunt, et caetera. b) victoriada *V.* c) *scr. corrector pro* deuensore *in V.* d) *add. J.* e) ficiens *V.* f) faustoris *V.* g) *corr. ex* senceram *V.*

1) *Hanc epistolam ad annum 765. refert Oelsner, Jahrbücher p. 396.* 2) *Iohannes subdiaconus et abbas una cum Petro primo defensore anno Pauli supremo 767. ad Pippinum missus est, ut intelligitur ex ep. 43 infra. Quare idem istam legationem cum Pampilo defensore regionario peregit ante a. 767. J.* 3) *Itaque scripta haec epistola est, cum legati Constantinopolim missi, de quibus nihildum allatum esse retulit Paulus papa spatio mensium Ianuarii et Martii a. 764. (cf. ep. 29 supra p. 534. 535), iam rediissent; cf. infra p. 546 n. 1. J.* 4) *Cf. supra p. 510 n. 4.* 5) *Cf. supra p. 525 n. 1.*

et ea, quae praelati nostri missi cum imperialibus missis de observatione fidei orthodoxe et pia patrum traditione in vestri praesentia disputantes altercati sunt, nobis liquidius per eadem vestra scripta innotuistis; simulque et exemplar litterarum, quas praelato imperatori direxistis, responsionis quippe modo, et solutionem petitionum de his, quae ab eo vobis intimata sunt, nobis dirigere a Deo inlustrata excellentia vestra annuit; verum etiam et, quemadmodum eisdem imperialibus missis responsum reddidistis et unum ex eis, Anthi nempe spatarium, cum vestris missis regiam direxistis urbem et alium, videlicet Sinesium eunuchum, apud vos detenuistis, simili modo nobis minutius intimastis. Agnitisque omnibus a vobis pro exaltatione sancte Dei ecclesiae et fidei orthodoxe defensione peractis, laetati sumus gaudio magno. Et ita nobis placabilia existunt, sicut certe, non hoc humano consilio, sed Dei providentiae intuitu vos talia egisse ac respondisse, ambiguum non est. Vere enim, domine rex, fili christianissimę et spiritalis compater, spiritus Dei intimi cordis tui inlustrat piam considerationem, et, qui spiritus sancti gratia redundat, non aliis nisi quae spiritalia sunt exuberat, quoniam cor potentiae vestrae in manu Dei consistens in suo procul dubio illud inclinat beneplacito[a]. 764-766

Direxistis siquidem nobis per eadem vestra scripta significantes, quod nulla suasionum blandimenta vel promissionum copia vos possit avellere ab amore et fidei promissione, quam beato Petro principi apostolorum et eius vicario, praedecessori et germano nostro sanctae recordationis, domno Stephano pape, polliciti estis[1]; sed in ea ipsa vos caritate et sponsionis fide fine tenus fore permansuros. Et quidem nos, praecellentissime regum, experimento conperimus et operibus conprobavimus, vos firma atque robustisima constantia in ea ipsa sponsione[b] in finem permanere, et in vobis confidimus, quod, si universi mundi thesaurorum copia in conspectu vestro afferatur ac tribuatur, nullo modo in aliam partem vestram firmam et a Deo inpulsam mentem declinare conflectereque valebit, quoniam vos omnipotens[c] Dominus prae cunctis regibus seculi elegit et in vobis conplacuit, ut vestro certamine sancta universalis Dei Romana ecclesia et capud omnium ecclesiarum ac firmamentum fidei christiane ab inpugnatorum insidiis liberata extitisset; et illud, quod a constitutione seculi Dominus per vos perfici decrevit, ecce mirabiliter operatum est. Unde magnam post Deum in vestro regali culmine spei fiduciam habemus[2], quod perfectius ipsa sancta Dei aecclesia atque haec miserrima et afflicta provintiola a perfidia inimicorum liberetur, quia antiquus humani generis hostis non desinit inimicorum corda pulsare, ut suas iaculent solite insidias. Sed, bone, orthodoxe rex, tuo solito certaminis presidio eorum cum Dei virtute stude confringendum malitiam, ut sancta Dei ecclesia et populus eius peculiaris perfectius ab inimicorum sevitia liberetur et merito suffragiis apostolorum circumsepti mercedis vobis in caelo repositam coronam consequi mereamini[3].

Direximus itaque excellentiae vestrae, iuxta ut intimastis, signum nostrum per praesentem missum vestrum.

Interea et hoc innotescimus christianitati vestrae: quod iam sepius nos petisse dinoscitur Tasilo Baiuariorum dux, ut nostros missos ad vestram praeclaram excel-

a) benepla *V.* b) *sequitur iterum* vos *in V.* c) omnipotentes *V.*

1) *Cf. supra p. 505 n. 8 et infra ep. 42:* nulla quippe premiorum datio, nulla promissionis qualitas nullaque blandimentorum suasio nos ... a vestra caritate poterit avellere, *ep. 44:* quod nulla hominum suasio aut thesaurorum copiosa datio vos poterit declinare aut ab eadem vestra promissione, quod beato Petro spopondistis, quoquo modo inmutare, *ep. 51.* 2) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 3) *Cf. supra p. 520 n. 2.*

764-766 lentiam dirigi annuissemus, ut ea inter vos provenirent[a], quae pacis sunt[1]. Unde nos, data occasione, libentissime nostros missos, id est Philippum dilectum filium nostrum presbiterum atque Ursum cubicularium[b] nostrum et fidelem, ad vestri praesentiam visi sumus direxisse transacto Maio mense, eo videlicet modo, ut, qualiter vestra fuisset voluntas, ita peragere debuissetis. Et properantibus ipsis nostris missis usque Ticino, adversa suspicione arreptus Desiderius Langobardorum rex minime eos permisit ad vestram a Deo conservatam excellentiam pertransire gradiendum. Tamen et easdem litteras, quas vobis dirigebamus, infra hec nostra scripta christianitati[c] vestrę transmisimus.

Itaque et hoc a Deo protecte christianitati vestrae aptum duximus intimandum: quod, relectis[d] imperialibus litteris vobisque defertis per praelatos Anthi spatarium et Sinesyum eunuchum, quas nobis ob earum seriem intuendam pro amore beati Petri fautoris vestri dirigere[e] dignati estis, repperimus in eis adnexum, quod vestri ac nostri homines, qui ipsas imperiales syllabas, quae vobis nobisque directae sunt vel diriguntur, interpretantur, non iuxta ut ibidem exaratum est, sed aliud pro alio false interpretare audent, sed missi, qui inter partes properant, non sicut illis iniunguntur, sed acceptilationis[f] praemio corrupti alia pro aliis deferunt. Et in hoc perpendat vestra excellentia, quanta est inimicorum malitia: dum contra animas eorum, non quae veritatis sunt, sed per hanc occasionis[g] versutiam iniqua proferunt mendatia, in id quod nec suis nec vestris ac nostris credant missis; dum et vos satisfacti estis de vestris hominibus, simili modo et nos de nostris, quod nullo modo hoc agere penitus
Cf. Ps. 7, 10. praesumant. Satisfaciat omnipotens Deus, qui cordis ac renum scrutator est, mellifluum cor excellentiae vestrae, quod nequaquam nostrum quispiam[h], ut ipsi adserunt, talia agere perpetravit.

Sed in hoc vehementer isdem imperator irascitur et occasionis versutiam[i] adhibet[2], pro eo quod nequaquam silesimus ei praedicandum ob constitutionem sanctarum imaginum et fidei orthodoxe integritatem. Nam illud in ipsis suis apicibus adseruit: quod dilectus filius noster, Christophorus primicerius et consiliarius, sine nostra auctoritate[k], nobis quasi ignorantibus, suggestiones illas, quas sepius ei direximus, fecisset et alias pro aliis eius ac vestris missis relegisset. Et in hoc testem et iudicem proferimus Deum[3], quod ita nequaquam est. Nihil enim ipse noster consiliarius extra nostram voluntatem aliquando egit vel agere praesumpsit; quoniam nostri praedecessoris ac germani, domni Stephani papae, simulque et noster sincerus atque probatissimus fidelis extitit et in omnibus existit; et satisfacti sumus de eius inmaculata fide et firma cordis constantia. Et ob hoc credimus: illut, quod nobis false profertur, non inproperium, sed bravii corona nobis a Deo conputatur. Et idcirco utrisque nobis
Cf. Ps. 55, 11. Dominus adiutor est, et non timebimus, quod nobis faciat homo. Habebimus enim post Deum et clipeum protectionis et arma virtutis vestram a Deo inlustratam preclaram excellentiam. At vero christianitas vestra suos iubeat inquirere missos, et in omnibus vos satisfaciatis, quoniam mendatium contra nos isdem adseruit inperator, eo quod eam direximus suggestionem: eis relegentes pariter cum ipsis, quae direximus, confirmavimus; tamen et eius exemplar a nobis vobis directum apud vos habere videmini.

---

a) prouerent *V.* b) cum *V.* c) christianitatis *V.* d) relictis *V.* e) digere *V.* f) acceptilationes *V.* g) hanc occasionis *corr. ex* hoccasionis *V.* h) *corr. ex* quippiam *V*; quippiam *G.* i) *corr. ex* versutias *V.* k) actoritate *V.*

1) *Tassilonem ducem demum anno 763. simultates cum Pippino rege exercere coepisse constat. J.* 2) *Cf. supra p. 521 n. 2.* 3) *Cf. supra p. 535 n. 3.*

His praemissis, flexis poplitibus[1], una cum universa plebe Dei polorum ac tellorum opificem, dominum Deum nostrum[a], exoramus, ut vobis praesentis vitę longevitatem cum magna de hostibus victoria concedat et aeterna gaudia tam excellentiae vestrae quamque christianissimę reginae, filiae et spiritali nostrae commatri, amantissime vestrae coniugi, atque dulcissimis natis, excellentissimis Carolo et Carlomanno regibus Francorum et patriciis Romanorum, largiri dignetur. 764-766

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

37.

Paulus I. papa, per Petrum notarium et Iohannem mansionarium Romam revertentes et Vulfardum (Sancti Martini Turonensis abbatem) eiusque socios litteris acceptis, Pippino regi, societatem inter se in perpetuum initam laudans, supplicat, ut Graecis in Franciam missis ex ecclesiae usu respondeat; Georgium (Ostiensem) episcopum et Petrum presbyterum aut in Francia retinendos aut in Italiam remittendos iterum relinquit; nuntiat, se Vulfardum eiusque socium apud se retenturum esse, Desiderium Romae nuper commoratum Saxulum puerum a rege repetitum restituisse, conventu facto per legatos Langobardicos papalesque iustitias a Beneventanis, Tuscanensibus, Spoletinis exactas esse; gratias agit, quod Desiderius Neapolitanos Caietanosque impellere iussus sit, ut, patrimoniis beato Petro restitutis, episcopos consecrandos Romam mittant.

(764. ex. — 766. ex.)

Cod. (XXVI) fol. 36—37'[a].

Edd. Gretser 26, Cenni 40, Jaffé 37. — Jaffé, Reg. 2364 (1816).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO [REGI][b] FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Votiva cordis nostri desideria et intimi pectoris affectu ut[c] vestrae excellentiae beneficiorum suffragia sanctae Dei ecclesiae vota proferentes, obtabilem nimisque amabilem salutem praecelsae christianitati vestrae atque excellentissimae et nostrae benignissimę filiae et commatri, obtime reginae, simulque amantissimis ac praeclaris vestris nostrisque in Christo amabilibus[2] filiis, Carolo et Carlomanno excellentissimis regibus Francorum et patriciis Romanorum, nec non et omnibus reverentissimis fratribus nostris ac dilectissimis nobis episcopis, presbiteris[d] etiam, religiosis[e] abbatibus simulque et cunctis obtimatibus, iudicibus, ducibus videlicet et comitibus, nec non et universo Christo protecti Francorum regni populo vobis subiacentibus destinamus perennem salutem: persistentes[f] etiam una nobiscum et in osculo caritatis vos amplectentes universi sanctissimi fratres nostri, episcopi, presbiteri etiam et cunctus sanctae et spiritalis matris vestrae, Romane ecclesiae, clericorum ordo et procerum ac obtimatum[g] et universi Romani magni vel minoris[h] congregatio, sedulis interven-

---

a) ur̄um *V.*

37. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem per [uul]fardum[aa] et socios eius derectae, in qua continentur uberrimae laudes, et de missis apostolicis vel grecorum[bb] hic[cc] francia morantes[dd] seu de georgio et petro. b) *om. V.* c) *an* ob? *J.* d) prb̄s *V.* e) regiosis *V.* f) persistensistentes *V.* g) timatum *V.* h) *aliquid deesse videtur.*

aa) fardum *corr. in* wulfradum *manus recens in V;* fardum *G.* bb) grecorūr̦ *V.* cc) *add.* in *manus recens in V;* hic *corr. in marg. in* in *G.* dd) *corr. in* morantibus *manus recens in V; corr. in marg. in* morantibus *G.*

1) *Cf. supra p. 522 n. 2.* 2) *Cf. supra p. 505 n. 6.*

764-766 tionibus pro vita et incolomitatis[a] vestrae laetitia cęlitusque vobis concedendis[b] victoriis divinam nobiscum deprecantes clementiam; et vere debitum vobis est, excellentissime fili nosterque post Deum defensor ac liberator, solitae honorificentiae affectum persolvere et inpensius salutationis verba promere et ea, quae ad regni vestri inmensam exultationis laudem et animae vestrae salutem respiciunt, amplissimae profligari.

Igitur, regressis nostris missis, quos ad vestrae regalis clementiae vestigia distinatos habuimus, Petro[c] scilicet notario regionario[d] sanctae nostrae ecclesiae et Iohanne[e] mansionario[1] confessioni basilice fautoris vestri beati Petri, coniungentibus etiam et vestris missis, Vulfhardo[f] nempe eiusque sociis, protulerunt nobis honorandas nimisque desiderandas sillabas praecellentiae vestrae. Quas cum in conventu fratrum consacerdotumque meorum et cleri atque cuncti laicorum ordinis coetu legissemus, nostri ac vestri missi ea sibimet a vobis iniuncta de vestra immutabilis mentis constantia et puritatis integritate, quam pro spe sanctae Dei ecclesiae et fidei orthodoxae habere videmini, retulissent: ilico nimio gaudio repleti, elevatis ad aethera oculis[g] extensisque palmis[2], inmensas omnipotenti Deo nostro et vestrae excellentiae referuimus grates, angelicam illam pro vestris meritis divinae eius potentiae canentes
Luc. 2, 14. laudem: 'Gloria in excelsis Deo, et in terra pax in hominibus bone voluntatis'. Neque enim, bone rex, aliter mentes fidelium credi poterant, quam quod in earum [.....][h] ex operibus cernentes conperimus a vobis peractum, qui pio intuitu, humanas suasiones et inanes promissiones respuentes, nihil amori et certamini, quam erga beatum Petrum geritis, praeponere maluistis; sed, omnia terrena lucra velut lutum, quod pedibus conculcatur[i], reputantes, ei vos placere eiusque mandatis totis nisibus obtemperare, vestrae inminet cure. Et idcirco ecce, bone rex et praecelsae fili et spiri-
Cf. Matth. 6, 20. talis compater, thesaurizasti tibi thesauros infinitos in sidereis arcibus, ubi erugo non praevalet nec tinea ea, quae iustis tribuenda sunt, consumi possunt, dum ita mirabiliter praecelsae excellentiae vestrae opera rutilant. Quis de vobis quoquo modo ambigere possit, dum ea, quae beato Petro polliciti et ob veniam vestrorum concedere studuistis delictorum, inlibato eius iure perenniter permanenda conservare satagitis et vestris — a vobis et[k] a Deo conservandis — magnis exhortationibus committitis. Et ideo nobis nimis vel cuncto populo nostro confidendum est, in huiuscemodi pio proposito, in immutabilis constantia mentis vos vestrasque[l] soboles et universum regnum Francorum firmiter esse permansuros, quoniam, iuxta ut nobis excellentia
2. Tim. 1, 12. vestra innotuit, 'scimus, cui credimus, et certi sumus'[3].

De nostra itaque puritate et dilectione, quam erga vos et cunctum a Deo protectum regnum Francorum habere dinoscimur, credimus iam vos plenisime esse satisfactos[m]. Pro quo et pro ampliori certificatione Deum caeli testem proferentes[4], in ea nos caritatis dilectione, quam [cum][n] sanctae recordationis domino et germano nostro, beatissimo Stephano papa, et per eum cum omnibus successoribus pontificibus vos vestrique suboles et cuncta vestra proles atque universum regnum Francorum usque in finem seculi conservare spondistis, et nos etiam atque nostros successores pontifices confitemur esse permansuros pro exaltatione sanctae Dei ecclesię et fidei orthodoxae defensione: nulla nos rerum qualitas ab eadem caritatis confirmatione potens poterit separare[o].

a) colomitatis *V.* b) concedentib: *V.* c) petrus *V.* d) not̄ reḡ *V.* e) iohannē *V.* f) uulhardo *V.* g) occilis *V.* h) *lacuna non est in V.* i) c̄culcator *V.* k) *sequitur* ur̄as *in V.* l) ur̄isq; *V.* m) essatisfactos *V.* n) *om. V.* o) separere *V.*

1) *aedituo. J.* 2) *Cf. supra p. 510 n. 8.* 3) *Cf. epp. 42. 53:* scimus ..., cui credidimus, et certi sumus. 4) *Cf. supra p. 535 n. 3.*

Direxit itaque nobis excellentiae vestrae christianitas, significans de missis nostris vestrisque atque Grecorum, qui a regia urbe reversi sunt [1], eos aput vos esse detentos, interim quod, aggregatis vestris sacerdotibus atque obtimatibus, conicere seu perpetrare valeatis, quid de his, quae vobis directa sunt, respondendum sit. Et quidem nobis hac de re aliter confidendum non est a vobis respondi, nisi quae ad exaltationem sacrosanctae spiritalis matris vestrae Romane ecclesiae, caput omnium ecclesiarum Dei, atque orthodoxę fidei pertinere noscuntur, et quia, quod semel beato Petro pro aeternae vitae retributione obtulistis, nulla vos deberet ratione ab eius iure et potestate separari; scimus enim, quod nulla apud vos suasionis fabulatione praevalet, dum divina verba et apostolica documenta firmiter in vestro corde retinetis adnexa. Et ecce, sicut nobis per vestras litteras et nostros vestrosque missos maximam confidendi materiam intulistis [2], prestolamur letabunda hac de re nuntia a vobis suscipi et solite de vestro benigno mentis proposito gratulari. 764-766

Et hoc praecelsa christianitas vestra per easdem suas nos adgreduit syllabas: Georgium episcopum et Petrum presbiterum in vestro permanendum servitio, nos debere concedi. Et quidem praecellentissima vestra benignitas agnoscat, nos iam dudum [3] de hoc vestrae obtemperasse voluntati; per Andream quippe religiosissimum [a] missum vestrum, sicuti poposcendum, in exaratis distinatis apostolicis syllabis eos vobis dinoscimur concedisse, intimantes, ut, sive retinendum sive etiam absolvendum vestra fuisset voluntas, de eis peragere deberetis. Unde etiam et nunc [b] vestro voluntatis arbitrio relaxamus, ut [c], qualiter vobis de eis placuerit tam retinendum quam absolvendum, faciatis, dum semel a nobis vobis concessi sunt; sed utinam ipsi placabiles in vestro possint esse servitio. Pro quo dirigite nobis, quid de episcopato praedicti Georgii et de ecclesia [d], quae praenominato Petro commissa est, peragere debeamus, ne amplius, illis amotis [e], in nimiam neclectus incuriam deveniant.

Interea duos vestros missos, id est Vullfardum et eius socium, secundum vestram praeceptionem pro utilitatibus sanctae nostrae ecclesiae, spiritalis matris vestrae, in his partibus retinuimus.

Illud preterea excellentia vestra innotuit, Desiderio vos Langobardorum regi [f] direxisse, ut Saxulum puerum nostrum, qui nobis fugam arripuerat, reddere [g] deberet. Sed agnoscat christianitas vestra, quod etiam vos creditum [h] cognitum habere, coniunxisse [i] hoc preterito auttumni tempore [4] eundem Desiderium Langobardorum regem ad apostolorum causa [k] orationis limina; eundemque nostrum puerum secum deferens nobis contradidit.

Cum eodem quippe rege pro iustitiis inter partes perficiendis loquente constitit, ut, nostris eiusque missis per diversas civitates progredientibus, ipsę perpetrate fuissent iustitiae. Et ecce Deo propitio de partibus Beneventanis atque Tuscanensibus et fecimus et ad vicem nostras recepimus; nam et de ducatu [l] Spoletino, nostris vel Langobardorum missis illuc adhuc existentes, ex parte iustitias fecimus ac recepimus; sed et reliquas [m], quae remanserunt, modis omnibus plenissime inter partes facere student.

In embolin vero direxit nobis a Deo protecta excellentia vestra, praefatum vos Desiderium ammonuisse regem [n], Neapolitanos ac Kaietanos constringendum ob resti-

a) regiosissimum *V.* b) *sequitur* ui *[*vestro *bis inceptum] in V.* c) aut *V.* d) ecelesia *V.* e) ãmmonitis *V.* f) rege *V.* g) redere *V.* h) *an* creditur? credimus? credimini? *J.* i) coniuxisse *V.* k) causã *V.* l) ducatus *V.* m) requias *V.* n) reges *V.*

1) *De legatis regiis et papalibus Constantinopolim missis nihil sibi allatum esse, scripserat Paulus spatio mensium Ianuarii et Martii a. 764; cf. ep. 29 supra p. 534.535. J.* 2) *Cf. supra p. 523 n. 2.* 3) *iam anno 761[?]; cf. ep. 21 supra p. 524. J.* 4) *Itaque exeunte anno data haec epistola est. J.*

758-767 tuendum patrimonia protectori vestro beato Petro illic Neapolim sita et largiendi licentiam electis solite ad suscipiendam episcopalem consecrationem ad hanc apostolicam properandi sedem. Quapropter maximas de hoc et de omnibus excellentiae vestrae referimus grates.

His praemissis[a], omnipotens dominus Deus noster sua vos continua protectione circumtegat et ab omnibus[b] adversitatibus eripiat et vestris vestigiis omnes barbaras subiciat nationes[1], concedens vobis[c] et praesentem regnum feliciter per multorum annorum curricula[d] una cum amantissima coniuge et praecelsis filiis perfrui, et vitam aeternam cum sanctis tribuat possidendam.

Deus te incolomem custodiat, excellentissime fili.

38.

Paulus I. papa Pippino regi ob ecclesiam liberatam laudato scribit, quam sibi suaserit, Desiderii Langobardorum regis pacem, si is promissa solverit, se libenter culturum et de ecclesiae rebus et Graecis Ravennae insidiantibus cum eodem rege Ravennae collocuturum esse. *(758—767.)*

Cod. (XXX et XXXIII) a fol. 39'—40' b fol. 42'—43[a].

Edd. Gretser 30 et 33, Cenni 33, Jaffé 39. — Jaffé, Reg. 2369 (1808).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Dum tanto vestrae sublimissimae excellentiae beneficio et impenso[b] opitulationis adminiculo sancta[c] spiritalis mater et peculiaris vestra, universalis Dei ecclaesia[d], dinoscitur relevata, quae humana lingua sufficere[e] valeat ad huius benignae[f] vestrae operationis merita gratiarum referre actiones[g]? Et licet in hoc humanae considerationis capacitas rependendi nequeat, verumtamen[h] ille, qui potens est, omnipotens et invisibilis dominus Deus noster, cuius ordinatione[i] vestra regalis potentia confirmata consistit, interventionibus sacris[k] principis apostolorum beati Petri dignam vobis remunerationem in praesenti vita et in futura[l] beatitudine retribuet[2], praesertim dum et fortissimus sanctae orthodoxae fidei et venerabilium patrum pie traditionis[m] defensor esse videris, excellentissime fili et spiritalis compater, et ob hoc ipsam, quam[n] veneranter colis et defendere studes, orthodoxam fidem semper habebis adiutricem et profecto celestis tibi contra adversantium cuneos[o] administrabitur victoria.

Interea, quia[p] magno amoris[q] affectu circa vestram a Deo protectam eximiam excellentiam fervescimus, debitum visitationis et salutationis gnaviter[r] procuravimus sublimitati vestrae persolvere, eximiae[s] fili et spiritalis compater.

---

a) p̄mittis *V.* b) ab nib; *V.* c) nobis *V.* d) cirıcula *V.*

38. a) *Lemmata:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum regem pippinum pro defensione sanctae dei ecclesiae directae, in qua continentur gratiarum actiones et uberrimae benedictiones pro integritate orthodoxae[aa] fidei observationum *Va;* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum regem directa pro defensione sanctae dei ecclesiae et de conlocutione cum desiderio rege in urbe ravenna *Vb.* b) inpenso *Vb.* c) sci *Vb.* d) ecclesia *Vb.* e) ñ *superscriptum del. recens manus in Vb;* non *om. fol. 300, add. fol. 302 G.* f) bena *corr. in* bona *Vb.* g) acciones *Vb.* h) verutamen *Va.* i) ordinationes *Vb.* k) sacri *Va.* l) et in futura *om. Vb.* m) tradicionis *Vb.* n) ipsa quae *Va.* o) *corr. ex* cuneus *manus recens in Va;* cuneos *fol. 300',* cuneus *fol. 302' G.* p) q *Va. b.* q) *om. Va.* r) non inaniter *corr. ex* naviter *manus recens in V;* gnaviter *fol. 300',* naviter *fol. 302' G.* s) eximie *Vb.*

aa) orthocdoxae *Va.*

1) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 525 n. 1.*

Hoc interea vestram meminere volumus excellentiam nuper nobis direxisse, quatenus in pacis dilectione cum Desiderio Langobardorum rege conversare studeamus. 758-767 Quod quidem si ipse excellentissimus vir[a] in vera dilectione et fide, quam vestrae excellentiae et sanctae Dei Romane[b] ecclesiae spopondit, permanserit, utique et nos in caritate firma et stabili pace cum eo permansuri erimus, observantes illud dominice praeceptionis documentum: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. Matth. 5, 9.

Hoc itaque innotescimus christianissime eximietati vestrae, eo quod convenit inter nos et eundem Langobardorum[c] regem, ut pariter nos in Ravennantium urbe praesentare studeamus ad perficiendas quasdam utilitates spiritalis matris vestrae, sanctae nostrae ecclesiae, et pertractandum pro Grecorum malitia, qui cotidie imminent[d] in ipsam Ravennatem[e] ingredi civitatem. Dumque pariter praesentati, quicquid conlocuti[f] fuerimus vel rei exigerit meritum, excellentissime et a Deo protecte[g] eximiaetati[h] vestrae innotescimus.

Orantes de reliquo divinam clementiam, ut ad perfectam exaltationem sanctae Dei ecclesiae et orthodoxae fidei defensionem aevis et prosperis temporibus excellentissimam christianitatem vestram in solio regalis potentiae cum dulcissima coniuge, excellentissima regina, spiritali[i] nostra commatre, atque amantissimis natis conservare et protegere dignetur, tribuens vobis et[k] aeterna caelestis patriae gaudia possidenda.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

39.

Paulus I. papa Francos ob ecclesiam liberatam laudibus effert et benedictionibus prosequitur[1]. *(758—767.)*

Cod. (XXII) fol. 32'—33[a].

Edd. Gretser 22, Cenni 14, Jaffé 38. — Jaffé, Reg. 2368 (1787).

PAULUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS DILECTIS NOBIS EPISCOPIS ET VENERABILIBUS[b] PRESBITERIS ET ABBATIBUS ATQUE RELIGIOSIS MONACHIS, GLORIOSIS ETIAM DUCIBUS ET COMITIBUS SEU UNIVERSAE CHRISTO DILECTAE[2] GENERALITATI EXERCITUS A DEO PROTECTI REGNI FRANCORUM CONSTITUTIS.

Considerantibus nobis et velud ignitam coram nostris aspectibus splendifluam Christo amabilis[2] fortitudinis vestrae fidem et laboriosum certamen adhibentibus, quod liberatione sanctae catholicae et apostolice Romanae[c] ecclesiae, quae vos verbo predicationis peculiaritatis modo sinceros genuit filios, exibere totis nisibus studemini, magna nobis admirandi inheret qualitas. Et ob hoc laudis preconia vestro nomini et benedictę generationi proferre in universo non desistimus orbe terrarum[3]. O dul-

---

a) *om. Va.* b) romanę romane *Vb.* c) langobadorum *Vb.* d) inminent *Vb.* e) ravennam *Vb.* f) elocuti: *inter* e *et* locuti *una littera erasa in Va;* cūlocuti *Vb.* g) protectectore *Vb.* h) eximietati *Vb.* i) spiritale *Va.* k) *eras. Va.*

39. a) *Lemma:* item exemplar generale eiusdem papae ad cun[c]tum exercitum a deo protectum regni francorum, in qua continentur gratiarum actiones et uberrimae benedictiones pro certamen eorum, et ut magis in servitio dei omnipotentis et sanctae dei ecclesiae certando perseverent e[t] animum domni pippini regis ad hoc peragendum excitent. b) venabilibus *V.* c) nomanae *V.*

1) *Cum verisimile non sit, umquam ad solos Francos, rege neglecto, epistolam a papis datam esse, propter rerum similitudinem haec epistola una cum ep. 38 missa esse videtur.* 2) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 3) *Cf. supra p. 510 n. 7 et p. 536 n. 4.*

758-767 cissimi atque amantissimi nobis, quam vicissitudinis[a] repensationem vestro cessui[b] conferamus, aut que thesaurorum copiae digne sint ad tot beneficiorum praesidia, quae sanctae aecclesiae contulistis? Et licet in hoc mentis consideratio et possibilitas coartetur vobis digna rependere, verumtamen est iudex iustus in caelis dominus Deus noster, qui digna vestrorum retribuet operum merita[1].

Vere enim altatum[c] est nomen gentis vestrę super multas generationum nationes; et regnum Francorum vibrans emicat in conspectu Domini, quod talibus benignissimis Dei catholicae et apostolice sanctae ecclesiae liberatoribus preornatur regibus. Novus quippe Moyses[2] novusque David[3] in omnibus operibus suis effectus est christianissimus et a Deo protectus filius et spiritalis compater[4], domnus Pippinus, Dei nutu victoriosissimus[d] rex, per quem exaltata Dei ecclaesia triumphat et fides catholica ab 1. Petr. 2, 9. hereticorum telo inlibata consistit. Et vos quidem, carissimi, 'gens sancta, regale sacerdotium, populus adquisitionis', cui benedixit dominus Deus Israhel, gaudete et exultate, quia nomina vestra regumque[e] vestrorum exarata sunt in celis[5] et merces vestra magna est coram Deo[6] et angelis eius; firmum quippe beatissimum Petrum apostolorum principem, cui a redemptore[f] nostro ligandi solvendique peccata caelo ac terra concessa est potestas, adepti estis protectorem[7].

Sed omnipotens Dominus eiusdem sui apostoli intercessionibus benedicat, protegat atque confortet et conroboret Deo amabilem[8] communitatem vestram actusque vestros in beneplacito suo disponat, tribuens vobis a cęlo victoriam, et terminos vestros dilatet, subiciens excellentissimis regibus vestris omnes barbaras nationes[9] [ad][g] perfectam liberationem et exaltationem sanctae universalis Dei ecclesiae et fidei orthodoxae integritatem, detque vobis ea sapere, quae illis sunt placita, et multo amplius corda vestra in amore beati Petri et eius apostolicae sedis inlustret; fidelique studio eius praeceptis apostolicis obtemperantes vestrorumque regum mandata observantes, et praesentis vitae cursus cum victoria et bona fama exequi et aeterna gaudia cum celi civibus perfrui mereamini.

40.

Paulus I. papa Pippino regi mittit exemplar epistolae a Cosma Alexandrino patriarcha pro integritate fidei datae. *(758—767.)*

Cod. (XXXV) fol. 43'—44[a].
Edd. Gretser 35, Cenni 31, Jaffé 40. — Jaffé, Reg. 2370 (1806).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Quia, spiritus sancti gratia preveniente, cor benignae eximiaetatis vestrae amor Dei inflammavit, profecto constat, a Deo servate, praecellentissime rex, piis te pro-

---

a) vicissitudini *V.* b) *an* censui? certatui? *J.* c) *corr. ex* caltatum *V.* d) victoriissimus *V.* e) regnumque *V.* f) demptore *V.* g) *om. V.*

40. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa de monacho quodam a cosma ab[aa] alexandrino patriarcha derecta.

aa) *add. corrector in V;* ab *V.*

1) *Cf. ep. 38 p. 550:* Et licet in hoc humanae considerationis capacitas rependendi nequeat, verumtamen ille, qui potens est, ... dominus Deus noster, ... dignam vobis remunerationem ... retribuet *et supra p. 525 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 480 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 505 n. 2.* 4) *Cf. ep. 14 supra p. 511. 512. J.* 5) *Cf. supra p. 538 n. 4.* 6) *Cf. supra p. 536 n. 3.* 7) *Cf. supra p. 539 n. 2.* 8) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 9) *Cf. supra p. 498 n. 1.*

fectibus adherere. Et dum tantam in vobis cumulatam gratiam conspicimus, omnino 761-767
nobis et omnibus christianis fidutiae materia de vobis admissa est[1], quod ea, quae ad cultum Dei et verę fidei orthodoxae observantiam respiciunt, toto mentis conatu vos esse operaturos[a].

Inter haec vero, sublimissime fili et spiritalis compater, si quid ad nos pervenerit, libentissime sicut orthodoxo regi et defensori fidei christianę significamus. Innotescimus quippe, iam absolutis vestris missis, coniunxisse[b] ad nos navigium a partibus Africae, in quo quidam monachus a Cosma ab[c] Alexandrino patriarcha[2] cum litteris directus advenit. Quarum instar prefulgidę excellentiae vestrae misimus intuendum, ut ea, que nobis pro integritate fidei ab orientalibus praesulibus et ceteris nationibus diriguntur, agnoscatis et laetetur cor vestrum in huiuscemodi eorum affectu, quem in mandatis Dei habere videntur; quia, dum piae considerationis studio mens vestra intenta existit, nimirum oppido gaudere vos credimus, si ea vobis, quae pro integritate fidei pertineunt, innotescimus.

Sed ipsa sancta orthodoxa[d], quam venerando[e] colitis, fides vos et in praesenti vita longeviter cum victoria foveat et aeterna cum sanctis tribuat gaudia possidenda.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

41.

Paulus I. papa Pippino regi petenti respondet, se Remedii (Rotomagensis) episcopi monachos Romam missos Simeoni priori cantorum scholae psalmata docendos tradidisse[3]. *(761—767.)*

Cod. (XLIII) fol. 48'—49[a].
Edd. Gretser 43, Cenni 35, Jaffé 41. — Jaffé, Reg. 2371 (1811).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM PAULUS PAPA.

Cum caritatis amor, quem erga vestram a Deo inlustratam insignem gerimus excellentiam, nostro enucleatius vigeat cordi, curae idcirco nostrae existit, excellentissime regum, vestrae gnaviter praeclare totis obtemperare nisibus voluntati, presertim dum et amplissimo vestrae excellentiae presidio relevati et post Deum ab insidiatorum videamur saevitia erepti. Et ideo, quotiens nobis relationum vestrarum apices proferuntur, gratuito acceptantes animo confestim, quod[b] eorum textus eloquitur, effectui satagimus mancipandum.

Unde, susceptis in presenti a Deo protecte excellentiae vestrae syllabis, nempe relectis[c], protinus cuncta, quae ferebantur in illis, libenter adimplevimus. In eis siquidem conperimus exaratum, quod presentes Deo amabilis[4] Remedii germani vestri monachos[d] Symeoni[e] scole cantorum priori contradere deberemus ad instruendum eos psalmodii modulationem, quam ab eo adprehendere tempore, quo illic in vestris

---

a) *sequitur iterum correctore superscriptum* conspicimus *in V.* b) coniuxisse *V.* c) *superscr. corrector in V;* ab *V.* d) *corr. ex* ipsam sanctam orthodoxam *V. G.* e) *corr. ex* venerandi *V.*

41. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directae de simeone vel monacho remegii episcopi. b) q; *V.* c) relictis *V.* d) *scr. corrector pro* monachus *in V; corr. ex* monachus *G.* e) symeonis *V; corr. in* symeonis *G.*

1) *Cf. supra p. 523 n. 2.* 2) *De Cosma patriarcha Alexandrino cf. Le Quien, Oriens christianus II, 457 ss. J.* 3) *De hac ep. non ante a. 761. ponenda cf. Oelsner, Jahrbücher p. 347 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 505 n. 6.*

761-767 regiminibus extitit, nequiverunt: pro quo valde ipsum vestrum asseritis germanum tristem effectum, in eo quod non eius perfecte instruisset monachos.

Et quidem, benignissime rex, satisfacimus christianitatem tuam, quod, nisi Georgius, qui eidem scolae praefuit, de hac migrasset luce, nequaquam eundem Simeonem a vestri germani servitio abstolere niteremur. Sed defuncto praelato Georgio et in eius isdem[a] Symeon, utpote sequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina scolae eum ad nos accersivimus. Nam absit a nobis, ut quippiam, quod vobis vestrisque fidelibus onerosum existit, peragamus quoquomodo[b]: potius autem, ut praelatum est, in vestrae caritatis dilectione firmi permanentes, libentissimae, in quantum virtus subpetit, voluntati vestrae obtemperandum decertamus[1].

Propter quod et prefatos vestri[c] germani monachos sepe dicto contradimus Simeoni eosque obtime collocantes sollerti industria eandem psalmodii modolationem instrui praecepimus et crebro in eadem, donec perfectae eruditi efficiantur, pro amplissima vestrae excellentiae atque nobilissima germani[d] vestri dilectione, ecclaesiasticae doctrinae cantilena disposuimus efficaci cura permanendum.

Obtantes de reliquo, excellentiam vestram aevis ac prosperis temporibus in Domino valere et regni perfrui sceptra atque triumphales de hostibus, intercaedente beato Petro, consequi victorias.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

42.

Paulus I. papa Pippino regi laudibus elato gratias agit, quod monasterium Soractense sibi concesserit iam coenobio sanctorum Stephani et Silvestri Romano subiectum et quod pro hoc coenobio diploma petitum mittendum esse pronuntiaverit. (762—767.)

Cod. (XVI) fol. 25'—27[a].

Edd. Gretser 16, Cenni 41, Jaffé 42. — Jaffé, Reg. 2372 (1818).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO[b] ROMANORUM PAULUS PAPA.

Dum divina scripturarum istoriarum[c] in nostro memoriale revolvimus et diversorum Dei electorum merita perpendimus, et, vestra divinae[d] inspirationis studia in nostrae mentis intuitu conferentes, novum te[e] Moysen[2] in his diebus refulsisse, praecellentissime fili et spiritalis compater, comperimus. Ille quidem, ut Israheliticum populum ex affligentium erueret[f] obpressionibus, a divina maiestate praecepta suscepit; tu quoque, precellentissime atque eximiae rex, ad liberandam sanctam universalem catholicam et apostolicam Dei ecclesiam divinitus es inspiratus. Per illum denique Dominus in monte Sina legis mandata eidem Ebraico populo observanda tradidit et lumine eum claritatis suae inlustravit; per te quoque redemtor noster, Dei hominumque mediator, ecclesiae suae et universo populo christiano eius pretioso redempto sanguine pacem tribuit et eius fidei orthodoxę perfectam contulit[g] defensionem. Et

---

a) isde *V.* b) *aut* quoque modo *V;* quoque modo *G.* c) urīs *V.* d) germanis *V.*

42. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum pippinum regem directa pro defensione sanctae dei ecclesiae et pro monasterio, quod ei concessit prope montem serapten situm, gratias magnas referendo. b) patricinio *V.* c) *an* divinarum scripturarum istorias? *J.* d) vestrę divina *V.* e) *sequitur* gentes *in V.* f) eruret *V.* g) contulis *V.*

1) *Cf. ep. 42 infra p. 555 n. 5:* in vestro amore et caritate ... permanentes permanebimus, vestris obtemperantes voluntatibus. 2) *Cf. supra p. 480 n. 1.*

sicut isdem Moyses legislator abhominationes gentium et culturam[a] demonum exterminavit, (762-767) ita et tu, christianissime regum, hereticorum schisma[b] et auctores impii dogmatis[c] respuisti. Pro quo merito divinae gratiae luminae et oleo sanctificationis inter fideles reges, qui olim Deo placuerunt, unctus connumeratusque[d] conprobaris. Unde libet certe psalmigraphi[e] vocem et laudem excellentiae vestrae canere: 'Invenit te (Cf. Ps. 88, 21. 22.) Dominus, benignissime regum, fidelem sibi et praecepta eius servantem, et ideo oleo sancto unxit te; et ecce manus eius auxiliabitur[f] tui, et brachium ipsius confortabit te'.

Nec mirum, tam benignissimum regem tanto divino munere esse preornatum, quoniam spiritus, ubi vult et in quibus vult, inspirat; et profecto in eis inspirat, qui (Cf. Ioh. 3, 8.) piis fulgent operibus, sicut vestra fulgere dinoscitur excellentia. Nam, qualiter dilectionis vestrae amor erga beatum Petrum apostolorum principem et circa nostram caritatem fervesceret, licet solite vestris apicibus atque responsis[g] discurrentibus excellentissima christianitas vestra pronuntiaverit, nunc tamen per eas, quas in praesenti per harum latorem misistis, sillabas, amplissime nobis paternitatis[h] vestrae affectum protulistis, significans, bone, excellentissime fili et spiritalis compater et noster post Deum defensor et liberator, firma perseverantia in amore ipsius principis apostolorum et nostra caritate permansurum. Quod quidem nos securi de vestra immutabilis verbi pollicitatione existimus[i]; 'scimus enim, cui credidimus[k], et certi sumus'[1], (2. Tim. 1, 12.) omnia[l], iuxta ut asseris, perfici.

Quid itaque ex hoc vestrae valebimus rependere excellentiae? Aut quam vicissitudinem reddere potuerimus pro tantis beneficiorum suffragiis, quae sanctę Dei ecclesiae et christianorum fidei inferre precelsa eximietas vestra dignata est, dum ad referendas[m] gratiarum laudes mens nostra die noctuque provocatur? Admirandum[n] mihi potius est[o] et valde stupendum[p], quomodo oris mei loquacitas tantorum praesidia benificiorum proferre queat. Veruntamen 'calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo'. (Ps. 115, 13.) Et crebro, elevatis oculis et palmis extensis ad aethera[2], divinam pro vobis indesinenter exposco clementiam, ut ipse super vos de throno maiestatis suae respiciat et regni vestri fastigium fovead[q] atque inmensas vobis de celo tribuat victorias et omnes barbaras gentes vestris prosternere dignetur vestigiis[3] et terminos regales vestrae potentiae dilatet.

Etenim nos, fili excellentissime et spiritalis compater, testem proferimus veritatis Deum[4], in cuius manu cor excellentiae vestrae corrigitur, quod, sicut sepius nostri cordis puritate propalavimus, in vestro amore et caritate, quemadmodum inter vos et sanctae recordationis dominum et germanum nostrum, sanctissimum Stephanum papam, et per eum cum sancta Dei ecclaesia confirmatum est, permanentes permanebimus, vestris obtemperantes voluntatibus[5]. Et absit a nobis, quod a vestro quoquo modo separemur amore; nulla quippe premiorum datio, nulla promissionis qualitas nullaque blandimentorum suasio nos, sicut sepius diximus, a vestra caritate poterit avellere[6]. Sed peto et tamquam praesentaliter obsecro[7] mellifluam excellentiam vestram, ut amplissimam iam fatę spiritalis vestrae matris ecclesiae exaltationem perficere et fir-

a) *scr. corrector pro* culturum *in V.* b) hereticorum schisma *scr. corrector pro* ereticorum schis *in V.* c) *scr. corrector pro* docmatis *in V.* d) conmeratusque *V.* e) palmigraphi *V.* f) *scr. corrector pro* ausiliabitur *in V.* g) *scr. corrector pro* responsalibus *in V.* h) *scr. corrector pro* patertis *in V.* i) existitimus *V.* k) *scr. corrector pro* credimus *in V.* l) *sequitur* uerbis *in V.* m) refendas *V.* n) admirandū *V.* o) *sequitur* qualitas *in V.* p) *scr. corrector pro* stupendi *in V.* q) *corr. in* foveat *manus recens in V.*

1) *Cf. supra p. 548 n. 3.* 2) *Cf. supra p. 510 n. 8.* 3) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 535 n. 3.* 5) *Cf. supra p. 551 n. 1.* 6) *Cf. supra p. 545 n. 1.* 7) *Cf. supra p. 510 n. 1.*

762-767 missimus christianorum fidei defensor existere iubeas, benignissime regum, quatenus[a] ex hoc memoria nominis vestri usque in finem mundi in domo Domini celebretur et suffragiis apostolorum et praesentis vitae prospera et aeterne beatitudinis vobis tribuantur gaudia.

Interea, excellentissime fili et spiritalis compater, quia inspiratus a Deo nobis monasterium illud secus montem Serapten situm concedere dignatus es [1], magnas atque innumerabiles gratiarum acciones eximiae praecellentiae vestrae referimus: sit vobis ex hoc Dominus retributor et dignam caelestium premiorum remunerationem in aeterna beatitudine concedat. Nos quidem monasterium illud ad laudem Dei et vestri memoriam atque aeternam mercedem nostro monasterio [2] dinoscimur subdidisse; ut, quia beatus Silvester christianorum inluminator fidei [3], cuius sanctum corpus in nostro monasterio a nobis reconditum requiescit, pridem[b] persecutionem paganorum fugiens conversatus est, iustum prospeximus, ut sub eius fuisset[c] ditione, ubi ipsum venerandum requiescit corpus. Veruntamen nos penitus neque de hoc monasterio neque de aliis quibuslibet causis extra vestram[d] voluntatem nequaquam quippiam agere volumus, sed, ut vestra fuerit voluntas, de omnibus agere studemus.

Itaque noster animus laetus effectus est et Deo omnipotenti et vestrae praecellentiae immensas retulimus grates, in id quod nostram deprecationem a Deo inspiratus exaudire dignatus es, benignissime rex, et preceptum regalis vestri culminis nostro monasterio [4] dirigendum pronuntiastis, firmam eiusdem sanctae mansionis dationem[e] procurantes nunc et retro cunctis temporibus. Unde petimus divinam clementiam, ut, sicut vos nostrum monasterium[f], quod ad Dei laudem[g] constitutum est, confirmare studetis, ita vestrum regnum confirmare super omnes gentes dignetur. Et pro certo sciat[h] excellentissima christianitas vestra, quod[i] omnes illos marthyres, qui pro Christi nominis confessione suum fuderunt[k] sanguinem et in eodem sancto requiescunt monasterio, firmissimos[l] apud divinam clementiam habebitis[m] intercessores [5].

De eo vero, quod innotuistis: de nostra vos certos effici sospitate, nos, bone et[n] christianissime rex, in eo sospes fatemur esse, dum vestri corporis sospitas et salus animae opitulante Deo adcrescit, quia vestra salus nostra est prosperitas [6].

His praelibatis, omnipotens rerum opifex et arbiter Deus sua vos gratia foveat et longevo[o] ac prospero senio regalis culminis sceptra[p] cum magna victoria vobis cum dulcissima vestra coniuge, praecelsa filia et spiritali nostra commatre, domna Bertrada eximia regina, et amantissimis vestris nostrisque filiis, eximiis regibus et patriciis Romanorum, domnis Carolo et Carlomanno, nec non et domna Gisila[q] nobilissima perfrui concedat[r] et celestis regni gaudia cum sanctis et electis possidenda per infinita tribuat secula.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) *corr. in* quatinus *manus recens in V;* quatenus *G.* b) *an* ibidem? *Zeumer; cf. n 3.* c) *scr. corrector pro* fuissed *in V.* d) vr̄a *V.* e) *add. corrector in V; om. G.* f) *scr. corrector pro* nasterium *in V.* g) dī laudem *scr. corrector pro* dē dī *in V.* h) *scr. corrector pro* credat *in V.* i) *corr. ex* ut *V.* k) *scr. corrector pro* futurum *in V.* l) *scr. corrector pro* firmissima *in V.* m) *scr. corrector pro* habebit *in V.* n) *add. corrector in V.* o) *scr. corrector pro* longvo *in V.* p) *scr. corrector pro* ceptra *in V.* q) *corr. ex* gisla *V;* gisla *G.* r) conconcedat *V.*

1) *Paulus indictione XV. (761. Sept. 1—762. Aug. 31.) coenobium Soractense Pippino contulerat (cf. ep. 23 supra p. 526. 527). Idcirco haec coenobii restitutio spatio annorum 762—767. facta est. J.* 2) *monasterio sanctorum Stephani et Silvestri Romano; cf. Reg. pont. Rom. 2346 (1799). J.* 3) *Cf. supra p. 501 n. 3; v. Grauert in Hist. Jahrb. 1883 p. 87 n. 7, (Brunner-)Zeumer, Die Constant. Schenkungsurk. p. 46, Friedrich, Die Constant. Schenk. p. 165, Hauck in Luthardts Zeitschr. 1888 p. 204, Scheffer-Boichorst in Mitteil. X, 314.* 4) *Pippini diploma monasterio sanctorum Stephani et Silvestri Romano concessum non iam exstat. J.* 5) *Cf. supra p. 539 n. 2.* 6) *Cf. supra p. 509 n. 2.*

43.

Paulus I. papa Pippino regi scribit, ad mandata eius per Haribertum (Murbacensem) abbatem et Dodonem comitem relata voce se respondisse, et legatos suos Iohannem abbatem et Petrum primum defensorem ecclesiae Romanae commendat. 767 *(767.)*

Cod. (XVIII) fol. 28—28'[a].

Edd. Gretser 18, Cenni 34, Jaffé 43. — Jaffé, Reg. 2373 (1810).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRITIO[b] ROMANORUM PAULUS PAPA.

Explere verbis nequeo et penitus sermonum copia nequaquam complecti[c] valeo, excellentissime et re vera prae cunctis regibus christianissime atque orthodoxe regum, quantum vestris meritis atque piis operationum studiis intima cordis nostri affectio congratulatur, dum profecto vestro certaminis praesidio et laborioso[d] conamine sancta catholica et apostolica, universalis, mater vestra spiritalis, Dei ecclesia atque orthodoxa christianorum fides ab emulorum inpugnationibus erepte consistunt; et ex hoc indesinenter ab omni populo christiano redemptori nostro domino Deo ob tantum vestrum adhibitum beneficii adminiculum referuntur laudes. Unde merito[e], christianissime fili et spiritalis compater, cum egregio illo ac praecipuo David rege et eximio prophetarum in celestibus regnis participem te esse, omnium fidelium mentes opinantur[1], quia sicut honorum infulis, ita quoque et operibus eum coequare christianitas tua, ut ipsa rei operatio demonstrat, dinoscitur. Ille enim, erepta ab allophilis arca Domini, cum ymnis et canticis spiritalibus ac psalterii modulatione exultans iocundabatur; tu quoque, fundamentum et capud omnium christianorum sanctam Romanam redimens ecclesiam et universum ei subiacentem populum, gaudens atque laetus omnipotenti domino Deo nostro offerre satagis, cuius tanti pii[f] operis perfectionem adhibere benignitas tua anhelat; de quo iam repositam sibi[g] in celestibus arcibus praemiorum credat consequi remunerationem[2].

Properantes siquidem ad vos praesentes solertissimi viri, Haribertus scilicet abbas[3] et Dodo comes, excellentiae vestre fidelissimi missi, detulerunt nobis mellifluas et nimis desiderabiles sillabas a vestra praeclara christianitate directas, in quibus solite nos de vestro firmo atque incommutabili pollicitationis verbo et magnae perseverantiae constantia, quam in apostolicis perficiendis causis gerere videmini, certos reddere studuistis. Quod quidem nos, firmi et omnino freti in vestro benigno proposito, existimamus fine tenus vos permansuros atque perfectius operaturus id, quod beato Petro apostolorum principi et praedecessori domino et germano nostro, beatissimo Stephano pape, polliciti estis.

Interea ferebatur et hoc in eisdem vestris apicibus: quia id, quod et praesentes de parte vestra velle habuistis nos debere cognosci, scriptis nequaquam propalare maluistis, sed, informatis de singulis causarum meritis praelatis vestris missis, quae

---

43. a) *Lemma:* item exemplar epistolae ad domnum pippinum regem per haribertum abbatem et dodonem comitem directa, in qua continentur uberrime benedicciones et gratiarum laudes de firmo atque incommutabili pollicitationes verbo et magna perseverantia in perficiendis causis apostolicis. b) ptritio *V.* c) completi *V.* d) laboroso *V.* e) merto *V.* f) pio *V.* g) sib *V.*

1) *Cf. supra p. 505 n. 2; quod sequitur:* Ille enim ..., tu quoque *cf. cum* Ille quidem ..., tu quoque *supra p. 554.* 2) *Cf. supra p. 520 n. 2.* 3) *Ann. Nazariani:* 762. Haribertus abba ordinatus est; 767. Paulus papa obiit. Haribertus abba Roma transmissus. *(SS. I, 29. 31). Annalium scriptor licet relationi de Pauli papae morte postposuerit legationis memoriam, tamen ex epistola hac apparet, Haribertum abbatem ad viventem eundem papam pervenisse. J.*

767-770 nostris deberent innotesci auribus. Et ita, iuxta ut a vobis praecepta sunt, egerunt. Quod quidem nos de singulis, quae nobis affati sunt, liquidius eos informavimus: qualiter nostram vitam a Deo institutae regali vestrae potentiae enarrare debeant.

Sed et praesentes nostros missos, id est Iohannem subdiaconum et abbatem atque Petrum primum defensorem, cum eis pariter ad vestra regalia direximus vestigia. Quos petimus benignae solite a vobis suscipi, et, quicquid vobis ex nostra informatione enarraverint, eis in omnibus credere iubeatis[1]. Et ita de causis sanctę Dei ecclesiae, sicut magnam post Deum in vobis abemus fiduciam[2], disponere iubeatis, ut perfectae liberatio atque exaltatio sanctae Dei ecclesiae et fidei orthodoxe proficiat et merito repositam vobis in caelo consequamini mercedis coronam[3].

Deus autem omnipotens, qui in excelsis habitat et humilia respicit, qui palmo universum mundum concludit, in cuius manu omnia regnorum iura consistunt, sua vos protegat gratia et e celo vobis tribuat victorias, subiciens vestro regali culmini omnes adversantes nationes, aevisque ac prosperis temporibus regni gubernacula faciat possidere cum excellentissima filia et nostra spiritali commatre, benignissima regina, dulcissima vestra coniuge, atque amantissimis natis Carolo et Carlomanno, excellentissimis regibus, et nobilissima atque excellentissima Gisila nostra spiritali filia et vitam aeternam per infinita vobis tribuat secula possidendam.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

44.

Stephanus III. papa Carolo et Carolomanno regibus per Gauzibertum episcopum, Fulcbertum, Ansfredum, Helmgarium nuntiantibus, se ad concordiam animos suos revocasse, gaudere se significat et repetentibus, quod cum patre beato Petro promiserint, supplicat, ut plenarias iustitias a Langobardis exactas beato Petro reddendas quam celerrime curent. *(769. 770.)*

Cod. (XLVII) fol. 52—53[a].

Edd. Gretser 47, Cenni 47, Jaffé 46. — Jaffé, Reg. 2380 (1825[a]).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, CAROLO ET CARLOMANNO REGIBUS FRANCORUM ET PATRICIIS ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

Benedictus dominus Deus noster, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolator et propitiator existit omnium invocantium eum in veritate! Ipse enim redemptor noster, preces clamantium ad se exaudiens, merentium tribulationes ad gaudium convertit, quod certae nunc in vobis atque universo peculiare populo sanctae Dei ecclesiae eius divinae piaetatis clementiam et misericordiae benignitatem cernimus esse diffusam, in eo quod, nostra oratione vota exaudiens, meroris nostri lamentationem, quam usque[b] hactenus habuimus ipsa divisione ex discordia[c] illa, quam antiquus hostis, inimicus pacis, intra vestram fraternitatem inmiserat — nunc Deo propitio, eodem pestifero aemulo confuso, in communem dilectionem et concordiam ut vere uterinos et germanos fratres vos conexos esse discentes — in magnam laetitiam[d] convertere dignatus est.

---

44. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum et carlomannum regibus directa, in qua continentur uberrimae benedictiones et pro eorum fraternitatis concordia gratiarum actiones, et de iustitiis sancti paetri. b) us *V*. c) discorrat *V*. d) laetiã *V*.

1) *Cf. supra p. 507 n. 2.* 2) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 3) *Cf. supra p. 520 n. 2.*

Itaque, praecellentissimi filii, magni, victoriosissimi reges et Dei providentia nostri Romanorum patritii, coniungentes ad nos fidelissimi ac sollertissimi vestri missi, scilicet Gauzibertus reverentissimus et sanctissimus[a] frater noster episcopus[1] atque Fulcbertus religiosus et Ansfredus seu Helmgarius gloriosissimi viri[b], detulerunt nobis honorabiles et nimis desiderabiles syllabas vestras, a Deo instituta regale potentia directas, per quas innotuistis: contentionis rixas ac litigia inter vos versata fuissent, sed annuentae Domino nunc ad veram dilectionem et unitatis concordiam et fraternam amorem conversi extitisse videmini. Quo audito, magno gaudio atque laetitia una cum universo populo nostro istius provintiae a vobis redemptae repleti sumus et gemina festivitatis gaudia peregimus, inmensas Deo nostro omnipotenti referentes gratiarum actiones atque victricem eius claementiam conlaudantes, consona cum prophetica voce cantantes atque dicentes[2]: 'Benedictus es, domine Deus noster, et benedicta omnia opera tua'. Ecce enim nunc gaudet Deus noster in caelis, gaudet et universus corus angelorum, et in terra etiam cunctus exultat populus christianus; et solus diabolus, inimicus pacis et discordiae seminator, luget, dum victum se esse et superatum conspicit. Non enim aliter fidelium mentes existimare poterunt provenire, quam quod nunc factum esse gaudemus, si Deus omnipotens illam pacem et fraternam dilectionem in vobis multiplicet et multiplicatam conroboret, quam suis donavit sanctis apostolis; unde de vestra unitatae et sancta spiritalis mater vestra Dei ecclaesia et eius universus populus exultat. 769.770 Cf. Dan. 3, 52. 57.

Nam sic[c] vero et in is ipsis vestris ferebatur apicibus: tota vestra virtutae vos esse decertaturos pro exigendis iustitiis protectoris vestri beati Petri et sanctae Dei ecclesiae atque in ea promissione amoris, [quam cum][d] vestro pio genitore, sanctae recordationis domno Pippino, eidem principi apostolorum et eius vicariis polliciti estis, esse permansuros et plenarias iustitias sanctae Dei ecclesiae atque eius exaltationem esse operaturos. Et quidem nos, excellentissimi filii, christianissimi, magni regis, omnino de hoc certi atque in omnibus satisfacti sumus: quod nulla hominum suasio aut thesaurorum copiosa datio vos poterit declinare aut ab eadem vestra promissione, quod beato Petro spopondistis, quoquo modo inmutare[3]. Tamen nunc firmitatem vestram comprobavimus, dum non corruptori et fragili homini, sed Deo omnipotenti et eius apostolorum principi placere procurastis.

Unde obnixae tamquam praesentialiter petimus et coram Deo vivo, qui vos regnare praecepit[4], coniuramus[5] excellentiam vestram, ut plenarias iustitias beati Petri sub nimia velocitate secundum capitulare, quod vobis [per][e] praesentes vestros fidelissimos missos direximus, exigere et beato Petro reddere iubeatis, sicut et vestra continet promissio, et omnia, quae beato Petro et eius vicariis cum vestro sanctae memoriae pio genitore promisistis, adimplere dignemini, quatenus, intercedente eodem principe apostolorum, perfectam ab omnipotenti Deo in praesenti vita et futura beatitudine suscipiatis[f]. Post Deum in vobis habemus fiduciam[6] et in vestro amore atque caritatis dilectione firmiter usque ad animam et sanguinis effusionem una cum universo populo permanemus atque permanebimus[7]. Tamen et de hoc et de omnibus iustitiis beati Petri praedictis vestris missis subtilius locuti sumus, vestro regali culmini cuncta enarrandum. Et, ea[8], sicut terra siciens imbrem prestolatur[9], ita vestrum auxilium et congruum effectum de nostris petitionibus postulamus.

---

a) scāssimus *V.* b) viri *scripsit J pro* uri (*i. e.* vestri) *in V.* c) si *V.* d) quam cum *addidit J.* e) *om. V.* f) *sequitur iterum* adimplere dignemini quatenus *in V.*

1) *Carnotensem episcopum eum fuisse, opinatur Mabillon (Annales II, 220).* 2) *Cf. supra p. 539 n. 5.* 3) *Cf. supra p. 545 n. 1 et Abel-Simson, Jahrbücher I, 78 n. 3.* 4) *Cf. supra p. 510 n. 4.* 5) *Cf. supra p. 478 n. 3.* 6) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 7) *Cf. supra p. 508 n. 4.* 8) *eia. J.* 9) *Cf. supra p. 541 n. 1.*

769-771 Et videte, excellentissimi filii, quia obtestamur vos [per][a] tremendum diem iudicii[1]; etiam beatus Petrus per nos vos adhortatur atque obtestatur, ut sub nimia velocitate ipsas iustitias eiusdem principis apostolorum exigere a Langobardis iubeatis, fortiter eos cum Dei virtute distringentes, ut sua propria isdem princeps[b] apostolorum atque sancta Romana rei publice ecclesia recipiat. Nam si, quod non credimus, ipsas iustitias exigere neglexeritis aut distuleritis, sciatis, vos de istis rationes[c] fortiter ante tribunal Christi eidem principi apostolorum esse facturos. Si quis autem vobis dixerit, quod iustitias beati[d] Petri recepimus, vos ullo modo ei non credatis.

Deus autem omnipotens sua vos dextera protegat et victoriam vobis de celo tribuat suumque angelum ante faciem vestram mittat, qui vos precedat, et inimicos vestros coram vestris prosternat vestigiis atque a Deo instituti regni vestri terminos dilatet[2] et praesentis[e] regni[f] longeviter ac prospere gubernacula perfrui faciat etiam et post huius vitae inaevitatem caelestia vobis regna per infinita tribuat saecula possidenda.

45.

Stephanus III. papa Carolum et Carolomannum reges obtestatur, ne alteruter eorum, dimissa uxore, filiam Desiderii Langobardorum regis in matrimonium ducat, neu Giselam sororem (Athalgiso) filio Desiderii collocent, eosque rogat, ut beato Petro a Langobardis oppresso satisfaciant; Petrum presbyterum et Pampylum defensorem, legatos suos, commendat. *(770. 771.)*

Cod. (XLV) fol. 49'—51'[a].

Edd. Gretser 45, Cenni 49, Jaffé 47. — Jaffé, Reg. 2381 (1826).

DOMINIS EXCELLENTISSIMIS FILIIS, CAROLO ET CARLOMANNO REGIBUS FRANCORUM ET PATRICIIS ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

Dum omnium electorum Dei praecipuam vitam et digna operum merita in nostri memoriam revolvimus[3], invenimus profecto, nulla eos potuisse qualitatis diversitate ab eorum cordis statu et pristina sponsionis constantia amoveri. Unde, et variis antiqui hostis suasionibus ac blandimentis circumvallati, inmutabiles in suae mentis firmitate constat permansisse; et ob hoc cum triumpho victoriae ad optata pertingere meruerunt gaudia. Et nimirum considerandum est, quia, si quis quibusdam suasionibus demulcitus victus fuerit, a recto confestim tramitae, qui ducit ad vitam aeternam, per abrupta declinans deviare contendat, ut ex hoc in proclivem delabatur noxam; nam plerumque certum est, quia isdem antiquus hostis per infirmam naturam fidelium mentes subripere nititur; hinc est enim, quod olim primo omini in paradyso constituto per infirmam mulieris naturam pestiferis valuit suadere blandimentis, divinum transgredi mandatum; et ob hoc dirae mortis humano generi inrepsit excidium. Et ideo, prae-

a) *om. V.* b) principis *V.* c) vos distos nationes *V.* d) beatri *V.* e) *novissima littera erasa est in V;* prẹsentis *G.* f) *corr. in* regno *manus recens in V;* regni *G.*

45. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum et carlomannum regibus directa, prohibendo atque cum nimiis adiurationibus obligando, ut de gente langobardorum uxores minimae acciperent.

1) *Cf. supra p. 493 n. 1.* 2) *Cf. ep. 13 supra p. 510:* Deum . . . exoramus ... sua vos foveri gratia, mittens angelum potentiae suae . . . ante faciem vestram, qui omnes adversarios vestros . . . vestris subiciat vestigiis regnique vestri dilatet terminos et victoriam vobis e caelo concedat *et infra ep. 61:* ut angelus Dei omnipotentis vos praecaedat. 3) *Cf. ep. 42 supra p. 554:* Dum ... in nostro memoriale revolvimus ... diversorum Dei electorum merita ...

cellentissimi filii, magni reges, tanto studiosius[a] eiusdem molimini[b] inmiti[c] resistendum est, ne quemquam suis inretire valeat argumentis, quanto cernimus suis crebro insidiis ad decipiendum fidelium corda insistere. 770. 771

Itaque nostrae perlatum est notioni, quod certae cum magno cordis dolore dicimus: eo quod Desiderius Langobardorum rex vestram persuadere dinoscitur excellentiam, suam filiam[1] uni ex[d] vestra fraternitate in conuvio[e] copulari[f]. Quod certe si ita est, haec propriae diabolica est immisio et non tam[g] matrimonii coniunctio[h], sed consortium nequissimae adinventionis esse videtur, quoniam plures conperimus, sicut divinae scripturae historia instruimur, per aliene nationis iniustam copulam a mandatis Dei deviare et in magno devolutos facinore. Quae est enim, praecellentissimi filii, magni reges, talis desipientia, ut penitus vel dici liceat, quod vestra praeclara Francorum gens, quae super omnes gentes enitet, et tam splendiflua ac nobilissima regalis vestrae potentiae proles perfidae, quod absit, ac foetentissimae Langobardorum genti polluatur, quae in numero gentium nequaquam conputatur, de cuius natione et leprosorum genus oriri certum est! Nullus enim, qui mentem sanam habet, hoc vel suspicari potest, ut tales nominatissimi reges tanto detestabili atque abhominabili contagio implicentur: 'quae enim societas luci ad tenebras? aut quae 2. Cor. 6, 14. 15.
pars fideli cum infidelae?'

Etenim, mitissimi et a Deo instituti benignissimi reges, iam Dei voluntate et consilio coniugio legitimo ex praeceptione genitoris vestri copulati estis, accipientes, sicut preclari et nobilissimi reges, de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gentae, pulchrissimas coniuges[2]. Et eorum vos oportet amori esse adnexos; et certae non vobis licet, eis dimissis, alias ducaere uxores vel extranaee nationis consanguinitate immisci.

Etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neque avus vester[3] neque proavus[4], sed nec vester genitor[i] ex alio regno vel extranea natione coniugem accepit: et quis de vestro nobilissimo genere se contaminare aut conmiscere cum horrida Langobardorum gente dignatum est, ut nunc vos suademini, quod avertat Dominus, eidem horribili genti pollui? Itaque nullus, exterrae gentis assumta coniuge, innoxius perseveravit; advertite, queso, quanti qualesque potentes, per aligenigena coniugia a praeceptis Dei declinantes et suarum[k] sequentes uxorum aligenę gentis[l] voluntatem, validis inrepti excessibus immensa pertulere discrimina.

Impium enim est, ut vel penitus vestris ascendat cordibus, alias accipere uxores super eas, quas primitus vos certum[m] est accepisse. Non vobis convenit tale peragi nefas, qui legem Dei tenetis et alios, ne talia agant, corripitis: haec quippe paganae gentes faciunt; nam absit hoc a vobis, qui perfecte estis christiani et 'gens sancta 1. Petr. 2, 9.
atque regale estis sacerdotium'. Recordamini et considerate, quia oleo sancto uncti per manus vicarii beati Petri[5] caelesti benedictione estis sanctificati: et cavendum vobis est, ne tantis reatibus inplicemini.

Mementote hoc, praecellentissimi filii: quod sanctae recordationis praedecessor noster, domnus Stephanus papa, excellentissimae memoriae genitorem vestrum ob-

a) *scr. corrector pro* studio *in V.* b) *scr. corrector pro, ut videtur,* oli ni *in V.* c) *inter* in et miti *locus rasus in V;* in miti *G.* d) *bis scr. V.* e) conuiuio *V.* f) copulandi *V.* g) ta *V.* h) coniuntio *V.* i) gitor *V.* k) suorum *V.* l) gentes *V.* m) certus *V.*

1) *Nomen eius dubium est; cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 80 n. 5 et Böhmer-Mühlbacher, Reg. 136a.* 2) *Himiltrudem (Carolus) et Gerbergam (Carolomannus); cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 82. 83; at Böhmer-Mühlbacher l. c.* 3) *Carolus Martellus. J.* 4) *Pippinus qui vocatur medius. J.* 5) *Stephani II. papae. J.*

770.771 testavit, ut nequaquam praesumpsisset[a] dimittere[b] dominam et genetricem vestram: et ipse, sicut re vera christianissimus rex, eius salutifferis obtemperavit monitis.

Nam et illud excellentiam vestram oportet meminere: ita vos beato Petro et praefato vicario eius vel eius successoribus spopondisse, se amicis nostris amicos esse et se inimicis inimicos[1]; sicut et nos in eadem sponsione firmiter dinoscimur permanere. Et quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis et cum nostris inimicis coniunctionem facere vultis, dum ipsa periura Langobardorum gens, semper ecclesiam Dei expugnantes et hanc nostram Romanorum provintiam invadentes, nostri esse conprobantur inimici?

Itaque et hoc, peto, ad vestri referre studete memoriam: eo quod, dum Constantinus[2] imperator nitebatur persuadere sanctae memoriae mitissimum vestrum genitorem ad accipiendum coniugio filii sui[3] germanam vestram nobilissimam Ghisylam [.........][c] neque vos aliae nationi licere copulari, sed nec contra voluntatem apostolicae sedis pontificum quoquo[d] modo vos audere peragere[e]. Et quam ob causam nunc contra apostolica mandata et voluntatem vicarii apostolorum principis agere conamini, quod numquam vester pater perpetravit? An nescitis, quod non infelicitatem nostram, sed beatum Petrum, cuius licet immeriti vices gerimus, spernitis?
Matth. 10, 40. Luc. 10, 16. Scriptum est enim: 'Qui vos recipit, me recipit; et qui vos spernit, me spernit'.

Recordamini, peto, excellentissimi filii, quomodo vos fidedicere[4] visus est prelatus vester domnus ac genitor, promittens in vestris animabus[f] Deo et beato Petro atque eius vicario antefato, sanctae recordationis praedecessori nostro, domno Stephano papae, firmiter debere vos permanere erga sanctae ecclesiae fidelitatem et omnium apostolicae sedis pontificum oboedientiam et inlibatam[g] caritatem; et postmodum praedecessori nostro, domno Paulo papae, eadem vos una cum eodem vestro genitore certum est plerumque per missos et[h] scripta promisisse; et post decessum antefati sanctae memoriae patris vestri et vos ipsi sepius tam per vestros missos quamque per litteras simulque et per Sergium fidelissimum nostrum nomenculatorem[5] et per alios nostros missos nobis spopondistis: in eadem[i] vos vestra promissione[k] sicut genitor vester circa sanctam Dei ecclaesiam et nostram fidelitatem esse perseveraturos.

Sed et illud, queso, ad vestri refertae memoriam: qualiter vos prelatus domnus Stephanus papa in suo transitu[6] per sua scripta[7] sub terribili adiuratione adhortari studuit, firma stabilitate vos esse permansuros erga dilectionem Dei, sanctae Dei ecclaesiae, et inlibatam caritatem apostolicae saedis pontificum et omnia vos adimplere iuxta vestram eidem Dei apostolo adhibitam[l] sponsionem. Et nunc[m] ista est vestra promissio!

O quantum laborem sustinuit isdem praecipuus ac beatissimus pontifex, qui, ita inbecillis existens, tanto se exhibuit prolixi itineris periculo[8]. Et nisi Dominus presto fuerit, in vacuum eius labor deducetur fietque nobis iter illud, quod ibidem isdem noster praedecessor Franciam properavit, in magnam ruinam, dum nostri inimici[n] plus nunc quam pridem in superbiae ferocitatem elevati sunt. Et eccae, quod veraebamur,
Cf. Matth. 12, 45. evenire cernimus, conversaque est nostra laetitia in luctum, et facta sunt novissima
Iob. 30, 26. mala peiora prioribus, et, unde exspectabamus nobis lumen oriri, 'eruperunt tenebrae'[9].

a) praesumpsitset *V.* b) dimitti *V.* c) *lacuna non est in V.* d) quoq; *V.* e) peragi *V.* f) animalib; *V.* g) inlibatatam *V.* h) missos et *scr. corrector pro* missum *in V.* i) eodem *V.* k) promissiones *V.* l) adhibita *V.* m) nuc *V.* n) inimiti *V.*

1) *Cf. supra p. 534 n. 4.* 2) *quintus. J.* 3) *Leonis (anno 750. nati, postea IV. imperatoris); cf. Oelsner, Jahrbücher p. 397.* 4) *fideiubere. J.* 5) *et secundicerium; cf. Reg. pont. Rom. 2376 (1822). J.* 6) *757. Apr. 26. J.* 7) *quae perierunt. J.* 8) *annis 753. 754. J.* 9) *Cf. supra p. 496. 497.*

Quapropter et beatus Petrus princeps apostolorum, cui regni caelorum claves a domino Deo traditae sunt et caelo ac terra ligandi solvendique concessa est potestas, firmiter excellentiam vestram per nostram infelicitatem obtestatur; simulque et nos una cum omnibus episcopis, presbiteris et ceteris sacerdotibus atque cunctis[a] proceribus et clero sanctae nostrae ecclesiae, abbatibus etiam et universis religiosis divino cultui deditis seu optimatibus et iudicibus[b] vel cuncto nostro Romanorum istius provintiae populo sub divini iuditii obtestatione vos adoramus per Deum vivum et verum[1], qui est iudex vivorum et mortuorum, et per eius ineffabilem divinae maiestatis potentiam atque per tremendum futuri iuditii diem, ubi omnes principes et potestates et cunctum umanum genus cum tremore assistere habebimus[2], nec non et per omnia divina misteria et sacratissimum corpus beati Petri, ut nullo modo quisquam de vestra fraternitate praesumat filiam iam dicti Desiderii Langobardorum regis in coniugium accipere, nec iterum vestra nobilissima germana Deo amabilis[3] Ghysila tribuatur filio saepe fati Desiderii, nec vestras quoquo modo coniuges audeatis dimittere. 770.771

Sed magis recordantes, quae beato Petro apostolorum principi polliciti estis, viriliter eisdem nostris inimicis Langobardis resistitae, distringentes eos firmiter, ut propria sanctae Dei ecclesiae Romane[c] rei puplicae[d] reddere debeant, eo quod, omnia quae vobis polliciti[e] sunt transgredientes, nos cotidiae adfligendo et obprimendo non cessant, etiam quia aliquid nobis reddere minime sunt inclinati etiam et nostros invadere fines noscuntur. Et tantummodo per argumentum in praesentia de vestris missis simulant iustitias nobis faciendum; nam nihil ad effectum perducitur, et quicquam ab eis de nostris iustitiis nequaquam recipere valuimus.

Unde ecce, ut cuncti nostri dolores subtiliter vestris auribus suggerantur, direximus nostros missos, videlicet Petrum dilectum filium nostrum, presbiterum, et Pampylum defensorem regionarium sanctae nostrae ecclesiae, quos et de imminente nobis tribulatione nec non et de singulis causis subtiliter informavimus, vestro regali intimandum culmini. Et petimus, ut solitae benignae eos suscipere nostraeque petitioni vestras a Deo inspiratas aures adcommodare dignemini[4] et amplissimam liberationem[f] atque exaltationem sanctae Dei ecclesiae, spiritalis matris vestrae, et istius a vobis redemtę provintiae defensionem perficere iubeatis, ut perfectam remunerationem a iusto iudicae Deo nostro, intercedente eius principe apostolorum beato Petro, suscipiatis.

Praesentem itaque nostram exhortationem atque adorationem in confessione beati Petri ponentes, et sacrificium super eam atque hostias Deo nostro offerentes, vobis cum lacrimis ex eadem sacra confessione direximus. Et si quis, quod non optamus, contra huiusmodi nostrae adiurationis atque exhortationis seriem agere praesumserit, sciat se auctoritate domini mei, beati Petri apostolorum principis, anathematis vinculo esse innodatum et a regno Dei alienum atque cum diabolo et eius atrocissimis pompis et ceteris impiis aeternis incendiis concremandum deputatum; ad vero, qui observator et custos istius nostrae exhortationis extiterit, caelestibus benedictionibus a domino Deo nostro illustratus aeternis praemiorum gaudiis cum omnibus sanctis et electis Dei particeps effici mereatur[5].

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) cuntis *V.* b) inditibus *V.* c) romamane *V.* d) pliplicae *V.* e) polliti *V.* f) libeliberationem *V.*

1) *Cf. supra p. 478 n. 3.* 2) *Cf. ep. 7 supra p. 493:* Coniuro vos ... per tremendum iudicii diem, ubi omnes constricte ... adsistere habemus, *et ibidem n. 1.* 3) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 4) *Cf. supra p. 507 n. 2.* 5) *Huius epistolae finis* (Et si quis — effici mereatur) *videtur conformatus esse secundum exitum formulae 86* (Si quis autem — effici mereatur) *Lib. diurn. (ed. ab Sickel p. 113).*

46.

770.771 *Stephanus III. papa Bertradae reginae et Carolo regi Ittherium nuntium, qui mirificam operam in recuperando beati Petri patrimonio Beneventano consumpserit, remunerandum commendat.* *(770. 771.)*

Cod. (XLIV) fol. 49—49' [a].
Edd. Gretser 44, Cenni 46, Jaffé 48. — Jaffé, Reg. 2386 (1828).

DOMINAE RELIGIOSAE FILIAE, BERTRADE DEO SACRATAE [b], SEU DOMINO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET PATRITIO ROMANORUM, STEPHANUS PAPA.

Dum tantis beneficiorum in diversis apostolicis causis atque utilitatibus a vobis commulatis suffragiis nimia iocunditatis laetitia sancta spiritalis mater vestra, universalis Dei ecclaesia, relevata exultat, nulla, ut opinor, oris assertio ad referendas sanctissimae religiositatis vestrae atque christianissimae praecellentiae [c] tuae gratiarum laudes sufficere valebit. Sed tamen, licet digna vobis ab hominibus pro tanto vestro pio opere rependi non possit vicissitudo, verumtamen misericors Deus noster [d], qui potens est et scit bonis bona reddere, ipsae copiosam laborum vestrorum vobis caelestium retribuet praemiorum reconpensationem [1]. Sed et nostra sincera cordis abita erga vos affectio saedula pro vobis divinae non desistit maiestati orationum persolvendum vota.

Itaque praesens Ittherius [e] religiosus ac prudentissimus vir et re vera vester nosterque [f] sincerus fidelis [2], quem cum suis concomitibus et reliquis vestris missis pro exsequendis [g] faciendisque iustitiis fautoris vestri [h] beati Petri direxistis, ad nos coniungens, ilico partes Beneventani profectus est ducatus [i] pro recolligendo illis in partibus situm patrimonium eiusdem protectoris vestri, apostolorum principis [3]. Qui videlicet sollertissimus vir in omnibus secundum vestram nostramque decertavit voluntatem suique laboris constantiam, iuxta ut a vobis illi praeceptum est, in ipsis apostolicis exhibuit utilitatibus. Unde nimis cor nostrum in eius indefesso [k] certaminae et firma operationis perseverantia laetatum est, quia profecto, secundum quod celestis muneris gratia magnae scientiae illustratur prudentia, piis quoque meritis atque inmutilatae fidei decoratur integritatae, tantam [l] in eo repperimus fidelitatem in vestro nostroque servitio, quantum diutissimae nostra ardentius de eo optabat agnoscere mens.

Unde maximas atque innumerabiles gratiarum actiones religiosissime sobriaetati vestrae atque [m] christianissimae excellentiae tuae referimus. Et ideo obnixae tamquam praesentialiter benignitatem vestram petimus [4], ut amplissimam favoris vestri gratiam atque largitatis munificentiam et dignam consolationem eidem religioso viro pro eius laborioso [n] certamine, quod in vestro atque nostro ut dictum est apostolico servitio exhibuit, inpertire iubeatis, quatenus, sicut ab omnipotenti Deo intercedentae

46. a) *Lemma:* item exemplar epistolae stephani papae ad domnum carolum regem et eius praecelsam genetricem directa, in qua continentur gratiarum actiones; et conlaudans Ittherium abbatem et postulans, ut ei digna retributio pro suo certamine fieret. b) secratae *V.* c) praecellentissime *V.* d) nri *V.* e) itetherius *V.* f) nosterq; vester *V.* g) exsequentieb; *V.* h) *sequitur iterum* et reliquis vestris missis *in V.* i) ductus *V.* k) indefensio *V.* l) tamtam *V.* m) *sequitur* praesentialiter *in V, praepropere scriptum; cf. ea, quae infra leguntur:* tamquam praesentialiter. *J.* n) laboroso *V.*

1) *Cf. supra p. 525 n. 1.* 2) *Caroli regis cancellarius; cf. Sickel, Acta Karol. I, 77. 78.* 3) *Cf. Annales Mosell. (SS. XVI, 496):* 770. Fuit Berta regina in Italia ad placitum contra Desiderio rege, et reddite sunt civitates plurime ad partem sancti Petri; *cf. Annal. Petav. ad a. 770. (I, 13). J.* 4) *Cf. supra p. 510 n. 1.*

beato Petro digna operis eius in caelestibus regnis exarata fertur remuneratio, ita et a vobis consolationis consequatur opem. 770.771

Omnipotens[a] autem Deus noster sacris apostolorum principum interventionibus[b] sua vos circumtegat gratia et praesentis vitae prospera et aeterna felicitatis vobis multipliciter tribuat gaudia.

Incolomem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

47.

Stephanus III. papa Carolomanno regi scribit, se ad ea quae nuntii eius Beraldus abbas et Audbertus retulerint voce respondisse et (Pippino) filio eius nuper nato compatrem fieri cupere. *(770. 771.)*

Cod. (XLVIII) fol. 53—53'[a].
Edd. Gretser 48, Cenni 48, Jaffé 49. — Jaffé, Reg. 2387 (1827).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLOMANNO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM STEPHANUS PAPA.

Dum tantam piae considerationis gratiam atque efficacem sollertiam creator noster, omnipotens Dominus, vestro mellifluo regali cordi pro defensione et exaltatione sanctae suae ecclesiae effundere dignatus est, praecellentissime fili[b] ac benignissimae rex, idcirco opinatissimi nominis tui praeclara memoria et indita caelitus prudentia[c] in toto orbe terrarum divulgata permanet[1], etiam et cęlestibus regnis dignorum[d] operum tuorum refulgent merita[2]; unde beatus es, bone, christianissime rex. Quod quidem nos, conspecta fidei tuae constantia, quam in apostolicis causis et nostri amoris fervore habere dinosceris, firmi in tua dilectione permanentes sedulae eidem nostro conditori pro inmensa vestra laetitia et a Deo instituti[e] regni vestri stabilitate praeces fundere nequaquam desistimus.

Interea coniungentes ad nos Beraldus religiosus abbas[3] et Audbertus vir inluster detulerunt nobis honorandas nimisque desiderabiles syllabas a Deo protectae excellentiae vestrae; quas cum magno honoris affectu suscipientes atque relegentes, quae in eis ferebantur, omnino agnovimus. Sed et ipsi vestri fidelissimi missi ea, quae a vestra a Deo protecta excellentia iniuncta habuerunt, nobis subtilius retulerunt; de quibus sicut vestris fidelibus ad singula eis responsum reddidimus, vestro a Deo inspirato culmini liquido enarrandum.

Ad vero, quia amoris vestri fervor in nostris firmiter viget praecordiis, magna nobis desiderii ambicio insistit, praecellentissime regum, ut spiritus sancti gratia, scilicet compaternitatis affectio, inter nos eveniat[f]. Pro quo obnixae quaesumus christianitatem tuam, a Deo institutae, bone rex excellentissimeque fili, ut de praeclaro ac regali vestro germine, quod vobis Dominus pro exaltatione sanctae suae ecclesiae largiri dignatus est, in nostris ulnis ex fonte sacri[g] baptismatis aut etiam per adorandi

---

a) ompotens *V.* b) interventioniob; *V.*

47. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carlomannum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones; et postulabat, ut filium suum ex fonte sacri baptismatis suscipere meretur. b) filii *V.* c) prudentia *V.* d) dignum *V.* e) institutae *V.* f) adueniat *V.* g) sacris *V.*

1) *Cf. supra p. 536 n. 4.* 2) *Cf. supra p. 538 n. 2.* 3) *Eum abbatem Epternacensem fuisse. 'conicere potius licet quam affirmare', ut scripsit Mabillon (Annales II, 220). J.*

770. 771 chrismatis unctionem spiritalem suscipere valeamus filium[1]; ut, eadem Deo prosperante compaternitatis gratia in medio nostrum corroborata, magna laetitia ex hoc tam nos quamque universus noster populus pariter relevati exultare valeamus in Domino.

Deus autem omnipotens, per quem reges regnant et principes imperant, sua vos protegat gratia et victoriam vobis de caelo pro suae sanctae ecclesiae defensione tribuat atque longevos[a] et sospites in solio regni pariter cum excellentissima ac christianissima filia nostra, regina, dulcissima vestra coniuge[2], et amantissimis natis conservare et celestis regni aeterna gaudia concedere dignetur possidenda.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

48.

Stephanus III. papa Bertradae reginae et Carolo regi nuntiat, Christophorum (primicerium) et Sergium (secundicerium), qui de se necando cum Dodone, Carolomanni regis nuntio, consenserint, oppressos atque excaecatos esse et Desiderium regem Langobardorum Romae commoratum sibi plane satisfecisse[3]. *(771.)*

Cod. (XLVI) fol. 51'–52a.

Edd. Gretser 46, Cenni 45, Jaffé 50. — Jaffé, Reg. 2388 (1829).

DOMINAE RELIGIOSAE FILIAE, BERTRADAE DEO CONSECRATAE, SEU DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM, STEPHANUS PAPA.

Cum magno dolore et gemitu cordis tribulationis atque mortis periculum, quod nobis per sequaces diaboli iam eveniebat, ecce subtilius per has nostras apostolicas syllabas a Deo consecratae religiosaetatis vestrae atque praecellentissimae christianitatis tuae auribus intimare studemus, eo quod nefandissimus Christophorus et Sergius, nequissimus eius filius, consilium inientes cum Dodone, misso germani tui, Carlomanni regis, nos interficere insidiabant. Unde cum eodem Dodone[4] et eius Francis, cum aliquibus eorum nequissimis consentaneis aggregantes exercitum, super nos in Lateranensium sanctum patriarchatum[b] cum armis ingressi sunt, confringentes et ianuas atque omnes cortinas ipsius venerandi patriarchii lanceis perforantes, atque intus in basilicam domni Theodori papae, ubi nullus ausus est aliquando vel etiam cum cultro ingredi, cum loricis et lanceis, ubi sedebamus, introierunt; sicque ipsi maligni viri insidiabant nos interficere.

Sed omnipotens Deus, cernens rectitudinem cordis nostri: quod nulli umquam malum cogitavimus, de eorum nos eripuit manibus. Et vix per multum[c] ingenium, dum hic apud nos excellentissimus filius noster, Desiderius Langobardorum rex, pro faciendis nobis diversis iustitiis beati Petri existeret, per eandem occasionem valuimus cum nostro clero refugium facere ad protectorem vestrum [beatum Petrum][d][5]. Et

a) longeuus *V.*

48. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem et eius praecelsam genetricem directa de cristophoro et sergio filio eius, qui cum dodone et caeteris francis stephanus papam interficere conati sunt. b) patriarchaium *aut* -acum *aut* -arum *V.* c) per multum *bis scr. V.* d) beatum Petrum *add. J.*

1) *Annal. Petav. cont. ad a. 770. (SS. I, 13):* Nativitas Pipini filii Karlomanni. *J.* 2) *Gerberga. J.* 3) *Epistolam hanc anno 771. scriptam esse, demonstratur in Reg. pont. Rom. p. 287 (201. 202).* 4) *Nescio an idem sit, qui in epp. 22 et 43 supra p. 525. 557 Pippini legatus commemoratur; cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 92 n. 1.* 5) *in ecclesiam sancti Petri. J.*

continuo direximus nostros sacerdotes[1] ad eosdem malignos Christophorum atque 771.774
Sergium: ut ab eadem iniquitate, quam pertractaverant nobis ingerendum, resipiscerent et ad nos ad beatum Petrum properarent. Illi, mox ut audierunt, de praesenti cum Dodone et eius Francis turmas facientes et portas civitatis claudentes, fortiter resistebant et nobis comminabantur atque in civitatem nos ingredi minime permittebant.

Et dum in eadem perfidia permanerent et cognovisset universus noster populus eorum iniquum consilium, de praesenti eos dereliquerunt. Qui etiam et plures per murum descendentes ad nos properaverunt, alii vero, portam civitatis aperientes, ad nostri progressi sunt praesentiam; et ita ipsi maligni viri coacti atque nolentes ad nos in ecclesia beati Petri sunt deducti. Quos interficere universus populus nitebantur, et vix de eorum manibus eos valuimus eripere. Et dum infra civitatem nocturno silentio ipsos salvos[a] introducere disponeremus, ne quis eos conspiciens interficeret, subito hi, qui semper eis insidiabantur, super eos inruentes eorum eruerunt oculos — Deo teste dicimus — sine nostra voluntate atque consilio. Unde magno dolore nostrum atterritur cor.

Et credite[b] nobis, a Deo consecrata[c] filia atque excellentissimę fili, nisi Dei[d] protectio atque beati Petri apostoli et auxilium excellentissimi filii nostri, Desiderii regis, adesset, iam tam nos quamque noster clerus et universi fideles sanctae Dei ecclesiae et nostri in mortis decideremus periculum. Ecce quantas iniquitates et diabolicas immissiones hic seminavit atque operatus est praedictus Dodo, ut, qui debuerat in servitio beati Petri et nostro fideliter permanere, ipse e contrario animae nostrae insidiabatur, non agens iuxta id, quod a suo rege illi praeceptum est: in servitio beati Petri et nostra oboedientia fideliter esse permansurum. Et certe credimus, quod, dum tanta eius iniquitas ad aures excellentissimi filii nostri, Carlomanni[e] regis, pervenerit, nullo modo ei placebit, in eo quod in tantam deminorationem atque devastationem sanctam Dei ecclesiam is Dodo cum praelatis suis nefandissimis sequacibus[f] cupiebat deducere. Et ideo nostras tribulationes et angustias atque pericula a Deo institutae religiosissimae christianitate tuae atque excellentiae vestrae innotuimus, quoniam profecto omnipotens Deus credentes in se et confidentes in eius misericordia non derelinquid.

Agnoscat autem Deo amabilis[2] religiositas vestra atque christianissima excellentia tua, eo quod in nomine Domini bona voluntate nos convenit cum praelato excellentissimo et a Deo servato filio nostro, Desiderio rege, et omnes iustitias beati Petri ab eo plenius et in integro suscepimus. Tamen et per vestros missos de hoc plenissime eritis satisfactum.

Deus autem omnipotens sua vos protectionis dextera circumtegat et presentis regni gubernacula aevis atque prosperis temporibus perfrui annuat et aeterna praemiorum gaudia multipliciter[g] faciat adipisci.

Incolomem religiositatem vestram atque excellentiam tuam gratia superna custodiat.

49.

Hadrianus I. papa, de Leonis Ravennatis archiepiscopi legatione certior factus, Carolo regi nuntiat, archiepiscopum illum quibusdam Aemiliae civitatibus iniuria potitum

---

a) saluuos *V.* b) creditur *V.* c) consecratae *V.* d) dō *V.* e) carlomamno *V.* f) sequatibus *V.* g) multiplicentur *V.*

1) *Andream Praenestinum et Iordanem Signiensem episcopos (Lib. pont. ed. Duchesne p. 479). J.*
2) *Cf. supra p. 505 n. 6.*

774 *frustra Pentapolim sibi arrogare, et supplicat, ut totum exarchatum sibi restituendum curet, et Anastasium cubicularium, legatum suum, commendat.* *(774. ex.)*

Cod. (LIV) fol. 58'—59' [a].
Edd. Gretser 54, Cenni 51, Jaffé 51. — Jaffé, Reg. 2408 (1844).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Pervenit ad nos, eo quod protervus et nimis arrogans Leo archiepiscopus Ravennantium civitatis suos ad vestram excellentissimam benignitatem ad contrarietatem nostram, falsa suggerendo, direxit missos.

Etenim, praecellentissimae, magne rex, postquam vestra excellentia a civitate Papia in partes Frantiae remeavit [1], ex tunc tyrannico atque procacissimo intuitu rebellis beato Petro et nobis extitit. Et in sua potestate diversas civitates Emiliae detinere videtur, scilicet Faventias, Forumpopuli, Forolivi [b], Cesinas, Bobio, Comiaclum, ducatum Ferrariae seu Imulas atque Bononias, asserens, quod a vestra excellentia ipse civitates una cum universo Pentapoli illi fuissent concessae, et continuo direxit Theophylactum missum suum per universam Pentapolim, hoc ipsud denuntians, cupiens eosdem Pentapolenses [c] a nostro servitio separare. Sed ipsi [d] nullo modo sese [e] illi humiliare inclinati sunt nec a servitio beati Petri et nostro recedere maluerunt, magis autem firmi in nostris apostolicis mandatis, quemadmodum extiterunt sub nostro prędecessore, domno Stephano papa, cui sanctae recordationis genitor tuus simulque et praeclara excellentia tua ipsum exarchatum sub iure beati Petri permanendum traditum est, in omnibus firmiter permanere noscuntur. Nam praenominatas civitates, ut dictum est, Emiliae ipsae nepharius archiepiscopus in sua potestate [f] detinens, ibidem actores quos voluit constituit et nostros, quos ibidem ordinavimus, proicere visus est, sed et cunctas actiones infra civitatem Ravennantium ipse ordinavit.

Et ecce, quod numquam speravimus, in magnam humilitatem sancta spiritalis mater tua, Romana ecclesia, evenisse dinoscitur, et nos etiam in nimiam deminorationem atque despectum esse videmur, dum ea, quae potestativae temporibus Langobardorum detinentes ordinare ac disponere videbamur, nunc temporibus vestris a nostra potestate impii atque perversi, qui vestri nostrique existunt emuli, auferre conantur. Et ecce inproperatur nobis a plurimis nostris inimicis, exprobrantes nos et dicentes: 'Quid vobis profuit, quod Langobardorum gens est abolita et regno Francorum subiugata? Et ecce iam nihil de his, quae promissa sunt, adinpletum est; insuper et ea, quae antea beato Petro concessa sunt a sanctae recordationis domno Pippino rege, nunc ablata esse noscuntur'.

Etenim illud, quod antefatus nefandissimus archiepiscopus asserit, proponens occasionem, in ea potestate sibi exarchatum Ravennantium, quam Sergius archiepiscopus habuit, tribui: nos, excellentissimae fili, quemadmodum tempore domni Stephani [2] papae, qui illuc Franciam profectus est, cui et ipsum exarchatum [g] traditum est, ita et nostris temporibus eum sub nostra potestate disponere atque ordinare volumus. Et omnes in hoc cognoscere possunt, qualem potestatem eius ter beatitudo in eandem [h] Ravennantium urbem et cunctum [i] exarchatum habuit, qui etiam archiepiscopum Sergium exinde abstulit, dum contra eius voluntatem agere spiritu superbiae nitebatur; etenim

49. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de protervia leonis archiepiscopi ravennantium civitatis. b) porolivi *V.* c) pentalenses *V.* d) ipsẹ̇ *V.* e) esse *V.* f) potesta *V.* g) exararchatum *V.* h) eadem *V.* i) cuntum *V.*

1) *post d. 16. m. Iulii a. 774. J.* 2) *II. J.*

ipse noster praedecessor cunctas actiones eiusdem exarchatus ad peragendum distribuebat, et omnes actores ab hac Romana urbe praecepta earundem actionum accipiebant[a]; nam et iudices ad faciendas iustitias omnibus vim patientibus in eadem Ravennantium urbe residendum ab hac Romana urbe direxit, Philippum videlicet illo in tempore presbiterum simulque et Eustachium quondam ducem. Et ut plenius de hoc satisfacere christianissima excellentia vestra potest, dignetur advocare praedictum Phylippum episcopum; eoque de huiusmodi re inquisito, certissimae veritatem agnoscere potestis, quia omnia ita sunt, quemadmodum innotuimus. 774

Et non tibi placeat, bone et excellentissimae fili, ut in tantum despectum atque humilitatis deminorationem sancta Dei ecclesia[b] Romana, spiritalis mater tua, quae caput est omnium ecclesiarum Dei, eveniat. Sed magis peto te coram Deo omnipotente, ut ita disponere iubeas eundemque archiepiscopum sub nostra potestate contradere digneris, ut a nobis cunctum exarchatum disponatur, sicut saepe fatus domnus Stephanus, beatissimus papa, temporibus sanctae memoriae genitoris vestri, domni Pippini, disponere visus est; quatenus vestris felicissimis temporibus ipsa sancta universalis Dei ecclaesia exaltata permaneat et ex hoc in presenti vita suffragiis apostolorum beati Petri et Pauli regni gubernacula longo senio cum inmensis victoriis possidere etiam et in futura beatitudine caelestia regna adipisci mereamini.

Ecce enim magnopere direximus ad vestra regalia vestigia praesentem Anastasium, fidelissimum nostrum cubicularium, cui et in ore posuimus, quae nostra vice vestrae excellentiae enarrare debeat. Quem in omnibus vobis commendantes, cuncta illi credere et ad nos cum prospero nuntio et effectu cause absolvere iubeatis.

Incolomem[c] excellentiam vestram gratia superna custodiat.

50.

Hadrianus I. papa, per Gausfredum Pisanum edoctus, clarissimas victorias a Carolo (e Saxonibus) relatas esse, regi gratulatur et Gausfredum cum Anastasio (cubiculario), nuntio suo, ad eum revertentem commendat; Pisano, (Peredeo) Lucensi, Regino episcopis postliminium petit. (*774. ex.*)

Cod. (LV) fol. 59'—60'[a].

Edd. Gretser 55, Cenni 50, Jaffé 52. — Jaffé, Reg. 2409 (1843).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM ADRIANUS PAPA.

Reversus a vestris Deo dilectis regalibus vestigiis praesens Gausfridus, habitator civitatis Pisinae, nostrisque praesentatus optutibus retulit nobis de inmensis victo-

---

a) actipiebant *V.* b) eccessia, es *ex parte radens V.* c) incomem *V.*

50. a) *Lemma:* item exemplar epistolae ad domnum carolum[aa] regem directa per gausfridum abbatem, in qua continetur de victoria ipsius praedicti regis et de episcopis pissano et lucano, ut ad proprias sedes adque ecclesias pro sua pietate remeare concederet.

aa) carolurolū *V.*

1) *Cf. ep. 55:* nostris missis cuncta in ore subtilius posuimus, . . . quae ... vestrae ... excellentiae nostra vice enarrare debeant. Eosque benignae atque hilari vultu a vobis suscipi petimus, eorumque sermonibus ... credere ... cunctaque perficere ... dignemini, *ep. 60:* quibus et in ore posuimus, ut vestrae . . . excellentiae minutius enarrare debeant. Quibus et eis in omnibus credere debeatis, et solite benignae eos suscipere iubeatis ..., ut ... cum effectu causae, *ep. 68:* qui vice nostra vobis enucleatius, sicut eis in ore posuimus, ... suggerant. Quos petimus ... benignae ...

774 riis[1], quas vobis omnipotens et redemptor noster dominus Deus per intercessiones beati Petri principis apostolorum concedere dignatus est; sed et de vestra prosperitate nos certos in omnibus reddidit. Quo audito, vehementi exultationis laetitia noster in Domino ovans relevatus est animus, et protinus, extensis palmis ad aethera[2], regi regum et domino dominantium opimas laudes retulimus, enixius deprecantes ineffabilem eius divinam clementiam, ut et corporis sospitatem et anime salutem vobis tribuat et multipliciter de hostibus victorias tribuat omnesque barbaras nationes vestris substernat vestigiis[3].

Et certe crede nobis, magne, christianissime rex, bone, praecellentissime fili, et maximam habeto fiduciam, quia, dum tu fideli studio in amore ipsius principis apostolorum secundum tuam promissionem permanseris et cuncta eidem Dei apostolo adimplere studueris, et salus tibi et inmensa victoria ab omnipotenti Deo tribuetur indesinenter.

Et quidem nos Deum proferimus testem, cui omnium cordium occulta reserata existunt[4]: ab illo die, quo ab hac Romana urbe in illis partibus profecti estis[5], cotidiae momentaneis etiam atque sedulis horis omnes nostri sacerdotes seu etiam religiosi Dei famuli, monachi, per universa nostra monasteria simulque et reliquus populus tam per titulos quam per diaconos trecentos 'krieleyson' extensis vocibus pro vobis Deo nostro adclamandum non cessant flexisque genibus eundem misericordissimum dominum Deum nostrum exorantes, ut et veniam delictorum vobis et maximam prosperitatis laetitiam etiam et copiosas victorias vobis multipliciter e caelo concedat.

Ipsae referuit nobis siquidem Gausfridus: dum a vobis absolutus reversus est, voluit eum interficere Allo dux; unde, dum vellet ipse Gausfredus ad vestra denuo reverti vestigia, posuit exploratores atque insidiatores in itinere, qui eum interficerent; quo cognito, apud nos refugium fecit. Et dum se petisset ad vestra absolvi vestigia, dum iam aderatum habuimus Anastasium nostrum missum ad vestram excellentiam dirigendum, eum ad vestram[a] presentiam cum ipso nostro misso absolvimus. Quem, petimus, ut pro amore beati Petri et nostra postulatione benigne suscipere et protectionis atque favoris vestri opem illi inpertire[b] dignemini, deprecantes et hoc: ut masas illas, quas ei concessistis, per vestram auctoritatis largitatem possideat.

Sed et hoc nimis quesumus atque postulamus [vestram][c] benignitatem: ut episcopos illos, id est civitatis Pissinae seu Lucanae et Regio, ad proprias sedes adque ecclesias et plebes eis commissas absolvere iubeatis revertendum, quia ita, bone rex, excellentissime fili, animae tuae expedit, ut ipsi episcopi propriis sedibus restituantur omnesque Dei ecclaesiae suis praesulibus ornatae consistant et cunctus Dei populus in magna laetitia vestris felicissimis temporibus degere valeat vobisque hoc respiciat at aeternam mercedem.

Nos itaque firmi in vestra caritate permanentes ideo ea, quae pertinere cognoscimus ad salutem animae vestrae, fiducialiter vos satagimus deprecandum, ut Deus

a) ura *V.* b) inpertinere *V.* c) *add. J.*

eos suscipi, *ep. 99:* quibus et in ore posuimus hoc ipsud christianitati vestrae nostra vicae enarrandum. Quos petimus ... benignae a vobis solite suscipi eisque in omnibus credere et cum letabundis nuntiis ... absolvere iubeatis *et supra p. 507 n. 2.*

1) *e Saxonibus circiter mense Septembri a. 774. latis; cf. Annales Laurissenses ad a. 774. (SS. I, 152). J.* 2) *Cf. supra p. 508 n. 5.* 3) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 4) *Cf. ep. 51:* cognoscit omnipotens Deus noster, cui archana cordis reserata assistunt *et* testis nobis est Deus, qui hocculta hominum cognoscit, *ep. 98:* dominum Deum nostrum, cui occulta cordis manifestata sunt, proferimus testem, *ep. 99:* testatur nobis Deus noster, cui occulta cordis manifesta sunt *et supra p. 535 n. 3.* 5) *post d. 6. Apr. 774. J.*

noster omnipotens vestris semper placatus existat piis operibus et copiosam vobis ex hoc in presenti et futura vita tribuat remunerationem. 774.775

Incolomem excellentiam [vestram][a] gratia superna custodiat.

51.

Hadrianus I. papa Carolo regi de Wilchario (Senonensi) archiepiscopo et Dodone abbate legatis a papa benigne receptis scribenti respondet, se officio functum esse, et gaudere se significat, cum mense Octobri in Italiam venturum esse; Possessori episcopo et Dodoni abbati legatis eius nuntios suos Andream (Praenestinum) et Valentinum episcopos adiungit; Anastasium nuntium suum ob verba parum verecunde prolata ab eo retentum dimitti cupit; de Gaidifrido Langobardo fraudulento se excusat; Pascalem et Saracinum ipsius detractores in honore apud eum esse miratus aut ibi puniendos aut Romam mittendos poscit. *(775.)*

Cod. (L) fol. 55—56[a].

Edd. Gretser 50, Cenni 61, Jaffé 53. — Jaffé, Reg. 2413 (1856).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM ADRIANUS PAPA.

Desiderantissima[b] vestrae excellentiae scripta suscepimus: in quibus tantum de absenti conlocutione gavisi sumus, quantum et ipsum, qui locutus est, semper mihi cupio esse presentem. Quas relegentes et de vestra inmensa prosperitate agnoscentes, nimis sumus gratulati[c], quoniam vestra prosperitas nostra esse comprobatur letitia et vestra exaltatio nostra existit post Deum securitas[1].

Ferebatur enim in ipsis regalis vestrae potentiae apicibus, quod remeantes ad vos missi vestri, scilicet Wilcharius sanctissimus frater noster, archiepiscopus[2], seu Dodo religiosus abbas, vobis retulissent, quod ea, quae eis a vobis fuissent[d] iniuncta, benignae atque amabiliter a nobis esse suscepta. Sed cognoscit omnipotens Deus noster, cui archana cordis reserata assistunt[3], quia omnem missum a vestris regales obtutibus directum cum nimio amore et decenti honore suscipere studemus et omnem vestram voluntatem sincera mentis integritate inplere satagimus atque cum prosperitate ad vos repedandum absolvere festinamus, neque nulla nos posse huius mundi transitorii ac labentibus opibus vel humani suasioni blandimentis ab amore et dilectione vestrae inclytae sublimitatis vel ab ea[e], quae vobis polliciti sumus, declinari[4], dum hic advixerimus, sed firmi et stabiles in vestra permanemus caritate. Absit namque a nobis, carissime et nimis nobis dulcissime fili, ut ea, quae inter nos mutuo coram sacratissimi[f] corpus fautoris tui, beati apostolorum principis Petri, confirmavimus atque stabilivimus, per quovis modum irritum facere adtemptemus, quoniam et nos satisfacti sumus, qui et vos in nostra caritate firmiter esse permansuros. Sed peto te

---

a) *om. V.*

51. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de fide et constantia ipsius, et de anastasio misso ipsius apostolici, qui hic frantia demoratus fuerat. b) desiderantissimae *V; cf. infra in ep. 52:* desiderantissimas vestre sublimitatis syllabas. c) gratulari *V.* d) retulissent *V.* e) *corr. in* eiis *Tengn. in V.* f) sacratissimis *V.*

1) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 2) *Cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 100 n. 3 et 367 n. 6: hunc Senonensem archiepiscopum eundem esse atque illum Nomentanum episcopum, qui in Stephani II. ep. aliisque (supra p. 493 etc.) commemoratur, putat Duchesne (Lib. pont. p. 457 n. 25).* 3) *Cf. supra p. 570 n. 4.* 4) *Cf. supra p. 545 n. 1.*

775 coram Deo, carissime fili, sicut iam olim per nostros affatus vestro culmine deprecare visus sum: si quis de nobis nequissimas dictas vestris auribus proferre maluerint, cupiens per fallatiam se vobis commendare[1], nullam credulitatis illi admittatis copiam: quia, ut prediximus, nos firmi in vestra permanemus dilectione, magis dum et salvator
Ioh. 13, 35. noster designandum expressit dicens: 'In hoc cognoscent omnes, quia[a] mei estis discipuli, si dilectionem habueritis in invicem'.

Interea continebatur series vestrae excellentiae, quod, accedente proximo mense Octobrio[2], dum Deo favente in partibus Italiae adveneritis, omnia, quae beato Petro regni celorum clavigero et nobis polliciti estis, ad effectum perducere maturatae; laetitia enim patris est perfectio filiorum et de eorum provectu naturalis affectu congaudet. Quapropter salutis tuae agnoscentes perfectionem, hilares redditi sumus et, quia augmentum et exaltationem matris tuae, sanctae Dei ecclesiae, in Italiam destinatis properare ut perficiantur, magis magisque optamus. Sed deus et dominus noster Iesus Christus faciat nobis in propinquo de vestra praesentia gaudere et una vobiscum in invicem exultare.

De missis nempe nostris, Andream videlicet coepiscopum[b] seu Pardum egumenum[3], unde nobis intimandum direxistis, ut cum missi vestri, Possessorem fratrem nostrum, episcopum, atque Dodonem religiosum abbatem, ad vestris regalis vestigiis repedantes, dirigeremus: ita adimplere velotius destinavimus. Sed Pardus egumenus propter[c] inbecillitatem corporis sui proficiscere minime valuit: et direximus in vicem illius Valentinum episcopum.

Illud vero, quod de Anastasium missum nostrum[4] nobis indicastis, quod aliqua inportabilia verba, que non expediaebat, vobis locutus fuisset, unde valde tristi effecti fuistis et pro hoc adhuc apud vos eum detinetis, nimis noster fraglat animus; dum Langobardi et Raviniani fatentur[d] inquientes, quia nullo modo rex in apostolico permanet caritate, dum eius missum apud se detinet. Sed neque ab ipsis mundi exordiis cognoscitur evenisse, ut missum protectoris tui, beati Petri, magnus vel parvus a quacumque gente detentus fuisset; sed iubeat nobis eum vestra sollicitudo dirigere, et, severissimae eos sciscitantes, iuxta noxam ei repertam eum corripiemus.

Nam de Langobardo illo, qui cum eodem Anastasio misso nostro apud vos properavit nomine Gaidifridus, unde nobis significastis, ut, dum vestro fuisset palatio, fraudem agebat adversus vestram regalitatem, insuper et vestrum suasisset notarium[e] falsasque fecisset litteras, per quas nos cupiebat in scandalum vobiscum immittere, quod avertat divinitas: neque invenitur homo, qui nos possit per quovis modum adversus vos in iracundiam provocare; sed testis nobis est Deus, qui hocculta hominum cognoscit[5]: per nullum argumentum eum infidelem vestrum cognovimus[6].

---

a) cognoscent omnes quia *scripsit J pro* cognovimus *in V.* b) *corr. ex* coepiscopus *V.* c) propt *V.* d) *an* fatuantur? *J.* e) notanum *V.*

1) *Cf. ep. 49 supra p. 568:* Leo ... suos ad vestram excellentissimam benignitatem ad contrarietatem nostram, falsa suggerendo, direxit missos. *J. Sed saepius illud in epistolis papalibus petitur, e. g. in ep. 99 infra:* et peto coram Deo vivo, ut, si forsitan quispiam spiritu nequitiae inreptus contraria de nobis vestro regali culmini garrire adtemptaverit, nulla ei credulitas admittatur. 2) *Oct. 775. J.* 3) *abbatem. J.* 4) *Cf. epp. 49 et 50 supra p. 569 et 570. J.* 5) *Cf. supra p. 570 n. 4.* 6) *Hunc Gaidifridum Langobardum esse eundem atque illum Gausfredum Pisanum, qui in ep. 50 supra p. 569. 570 commemoratur, quamquam nomina diversa sunt, inde elucet, quod et in hac epistola Gaidifridus, 'cum eodem Anastasio misso nostro apud vos properasse', in illa Gausfredus 'ad vestram presentiam cum ipso nostro misso (Anastasio) absolutus' dicitur et crimen in hac epistola ei inlatum* (vestrum suasisset notarium falsasque fecisset litteras) *ad id videtur spectare, quod in illa epistola Hadrianus petit* (ut masas illas, quas ei *(Gausfredo)* concessistis, per vestram auctoritatis largitatem possideat). *J.*

Sed ut brevius dicamus, si ille, qui ab amatorem tuum, beatum Petrum, ad vos destinavit, talia suscipere meruerit[a], quid considerandum est de nefandissimos et nimis strophariis Passcalem et Saracinum, qui talia, ut et vos per honorandis vestris apicibus insinuastis, in hac Romana[b] urbę agere ausi sunt, quale numquam ab exordio mundi auditum est sortisse? Et dum talia egissent et apud vestris optutibus coniunxissent, non ambigentes pro reatum, quam operati sunt, vos deprecati sunt, ut eos in nostram[c] reducere debuissetis gratiam; sed magis coram vestris presentiis et nostris missis disstractionibus vacabant. Et miror valde, quod illi, qui talia et inaudita de nos coram vestris optutibus proferebant verba, in magnis deliciis habere dinoscitis. An nescit vestra praecellentia, quia, si quacumque persona de qualibet gente adversa aut inania de vestra eximia celsitudine referuisset verba, dignam in eum exercentes vindictam, vinctum eum usque ad vestram direxerimus excellentiam, sicut et de Paulino egimus? Pro quo deprecamus atque coniuramus praecellentiam vestram, dulcissime fili, per redemptorem dominum nostrum Iesum Christum, ut viriliter, Deo vobis inspirante, exurgatis[d] et miserae et flagitiosę praesumptionis, utpote pium regem, legalem vindictam nobis de eis exercere iubeatis, ut in hoc cognoscant gentes, quia ob amorem beati Petri magnam in nobis habetis dilectionem, ut, qui nobis dolentibus condolent, ita et nobis laetantibus congaudeant — aut nobis eos dirigere[e] dignetis, ut omnipotens Deus respiciens de excelso pro iusta vindicta nobis de eis inlata concedat tibi una cum excellentissima filia nostra, regina[1], et amantissimis natis longa spatia vitae per metas annorum, et ego, licet peccator, dum de eis perfectam suscepero iustitiam, magis ac magis, ut ago, ante ipsius ianitoris regni celorum sacram confessionem adsidue pro vestra incolomitate fundere valeam preces. 775

Incolomem excellentiam [vestram][f] gratia superna custodiat.

52.

Hadrianus I. papa Caroli regis litteris per Possessorem episcopum et Rabigaudum abbatem acceptis gaudet, quibus cognoverit, eum Italiam adeundi consilium cepisse; nuntios eius laudat et commendat[2]. *(775.)*

Cod. (LXIII) fol. 65—65'[a].

Edd. Gretser 63, Cenni 58, Jaffé 59. — Jaffé, Reg. 2420 (1853).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM ADRIANUS PAPA.

Dum tanta securitatis laetitia spiritalis mater vestra, sancta Dei catholica et apostolica Romana ecclesia, dilatata laudabiliter permanet etiam apostolica aula, ob vestrorum delictorum veniam sedule a nobis et cunctis Dei sacerdotibus orationum vota et sacrificiorum hostiae divinae proferuntur maiestati.

---

a) meruit (with superscript e) V; meruerit G. b) nomana V. c) inrām V. d) exurgatẹṣ V. e) dirigeretịṣ V. f) *addidit J.*

52. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua praedictus papa postolans, ut domnus rex revertens a saxonia ad limina sancti petri properasset, quemadmodum ei pollicitus fuerat.

1) *Hildegarda. J.* 2) *Quo tempore haec ep. data sit, exposuit Abel-Simson (Jahrbücher I, 674. 675: Excurs VII. 'Ueber die chronologische Einreihung von Cod. Carol. Nr. 59'); cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 194a atque commentariolum in Actis nostris expressum.*

775 Itaque, precellentissime fili, coniungentes ad nos fidelissimi vestri misi, scilicet Possessorem sanctissimum fratrem nostrum, episcopum, seu Rabigaudum religiosum abbatem, detulerunt[a] nobis desiderantissimas[b] vestre sublimitatis syllabas. Quas et cum nimio amoris dulcedine acceptantes suscepimus relegentesque et de vestra inmensa prosperitate agnoscentes magnas omnipotenti Deo nostro referuimus laudes, qui nobis tam benignissimum ac christianissimum regem suae ecclesiae detulit defensorem.

Continebatur[c] quippe in ipsis vestris regalis seriem apicibus, quod, Domino protegente, remeante vos a Saxonia[1], mox et de presenti Italiam vel ad limina protectoris vestri, beati apostolorum principis Petri, ad implendis, quae ei polliciti estis, properare desideraretis[d]. De quo audito nimis noster letatus est animus una cum universo nostro populo, eo quod nimis desiderabiles sumus, prominentissimum vestrum conspicere vultum; quoniam — satisfaciat te veritas, dulcissime et amantissime fili[2] atque a Deo institute, magne rex, — in eadem sponsione, quam in invicem ante sacram eiusdem Dei apostoli confessionem adnexi sumus, firmi atque incommutabiles diebus vitae nostre cum universo nostro populo permanere satagimus; unde et caritatis vestro regali culmini nos provocat, sedule de vestra sospitate addiscere. Et cognoscat vestra conspicua excellentia, quia, si mora de vestro adventu provenerit, magna nobis inminet voluntas, ibidem in vestri obviam, ubicumque vos valuerimus coniungere, gradiendum proficiscere.

Interea notioni vestrae excellentiae deducimus de predictis vestris fidelissimis missis: quia, sicut ad nos pervenerat et vestrae regali potentiae per nostros apices intimandum direximus, dum nobis praesentati fuissent ipsi missi vestri, fideles[e] in servitio fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, et nostri atque vestri repperimus; pro quo petimus, ut benignae eos suscipere iubeatis.

His prelibatis, divinam[f] exoramus clementiam, ut sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens vobis atque excellentissime filiae nostre, reginae[3], et amantissimis vestris natis longeva ac prospera tempora regni gubernacula possidenda, vestrisque vestigiis cunctas barbaras nationes prosternat[4], dilatans multipliciter terminos regni vestri, etiam et celestis regni gaudiis vos faciat esse per infinita saecula participes.

Incolomem excellentiam vestram, domine fili, superna custodiat gratia.

53.

Hadrianus I. papa Carolo regi de litteris per Andream (Praenestinum) episcopum et Anastasium cubicularium acceptis se gaudere nuntiat et supplicat, ut quam primum, quae beato Petro per donationem spoponderit, efficiat; Leonem (Ravennatem) archiepiscopum ad eum accessisse, non aegre fert et significat aliam per regis nuntium epistolam sibi allatam esse. *(775.)*

Cod. (LIII) fol. 58—58'[a].

Edd. Gretser 53, Cenni 52, Jaffé 54. — Jaffé, Reg. 2414 (1847).

---

a) detulererunt *V.* b) desiderantessimas *corr. in* desideratissimas *manus recens in V;* desiderantissimas *G.* c) contine *V.* d) desiderare *V.* e) fidelis *V.* f) *bis scr. V.*

53. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa per andream et anastasium pro iustitia sanctae dei ecclaesiae et de leone archiepiscopo, qui ad iam praefatum domnum regem properatus est.

1) *Saxonicum anni 775. bellum gestum est spatio dierum 3. Aug. et 25. Oct. (v. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 188a). Proinde Possessor et Rabigaudus ante diem 25. Oct. 775. a Carolo dimissi sunt in Italiam. J.* 2) *Cf. supra p. 478 n. 1.* 3) *Hildegardae. J.* 4) *Cf. supra p. 498 n. 1.*

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRITIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA. 775

Revertentes ad nos missi nostri, quos ad vestram a Deo illustratam praecellentiam nuper visi sumus direxisse, scilicet Andreas reverentissimus frater noster, episcopus [1], et Anastasius cubicularius [2], detulerunt nobis honorandos atque mellifluos benignissimae christianitatis vestrae apices; quorum series dum nostris recitaretur auribus, liquido cuncta in eis adnexa didicimus. Sed et ipsi praefati nostri missi indeminutae nobis omnia, quae illis a vobis iniuncta sunt, retulerunt plenissime, adserentes de vestra benivola puritate et magna cordis constantia, quam erga beatum Petrum principem apostolorum et nostram mediocritatem secundum vestram promissionem habere videmini. Pro quo nimio repleti gaudio, ilico extensis palmis ad aethera [a] [3], omnium creatori, domino Deo nostro, inmensas referuimus grates, inpensius pro vestra prosperitate eius divinam exorantes clementiam, ut confirmet isdem dominus Deus noster hoc ipsud in vestro florigero pectore, quatenus velociorem atque copiosum fructum sancta spiritalis mater vestra, Romana nostra ecclaesia, capud omnium ecclesiarum Dei, de vestra consequatur promissione.

Sed, bone, dulcissime atque praecellentissime fili, domine mi, a Deo institute, magne rex, deprecor et obnixae peto, tamquam praesentaliter coram tuis adsistens optutibus [4], cum magna fiducia, ut velociter ea, quae beato Petro pro magna animae tuae mercede et a Deo protecti regni vestri stabilitate beato apostolorum principi Petro, celorum regni clavigero, per tuam donationem offerenda spopondisti, adimplere [b] iubeas, quatenus isdem princeps apostolorum multo amplius tibi protector et auxiliator apud divinae maiestatis potentiam existat.

Plenissimae enim satisfactus es, praecellentissime regum, qualis fortissimus ac validus ipse ianitor regni caelorum beatus Petrus tuae extitit excellentiae adiutor, et quomodo eius sacris interventionibus omnipotens dominus Deus noster victoriam tibi tribuit regnumque Langobardorum tuae tradere iussit potestatis dicioni; et in antea magnam habeto fiduciam, quia, eius suffragiis circumvallatus, tuis regalibus vestigiis caeteras barbaras nationes omnipotens Dominus substernet [5]. Quia nos omnino satisfacti sumus et magnam habemus fiduciam in vestri cordis constancia [6], celeriter vos omnia perfici, quae eidem apostolo apostolorumque principi spopondistis; optime enim cognoscimus, qualis firmitas et integritatis stabilitas inter nos Deo auspice in apostolica aula corroborata est, et 'scimus, cui credidimus, et certi sumus' [7]. 2. Tim. 1, 12.

De eo vero, quod innotuistis: ad vos properasse Leonem archiepiscopum, nos quippe, testatur veritas, libentissimae acceptamus eos, qui ad vestra regalia accelerant vestigia, quoniam una dilectio, una caritas eademque puritatis affectio inter nos consistit. Et si praefatus archiepiscopus nobis direxisset, ad vestri se praesentiam velle proficisci, gratuito animo nostrum missum cum eo direxissemus.

Itaque praesens vester missus aliam nobis optulit praecellentiae vestrae epistolam. Cuius confertam paginam didicentes, valde noster laetatus est animus in vestrae mentis benigno proposito, redemptorem nostrum multipliciter deprecantes, ut longo ac prospero senio cum magna de hostibus victoria caelestis regni gubernacula pariter cum ex-

---

a) athera *V.* b) adimple *V.*

1) *Praenestinus, quem cum Valentino episcopo Hadrianus ineunte fere anno (775.) ad Carolum miserat; cf. ep. 51 supra p. 572.* 2) *Cf. epp. 49. 50. 51 supra p. 569. 570. 572.* 3) *Cf. supra p. 508 n. 5.* 4) *Cf. supra p. 510 n. 1.* 5) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 6) *Cf. ep. 55:* Nos enim magnam fiduciam habemus in vestri cordis firma constantia, *epp. 54. 56 et supra p. 516 n. 7.* 7) *Cf. supra p. 548 n. 3.*

775 cellentissima et a Deo protecta filia nostra, benignissima et vere christianissima regina fidelissimaque amatrix beati Petri, dulcissima vero vestra coniuge [1], atque amantissimis natis vos perfrui annuat, tribuens vobis et celestis regni cum sanctis perenniter possidenda gaudia.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

54.

Hadrianus I. papa Carolo regi epistolam a Iohanne Gradensi patriarcha acceptam mittit eamque a Leone (Ravennati) archiepiscopo eo consilio resignatam esse insimulat, ut regis inimicos de ea erudiret; eundem Leonem e Francia reducem de quibusdam Aemiliae civitatibus iura ecclesiae Romanae minuere questus, petit a rege, ut beato Petro satisfaciat. *(775. Oct. 27.)*

Cod. (LII) fol. 57—58[a].
Edd. Gretser 52, Cenni 53, Jaffé 55. — Jaffé, Reg. 2415 (1848).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Dum tanta amoris dilectio et firma caritatis integritas inter nos Deo auspicae[b] corroborata existit, magnum nobis imminet fervoris desiderium, de vestra inmensa prosperitatis laetitia certos effici. Quapropter, paterno sinceritatis affectu vestram a Deo protectam excellentiam ter et in Domino plurimum osculantes, quaesumus, ut nos celerius de vestra sospitatis integritate atque praecellentissimae filiae nostrae, a Deo inlustratę, magnae reginae [2], dulcissime filiae nostrae, nec non et excellentissimorum filiorum vestrorum nos laetos quantotius efficere[c] studeatis; in eo quod expectabiles usque hactenus fuimus vestros suscipiendum missos [3], sed nondum ad nos pervenerunt. Et ob hoc maxima nos dilectionis affectio cogit, sinceram cordis nostri puritatem vestro regali culmini enucleanter proferre, dum nimirum vestra salus nostra est laetitia et prosperitatis vestrae commoditas nostra est exultatio [4].

Itaque innotescimus excellentiae vestrae, suscepisse nos epistolam directam nobis a Iohanne patriarcha Gradense. Vicesima septima enim die Octobrii mensis ipsa ad nos pervenit epistola, et protinus — nec potum nec cibum sumsimus neque nos neque huius scriptor nostrae apostolice relationis, sed eadem hora eodemque momento ipsam antefati patriarchae epistolam cum his nostris apostolicis syllabis vobis transmisimus.

Itaque valde tristes effecti sumus, quoniam sifoniatas[d] [5] bullas eiusdem epistolae repperimus: a Leone archiepiscopo primitus relecta nobis directa est. Et in hoc conprobare potest excellentissima christianitas vestra, qualis est fraudulenta fides ipsius Leonis archiepiscopi, quia non pro alio praesumsit eandem epistolam primitus reserare ac relegere, nisi ut omnia, quae ibi ascripta sunt, ut certe omnibus mani-

54. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continentur uberrime benedictiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae, et de epistolae iohannis patriarchae gradense. b) auscicae *V.* c) effice *V.* d) asifoniatas *V.*

1) *Hildegarda. J.* 2) *Hildegardae. J.* 3) *quos quidem auctumno legatum iri, Carolus promiserat epistola Andreae episcopo Praenestino ad papam data; cf. ep. 55 infra p. 578. J.* 4) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 5) *turbatas; patet enim, 'sifoniare' nihil aliud esse nisi Francicum 'chiffonner'. J.*

festum est, adnuntiaret tam Arghis duci Beneventano quamque reliquis nostris vestrisque inimicis: et dubium non est, cuncta iam praelatis emulis ab eodem archiepiscopo esse adnuntiata. 775

Nos quidem, veritate testante, coram Deo dicimus puriter et fideliter, in vestro permanentes amore, iuxta quod inter nos praesentialiter in aula apostolica confirmatum est, ea, quae ad nos perveniunt, de praesenti cum magna cautela vobis studemus denuntianda, quia post Deum et beatum Petrum alibi nostra spes et fiducia non est nisi in vestra a Deo protecta excellentia[1]. Tu enim, dulcissimae, magnae, a Deo inlustratae rex, noster cum Deo defensor et protector existis, quia per te sancta Dei ecclesia, spiritalis mater tua, exaltata magno exultat gaudio, confidentes, cuncta a vobis beato Petro promissa velociter effectui mancipanda.

Sed Deus omnipotens, in cuius manu omnia mundi regna consistunt, sua vos multipliciter foveat gratia et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli intercessionibus longo ac prospero senio regni gubernacula possidere et pariter cum excellentissima filia nostra, regina, et amantissimis natis gaudere et celestia praemiorum cum sanctis perenniter vos faciat adipisci regna.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM DE LEONE ARCHIEPISCOPO.

Etenim innotescimus excellentissimae christianitati vestrae, eo quod[a], quando a vestra regalia vestigia reversus est Leo antefatus archiepiscopus, in magnam superbiam ac[b] tyrannicam elationem pervenit et nullo modo, sicut antea, nostris apostolicis obtemperare inclinatus est mandatis et nullum ex Ravinianis vel Emiliae pro accipiendis praeceptis de diversis accionibus ad nos venire permisit: ita eis indignatus comminatus est dicens, quod, si quis ex eis ad nos venire praesumpsisset, non potuisset venire. Nam Pentapolenses omnes, oboedientes existentes in nostro apostolico servitio, ad nos proni sicut tempore praedecessoris nostri, domni Stephani papae, properaverunt et pręcepta de singulis eorum civitatibus more solito acceperunt. De reliquis vero civitatibus Emiliae simulque et Gabello hi[c], qui a nobis ibidem ordinati sunt, ab eo exinde proiecti sunt, et alios ex eis in vinculis detinet; at vero de civitatibus Imulense seu Bononiense ita profanizat dicens, quod vestra excellentia ipsas civitates minime beato Petro et nobis concessit[d], sed sibi ipse archiepiscopus a vobis fuisse concessas ac traditas asserit sub sua potestate permanendas. Unde nullum hominem ex eisdem civitatibus ad nos venire permisit, sed ipse ibidem actores quos voluit sine nostra auctoritate ordinavit et in sua eas detinet potestate. Et non tibi placeat, excellentissimae fili, ut tanto despectui hanc apostolicam habeat fidem, non reputans de sua promissione, quam beato Petro et eius vicariis iureiurando adibuit, sed sicut transgressor mandatorum Dei in periurii reatus incidit. Etenim nos firmiter credimus et magnam habemus fiduciam[e][2], quod omnia, quae beato Petro per vestram donationem offerenda promisistis, adinplere pro magna regni vestri stabilitate et aeterna vobis conferenda retributione studeatis.

---

a) *sequitur erasa littera* a *in V.* b) *erasum in V.* c) *erasum in V.* d) concesset *V.* e) fiducinam *V.*

1) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 2) *Cf. supra p. 575 n. 6.*

55.

775 *Hadrianus I. papa, cum nuntii a Carolo rege per Andream (Praenestinum) episcopum promissi non venerint, regi Andream illum et Pardum abbatem mittit et commendat, supplicans, ut quod beato Petro pollicitus sit efficiat; Leonem (Ravennatem) archiepiscopum e Francia reducem de quibusdam Aemiliae civitatibus iura ecclesiae Romanae minuere questus, petit a rege, ut beato Petro satisfaciat.* *(775. Nov.)*

Cod. (LI) fol. 56—57[a].

Edd. Gretser 51, Cenni 54, Jaffé 56. — Jaffé Reg. 2416 (1849).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Dum in tanta securitatis laetitia spiritalis mater vestra, sancta Dei catholica et apostolica Romana ecclaesia, consistens exultat, ob hoc opinatissima nominis vestri memoria in universo orbe terrarum dilatata atque laudabiliter permanet divulgata[1] etiam et apostolica aula, et ob vestrorum veniam delictorum sedulae a nobis et cunctis Dei sacerdotibus orationum vota et sacrificiorum hostiae divinae offeruntur maiestati.

Itaque, praecellentissime fili[2], recordari credimus, a Deo protectam christianitatem vestram nobis direxisse in responsis per Andream reverentissimum et sanctissimum fratrem nostrum, episcopum[3], quod hoc autumno tempore vestros ad nostri praesentiam studuissetis dirigendum missos, qui nobis omnia secundum vestram promissionem contradere deberent[4].

Et expectabiles fuimus usque hactenus per totum Septembrium etiam et Octobrium et praesentem Novembrium mensem, ipsos vestros suscipiendum missos et de vestra sospitate per eos agnoscere. Et dum minime ad nos advenissent[5], dereximus nostras apostolicas literas[b] usque Papiam ad iudices illos, quos ibidem constituere visi estis, ut nobis significare deberent de adventu eorundem vestrorum missuum. Qui ita nobis direxerunt in responsis: nequaquam ad nos vestri nunc esse profecturi missi[6]. Unde[c] magnum desiderium in nostro imminet cordae, et interna mentis nostrae viscera in vestro ardentius fervescunt amore.

Idcirco, cupientes de vestra prosperitate certos laetosque effici, magnopere studuimus praesentes nostros missos, scilicet antefatum Andream sanctissimum fratrem nostrum, episcopum, et Pardum Deo amabilem[7], dilectum filium nostrum, egumenum[8], ad vestra regalia transmitti vestigia, visitantes et salutantes per eos tam praecellentissimam christianitatem vestram quamque excellentissimam filiam nostram, amantissimam coniugem vestram, a Deo inlustratam reginam[9], et dulcissimos ac nobilissimos natos vestros. Predictis siquidem nostris missis cuncta in ore subtilius posuimus eosque diligenter informavimus, quae de singulis causis vestrae a Deo protectae ex-

55. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum regem carolum directa, in qua continentur gratiarum actiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae, et de missis domni regis, qui auttumno tempore roma venire debuerunt. b) siteras *V.* c) undum *V.*

1) *Cf. supra p. 536 n. 4.* 2) *Initium et finis huius epistolae ex ep. 52 supra p. 573. 574 repetita sunt.* 3) *Cf. ep. 53 supra p. 575. J.* 4) *Antequam Andreas episcopus Praenestinus ad Carolum pervenit, rex se ipsum m. Octobri (775.) in Italiam venturum esse scripserat; cf. ep. 51 supra p. 572:* quod, accedente proximo mense Octobrio, dum ... in partibus Italiae adveneritis, omnia, quae beato Petro ... et nobis polliciti estis, ad effectum perducere maturatae. *J.* 5) *Cf. ep. 54 supra p. 576:* quod expectabiles usque hactenus *(Oct. 27.)* fuimus vestros suscipiendum missos, sed nondum ad nos pervenerunt. *J.* 6) *Ex quo perspicuum est, mense Novembri (775.) iam Papiae fuisse Caroli legatos, Possessorem Rabigaudumque, de quibus v. epp. 56. 57 infra p. 580—583 (J); sed cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 240 n. 2.* 7) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 8) *abbatem; de quo v. ep. 51 supra p. 572.* 9) *Hildegardam. J.*

cellentiae nostra vice enarrare debeant. Eosque benignae atque hilari vultu a vobis suscipi petimus, eorumque sermonibus, quos nostra vice protulerint, credere et aurem benignitatis vestrae adcommodare cunctaque perficere et adimplere dignemini[1], quae sanctae memoriae genitor vester, domnus Pippinus rex, beato Petro una vobiscum pollicitus et postmodum tu ipse, a Deo institutae, magnae rex, dum ad limina apostolorum profectus es, ea ipsa spopondens confirmasti eidemque Dei apostolo praesentaliter manibus tuis eandem offeruisti promissionem. 775

Nos enim magnam fiduciam habemus in vestri cordis firma constantia[2], et certi sumus omnino de benigno mentis vestre proposito. Unde et copiosum a vobis suscipi prestolamus fructum, ut, sicut caepisti, bonum opus perficias[3] tuisque temporibus sancta Dei ecclesia multo amplius exaltata permaneat, quatenus omnipotens Dominus, intercedente beato Petro principe apostolorum, dignam vobis remunerationem tribuat et in caelestibus regnis cum sanctis et electis post huius vitae longevitatem perenniter exaltandum vos recipiat. Per te enim, bone, victoriosissime rex, praefata sancta universalis Dei ecclesia de inimicorum inpugnationibus erepta magno, ut dictum est, triumphat gaudio et orthodoxa christianorum fides vestro praesidio in pristino venerationis statu permanet inmutilata.

Pro quo obnixe quaesumus[a], ut de vestra prosperitate nos quantotius certos reddere iubeatis, quia vestra salus nostra est securitas et vestra laetitia nostrum esse comprobatur gaudium[4]. Unde firmi in vestro amore et dilectionis caritate permanentes incessanter divinam deprecamur clementiam, ut sua vos gratia multipliciter tueatur, tribuens praecellentiae vestrae atque excellentissime filiae nostrae, reginae, et amantissimis natis vestris longeva ac prospera tempora regni gubernacula possidenda, vestrisque vestigiis cunctas barbaras nationes prosternat[5], dilatans multipliciter terminos regni vestri, etiam et celestis regni gaudiis vos faciat esse participes[6].

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

EMBOLUM DE PROTERVIA LEONIS ARCHIEPISCOPI.

Et hoc[b] vestrae a Deo protectae excellentiae innotescimus: eo quod, postquam a vobis reversus est Leo archiepiscopus, in nimiam superbiam elevatus nullo modo nostris praeceptionibus sicut antea oboedire voluit; sed brachio fortae usque hactenus in sua potestate detinere videtur Imulas atque Bononias, dicens, quod easdem civitates nullo modo beato Petro neque nobis concessistis nisi tantummodo eidem Leoni archiepiscopo. Unde[c] dirigentes ibidem nostrum misum, id [est][d] Gregorium saccellarium, qui iudices earundem civitatum ad nos deferre deberet et sacramenta in fide beati Petri et nostra atque excellentiae vestrae a cuncto earum populo susciperet; sed nequaquam idem archiepiscopus eundem nostrum saccellarium illuc ire permisit. Nam et Dominicum, quem nobis in ecclesia beati Petri tradidistis atque commendastis, comitem constituimus in quandam brevissimam civitatem Gabellensem, praeceptum eiusdem civitatis illi tribuentes: minime illum permisit ipsum actum agere, sed, dirigens exercitum, vinctum eum Ravennam deduxit et sub custodia habuit. Nam et de aliis civitatibus Emiliae, id est Faventias, ducatus Ferrariae, Comiaclo, Forolivi[e], Forumpopuli[f], Cesinas et Bobio seu Tribunatum decimo, nullum hominem exinde ad nos pro suscipiendis praeceptis actionum advenire permisit; nam illi omnes parati erant ad nos coniungere.

---

a) q̄s *V.* b) ho *V.* c) un *V.* d) *om. V.* e) nroroliui *V.* f) rorumpopuli *V.*

1) *Cf. supra p. 569 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 575 n. 6.* 3) *Cf. supra p. 492 n. 4.* 4) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 6) *Cf. supra p. 578 n. 2.*

775 De reliquis vero civitatibus utrarumque Pentapoleos, ab Arimino usque Eguvium, omnes more solito ad nostri advenerunt prȩsentiam et prȩcepta actionum[a] de ipsis civitatibus a nobis susceperunt, et in nostro servitio atque oboedientia fideliter cuncti permanent, nisi solummodo ipse archiepiscopus in sua ferocitatis[b] superbia existit.

Sed petimus te coram Deo vivo, praecellentissime fili, ut nullo modo hoc tibi placeat, ut ea, quae sanctae memoriae genitor tuus et tu ipse beato Petro concessistis atque offeruistis, quod absit, temporibus vestris abstollantur et ecclesia beati Petri per malignos homines, qui iniqua inmittunt, humilietur, sed magis semper per vos exaltata permaneat.

56.

Hadrianus I. papa Carolo regi questus, Possessorem episcopum et Rabigaudum abbatem legatos eius non Romam, sed Spoletium adiisse ad Hildebrandum ducem in protervia confirmatum indeque Beneventum se contulisse, supplicat, ut promisso suo stans per legatos sibi de ducatu Spoletino satisfaciat. *(775. ex.)*

Cod. (LVIII) fol. 61'—62'[a].

Edd. Gretser 58, Cenni 56, Jaffé 57. — Jaffé, Reg. 2418 (1851).

DOMNO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Omnino confidimus et certi sumus, quod tua a Domino protecta excellentia in his, quae pariter loquentes inter nos convenerunt, firmiter atque inmutabiliter permanere studeat et caritatis vinculum in medio nostrum corroboratum toto mentis adnisu atque sincero[b] affectu observare procuret, dum nos Deo propicio in ea ipsa abita in invicem dileccionis concordia cum magna sinceritate mentis satagimus perseverandum, quia — Deo teste dicimus —, a quo cum vestram mellifluam christianitatem in alterno amicitiae[c] amore colligati sumus, maximam in tua a Deo inspirata benignitate[d] habere videmus fiduciam[1], quod omnes causas sanctae Dei ecclesiae et provinciae nostrae salubri mancipentur effectu.

At vero, excellentissimae et a Deo servate fili, bone et optime rex, tuae per huius nostrae apostolicae relationis seriem deducimus notioni, eo quod, dum ad nos pervenisset de fidelissimi[e] vestri missi adventu[2], scilicet Possessorem sanctissimum fratrem nostrum, episcopum[3], seu Rabigaudum religiosum abbatem[4], in magno gaudio noster elevatus est animus, quoniam desiderabilis[f] sum adsidue, missos excellentiae vestrae solite cum magno gaudio et decenti honore suscipere et per eos de vestrae sublimitatis sospitate certos esse; unde nos ilico, secundum qualiter missis vestrae regalis potentiae decet, omnem praeparationem seu et caballos in obviam eorum direximus.

---

a) actionem *V.* b) ferotitatis *V.*

56. a) *Lemma (in loco raso):* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa pro exaltatione sanctȩ dei ecclesiae et de possessore et rabigaudo: ipsum apostolicum despicientes spoleto ad hildibrandum ducem perrexerant et inde benevento pervenerant[aa]. b) sencero *V.* c) amitiae *V.* d) benigninitate *V.* e) *corr. in* fidelissimorum *manus recens in V.* f) desiderabiles *V.*

aa) pervenēr. *V.*

1) *Cf. supra p. 575 n. 6.* 2) *Legatos Caroli cum mense Novembri 775. iam Papiae fuisse sciamus (v. ep. 55 supra p. 578), eorum ad Spoletium, Beneventum, Romam accessus (de quo et haec epistola agit et ep. 57 infra p. 582) ad spatium mensium Novembris et Decembris a. 775. admodum convenit. J.* 3) *Ebredunensem archiepiscopum (cf. infra ep. 67) eum fuisse, opinatur Mabillon (Annales II, 231); sed cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 240 n. 4.* 4) *Anisolensem fortasse; cf. ibidem.*

Illi nempe, dum Perusiam[a] coniunxissent, relaxsantes recto itinere ad nos con- 775
iungendum[1] — secundum qualiter a vestro a Deo protecto culmine directi fuerunt et ut vestros honorandos apices relegentes invenimus —, nos despicientes apud Hildibrandum in Spoletium perrexerunt, dirigentes nobis per nostros missos: 'eo quod tantummodo cum Hildibrandum loquimur; et deinde, ut directi sumus, una vobiscum apud domnum apostolicum coniungemus[b]'.

Postmodum enim, dum cum praedictum Hildebrandum locuti fuissent et apud eum diucius morarentur, nostris apostolicis eis adiurantes direximus syllabas: 'Per Deum omnipotentem[c] et vitam excellentissimi filii nostri, domni Caroli, magni regis, ut directi estis, apud nos coniungere satagite, ut unanimiter pertractantes[d], quod ad exaltationem sanctae Dei ecclesiae pertinuerit et ad laudem regni nostri praecellentissimi filii, agere studeamus; et tunc per dispositum, ut eius praecellentiae decet missos, apud Beneventum vos proficiscere disponimus[e]'. Sed illi, nescimus quid pertractantes, statim a[f] Spolecio in Beneventum perrexerunt, nos in magnum derelinquentes ignominium[g], et Spoletinos ampliaverunt in protervia.

Unde valde hanc nostram perturbaverunt provinciam. Et pro hac re in magna tristitia noster reiacet animus, quia, quantum per illos expectabamus suscipere prospera nuntia de exaltatione sanctae nostrae ecclesiae — sicut et in vestris reperimus honorandos apices et nostri nobis referuerunt missi, qualiter a vestra regalitate iniunctum[h] habuerunt —, in tanta afflictione et deminoratione conati sunt.

Sed recordari te credimus, dulcissimae atque amantissime fili, qualiter nobis benignissimo vestrum ore affati estis, dum ad limina beatorum principum apostolorum Petri et Pauli properati estis[2]: quia, non aurum neque gemmas aut argentum vel litteras[i] et homines conquirentes, tantum[k] fatigium[l] cum universo a Deo protecto vestro Francorum exercitu sustinuissetis nisi pro iustitiis beati Petri[m] exigendis et exaltatione sanctae Dei ecclaesiae perficienda et nostram securitatem ampliare certantes.

Sed, tamquam presentaliter coram vestris mellifluis regalis optutibus assistentes, obsecrantes petimus[3] vestram a Deo fundatam regalem potentiam, ut de tanta et tali tribulatione, in qua nos ipsi vestri dereliquerunt missi, velociter per fidelissimos et benignissimos vestros missos nos consolari et laetificare iubeatis, quia et ipsum Spoletinum ducatum vos praesentaliter offeruistis protectori vestro beato Petro principi apostolorum per nostram mediocritatem pro animae vestrae mercaede. Et ita obnixe quaesumus, praecellentissime fili, ut nostram depraecationem de predicta afflictione et prenominatum Spoletinum ducatum celerius effectui mancipetis[n], quatenus dignam ex hac misericordissimo Deo nostro, intercedente beato Petro apostolorum principe, pro cuius amore et reverentia aurem in nostris petitionibus accomodare inspiratus fueris, suscipias mercedem, quia — Deo teste dicimus — nisi vestram cupimus exultationem et laetitiam, dum annuente Deo magna inter nos atque insolubilis caritatis concordia corroborata est, permanentes in his, quae mutuo inter nos asserentes confirmavimus.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) pasiam *V.* b) coniugemus *V.* c) ompotentē *V.* d) pertractes *V.* e) *corr. in* disponemus *V.* f) ad *V.* g) igninominium *V.* h) iniuntum *V.* i) *an* terras? *Abel-Simson, Jahrbücher I, 161 n. 1.* k) tatum *V.* l) *corr. in* fastigium *manus recens in V.* m) pet *V.* n) mantipetis *V.*

1) *Hinc intelligimus, quo animo iudices Papienses paullo ante papae responderint:* nequaquam ad nos *(Hadrianum)* vestri *(Caroli)* nunc esse profecturi missi; *cf. ep. 55 supra p. 578. J.* 2) *anno 774. J.* 3) *Cf. supra p. 575 n. 4.*

57.

775 *Hadrianus I. papa per Possessorem episcopum et Rabigaudum abbatem admonitus, ut Hildebrandum Spoletinum ducem missum faciat, Carolum regem certiorem reddit, Hildebrandum Spoletinum, Arigisum Beneventanum, Rodcausum Foroiulianum, Reginbaldum Clusinum duces conspiravisse, ut cum Graecis et Athalgiso Desiderii filio Romam invaderent et regnum Langobardorum restituerent, et hortatur, ut sibi quam celerrime succurrat. (775. ex.)*

Cod. (LIX) fol. 62'—63[a].

Edd. Gretser 59, Cenni 57, Jaffé 58. — Jaffé, Reg. 2419 (1852).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Reminiscere consideramus a Deo protectam excellentiam vestram: sepius vobis innotuendum direxissemus de Hildibrandum Spoletinum ducem seu Arighisidem Beneventanum ducem atque Rodcausum Foroiulanum de sevisimum consilium, quod erga nos atque vos gerendum non differunt. Nunc vero dum fidelissimi vestri missi, re vera sanctissimus frater noster Possessor episcopus atque Rabigaudus religiosus abbas, a Benevento repedantes, per praedictum Hildibrandum apud nos properati sunt, nimis nos obsecrantes pro prenominati[b] Hildibrandi noxa, ut[c] ei veniam tribuissemus, adserentes, ut apud eum nostrum indiculum et obsides pro sua dubitatione [mitteremus][d] et Hildibrandus nostris se pressentasset optutibus: nos quippe secundum fidelissimi missi vestri dictum illuc usque Spoletio dreximus[e] Stephanum nostrum fidelissimum dudum saccellarium, qui cum eum affatus fuisset et tunc nostros ibidem destinassemus obsides. Ipse nempe noster missus, cum apud eum coniunxisset, in magna eum invenit protervia, eo quod missi Arigisi Beneventani ducis seu Rodcausi Foroiulani[1] nec non et Reginbaldi Clusinae civitatis ducum[f] in Spoletio cum praefatum reperit Hildibrandum, adibentes adversus nos perniciosum consilium: qualiter, Deo eis contrario, proximo Martio mensae adveniente[2] utrosque se in unum conglobent cum caterva Grecorum et Athalgihs Desiderii filium et terrae marique ad dimicandum super nos irruant, cupientes hanc[g] nostram Romanam[h] invadere civitatem et cunctas Dei ecclesias denudare atque ciborium fautoris vestri, beati Petri, abstollere vel nosmet ipsos, quod avertat divinitas, captivos deducere nec non Langobardorum regem redintegrare[i] et vestrae regali potentiae resistere.

Ob hoc, praecellentissimae rex et dilectissime fili[3], peto te et tamquam praesentaliter adsistens cum divinis mysteriis coniuro coram Deo vivo et vero[4] et eius principae apostolorum beato Petro, ut sub nimia festinatione et maxima celeritate nobis subvenias, ne pereamus, quoniam post Deum in tuis manibus nostras omnium Romanorum commisimus animas. Ne nos derelinquas aut differas solatiandum, ut dicant gentes, quae in cuncto orbe terrarum sunt: 'Ubi est fiducia Romanorum, quam post Deum in regem et regnum Francorum habebant?' Et tu

---

57. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur, quod hildibrandus et arigis atque rodgaus nec non et gimbaldus duces consilium inierant, qualiter se in unum[aa] conglobarent cum grecis et adalgis terrae marique ad dimicandum contra romam et italiam; et sub nimiis adiurationibus postulans adiutorium contra eos. b) pernominati *V.* c) *corr. ex* uen *V.* d) *add. J.* e) direxim *V.* f) ducem *V.* g) hac *V.* h) romana *V.* i) reddeintegrare *V.* aa) unu *V.*

1) *quem ante d. 14. April. a. 776. occisum esse constat; cf. Annal. Lauriss. ad a. 776. (SS. I, 154). J.* 2) *Mart. 776; cf. supra n. 1. J.* 3) *Verba quae sequuntur plurima ex epistola 8 (Stephani II. ad Pippinum data) supra p. 496. 497 repetita sunt.* 4) *Cf. supra p. 478 n. 3.*

775.776

de omnibus, a Deo protecte, dilectissime fili, ante tribunal Dei eris redditurus rationem, quoniam, ut prelati[a] sumus, tuae dulcissimae sublimitati per Dei praeceptionem et beati Petri sanctam Dei eclesiam et nostrum Romanorum rei puplicae populum commisimus protegendum. Et ita ad limina protectoris tui, beati Petri apostolorum principis, properare satagitae, ut cunctos adversarios sanctae Dei ecclesiae atque nostros seu vestros regalis vestri culminis substernantur vestigiis et ea, quae eidem Dei apostolo vestris propriis[b] pro animae vestrae mercaede offeruistis manibus, ad effectum perducatis, ut, fructum bonum offerens, in futuri examinis die merearis dicere: 'Domine meus, princeps apostolorum beate Petre, (Cf. 2. Tim. 4,7.) cursum consummans, fidem tibi servans, ecclesiam Dei a superna clementia tibi commendatam de manibus persequentium defendens liberavi et, adsistens immaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospes adque incolomes existentes'. Tunc et, qui in presenti vita regni gubernacula[c] tenes, etiam et in futuro saeculo cum Christo regnans, caelestis praemiorum gaudia adipissci merearis, audiens nimirum paternam desiderabilem vocem illam inquientis: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis preparatum est ab (Cf. Matth. 25, 34.) origine mundi'.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

58.

Hadrianus I. papa Carolo regi mittit Stephani Neapolitani episcopi de Constantini V. imperatoris obitu litteras et Reginbaldum Clusinum ducem pelli e Tuscia postulat. *(776. post Febr. 7.)*

Cod. (LX) fol. 63—64[a].
Edd. Gretser 60, Cenni 55, Jaffé 60. — Jaffé, Reg. 2422 (1850).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Excellentissimae et a Deo protectae christianitati vestrae per his nostris apostolicis notescimus apicibus, pervenisse ad nos nuntiis precurrentibus, quod Constantinus[1] imperator divina evocatione de hac subtractus fuisset lucae; sed, quia certum non didiceramus, pro hac de re vestrae a Deo protectae excellentiae indicare differuimus. Nunc vero suggessit nobis sanctissimus ac reverentissimus frater noster, Stephanus Neapolitanae urbis episcopus, per has syllabas ea ipsa nobis intimando[b]; quas et septima die praesentis Februarii[c] mensis suscipientes easque peragrantes, confestim vestro regali culmini significare maturavimus et pro magna sublimitatis vestre satisfactione eosdem affatos infra haec[d] nostra scripta vobis directa posuimus.

Interea et hoc vestrae precellentiae, dulcissime et amantissimae fili, petendum dirigimus de perfidum illum et seminatorem zizaniorum atque instigatorem humani generis, emulum Raginaldum, dudum in castello Felicitatis castaldium, qui nunc in Clusinae civitate dux esse videtur: eo quod plurima mala per suas iniquas summissiones spiritalis matris vestrae, sanctae Dei ecclesiae, et nobis ingerendum non desinit, dum omnino ea, quae beato Petro principi apostolorum a vestra excellentia pro animae vestre mercede offertae sunt, per suum iniquum argumentum abstollere anhelat

---

a) *corr. in* prefati *manus recens in V.* b) pro propriis *V.* c) guburnacula *V.*

58. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de transsitu constantini imperatoris et de raginaldo duce clusanae; praefatus papa postulans, ut ipsum actum domnus rex ei habere non permitteret, eo quod multa mala in castello felicitatis indesinenter agere non desistebat. b) intimande, u *alteram in* r *corrigens V.* c) frebuarii *V.* d) hanc *V.*

1) *Constantinus V. Kopronymos obiit 775. Sept. 14. (Theophanis Chronogr. ed. de Boor I, 448).*

776 et in suo proprio servitio eos habere desiderat; unde et per semet ipsum cum exercitu in eandem civitatem nostram, castello Felicitatis, properans, eosdem castellanos abstulit.

Et nequaquam credimus, benignissime fili et christianissime rex, quod pro[a] predicti Raginaldi ducis exaltatione mutationem fecisset vestra a Deo corroborata regalitas una cum excellentissima filia nostra, regina[1], atque dulcissimis[b] natis vestris vel cunctum a Deo institutum Francorum exercitum, nisi pro sustentatione amatricis vestre, sanctae Dei ecclęsiae, ut per vestro benigno certamine perenniter permanens[c] eniteat. Idcirco poscimus et nimis subplicando insistimus vestram a Deo illustratam potentiam, ut ob amorem beati Petri apostoli nullo modo praenominatum Raginaldum ibidem Tusciae partibus esse permittatis, sed neque illum ei agendum caedatis[d]. Et non vobis hoc durum pareat: dilectione, quam in invicem conpagati sumus, fiducialiter hoc petendum deducimus et obtinere speramus, eo quod et sub Desiderii temporibus iurgia et scandala frequenter seminando non omittebat.

Sed, excellentissime fili, ut nos post Deum in tuum fortissimum brachium una cum universo nostro populo speramus et die noctuque pro vestrae sospitatis atque victoriis concedendum divinam exoramus clementiam[e], ita dum omnibus causis sanctae Dei ecclesiae disponere celeretis, ut sancta Dei ecclesia et nosmet ipsi tuis felicissimis temporibus permaneamus, ut, sicut temporalia vobis largivit, et caelestia tribuat possidenda.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

59.

Hadrianus I. papa Carolo regi rescribit, non Saracenis Romanos vendidisse mancipia, sed Langobardos Graecis, quorum quosdam suo mandatu comprehensos navesque eorum combustas esse nuntiat; sacerdotum suorum mores ab inimicis apud regem castigatos tuetur[2]. *(776.)*

Cod. (LXV) fol. 66—67[a].

Edd. Gretser 65, Cenni 63, Jaffé 64. — Jaffé, Reg. 2426 (1858).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Insignis preconii vestre a Deo fundatae regalis potentiae syllabas suscepimus et Deo omnipotenti gratias egimus, qui nos certos reddidit de sospitate a Deo protecti regni vestri, simul et de spiritale filia nostra, regina, dulcissima vestra coniuge[3], proles etiam et pro cunctos episcopos, diversos sacerdotes, senatu et universo a Deo
Cf. Ps. 7, 10. conservato populo Francorum; cognitor enim scrutator corda et renum Deus noster, quia et sincere[b] sine qualibet occasione in vestra melliflua regalis potentiae permanemus caritate. Et deprecamus Dei omnipotentis[c] clementiam cum nostris episcopis, sacerdotibus, clerum atque senatum et universum nostrum populum, ut vobis[d] indesi-

a) pro quod *V.* b) dulcissimas *V.* c) pmanes *V.* d) *corr. in* cedatis *manus recens in V.* e) cleclementiam *V.*

59. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directum, in qua continetur de venundatione mancipiorum genti pagane saracenorum; et praedictus papa excusans romanis numquam tale scelus perpetrasse, sed a langobardis et grecis eos traditos esse dicit. b) sinceres *V.* c) *corr. ex* omnipotentia dei, *ante* a *interponens* s *et* a di *linea subducta signans V.* d) nobis *V.*

1) *Hildegarda. J.* 2) *De hac epistola ad a. 776. referenda cf. commentariolum in Actis nostris expressum.* 3) *Hildegarda. J.*

nenter victorias tribuat et vestrum dilatet regnum ad exaltationem spiritalis matris 776. 778 vestrae, sanctae Dei Romane ecclaesiae, et salutem populi nobis a Deo commissi, quia vestra exaltatio nostra est letitia[1]. Et semper desideramus et cupimus, quae bona sunt atque prospera, de vestro a Deo protecto regno et omnium Francorum salutaria addiscere, quia nos post Deum alii fiduciam non habemus nisi in vestro fortissimo brachio. Et sicut predecessor noster, domnus Stephanus papa, bonam habuit fiduciam genitori vestro, sanctae recordationis[a] domno Pippino regi, ita et nos multo amplius in vestro fortissimo regno confidimus et certi permanemus.

Repperimus enim in ipsas vestras mellifluas apices pro venalitate mancipiorum, ut quasi per nostris Romanis venundati fuissent in gentem necdicendam Saracenorum. Et numquam, quod absit, in tale declinavimus scelus, aut per nostram volontatem factum fuisset; sed in litoraria Langobardorum semper navigaverunt necdicendi Greci et exinde emebant ipsa familia et amicitia cum ipsis Langobardis fecerunt et per eosdem Langobardos ipsa suscipiebant mancipia. In quibus et direximus exinde Alloni duci, ut preparare debuisset plura[b] navigia et comprehenderet iam dictis Grecis[c] et naves eorum incendio concremaret; sed noluit nostris obtemperare mandatis, quia nos nec navigia habemus nec nautas, qui eos conprehendere potuissent. Tamen, in quantum valuimus, Domino proferimus teste[2], quia magnum exinde habuimus certamen, cupientes hoc ipsud scelus vetare; qui et naves Grecorum gentis in portu civitatis nostrae Centumcellensium comburi fecimus et ipsos Grecos in carcere per multa tempora detinuimus. Sed a Langobardis[d], ut praefati sumus, plura familia venundata sunt, dum famis inopia eos constringebat; qui alii ex eisdem Langobardis propria virtutae[e] in navigia Grecorum ascendebant, dum nullam habebant spem vivendi.

De autem sacerdotibus nostris quod vobis false et contra Deum et animae eorum suggerere ausi sunt, 'mentita est iniquitas sibi'; et nulla est, Domino annuente[f], in Ps. 26, 12. nostris sacerdotibus pollutio; nec talia credere debet vestra sublimitas, dum nos, vero Domino cooperante, per intercessiones sanctae semper virginis Mariae, dominae nostrae, et beati Petri apostolorum principis in vinculo caritatis atque dilectione nos adnecti dignatus est. Nunc vero quaerunt emuli nostri, qui semper zizania seminaverunt, aliquam, illis Deo contrario, inter partes malitiam seminare; sed Domino[g] auxiliante per intercessiones beati Petri apostoli prevalere minime habebunt, quia nos cum Domini virtute talem in vestro regali culmine habemus fiduciam; dicit enim psalmista: 'Disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam[h] maliloquam', qui talia vobis in- Cf. Ps. 11, 4. audita mala suggerunt et crimina in nostris sacerdotibus ponunt.

Deus autem noster suae protectionis dextera vos conservare dignetur ad exaltationem sanctae Dei Romane ecclesiae.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

60.

Hadrianus I. papa Carolum regem, postquam se una cum (Hildegarda) regina, ut (Pippinus) filius nuper natus a papa e baptismate susciperetur, paschate Romae fore per Philippum episcopum et Megistum archidiaconum revertentes significaverit, non pro-

---

a) recordationes *V.* b) prura *V.* c) crecis *V.* d) langobar *V.* e) *corr. in* virtute *manus recens in V.* f) *corr. ex* annuante *manus recens in V.* g) Sedño *V.* h) linguuam *V.*

1) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 2) *Cf. supra p. 535 n. 3.*

778 *fectum adhortatur, ut postea veniat, et rogat, Constantinum magnum erga ecclesiam Romanam liberalissimum proponens, ut omnia alienata beato Petro restituat; Philippum, Andream (Praenestinum) episcopos et Theodorum ducem, legatos suos, commendat*[1].

(778. Maio.)

Cod. (XLIX) fol. 54—54'[a].
Edd. Gretser 49, Cenni 59, Jaffé 61. — Jaffé, Reg. 2423 (1854).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Dum nimio provocati[b] amore, aptum duximus, primitus quidem a Deo protectae excellentiae vestrae seu spiritalis filiae nostrae, reginae, proles etiam, episcopos et presbiteros nec non et universos optimates cunctumque preclare genti vestrae, Francorum populi a Deo confortati regni vestri pertinentem[2], his nostris apostolicis visitare apicibus, certos de vestra ac laetos effici inpensius prosperitatis ambigentes[3] integritatem.

Igitur dum ad nos reversi fuerunt missi spiritalis matris vestrae, sanctae Dei ecclesiae, a vestigio a Deo protecti regni vestri, id est reverentissimus frater noster Phylippus, episcopus, et Megistus dilectissimus filius noster, archidiaconus, retulerunt nobis de fidei caritatis vestrae constantia, quam erga beatum Petrum apostolorum principem et nostram humilitatem habere dignati estis pro vestrae animae mercede. Hoc audito, magno gaudio noster elevatus est animus, et cepimus Deo laudes referre et beato principi apostolorum Petro pro exaltatione regni vestri atque filiae nostrae, reginae, coniugis vestrae, prolis etiam et pro cunctis Francis, fidelis[4] beati Petri apostoli atque vestris.

De vero illud, unde vestrae eximiaetati per iam dictos nostros missos, scilicet reverentissimum fratrem nostrum Philippum, episcopum, et dilectissimum nostrum Megistum, archidiaconum, dignati estis nobis repromittere, ut in sanctum[c] diem Pascae[5] ad limina beati apostolorum principis Petri una cum spiritale filia nostra, regina, Domino auxiliantae properare debuissetis, ut filium, qui nunc vobis procreatus est[6], a sacro baptisma in ulnis[d] nostris suscipere debuissemus: sicut terra sitiens imbrem[7], ita et nos exspectabiles fuimus mellifluam excellentiam vestram: et dum adpropinquasset ipsum diem sanctum Pascae et nullum mandatum de adventum vestrum suscaepissemus aut de missis vestris secundum placitum, quod inter nos extiterat, valde tristes effecti sumus. Sed obnixae te petimus, praecellentissimae et magnae rex, ut, secundum quomodo inter nos constitit, pro ipso sancto baptisma nostrum adimplere iubeas desiderium de eundem eximium vestrum filium, quatenus duplex spiritus sancti gratia in medio nostrum adcrescat et gemina festivitatis laetitia nobis caelebretur[8].

60. a) *Lemma:* item exemplar epistolae adriani papae ad domnum carolum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones pro vita et sanitatae domni regis et uxoris vel filiorum eius[aa] nec non et pro exaltatione sanctae dei ecclesiae; et postolans, ut filium suum ex sacro baptismatis fonte suscipere mereretur. b) sumus *excidisse videtur J.* c) scāum *V.* d) ullis *V.*
aa) eīēs *V.*

1) *Epistolam hanc mense Maio a. 778. scriptam esse, intelligimus ex epistola sequente; v. infra n. 6 et p. 588 n. 2. J. Cf. de hac ep. Martens, Die Röm. Frage p. 165—172 et Die falsche General-Konzession Konstantins des Grossen p. 7—11.* 2) *id est: cunctamque praeclaram gentem vestram, Francorum populum ad a Deo confortatum regnum vestrum pertinentem.* 3) *ambientes. J.* 4) *fidelibus. J.* 5) *d. 19. Apr. a. 778. J.* 6) *Carolomannum, qui postea Pippinus vocatus est. Qui cum die 8. Iulii a. 810. obierit (cf. Einhardi annales ad a. 810: SS. I, 197. 198)* anno aetatis suae 33. *(Thegani Vit. Hludowici imp. c. 5: SS. II, 591), apparet eum post d. 8. Iulii a. 777. natum esse. J.* 7) *Cf. supra p. 541 n. 1.* 8) *Cf. quae Paulus I. Pippino scribit in ep. 18 supra p. 519:* quatenus duplex spiritus sancti gratia fiat in medio nostrum et gemine festivitatis nobis oriatur laetitia.

Et hoc deprecamur vestram excellentiam, amantissime fili et preclare rex, pro 778
Dei amore et ipsius clavigeri regni caelorum, qui solium regni patris vestri vobis largiri dignatus est: ut secundum promissionem, quam polliciti estis eidem Dei apostolo pro animae vestrae mercaede et stabilitate regni vestri, omnia nostris temporibus adimplere iubeatis, ut ecclesia Dei omnipotentis, id est beati Petri apostoli, cui claves regni caelorum ab omnium opificae facinorum nexus solvendi simulque ligandi attributa est facultas, in omnibus amplius quam amplius sancta Dei ecclesia exaltata permaneat et omnia secundum vestram pollicitationem adinpleantur: et tunc vobis in caelestibus arcibus adscribitur merces[1] et bona oppinio in universo mundo. Et sicut temporibus beati Silvestri Romani pontificis a sanctae recordationis piissimo Constantino, magno imperatore, per eius largitatem sancta Dei catholica et apostolica Romana ecclesia elevata atque exaltata est et potestatem in his Hesperiae partibus largiri dignatus, ita et in his vestris felicissimis temporibus atque nostris sancta Dei ecclesia, id est beati Petri apostoli, germinet atque exultet et amplius quam amplius exaltata permaneat, ut omnes gentes, quae hec audierint, edicere valeant: 'Domine, salvum Ps. 19, 10.
fac regem, et exaudi nos in die, in qua invocaverimus te; quia ecce novus christianissimus Dei Constantinus imperator his temporibus surrexit, per quem omnia Deus sanctae suae ecclesiae beati apostolorum principis Petri largiri dignatus est'[2]. Sed et cuncta alia, quae per diversos imperatores, patricios etiam et alios Deum timentes pro eorum anime mercedae et venia delictorum in partibus Tusciae, Spoletio seu Benevento atque Corsica simul et Savinensae patrimonio beato Petro apostolo sanctaeque Dei[a] et apostolicae Romanae ecclesiae concessa sunt et per nefandam gentem Langobardorum per annorum spatia abstulta atque ablata sunt, vestris temporibus restituantur; unde et plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensae reconditas habemus. Tamen et pro satisfactione christianissimi regni vestri per iam fatos viros ad demonstrandum eas vobis direximus. Et pro hoc petimus eximiam praecellentiam vestram, ut in integro ipsa patrimonia beato Petro et nobis restituere iubeatis. Et dum omnia per vestrum congruum dispositum sancta Dei ecclesia effectum susceperit, ipse princeps apostolorum beatus Petrus ante[b] tribunal omnipotentis clementiam pro vestra sospitate atque longevitate et exaltatione a Deo confortati regni vestri deprecetur maiestatem.

Opere enim direximus apud vestram eximiam praecellentiam[c], id est reverentissimum et sanctissimum fratrem nostrum Philippum et Andream episcopos seu Theodorum ducem nostrum, quibus et in ore posuimus, ut vestrae a Deo protectae excellentiae minutius enarrare debeant. Quibus et eis in omnibus credere debeatis, et solite benignae eos suscipere iubeatis pro amore fautoris vestri, beati Petri apostoli, ut, dum ad nos reversi fuerint cum effectu causae[3], ante confessionem ipsius Dei apostoli cum omnibus episcopis et sacerdotibus atque cuncto clero, senatu et universo nostro populo pro vestra sospitate atque longevitate et exaltatione regni vestri Domino fundere valeamus praeces, ut aevis temporibus eximietatem vestram conservare dignetur ad exaltationem spiritalis matris vestrae, sanctae Dei Romanae ecclesiae, et, sicut terrena gaudia largitus est, ita et celestia tribuat sempiterna.

Incolomem[d] excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) *sequitur* aposlicae *in* V. b) an V. c) missos nostros *excidisse videtur J.* d) incolomen V.

1) *Cf. supra p. 536 n. 3.* 2) *Hic constitutum illud Constantini falsum dici, a nonnullis indicatur; cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 319 n. 2 et Loening in v. Sybels Hist. Zeitschr. LXV, 196 ss.* 3) *Cf. supra p. 569 n. 1.*

61.

778 *Hadrianus I. papa Carolo regi irruptionem regno imminere ab Agarenis nuntianti scribit se eius victoriam precari; Andream (Praenestinum) et Philippum episcopos Theodorumque nepotem, legatos suos, commendat; Beneventanos deterreri cupit, ne civitates Campanas ex beati Petri ditione sub potestatem patricii Siciliae redigant. (778. Maio.)*

Cod. (LXXIII) fol. 72—73[a].
Edd. Gretser 73, Cenni 60, Jaffé 62. — Jaffé, Reg. 2424 (1855).

Destinavit nobis per vestros apices a Deo constituta regalis potentia, quia, Deo sibi contrario, Agarenorum gens cupiunt ad debellandum vestris introire finibus[1]. Hoc vero cognito, in magna exinde tribulatione atque afflictione positi sumus: sed nequaquam dominus Deus noster talia fieri permittat nec beatus apostolorum Petrus princeps. Nos vero, dulcissime fili et magne rex, incessanter pro vobis cum omnibus nostris sacerdotibus atque religiosis monachis et cunctum clerum vel universum populum nostrum domini Dei nostri deprecamus clementiam, ut ipsam necdicendam Agarenorum gentem vobis subiciat et vestri eam substernat pedibus, et minime prevalere adversus vos valeant; quia, sicut populus Pharaonis demersus est in Mari Rubro, eo quod non crediderint Deo, ita et in hac vice dominus Deus noster per intercessiones beati Petri apostoli in vestris eos tradat manibus. Confortamini autem et estote robusti, quia Dominus omnipotens confidentes in eum[b] vestri regni dabit victoriam de inimicis vestris atque nostris. Et sicut indesinenter die noctuque ante confessionem eiusdem Dei apostoli Domini deprecamus maiestatem, ut vestrum dilatet regnum, ita nos faciat de vestra sospitate et exaltatione regni vestri semper in Domino exultare.

In quibus et ante aliquantos dies istius Maii mensis, quod vestros suscepissemus apices, direximus[2] apud vestram a Deo protectam excellentiam[c] Andream et Philippum sanctissimos episcopos atque Theodorum eminentissimum nostrum nepotem pro salutatione[d] atque visitationis causa et prosperitatis vestrae letitiam[e] agnoscere. Et hoc petimus te, amantissime fili, ut pro amore fautoris vestri, beati apostolorum principis Petri, benigne eos solite suscipere iubeatis, ut cum gaudio et effectu cause et exaltatione sanctae Dei Romane ecclesiae ad nos remeandum celeriter eos absolvere dignemini[3], ut ipse princeps apostolorum pro vobis intercedat ante domini Dei nostri maiestatem, ut amplius vestrum dilatet regnum et victorias tribuat nosque, vel si peccatores, ante confessionem ipsius Dei apostoli fundere valeamus preces.

Et hoc agnoscat a Deo protecta precellentia vestra: quia, aliquantas civitates nostras Campaniae operantes, emuli vestri atque nostri, nefandissimi Beneventani, ipsum nostrum populum suadent atque subtrahere a nostra dicione decertant una cum habitatores castri Caietani seu Terracinensium, obligantes se validis sacramentis cum ipso patritii Siciliae, qui in predicto castro Caietano residet; et decertant a potestate et dicione beati Petri et nostra eosdem Campaninos esurpare et patritio Siciliae subiugare. Nos vero, dum hoc ipsud agnovissemus, vicibus atque vicibus admonendum et predicandum per nostris episcopis et fideles beati Petri eis direximus — cupientes

61. a) *Pro lemmate huic epistolae praescripta sunt nomina, quae Jaffé epistolae editionis suae 68 addidit (cf. ep. 67 infra p. 597).* b) *hic quaedam excidisse videntur. J.* c) excel excellentiā *V.* d) salutione *V.* e) detitiam *V.*

1) *Carolum, cum haec (circiter mense Aprili) pontifici significaret, in eo iam fuisse, ut in Hispaniam ingrederetur, facile cognitu est ex conclusione huius epistolae. J.* 2) *Cf. ep. 60 supra p. 586 n. 1. J.* 3) *Cf. supra p. 507 n. 2.*

eosdem Campaninos salvos habere, aut aliqua malitia eis minime eveniret —: ut 774-780 nostri presentia coniungere debuissent aut per unamquamque civitatem primatos quinque apud vestra a Deo fundata precellentia destinare debuissent. Sed neque ad vestri presentiam eos dirigere valuimus, nec ad nostris obtutibus coniungere noluerunt. Tamen et reverentissimum fratrem nostrum Philippum seu Pascalem nostrum nepotem eis direximus, ut nostris se presentarent obtutibus aut apud vestra regali potentia coniungendum properare debuissent. Nec tunc nostris ammonitionibus se accommodare voluerunt. Dum vero eorum nequitiae praevalere minime potuimus, disposuimus cum Dei virtute atque auxilio una cum vestra potentia generalem nostrum exercitum illuc dirigere, qui eos constringere debeant et inimici[a] beati Petri atque nostri seu vestri emendare.

Sed petimus te, amantissime fili, coram Deo vivo, ut nefandissimos et Deo odibiles Beneventanos per vestra scripta atque fidelissimum vestrum missum praetestandum dirigere iubeatis, ut a tale iniqua operatione resipiscere debeant et in nostris Campaninos[b] talia inmittere, quia nos per nullum tenorem ipsos nefandissimos Beneventanos aut eorum missis recipere volumus, sed nec ad consecrationem episcoporum[c] suscipere, dum contrarii beati Petri atque nostri et vestri effecti sunt.

Interea petimus te, magnae rex et dulcissime fili, ut, sicut vobis poscendum per Andream et Philippum sanctissimis episcopis nostris seu Theodorum eminentissimum nostrum nepotem direximus, ita in omnibus nostram postolationem adimplere iubeatis, ut angelus Dei omnipotentis vos praecaedat[1] et faciat vestra praecellentia triumfantes atque cum magnis victoriis et exaltationem ad proprii regni vestri culmen una cum omnem Deo dilectum Francorum[d] exercitum incolomem revertendum[2].

62.

Hadrianus I. papa Carolo regi respondet, se vota facere, ut omnes nationes barbaras vincat et, cum perfecturum esse, quod super corpus beati Petri pollicitus sit, confidere[3]. *(774—780.)*

Cod. (LXII) fol. 64'—65[a].

Edd. Gretser 62, Cenni 62, Jaffé 63. — Jaffé, Reg. 2425 (1857).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Mellifluae et a Deo protectae tuae excellentiae, benignissimae fili, honorabiles suscepimus syllabas; quas et cum nimio amore liquido informati sumus. Sed omnipotens, clemens et misericors Deus, in cuius manu cor excellentiae tuae, bone et Deo imitabilis fili, regitur, corroboret cor et mentem tuam et brachium suae potentiae tibi extendat. Nos quidem die noctuque numquam desistimus, cum sacerdotes cunctoque christiano populo in confessione beati Petri principis apostolorum subpliciter exorare, ut una cum excellentissima filia nostra, regina[4], et precellentissimos vestros nobilissimos proles victorem te super omnes barbaras nationes faciat, quatenus omnes sub

---

a) inimiti *V.* b) camponinos *V.* c) episcorum *V.* d) fraccorum *V.*

62. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa pro exaltatione sanctae ecclesiae et de orationibus ipsius apostolici.

1) *Cf. supra p. 560 n. 2.* 2) *Vota facit papa, ut* ad proprii regni culmen *ex Hispania victor revertatur Carolus. J.* 3) *Martens (Die Röm. Frage p. 159) hanc epistolam annis aut 774—776. aut 778—780. scriptam esse opinatur.* 4) *Hildegarda. J.*

774-780 tuo brachio umiliati vestigia pedum tuorum prorsus osculentur et ecclesia Dei [tua][a] a Deo instituta regali[b] potentia nimirum exaltetur[1]. Numquam enim credimus, quod semel pollicitus es super venerabile corpus beati Petri clavigeri regni[c] caelorum[2], quaelibet falsa potestas seu principatus poterit tuam firmissimam excellentiam segregare a caritate et amore, quam a cunabulis tuis beato Petro principi apostolorum habuisti; sed in ea fide et dilectione simulque et promissione te confidimus permanere, in qua et nos firmi et stabiles, quod faciae ad faciaem polliciti sumus, Domino prȩsidiante et beato Petro principe apostolorum mediante, usque in finem manemus. Unde omnipotens, pius et misericors Deus longo ac prospero senio una cum precellentissima filia nostra, regina, et nobilissimis suboles regni gubernacula faciat perfrui et vitam aeternam vobis tribuat possidendam.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

63.

Hadrianus I. papa Carolum regem rogat, mandet Marcario Foroiuliensi duci, ut Mauricium Istriae episcopum a Graecis et Istriensibus excaecatum et expulsum in episcopatum restituat[3]. *(776—780.)*

Cod. (LVII) fol. 61—61'[a].

Edd. Gretser 57, Cenni 64, Jaffé 65. — Jaffé, Reg. 2427 (1859).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Credimus, quod iam vestrae a Deo protectae excellentiae auribus pervenisset de episcopo Mauricio Histriense[4]: qualiter, dum eum fidelem beati Petri et nostrum cognovissent nefandissimi Greci, qui ibidem in praedicto territorio residebant Histriense, et dum per vestram excellentiam dispositus fuit prȩnominatus Mauricius episcopus, ut pensiones beati Petri, qui in superius nominato territorio reiacebant, exigeret et eas nobis dirigere debuisset, zelo ducti tam predicti Greci quamque de ipsis Histriensibus eius oculos eruerunt, proponentes ei, ut quasi ipsum territorium Histriense vestrae sublimi excellentiae tradere debuisset.

Propterea petimus a Deo protectam excellentiam vestram, amantissime fili et magne rex, ut iubeas dirigere Marcario duci praecipiendum, ut iam fatum Mauricium episcopum, qui in visione vestrae excellentiae praesentatus est, ut eum in suo episcopio reverti faciatis pro vestrae animae mercede, eo quod ipse iam dictus episcopus ad nos properavit et nos eum iterum direximus ad Marcario duci[b] Foroiuliense[5], ut, qualiter a vobis fuerit dispositus, ita peragere debeat. Et hoc petimus excellentiam vestram: ut per vestrum congruum dispositum ipse adprachendatur, prout salus populi, qui ibidem commoratur, proveniat.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) *addidit J.* b) regalis *V.* c) negni *V.*

63. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua conti[netur] de mauricio episcopo, quod histrienses ei oculos eruissent. b) *corr. in* duce *manus recens in V.*

1) *Cf. supra p. 498 n. 1 et infra ep. 72.* 2) *anno 774. J.* 3) *Martens (Die Röm. Frage p. 159) hanc epistolam annis aut 774—776. aut 778—780. scriptam esse opinatur.* 4) *Aemonensem episcopum fuisse, opinatur Ughellius (Italia sacra V, 229); cf. Strauss, Beziehungen Karls zum griech. Reiche p. 12 n. 2.* 5) *De Rodcauso duce Foroiuliensi anno 776. necato v. supra p. 582 n. 1. J.*

64.

Hadrianus I. papa Carolo regi nuntiat, Terracinam a Neapolitanis et Graecis invasam esse, et supplicat, ut Vulfuinum mittat ad Terracinam, Caietam, Neapolim recuperandas; addit de sua cum Neapolitanis pactione irrita facta per Arigisum Beneventanum ducem, qui cum Siciliae patricio et Athalgiso (Desiderii) filio consociatus Romae immineat[1]. *(779. 780.)* 779.780

Cod. (LXIV) fol. 65'—66[a].

Edd. Gretser 64, Cenni 65, Jaffé 66. — Jaffé, Reg. 2428 (1860).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Nullum plus credimus victoriosissimae regalis excellentiae vestre uti presidium, quam[b] erga beatum Petrum apostolorum principem et pro eius sanctae aecclesiae exaltatione, sicut coepistis, usque in finem decertari[c].

Quatenus salutantes triumphatorissime erga vos benivolentiae vestrae, per hos nostros affatus enucleatius vobis de partibus istis insinuamus, qualiter nefandissimi Neapolitani una cum Deo odibiles Grecos, praebente maligno consilio Arighis duce Beneventano, subito venientes Terracinensem civitatem, quam in servitio beati Petri apostolorum principis et vestro atque nostro antea subiugavimus[2], nunc autem in valido consilio iterum ipsi iam fati nefandissimi Neapolitani cum perversis Grecis invasi sunt. Nos quidem sine vestro consilio nullatenus ibidem dirigere voluimus; sed poscimus vestram a Deo promotam regalem excellentiam, ut, sicut solita est, pro amore beati Petri clavigeri regni caelorum disponere debeat et celeriter nobis Vulfuinum dirigere, ut hic apud nos Kalendas[d] Augustas paratus esse festinet: atque talem eidem mandationem facere iubeatis, ut cum omnes Tuscanos seu Spoletinos atque cum ipsos nefandissimos Beneventanos in servitio vestro pariterque nostro ad recolligendum ipsam civitatem Terracinensem eveniant, simulque Domino annuente ad expugnandum Caietam seu Neapolim, nostrum recolligentes patrimonium, quod ibidem in territorio Neapolitano ponitur, occurrant, ut, eos in omnibus subiugantes, sub vestra atque nostra sint dicione.

Placitum quidem cum ipsi fallaces Neapolitani per missum eorum nomine Petrum in istum sanctum Paschę[3] habuimus — patrimonium nos beati Petri apostoli, quod ibidem in Neapoli ponitur, exquirentes et in vestro servitio eos subiugare desiderantes —: ut, quindecim obsides ex nobilissimis eorum filiis nobis dantes, ipsam civitatem Terracinensem illi colligerent, sub ea videlicet ratione, ut issent ad patricium eorum in Sicilia et, si nostrum patrimonium reddere voluissent, ipsam civitatem et obsides reciperent. Sed nos sine vestro consilio neque obsides neque ipsam civitatem reddere habuimus, eo quod pro vestro servitio ipsos obsides apprehendere cupiebamus, quia eorum malignum consilium aliud non est, nisi una cum infidelissimo Arigihs duce Beneventano tractantes[e]. Et cotidie missos nefandissimi patricii Sicilię ipso Arighis

64. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directae, in qua continetur, quod neapolitani cum grecis civitatem terracinensem invasissent. b) quod quam *V.* c) *sic. J.* d) kl *V.* e) tranfantes *V.*

1) *Hanc omnesque Hadriani sequentes epistolas (64—97) ab uno eodemque notario dictatas esse, demonstravimus in commentariolo nostro l. c.* 2) *post m. Maium a. 778; cf. ep. 61 supra p. 588. 589:* nefandissimi Beneventani ipsum nostrum populum *(Campaniae)* ... subtrahere a nostra dicione decertant una cum habitatores castri Caietani seu Terracinensium, obligantes se ... cum ipso patritii Siciliae, qui in predicto castro Caietano residet ... disposuimus ... generalem nostrum exercitum illuc dirigere, qui eos constringere debeant. *J.* 3) *aut d. 11. Apr. 779. aut d. 26. Mart. 780. J.*

779. 780 suscipiente, impedimentum iam fatus Arighis solus fecit, ut minime nos obsides a iam dictis Neapolitanis reciperemus, quia cotidie ad istam perditionem filium[1] nefandissimi Desiderii, dudum necdicendi regi Langobardorum, expectat, ut una cum ipsum pro vobis nos expugnent.

Sed hoc petimus vestram a Deo promotam excellentiam: ut nulla qualisvis persona vobis pro hoc impedire valeat pro amore beati Petri et nostro, quia nullo modo potest nos eos sinenter[a] vobiscum pariter ab illis deridamur: quia nostra virtus atque gloria una cum beato Petro apostolorum principe vos estis. Nos quidem pro nihilo deputamus ipsam civitatem Terracinensem; sed, ut non per illum vitium incurrat, et infideles Beneventani, sicut desiderant, locum invenientes, a vestra subtrahantur fide, idcirco ista vobis insinuantes dirigimus, ut — per vestrum adminiculum, sicut fati sumus, ecclesia protectoris vestri, beati Petri apostoli, exaltata — laus[b] vestra atque victoria in universo mundo sonetur; et in perpetuum una cum excellentissima[c] filia nostra, regina[2], atque precellentissimis vestris suboles cum sanctis omnibus regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

65.

Hadrianus I. papa Carolum regem per Addonem diaconum se propensum esse significantem rogat, ut, qui trabes ad ecclesiam beati Petri reficiendam necessarias computet et ex partibus Spoletinis advehat, tum Wilcharium (Senonensem) archiepiscopum mittat; corpus sancti Candidi nuntiat Addoni diacono concessum et eundem de Neapolitanorum cum Graecis et Beneventanis collusione certiorem factum[3]. *(779. 780.)*

Cod. (LXI) fol. 64—64'[a].

Edd. Gretser 61, Cenni 66, Jaffé 67. — Jaffé, Reg. 2429 (1861).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS[b] PAPA.

Directus a vestigia regalis excellentiae vestrae Addo Deo amabilis[4] diaconus, noster vesterque fidelis, multa nobis consueta, quae erga nos et beatum Petrum apostolorum principem geritis, referuit. Quatenus omnipotente Deo et eiusdem apostolo gratias egimus[c], indesinenter orantes pro vestra sospitate atque ampliata victoria.

Porro, dilectissimae atque excellentissime fili, sicut direxistis nobis nostrae petitioni adimpleri pro trabes ad restaurationem sanctae ecclesiae[5], poscimus vestra a Deo promota excellentia, ut Kalendas Augustas[d] hic ad limina beati Petri, fautoris vestri, si fieri potest, parate esse inveniantur, ut exinde sempiterna memoria vestra et hic et in futuro permaneat.

---

a) *sic. J; an* sinentes? b) lau *V.* c) excellentisasima *[s prior postea interposita] V.*

65. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de camerado vel trabes seu lignamen, quod necesse erat ad ipsam ecclesiam sancti[aa] petri faciendum, et de corpore sancto quod fulratus petiit. b) hadrinus *V.* c) egmus *V.* d) kl̄. augustus *V.* aa) sc̄e *V.*

1) *Athalgisum. J.* 2) *Hildegarda. J.* 3) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 5) *Hadriani Vita (Lib. pont. ed. Duchesne p. 505):* in ... basilica beati Petri apostolorum principis, ... per olitana tempora vetustissimas trabes ... cernens isdem ... pontifex, mittens Ianuarium vestiarium suum ..., mutavit ibidem trabes numero XIIII atque totum eiusdem basilice tectum et portica a noviter restauravit. *J.*

De camarado[1] autem, quod est ypochartosin[2] ad renovandum[a][3] in basilica beati Petri apostoli, nutritori vestro, prius nobis unum dirigite magistrum, qui considerare debeat ipsum lignamen[4], quod ibidem necesse fuerit, ut, sicut antiquitus fuit, ita valeat renovari. Et tunc per vestram regalem praecellentiam iussionem dirigatur ipse magister in partibus Spoletii, et demandationem ibidem de ipso faciat lignamen, quod in predicto ypochartosin, hoc est camarado, necesse fuerit, quia in nostris finibus tale lignamen minime reperitur. Et pro hoc[5] sanctissimus frater noster Wilcharius archiepiscopus nunc minime fatigetur venire, dum ipsum lignamen per semet ipsum siccetur; quia, dum viride est, non audemus exinde opera qualecumque facere. 779-781

Praefatus autem Addo Deo amabilis[6] diaconus olim, dum cum fratri nostro Fulrado Deo amabili[6] religioso abbate[7] et presbitero hic venisset, petiit nos, ut ei corpus sanctum tribuissemus: sed nos, sicut iam dudum vobis direximus, per revelationem territi ullo modo audebimus ex ipsa sanctorum corpora amplius exagitare. Sed si vestra voluntas fuerit corpus beati Candidi marthyris, quod apud Wilcharium fratrem nostrum, archiepiscopum, reiacet, si mutatum non est — sed ipsum est, quod sanctę recordationis predecessor noster, domnus Paulus papa, concesserat dudum Aciulfo presbitero —, una vobiscum ipsum illi concedimus sanctum corpus; quia per concilium et fide dignas personas testimonium reddentes eius locum atque ecclesiam repperimus, unde iam fato domno Paulo papa ipsum sanctum corpus apud iam dictum Aciulfum presbiterum concessum est.

De autem partibus Neapolitanis, sicut cum nefandissimi Gręci seu Beneventani consiliant, qualiter vobis insinuantes per nostras apostolicas syllabas[8] direximus, omnia minutius in ore posuimus fidelissimi vestri missi, scilicet Addoni diaconi, quod vobis enucleatius simulque per ordinem enarrare debeat; ut — sicut semper et nunc per vestram a Deo confirmatam regalem potentiam sancta ecclesia exaltata triumphat — in ampliato honore una cum spiritale filia nostra, regina[9], seu precellentissima vestra[b] prole in aeterno[c] regno fulgentes in perpetuum cum sanctis omnibus regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

66.

Hadrianus I. papa, monachis monasterii sancti Vincentii Vulturnensis petentibus, Carolo regi Pothonem abbatem infidelitatis falso accusatum et a dignitate amotum restituendum commendat[10]. *(781. Mai. Iun.)*

Cod. (LXXIX) fol. 76'—77a.

Edd. Gretser 79, Cenni 77, Jaffé 69. — Jaffé, Reg. 2432 (1875).

---

a) reuoçandum *V.* b) vestro *V.* c) terno *V.*

66. a) *Lemma epistolae postscriptum:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de abbate venerabilis monasterii sancti vincentii, qui aput domnum regem insons accusatus fuerat et inde ablatus, ut eum venusto vultu ac vibrantissimo animo clementissime susciperet, quia falsa crimina ei obbiciebantur.

1) *Camaradum videtur esse parietum tegmentum lignis sculptis factum; cf. Ducange, Gloss. Lat. sub verbo 'camaradum'. J.* 2) *tectorium; cf. Ducange, Gloss. Graec. sub verbo ἐποχέρης. J.* 3) *Hadriani vita (l. l. p. 508):* Camera vero beati Petri apostolorum principis in omnibus distructam atque dirutam exemplo olitano sculpens diversis coloribus noviter fecit. *J.* 4) *materiam. J.* 5) *Et cum hoc ita sit. J.* 6) *Cf. supra p. 505 n. 6.* 7) *Sancti Dionysii. J.* 8) *supra ep. 64 p. 591. 592. J.* 9) *Hildegarda. J.* 10) *Cf. ad hanc sequentemque epistolas Abel-Simson, Jahrbücher I, 464 ss. et commentariolum nostrum et supra p. 591 n. 1.*

781 DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM ADRIANUS PAPA.

Dum tanto ex puro cordis amore omnes generaliter agnoscunt, quod erga beatum apostolorum principem Petrum fautoremque vestrum et nos crebro fideliter vestra regalis potentia prorsus gerit, convenit nempe ex totis nostris precordiis, quae ad salutem preciosissimae animae vestrae pertinent, libenti suggerere animo.

Proinde salutantes paternam dilectionem, indicamus vestrae precelsae regali potentiae, quia cuncta congregatio venerabilis monasterii sancti Christi martiris Vincentii, unam concordiam pro hoc simul habentes, poposcentes nobis, ut nostris apicibus pro abbate ipsorum, qui insons aput vos accusatus est, immo et per vestram prefulgidam iussionem exinde ablatus, vestris regalis vestigiis praesentatus, eum vobis in omnibus commendari, eo quod ullo modo vestrae regali potentiae infidelitatis reum quisspiam ex acusatoribus suis facere aut comprobare valebit, eo quod omnino falsum ei crimen obicitur. Et ideo pro amore beati Petri regni caelorum clavigeri magnopere petentes fiducialiter quaesumus, ut eum venusto[a] vultu ac vibranti animo clementissimae recipere iubeatis. Iuste quippe est, quemadmodum tam magnam congregationem religiosis moribus suis regulariter[b] atque naviter regere valuit, a vestris praecelsis optutibus sospis absolvi, in pristino statu clementissimis iussis vestris, nobis poscentibus[c], restitui, quia valde idoneum ad commissum sibi officium seu vestrae fidelitatis, sicut ab omni eius congregatione didicimus, reperi[d] agnovimus.

Deus omnipotens, in cuius manu sunt omnia regna mundi, ipse per suffragia apostolorum principis Petri semper nos faciat de vestro regali culmine letari; et in hoc mundo una cum[e] precellentissimis subolis vestris super omnes barbaras nationes dominantes[1] longiori[f] aevo regni gubernacula fruere valeamini atque in aetheris arcibus cum sanctis omnibus regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia[g] superna custodiat.

67.

Hadrianus I. papa epistola per Possessorem archiepiscopum allata instructus Carolo regi de monasterii sancti Vincentii (Vulturnensis) discordiis refert: alterum abbatem Autbertum repente obiisse, alterum Pothonem et proprio iuramento et iurantibus monachis decem de crimine maiestatis purgatum esse[2]. *(781. Mai. Iun.)*

Cod. (LXXII) fol. 70'—72[a].

Edd. Gretser 72, Cenni 78, Jaffé 68. — Jaffé, Reg. 2431 (1874).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Precelsas ac Deo inspiratas per reverentissimum et sanctissimum Possessorem archiepiscopum[3], fidelissimum missum vestrum, sagacisismas precipuasque syllabas

---

a) venustus *V.* b) regulater *V.* c) *corr. ex* poscentes *V.* d) reperimus *V.* e) domna regina et cum *a librario codicis omissum esse, Jaffé ex ep. 67 (infra p. 597) coniecit, quae cum hac ad idem tempus pertineat.* f) longiri *V.* g) grati *V.*

67. a) *Lemmati vacuum spatium relictum est.*

1) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1 et p. 593 n. 10.* 3) *Cf. supra p. 580 n. 3.*

suscipientes, valde in his noster relevatus est animus, regales triumphos in eis atque sospitates repperientes. Et pro hoc magnas omnipotenti Deo referuimus grates, in aula fautoris vestri, beati Petri apostoli, divinam exorantes clementiam. Referebatur quippe in ipsis vestris regalis apicibus, quia causa vestra nostra sit et nostra vestra; in oc vero freti existimus, quia divina inspiratione veritas haec procul dubio a vobis exarata prorsus omnibus manifesta ac certa splendescit. 781

Et quoniam[a] ad nostrum iudicium canonice simulque regulariter contentiones inter monachos venerabilis monasterii sancti Vincentii et abbatibus eiusdem[b] monasterii, scilicet Autbertum[1] et Pothonem, discuti atque examinari vestra[c] direxit precelsa regalis excellentia, ipse quippe prefatus Autbertus dudum abba, calle itineris peragratus, repentina morte occupatus[2], minime nostris apostolicis valuit se manifestare presentiis. Quapropter convenientes plures ex primatis monachis cum prefato Pothone abbate ipsorum, adstiterunt omnes pariter in conspectu apostolici decreti nostri.

Qui residentes una cum reverentissimo et sanctissimo Possessore archiepiscopo seu Ansoaldo abbate venerabilis monasterii sancti Petri[3], pariter Aquilino abbate de Varegio[d 4] atque Raginbaldo abbate venerabilis monasterii sanctae Dei genetricis[5], simul Gisulfum abbatem venerabilis monasterii sancti Petri, Hildibrando duci[6], Taciperto et Prandulo, simulque nostris adstantibus servitiis: Theophylacto bibliothecario, Stephano saccellario[7], Campulo notario, Theodoro duci et ceteri plures.

Et dum ingressus fuisset Rodicausus eiusdem monasterii monachus, referebat adversus eundem Pothonem abbatem, testimonium dicens: 'Domine, [cum][e] cursum hore sextae explessemus et secundum consuetudinem pro regis incolomitate eiusque prolis propheticum decantaremus psalmum, videlicet: "Deus, in nomine tuo salvum Ps. 53, 3.
me fac", subito surrexit abba et psallere noluit.' Item referebat: 'Quia, pariter peragrantes, coepit mihi abba dicere: "Quid tibi videtur de hac causa, quia exinde exspectavi signum videre et minime vidi?" Tunc ergo respondi: "Deus omnipotens humiliet cor ipsius et faciat nos incolomes reverti, quia non sunt tales nostra merita, ut taliter agnoscere mereamur". Et dixit mihi abba iterum: "Quia, si non mihi fuisset pro monasterio et terra Beneventana, talem eum[8] habuisse sicut unum canem". Et iterum adversus eum addidit: "Quia tantos ex Francos remansissent, quantos[f] ego in umero vegetare valeo".'

Et dum a nobis sciscitatus fuisset prelatus Potho abba, si ita esset, cum nimia satisfaccione respondit dicens: 'Quia semper congregatio nostra pro eius excellentia, simul pro ipsius prole procul dubio in monasterio psallit. Sed dum in opera essem cum ipso et ceteris, infantes expleta oratione prostrati in terra initiantes psallere: "Deus, in nomine tuo salvum me fac", subito surrexi pro opera, quae ad utilitatem Ps. 53, 3.
ipsius monasterii fiebat. De vero itineris collocutione nullo modo ad iniuriam eius regalis excellentiae quicquam locutus sum, nisi fatus sum: "Quod, si pro monasterii desertione seu terram illam mihi non fuisset, omnino in talem pergere habui loco,

a) qũo *V.* b) eidem *V.* c) aũra *V.* d) deua regio *V.* e) *add. J.* f) quantas *V.*

1) *Ambrosium Autbertum, de quo cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 466 n. 1.* 2) *In Chronico Vulturnensi (ap. du Chesne, Franc. SS. III, 678 et ap. Muratori, Rer. It. SS. I, II, 365) Autbertus obiisse fertur* anno ... 778 ind. 2; *et ap. Mabillon, Acta Sanct. saec. III, II, 265 additum est:* die decimo nono Iulii. *Sed hoc chronicon rebus fictis plenum (v. Cuperi commentationem in Act. Sanct. Iul. IV, 649, ed. nov. 646. 647) ne minima quidem fide dignum est de Autberti morte, quam anno 781. post d. 15. Apr. accidisse, ex hac epistola sentimus; cf. infra p. 596 n. 4. J.* 3) *'forte Beneventani': Mabillon, Annales II, 247. J.* 4) *Sancti Angeli Baregiensis. J.* 5) *Farfensi, qui post m. Augustum 779. abbas factus est; cf. Hist. Farfenses (SS. XI, 529 n. 6). J.* 6) *Spoletino. J.* 7) *Is diversus esse videtur a 'Stephano dudum saccellario', qui comparet in ep. 57 supra p. 582 et in ep. 72 infra. J.* 8) *Carolum regem. J.*

781 ubi a nemine curassem''. Porro de Francis quod fatus est, nullo modo talia proferui, aut ex meo exivit ore; sed contagio ex omni parte mihi opponit.'

Dum a nobis interrogatus fuisset prenominatus Rodicausus, si haec alii cum eo audissent, tunc adfirmavit, quia solus esset et nullus secum alius audisset.

Tunc plures ex ipsis priores[a] mońachi asserebant, testimonio pro ipso Rodicauso dicentes: 'Quia, in stupro captus cum propria neptę sua, ex presbitero factus monachus effectus est. Et tale crimen adversus abbatem nostrum inponere minime valebit, quia a sacris canonibus respuetur'.

Et introducti[b] sunt alii tres monachi, qui cum Hildibrando duce venerunt et cum Autberto abbate moraverunt, adserentes adversus Pothonem abbatem: 'Quia nos, cupientes apud excellentissimum regem peragrari, a custodia comprehensi sumus et in carcerem missi'. Ad haec respondit ante dictus abba: 'Veritas est, quia custodes habui in ponte, non eos qui apud regem irent devetare, sed eos, qui suam regulam Cf. Prov. 26, 11. relinquunt et ad suum vomitum in saeculo, peccato inminente, revertunt, eos conprehendere iussi. Et tunc, quando dicunt, ibidem minime fui, sed aput magnum regem iter carpebam[c]'.

Tunc nos liquidius pertractantes et sacrorum canonum instituta inquirentes repperimus in concilio Calcedonensae capitulo octavo decimo[1] confirmante ita: Coniurationis et conspirationis crimen et ab exteris est legibus prohibitum, multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere conveniet[d]; si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiciatur. Item capitulo vicesimo primo[2]: Clericos aut laicos, accusantes episcopum aut clericos, passim et sine probatione [ad][e] accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio. Simul et in Africano concilio capitulo octavo[3] fertur: Preterea sunt quam plurimi bonae conversationis, qui existimant, maiores natu vel episcopos passim vageque in accusatione pulsandos: debent tam facile admitti necne? Aurelius episcopus dixit: 'Placet igitur caritati vestrae, ut is, qui aliquibus sceleribus inretitus est, vocem adversus maiorem natu non habeat accusandi?' Ab universis episcopis dictum est: 'Si criminosus est, non admittatur, placet'.

Et haec omnia considerantes; et quoniam habet hoc proprius hostis insidias, ut, quos in pravorum actuum[f] perpetratione, Deo sibi resistente, decipere non valet, opiniones eorum falsas ad presens simulando dilacerat; et quia, utrum vera essent an non, districta diutius per triduum fecissemus inquisitione perquiri, et nullam in ea de his, quae dicta fuerant, culpam invenissemus, sed, ne quid nobis videretur obmissum aut nostro potuisset cordi dubium remanere, praefatum abbatem Pothonem sacramentum proferri decrevimus: quia nulla talia pro infidelitate regalis vestrae potentiae dixisset, sed nec aliquando eiusdem[g] magni regis infidelis fuit vel erit cunctis[h] diebus vite suae; simul et alii decem primati monachi ipsius venerabilis monasterii, quinque ex genere Francorum et quinque ex genere Langobardorum, statuimus, ut preberent sacramentum: quia numquam audierunt ex ore abbatis quamlibet infidelitatem adversus vestram regalem excellentiam.

Ipsi vero petierunt, se omnes pariter ad vestram regalem venire praesentiam[4]. Nos quippe, illorum exquirentes fidem erga vestram regalem venire potentiam, si-

a) prioes *V.* b) infra docti *V.* c) carpepam *V.* d) convenit et *V.* e) *om. V.* f) *reliquum lineae spatium quindecim fere litterarum vacuum relictum in V.* g) eidem *V.* h) cuntis *V.*

1) *In Dionysii Exigui collectione canonum (Codex canonum vetus ecclesiae Romanae, Lutetiae 1609) p. 129. J.* 2) *ibid. p. 130. J.* 3) *immo Carthaginiensis concilii cap. 8, ibid. p. 188. J.* 4) *Si omnes coenobii sodales ad Carolum adierunt, satis signi est, eundem tum in Italia fuisse. Hadriani vero papae 'compater' die 15. Aprilis 781. factus (v. initium huius epistolae), etiam die 8. m. Iunii 781. Papiae versatus est Carolus (v. diploma ap. Sickel, Acta Karol. n. 81, Böhmer-Mühlbacher, Reg. 230). J.*

nuimus properandi, solite pro vobis in confessione beati Petri clavigeri regni celorum non sinentes fundi preces, ut una cum domna regina[1] vestrisque sobolis multorum annorum curriculis hic pollentes cum sanctis omnibus sine fine regnare mereamini. 781

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

[Paulus presbiter, Venerandus presbiter, Faroaldus, Adalbertus, Gaudiosus, Benedictus diaconus, Iosue diaconus, Hermenfridus, Raginbertus, Autearius, Gregorius, Agemodus, David, Gaidualdus, Ariolfus, Stephanus, Garibaldus, Gregorius, Savinus, Aldosindo, Rothbertus, Ratchis, Haribertus, Leo, Martinianus, Allo, Maio, Scaptulfus, Cunualdus, Leminosus, Magnus, Ursus, Autbaldus, Aldefusus, Petrus, Ansualdus, Allo, Petrus, Gratiosus, Faroaldus, Ursus, Adualdus.][2]

68.

Hadrianus I. papa Carolum regem orat, ut, quod beato Petro concesserit, territorium Sabinense sibi tradat; Agathonem diaconum et Theodorum consulem et ducem, legatos suos, commendat[3]. *(781. in.)*

Cod. (LXIX) fol. 68—69'[a].

Edd. Gretser 69, Cenni 67, Jaffé 74. — Jaffé, Reg. 2441 (1862).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Beatus David rex et propheta spiritu sancto repletus, pro futuri regni vestri erga beati Petri apostolorum principis sanctam ecclesiam benivolentia dignaque solacia ac splendidissima rutilantia orans, canit et dicit: 'Manda, Domine, virtutem tuam; Ps. 67, 29. 30. confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. A templo sancto tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerunt reges munera'. Ex quibus muneribus ditata, spiritalis mater vestra, sancta catholica et apostolica Romana ecclesia, per vestra a Deo protecta laboriosa certamina relevata exultat, a templo sancto beati Petri, fautoris vestri: 'Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis', crebro orantibus in vobis triumphum; et mandat cotidie virtutem suam per beatum Petrum apostolorum principem, vobis subiciens omnes barbaras nationes[4], dilatans atque amplius exaltans[b] in toto orbe terrarum vestrum splendidissimum regnum. Et quoniam non valet lingue nostrae ferculum, ut dignum est, de vestro precelso mihique dulcissimo amore explicare, apostolica voce proclamamus dicentes: 'Multifariae multisque modis olim Deus loquens Hebr. 1, 1. 2. patribus in prophetis, novissime diebus istis' per unigeniti sui magnifice operationis virtutem ostendit magnalia in orbe terrarum, donans vobis per beatum Petrum clavigerum regni caelorum victorias, quas, dextera Dei cooperante et protegente, multis documentis de vestris allatis muneribus ecclesia beati Petri enituit, tam de civitatibus quam de diversis territoriis sub integritate eidem Dei apostolo a vobis offertis.

---

68. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur gratiarum actiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae, et de territorio savinense, quemadmodum praedictus rex sancto Petro polli[ci]tus fuerat, quod in integro contradere iuberet. b) exultans *V.*

1) *Hildegarda. J.* 2) *Haec nomina ante codicis epistolam LXXIII. scripta (cf. supra p. 588 n. a) videntur monachorum esse, qui ad Carolum regem Pothonis abbatis causa adierunt. J.* 3) *Ad epistolas 68—72 cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 406 ss. et commentariolum nostrum et supra p. 591 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 498 n. 1.*

781 Et ideo poscentes vestram a Deo promotam regalem clementiam petimus, ut, sicut a vestra prerectissima excellentia beato Petro, nutritori vestro, pro luminariorum concinnationes[1] atque alimoniis pauperum Savinense territorium sub integritate concessum est, ita eum tradere integro eidem Dei apostolo, praesidiante vestro praecellentissimo annisu, dignemini. Quicquid enim regni celorum ianitori, beato Petro apostolo, adfertis, in sempiterna memoria pro vobis simulque et pro excellentissima filia nostra et spiritali commatre, domna regina[2], et pro vestris nobilissimis atque excellentissimis natis[a] nec non et pro omni Christo dilecta[b] genelogia vestra sacrificium purissimum[c] atque olocaustum, divinae suavitatis odore fraglante, in ara vestri pectoris eius invisibili maiestati mactatis.

Et pro tam magna vobis concessa a Deo super omnes reges per beatum Petrum gratia nullus sit de adversariis, qui vestro mellifluo cordi suadere valeat ab amore beati Petri apostoli, protectoris vestri, seu a nostra dilectione, quam usque obtantes permanemus, ut non deficiat laus vestra per toto orbe terrarum de ore hominis, victorias vobis a Deo concessas praedicantes ac disfamantes.

Opere enim direximus vestrae regali potentiae fidelissimos missos nostros, videlicet dilectissimum filium nostrum Agathonem diaconum seu Theodorum eminentissimum consulem et ducem nostrumque nepotem, qui vice nostra vobis enucleatius, sicut eis[d] in ore posuimus, poscentes suggerant. Quos petimus pro amore beati Petri apostoli benignae cum nimio amore eos suscipi[3]; et illis pro causis beati Petri principis apostolorum vestrae a Deo protectae regali potentiae suggerentibus, dignemini obaudire preces, ut, dum a vobis remeaverint et nobis vestram renuntiaverint prosperitatem, referentes simul de causis eiusdem[e] Dei apostoli effectum et noster pro hoc relevatus Ps. 19, 10. fuerit animus, digne valeamus cum propheta psallentes orare: 'Domine, salvum fac regem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te'.

Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam, quam coepit, perficiat atque vitam vestram una cum precellentissima filia nostra et spiritali commatre, domna regina, vestraque nobilissima prole et hic per multorum annorum curricula extendat, simul gubernacula annuat in ampliori culmen victorias perfruere et post longa tempora senioque et perfecto in celestis vos patriae congregationem recipiat, ut ibidem sine fine regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

69.

Hadrianus I. papa Carolo regi nuntiat, senes coram Ittherio (abbate sancti Martini Turonensis) et Maginario (cappellano) nuntiis eius testificatos esse, patrimonium Sabinense antiquitus sancti Petri fuisse, et supplicat, ut patrimonium sibi restituatur[4].

(781. Mai.—Sept.)

Cod. (LVI) fol. 60'—61[a].
Edd. Gretser 56, Cenni 71, Jaffé 70. — Jaffé, Reg. 2433 (1865).

a) na *V.* b) dilecto *V.* c) purissim *V.* d) eius *V.* e) eidem *V.*

69. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de fide vel constantia ipsius apostolici erga predictum regem.

1) *Cf. supra p. 477 n. 1.* 2) *Hildegarda. J.* 3) *Cf. supra p. 569 n. 1.* 4) *Hanc epistolam spatio mensium Maii et Septembris a. 781. datam esse, intelligimus ex ep. 70 infra J. Cf. supra p. 591 n. 1 et p. 597 n. 3.*

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO[a], CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRITIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA. 781

Recordari vos credimus, excellentissimae et a Deo protectae fili et magne rex, quomodo disposuistis vestros prudentissimos ac fidelissimos missos: ut cum nostris pariter missis pergerent ad suscipiendum in integro patrimonium[b] nostrum Savinense[c], quod pro vestrae animae mercede et venia delictorum beato Petro, protectori vestro, concedere iussistis. Dumque vero nostri vestrique illuc pergerent missi, inventi sunt ibidem fidelissimi[d] atque seniores testes annorum plus minus centum, qui testificantes super altare intus ecclaesiam sanctae Dei[e] genetricis Mariae, in loco quidem Forobono[1], coram sancta Christi evangelia in praesentia fidelissimis ac nobilissimis vestris missis, scilicet Ittherium et Magnarium — tantummodo vestri missi, absque praesentia nostris missis — adfirmantes dixerunt, quod et ipsi vestri missi vobis subpliciter[f], sicut testes illi iurati patefecerunt, referre possunt, quomodo antiquitus ipse beatus Petrus sanctaque nostra Romana ecclesia eundem detinuit patrimonium.

Et minime ipsum suscepimus in integro patrimonium vel nostris missis contraditus est, sicut isti testes adfirmantes, coram sancta Christi evangelia testificantes, dixerunt.

Sed petimus te, excellentissime fili et magne rex atque spiritalis compater, ut vestram adprehendere debeant dexteram[2] et iurantes dicant ipsi vestri nobilissimi missi, quid de eundem patrimonium Savinense beati Petri prȩviderunt atque cognoverunt. Testem enim invoco Deum, quia nullorum fines inrationabiliter indigeo; sed, sicut ex antiquitus fuit ipse iam fatus patrimonius, cum in integro beato Petro apostolo concessistis, ita suscipere optamus.

Quatenus petimus vestram praecelsam regalem potentiam, ut pro amore eiusdem Dei apostoli atque nostro ipsos iam fatos fidelissimos missos vestros aut unum ex illis cum alia persona, quae vobis placuerit, dirigere iubeatis[2], ut ipsum patrimonium Savinensem, sicut caepistis, in integro iustitia annuente nobis contradatur, quapropter usque in finem perseverare debeat vestra regalis potentia, sicut eundem patrimonium in integro eidem Dei apostolo pro vestrae animȩ mercede concessistis atque tradidistis, ut hic et in futuro a domino Deo nostro et ab ipso clavigero regni celorum retribucionem boni operis suscipere mereamini una cum excellentissima filia nostra, domna regina nostraque spiritali commatre[3], et vestros nobilissimos proles atque memoriale vestrum in ecclesia eiusdem Dei apostoli[g] opinantissime in aeternum permaneat[4].

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

70.

Hadrianus I. papa Carolo regi, ut Petrus missus ordinetur episcopus, petenti ordinatum commendat et nuntiat, se territorium Sabinense per regis nuntios (Ittherium abbatem sancti Martini Turonensis et Maginarium cappellanum) tradendum exspectare et

---

a) nostroque spiritali compatri *per errorem omissum est; cf. infra:* magne rex atque spiritalis compater. *J.* b) patrimoniọm *V.* c) ravennense *V.* d) fidelissimis *V.* e) *sequitur iterum* ecclesiam *in V.* f) *an* subtiliter? *cf. ep. 71 infra:* missi omnia vobis subtiliter vice nostra referre possunt. *J.* g) apostolọ *V.*

1) *Foronovo. J.* 2) *Ittherium et Maginarium ad Carolum revertisse, elucet.* 3) *Hildegarda. J.* 4) *Cf. supra p. 524 n. 1.*

781 *missum Verecundi episcopi summarium concilii Chalcedonensis improbare; Leonis I. de synodo Ephesina epistolam mittit*[1]. *(781. Mai.—Sept.)*

Cod. (LXXVI) fol. 74—75[a].
Edd. Gretser 76, Cenni 72, Jaffé 71. — Jaffé, Reg. 2434 (1866).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO ET NOSTRO SPIRITALI CONPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Nectareas mellifluasque regalis excellentiae vestrae per harum transvectorem Petrum reverentissimum et sanctissimum fratrem, iam et coepiscopum nostrum, suscepimus syllabas; in quibus de eius ordinatione reperientes, ilico benigne voluntatis vestris mandatis, sicut soliti sumus, implevimus[2]. Quem petimus pro amore beati Petri apostolorum principis, fautoris vestri, et nostra in vobis[b] firma dilectione, in omnibus eum tuentes[c], amplius illum exaltare dignemini; sic enim decet, ut, qui ab apostolica sede ordinatus fuerit, omnibus in onore canonicae institutionis, sicuti mos antiquitus fuit, partibus illis praecellit.

Quanta enim fiducia atque gloriatio in vestra precelsa regali potentia habemus, lingua ut reor humana fari non potest. Quatenus ipse iam fatus Petrus reverentissimus et sanctissimus frater et coepiscopus noster insinuari potest, quantam amoris ferventiam cor nostrum in vestra triumphatorissima precelentia die noctuque existit.

Et dum tantam fiduciam de vestra a Deo protecta regali excellentia gerentes habemus, nimis expectabiles sumus, sicut vobis poscentes dreximus[3], de Savinense territorio: ut ea, quae [pro][d] mercede animae vestrae pariterque spiritalis filiae nostrae atque commatris[4] nec non et pro vestros nobilissimos proles beato Petro apostolorum principe in integro concessistis, adimplere per fidelissimos missos vestros, qui et causam ex parte examinaverunt[5], sicut et antiquitus fuit, contradere nobis iubeatis, uti ab ipso regni caelorum clavigero dignam retributionem hic et in futuro recipere mereamini.

Enimvero praedictus Petrus reverentissimus et sanctissimus frater et coepiscopus noster obtulit nobis pseudopittatium a Paulino, sicut fatus est, pro Theodosio[e][6] quondam imperatore[f] dato et a vestra excellentia nobis directum, habens in supera[g] scriptione adbreviarium Calcedonensis concilii a quodam Verecundo episcopo editum; quem in apocryphis reperientes, falsidicus invenietur. Sancta vero catholica et apostolica spiritalis matris vestrae Romana ecclesia non breviter, sed totum sanctum

---

70. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de sacratione petri episcopi seu et de territorio sa[vi]nense. b) ub̄ *V.* c) teuntes *V.* d) *om. V.* e) theodinisio *V; cf. infra.* f) imp̄ *V.* g) supra *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1 et p. 597 n. 3.* 2) *Non dubitari debet, quin hic Petrus fuerit episcopus Virdunensis; eum enim reperimus et Italum fuisse et ab ipso Carolo rege episcopatui Virdunensi praefectum esse, ut minime sit mirum, unde Carolus Petrum ab Hadriano papa consecrari cupierit. Quo quidem anno Petrus episcopatum a Carolo acceperit, cognosci non potest aut ex Gestis episcoporum Virdunensium (SS. IV, 44:* ... Petrus vir Italicus. Nam cum esset exercitus Francorum circa Papiam et obsideret eam, ab isto, ut fertur, tradita est, et ob hoc a Karolo Magno de isto episcopatu honoratus est *etc.) aut ex Chronico Hugonis Flaviniacensis (ibid. VIII, 351); cf. Rettberg, Kirchengesch. Deutschlands I, 529; Hauck, Kirchengesch. Deutschlands II, 187 n. 3; Abel-Simson, Jahrbücher I, 403—405. Consecratio autem Petri facta est anno 781. post diem 15. Aprilis (v. supra verba haec:* nostro spiritali conpatri Carolo*) et ante mensem Octobrem, cuius rei testimonio est Caroli diploma datum m. Octobri a. 781. (Sickel, Acta Karol. n. 84, Böhmer-Mühlbacher, Reg. 236), ubi 'de Petrone episcopo Virdunensi' memoratur. Quam ob rem maxime verisimile est, Carolum, cum Papiae esset a. 781. (Maio — Iunio), Petro episcopatum contulisse. J.* 3) *ep. 69 supra p. 598. 599. J.* 4) *Hildegardae. J.* 5) *Cf. supra p. 599. J.* 6) *II. J.*

et venerabile quartum Calcedonense conplete[a] amplectens prorsus venerat et non audet relinquere sanctum et venerabile eius constitutum exsequere, a quodam factum adpreviarium nullam consonantiam sanctae institutionis habentem. 781.782

Nos quidem pro tanto amore, quo erga vestram a Deo institutam regalem potentiam habemus, direximus vobis ex eodem sancto et venerabili concilio ante accionem eius exemplar epistolae[1] sancti Leonis pontificis ad cleros et nobiles Constantinopolitanos atque populum eiusdem civitatis directae post actum iniquum et perversum in Efesena urbe secundo concilio adversus sanctum et venerabilem Flavianum eiusdem Constantinopolitanum episcopum; condemnans impiissimum Dioscorum atque prophanum Eutycem, adortans atque commonens predictum populum, ut in ea fide permaneat, in qua christianissimum principem eorum novit permanere. Talis enim almus et venerabilis vir atque in toto orbe sanctus Leo papa, noster precessor opinatissimus, praedicabilis fuit, ut, si aliquid in fide adversus Theodosium imperatorem scandalizatum fuisset, numquam post actum iniquum et latrociniosum secundo in Efeso factum ipse precipuus beatus pater, sanctus Leo, hereticos damnans laudasset fidem Theodosii, sed magis pariter[b] cum ipsis velut consentaneum[c] eum damnasset.

Nos quidem, sicut fati sumus[d], apocryfos libros non sequimur, sed eos veneramur et amplectimur, quos sancta catholica et apostolica suscepit ecclesia. In qua fundati una cum filia nostra et spiritali commatre, domna regina, atque vestris triumphatorissimis subolis per multorum annorum curricula perfrui dignemini et cum sanctis omnibus praemia aeterna in vita perpetua habere valeamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

71.

Hadrianus I. papa a Carolo rege petit, ut, Ittherio (abbate sancti Martini Turonensis) et Maginario cappellano nuntiis eius, quominus territorium Sabinense sibi traderent, impeditis, alterutrum eorum cum Stephano, dudum saccellario, remisso ad rem perficiendam iterum mittat[2]. *(781. ex. 782. in.)*

Cod. (LXVIII) fol. 68—68'[a].

Edd. Gretser 68, Cenni 68, Jaffé 72. — Jaffé, Reg. 2436 (1864).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Ad referendum praecellentissimę regalis potentiae vestre beneficiis gratias, mens humana ut reor fari non potest de tantis laboriosis certaminis, quae[b] erga fautorem vestrum, beatum Petrum apostolorum principem, et nos geritis; cotidie bonitas suffragia[c], quatenus ab ipso Dei apostolo dignam retributionem et hic et in futuro vestra praerectissima excellentia procul dubio credat habere.

Euntes autem apud Savinensem territorio nostros vestrosque fidelissimos missos, videlicet filius noster, Ittherius venerabilis abbas, seu Maginarius religiosus cappellanus,

a) conplecte V. b) pater V. c) consantaneum V. d) fumus V.

71. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de territorio savinense, qualiter itthereus et maginarius missi domni regis ipsum territorium in integro partibus sancti petri reddere voluerunt, sed propter iniquos homines minime potuerunt. b) qua V. c) *sic est corruptus locus. J.*

1) *d. d. 15. Oct. 449: Jaffé, Reg. 443 (222).* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1 et p. 597 n. 3.*

781.782 sicut per vestrum bonum dispositum voluerunt nobis contradere in integro iam fato Savinense territorio, et minime potuerunt, mittentes varias occasiones perversi et iniqui homines. Tamen et ipsi iam fati fidelissimi missi omnia vobis subtiliter vice nostra referre possunt.

Quapropter vestre a Deo protectae regali potentiae reverentissimum missum nostrum Stephanum, dudum saccellarium, dreximus suggerendum, ut pro mercaede anime vestrae, sicut caepistis, ita in integro iam fato territorio Savinense beato Petro regni caelorum clavigero contradere iubeatis, ut, ipse Dei apostolus[a] pro vestra a Deo promota regali precellentia precipuae suffragante, cum sanctis omnibus regnare mereamini. Quatenus pro eiusdem Dei apostoli amore et mercedis animę vestrae unum e duobus[b] iam fatis missis cum prefato[c] Stephano misso nostro nobis dirigere iubeatis[1], ut, sicut ex antiquitus fuit et in veritate iam fati vestri fideles missi satisfacti sunt[2], in integro nobis eum contradere precipiatis, et signa inter partes constituentes, ut sine qualibet contentione aut controversia maneamus. ut opinatissimę vestra memoria pro hoc in celestibus regnis maneat ampliata[3].

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

72.

Hadrianus I. papa Carolo regi significat, Maginarium (abbatem sancti Martini Turonensis) nuntium eius ab improbis hominibus prohibitum esse, quominus integrum territorium Sabinense sibi traderet, atque se legatos (Agathonem diaconum et Theodorum consulem) misisse, ut haec res perficiatur[4]. *(782.)*

Cod. (LXXVIII) fol. 76—76' [a].

Edd. Gretser 78, Cenni 73, Jaffé 73. — Jaffé, Reg. 2440 (1870).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI[b] FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Divinitus preordinata vestra a Deo protecta summa regalis potentia procul dubio credimus, quia, super pristinos omnes ac fidelissimos orthodoxosque reges atque imperatores erga sanctam catholicam et apostolicam spiritalem matrem vestram Romanam ecclesiam veram dilectionem habentes, innumerabilia bona per vestra laboriosa certamina cotidie offertis. Et pro hoc nempe certi facti estote: quia, quantum caput totius

---

a) ut ipse dei apostolus *bis scr. V.* b) duebus *V.* c) prefate *V.*

72. a) *Lemma epistolae postscriptum:* item epistola ad domnum carolum regem directa, in qua conti[ne]ntur gratiarum actiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae et de terri[tori]o savinensae, qualiter machinarius fidelissimus eiusdem praecelsae regis ipsum territorium cum integritate partibus sancti petri contradere voluit, sed propter iniquos adque[aa] perversos homines minime potuit. b) re *V.*

aa) adques *V.*

1) *Ex quo animadverti potest, Ittherium et Maginarium una cum Stephano quondam saccellario iterum ad regem revertisse. Itaque, cum Maginarium (abbatem: cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 408 n. 1) d. 1. mensis Decembris a. 781. Romae fuisse constet ex diplomate Hadriani (Jaffé, Reg. 2435 [1863]), Ittheriusque mense Aprili a. 782. Carisiagi in aula Caroli compareat teste Caroli diplomate (Sickel, Acta Karol. n. 90, Böhmer-Mühlbacher, Reg. 241), nemo neget anno 781. exeunte sive 782. ineunte hanc epistolam scriptam esse. J.* 2) *Cf. ep. 69 supra p. 599:* Dumque vero ... illuc pergerent missi, inventi sunt ibidem fidelissimi atque seniores testes ... testificantes ..., quomodo antiquitus ipse beatus Petrus ... detinuit patrimonium. *J.* 3) *Cf. supra p. 524 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 591 n. 1 et p. 597 n. 3.*

mundi, eandem[a] sanctam Romanam ecclesiam, eiusque rectorem simulque pontificem 782
amplectendo seu fovendo honorabiliterque glorificando diligitis, tantum vos beatus Petrus apostolorum princeps[b] inconcussos facit triumphos hic et in futuro victores super omnes regnare reges: prorsus quippe confidimus, quia, quantum per vos sancta catholica et apostolica spiritalis mater vestra Romana ecclesia exaltata triumphat, tantum caeleste vos ambire atque hereditare per intercessionem apostolorum principis concedit in perpetuum regnum.

Veniente igitur hic apud nos fidelissimo[c] Maginario, denuntians[d] nobis vestrae sospitates regalis potentiae, nimis pro huius nuntii[e] noster relevatus est animus: repleti sumus omni letitia et exultatione.

Qualiter vero ei praecepit vestra a Deo promota triumphatorissima excellentia pro Savinense territorio, ut nobis sub integritate contraderet[1], sicut beato Petro clavigero regni caelorum tribuistis, minime propter malignos ac perversos homines potuit. Totam enim iustitiam, quam beatus Petrus apostolus, protector vester[f], ex ipso territorio habet, presentaliter iam fatus Maginarius missus vester vidit tam per donationes imperiales quam per ipsorum protervorum regum Langobardorum, ipsum territorium cum masis sibi pertinentibus enucleatius designantes. Si vero perfidus Desiderius dudum rex non sub integritate, sed tantummodo masas nobis, quantum reperiri potuit, quas ex antiquitus sancta Romana ecclesia tenuit[g], ut nullus ex illis partibus Langobardorum ausus est resistere: quanto magis, vestrae a Deo protectae regali[h] potentiae in omnibus oboedientes existentes, iussa vestra adimplere debuerant. Nos quidem neque imperatoribus neque regibus gratias agimus, nisi tantummodo vestrae triumphatorissimę excellentiae, quia noviter eum beato Petro apostolorum principi sub integritate condonastis.

Pro hoc enim fidelissimos missos nostros una cum monitiones nostras apto tempore vestrae regali potentiae dirigimus, ut liquida perscrutatione, divinitus inspiratus, indagantes iustitias[i], beato Petro apostolo eveniant ad effectum, ut precelsa ac Deo promota regalis culmina atque memoria vestra in ecclesia beati Petri, nutritori vestro, usque in finem seculi inter sanctos nominetur. Sed, sicut semper in eius sacratissima aula orantes pro vobis persistimus, omnipotens, clemens et misericors Deus, in cuius manus cor excellentiae vestrae regitur, una cum excellentissima filia nostra et spiritale commatre, domna regina[2], seu domno Pippino, excellentissimo rege Langobardorum et proprio spiritali filio nostro, caeteraque vestra nobilissima prole corroboret cor et mentem vestram et brachium suae potentiae vobis extendat, ut victores vos super omnes barbaras nationes faciat, quatenus omnes sub vestro brachio humiliati vestigia pedum vestrorum osculentur, ut amplius ecclesia Dei per vestram a Deo institutam regalem potentiam nimirum exaltata permaneat[3].

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) eidem *V.* b) per *excidisse videtur J.* c) misso vestro *excidisse videtur J.* d) denuntias *V.* e) relatione *excidisse videtur J.* f) noster *V.* g) restituit *excidisse videtur J.* h) *corr. ex* regalis *V.* i) iustitiæs *V.*

1) *Anno 781. ex. sive 782. in. revertentibus ad Carolum Itherio et Maginario, sic petierat Hadrianus (ep. 71 supra p. 602):* unum e duobus iam fatis missis ... nobis dirigere iubeatis, ut, sicut ex antiquitus fuit ..., in integro nobis eum *(territorium Sabinense)* contradere precipiatis. *Qua ex re iudicari licet, hanc epistolam scriptam esse anno 782.* 2) *Hildegarda, quam obiisse scimus die 30. April. a. 783. J.* 3) *Quae minoribus litteris expressa sunt, in ep. 62 supra p. 589. 590 leguntur; cf. supra p. 498 n. 1.*

73.

781-783 *Hadrianus I. papa Carolo regi Georgium episcopum, qui laeta de eo sibi nuntiaverit, diligenter commendat*[1]. *(781. Apr. — 783. Apr.)*

Cod. (LXX) fol. 69'—70[a].
Edd. Gretser 70, Cenni 74, Jaffé 75. — Jaffé, Reg. 2438 (1871).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Omnipotens Deus, repertor omnium, in cuius manu sunt omnia iura regnorum, reperiens secundum cor suum vestram excellentissimam regalem potentiam, ipse eam ad magnam consolationem atque exaltationem spiritalis matris vestrae, sanctae catholicae atque apostolicae concessit ecclesiae; quem vicae apostolica poscimus, premia vobis vite donari aeternae.

Quapropter suscipientes Georgium reverentissimum et sanctissimum episcopum nostrum, a vestra triumphatorissima precellentia tanta bona de vestra laboriosa certamina atque beneficia, quae erga beatum Petrum, clavigerum regni caelorum, et nos geritis, denuntiavit, quod, si enucleatius exarare[b] voluissemus, nullo ori nostro sufficeret sermo, ut opinor; sed ipse princeps apostolorum, fautor vester, beatus Petrus, pro cuius amore haec omnia geritis, ipse vestrum protegat atque in omnibus dirigat in triumphis regnum.

Verum quippe fidelem ipsum reverentissimum et sanctissimum praefatum episcopum vestrum nostrumque reperientes, nimis eum vobis commendari poscimus, ut secundum suam certam fidem atque dilectionem, quam erga vos et nos gerit, ita consolatus prorsusque totus[c], nobis poscentibus, a vestra praefulgida regale potentia mereatur per se clamare[d], ut, dum per nostrum suggessum vestram ampliatam super se praecipuam habuerit undique benivolentiam, quietus pro vobis valeat fundere preces, nosque in confessione beati Petri apostolorum principis solite orationes enixius pro vobis fundentes praeces, super omnes barbaras nationes victores inveniamini[2] atque una cum praecellentissima filia nostra et spiritali commatre, domna regina[3], vestrisque nobilissimis suboles, regni gubernacula in aevo fruentes, in aetheriis arcibus cum sanctis omnibus regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

74.

Hadrianus I. papa Carolo regi nuntiat de Persarum in imperium Graecorum incursione et de eorundem discordia[4]. *(781. Apr. — 783. Apr.)*

Cod. (XCIII) fol. 87'[a].
Edd. Gretser 93, Cenni 75, Jaffé 76. — Jaffé, Reg. 2439 (1873).

---

73. a) *Lemmati vacuum spatium est relictum.* b) exarara *V.* c) *an* fotus? *J.* d) *an* perseverare? *J.*

74. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem, in qua continetur de preda persarum in finibus grecorum facta et de discordia, quae inter ipsos erat.

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 3) *Hildegarda. J.* 4) *Cf. supra p. 591 n. 1.*

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA. 781-783

Dum nimis in nostro pectore momentis omnibus vester regnat amor et multa nobis fiducia magnaque gloriatio apud precellentissimam atque a Deo promotam vestram regalem potentiam existit, convenit nempe nos pro vestri precelsi, a Deo protecti regali culmini solliciti cotidie inquirere salute, ut, agnita iuxta nostrum desiderium omnia prospera esse erga vestram excellentiam summam, sanctae et individuae trinitatis dignos referuimus grates.

In quibus ad aures vestrae regalis potentiae intimantes innotescimus de Constantinopolitanae partibus: eo quod in finibus eius gens Persarum invadentes atque depredantes venerunt usque in loco, quod dicitur Amoria[1], sexagesimo miliario eiusdem civitatis Constantinopolitanae: unde et praedam magnam conprehendentes secum detulerunt. Et, sicut audivimus atque fama fertur, thius[2] regis Persarum[3] princeps et dux exercitui nefandissimi ipsorum existebat; qui, dum reversus fuisset cum iniqua victoria, elatus in superbia mentitus est proprio nepto suo et ab eiusdem exercito factus est rex Persarum. Et infra Perse tumultuantes pugnare ad invicem pro nepote et thio dicuntur[4].

Nos vero, petentes divinam clementiam, crebro pro vobis die noctuque orare prorsus non sinimus, ut ad exaltationem sanctae Dei spiritalis matris vestrae Romane ecclesiae et nostram perennem laetitiam longiori aevo in triumphis celebri nomen regnantes una cum excellentissima filia nostra et spiritali commatri[a], domna regina[5], vestraque precellentissima prole et sospes in presenti vita et in aeterna beatitudinae vos conservare dignetur.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

75.

Hadrianus I. papa Carolum regem rogat, Romam puniendos mittat Heleutherium et Gregorium iudices Ravennates, qui, variis facinoribus admissis, ad eum accesserint[6].

(783. Mai.— Oct.)

Cod. (LXXV) fol. 73'—74[a].

Edd. Gretser 75, Cenni 76, Jaffé 77. — Jaffé, Reg. 2442 (1872).

---

a) *corr. in* commatre *manus recens in V.*

75. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum[aa] regem directa, in qua continetur de fide vel dilectione, quam erga beatum apostolorum principem petrum habere pollicitus est, ut inconcussa et insolubiles permansisset et nulla callida versutia ab apostolico amore eius animus[bb] disiungi potuisset.

aa) *bis scr. V.* bb) animun *V.*

1) *Amorium Phrygiae. J.* 2) *θεῖος, patruus, Ital. 'zio'. J.* 3) *Chalifus fuit illo tempore Mahdi (Almahdi Mohammed Ibn Manszur, pater Haruni Arraschid) ab Oct. 775. ad d. 4. Aug. 785; cf. Weil, Geschichte der Chalifen II, 94 s. J.* 4) *Confusi rumores. Mahdi chalifus enim, qui in Graecorum imperium spatio annorum 775—782. complures irruptiones fecit, iam primo regni anno (Oct. 775—Oct. 776.) patruum suum (v. supra n. 2) Abban Ibn Mohammed Ibn Ali cum exercitu in Asiam Minorem miserat, nec vero Abbas adversus Mahdi chalifum postea exsurrexisse reperitur, licet alia bella intestina eidem chalifo non defuisse constet. Quarto autem regni anno (Oct. 778—Oct. 779.) ipsius chalifi filium Harun scimus usque ad Dorylaeum progressum esse urbemque Amorium (v. supra n. 1) frustra obsedisse; cf. Theophanis chronograph. ed. de Boor I, 452 et Weil, Geschichte der Chalifen II, 97. 98. J.* 5) *Hildegarda. J.* 6) *Cf. supra p. 591 n. 1.*

783 DOMINO PRECELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Gratiae sancti spiritus igniti calore, nulla quiescimus plus ratione qualibet terrenae potestatis splendidi preterquam vestrae a Deo promotae regali potentiae, cum oportunitas datur, ex totis nostris precordiis intimare[a]. Quae dum tam firmam stabilemque annexa, fideliter unanimes in unitate conglobatos ullo modo credimus quamlibet magna parvaque persona inter apostolicam sedem et vestrae excellentiae dirimari, talem prorsus vestrum prefulgidum in triumphis regnum erga amorem beati Petri apostolorum principis, fautoris vestri, et nostro dilectione agnoscentes usque hactenus persistere et indisolubile permanere, quod numquam possit quamlibet callida versutia hominum ab amore clavigeri regni celorum disiungi; quem prorsus auxiliatorem in opinatissimis vestris triumphis, nos poscentibus[b] atque precantibus, credimus propugnatorem habere, procedens et introducens vestrum precelsum regalemque triumphum calcari super omnes barbaras nationes[1].

Quatenus semper pro vobis divinam exorantes clementiam Deique timorem pre oculis[c] habentes atque pro animae sanctae recordationis precellentissimi genitoris vestri, domni Pippini, summi regis, et pro omnibus fidelibus Francis, simulque divinum considerantes iudicium, nitebamur emendari de pravis atque perversis actibus videlicet Heleutherium seu Gregorium, ineptos atque inutiles nugaces. Quibus per eorum proterva contumacia non sinebant in eorum iudiciaria[d] partibus Ravennae inopes atque pussillos opprimentes vivere, tam in venalitate hominum apud paganas venundantes gentes, quam de panibus[e] eorum absque ulla misericordia avide deglutiebant; ex qua pestilentia plurima pars indeficientes atque ruentes dissipati sunt. Insuper ignobilium vulgum[f] catervamque cruentorum nequiter congregantes, non sinebant cotidiae nefandas penetrare neces; unde, dum in ecclesia quadam die missarum celebrarentur sollemnia et eadem hora quidam diaconus[g] sanctum Christi evangelium populis predicaret, intus in eodem sanctuarium ab eorum impiissimis hominibus sanguis effusus est innocens, pro sacrificium laudis homicidium perpetrantes.

Et dum ipsi freti existentes, eo quod nos talia iniqua tetra atque perversa operatione minimae illos in christiano populo peragere sinissemus, idcirco superba arrogantia elati conati sunt sine[h] nostra scientia ad vestris properari[i] regales obtutibus, existimantes, se per eorum infidelem atque iniquam fallatiam a fide puritatis et dilectione beati Petri et nostra vos separari, nescientes miseri et infelices, quia, qui prumpti fideles eiusdem Dei apostoli sunt, et vestri felicissimi regni fideles sunt, pariter et, qui eius inimici esse videntur, vestri procul dubio inimici sunt[2].

Quapropter poscentes quaesumus vestram[k] a Deo protectam regalem potentiam per beatum Petrum apostolorum principem, cui a Domino potestas ligandi solvendique peccata in caelo et in terra data est, et ipsum sanctum baptisma, quod inter nos per spiritum sanctum habere videmur: illorum procacitas[l] vester prefulgidus aspectus hilaris minime manifestetur, neque recipere ipsos nefandos vultu dignissimo dignemini; sed tamquam inimicos beati Petri et vestros existentes, eorum superbam gloriationem respuentes, ad nos dehonestatos per fidelissimos missos vestros humiles veniant, ut omnia, quae fati sumus, eorum comprobemus praesentia, quatenus, qui agunt talia

a) *sic. J.* b) *corr. ex* poscentes *V.* c) oculis *V.* d) iudicaria *V.* e) depanis *pro* de panibus *V.* f) *corr. ex* vulgus *V.* g) quadam dieaconus *V.* h) fine *V.* i) *corr. in* properare *manus recens in V.* k) urm *V.* l) procatitas *V; an* procacitati? *J.*

1) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 534 n. 4.*

iniqua atque perversa, per eos emendentur, et inlibata oblatio, quae a sanctae recordationis genitoris vestri, domni Pippini, magni regis, allata et vestris praefulgidis regales manibus in confessione beati Petri, clavigeri regni celorum, offerta atque nimirum confirmata[a] sunt, inconcussa et inmacula in eternum permaneant, ut ante tribunal Christi ipse protector vester, beatus Petrus apostolus, dignus retributor vobis appareat et, sicut in hoc terrenum regnum una cum praecellentissimis subolis vestris[1] et omnibus fidelibus Francis in triumphis pollentes tuetur et protegit, ita et in etheris arcibus cum sanctis omnibus faciat sine fine regnare. 783.786

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

76.

Hadrianus I. papa Carolo regi per Andream (Luxoviensem?) abbatem nuntianti, Saxones ad Christi fidem conversos, gratulatur et petenti scribit se decrevisse, ut in finibus Romanis trium dierum supplicationes habeantur; quod ubique faciendum mandat[2].

(786. in.)

Cod. (XCI) fol. 85'—86'[a].

Edd. Gretser 91, Cenni 84, Jaffé 80. — Jaffé, Reg. 2451 (1884).

DOMINO EXCELLENTISSIMO[b] FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Prestolatos nimisque nobis obtabiles regales vestros suscepimus affatus per fidelissimum vestrum latorem atque missum, videlicet Andream religiosum abbatem[3]. Quos reserantes, repperimus in eis de vestrae precelsae regalis potentiae et conparis[4] subulibusque vestris seu cunctis precipuis vestris nostrisque fidelibus sospitate et incolomem ac sincerissimam prosperitatem: in quibus redemptorem mundi consuete referuimus grates.

Magis autem inibi de vestris Deo presidiatis regalibus triumphis conperientes: qualiter saevas adversasque gentes, scilicet Saxonum, ad Dei cultum suae sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae rectitudinis fidei atque, Domino auxiliante, Petri Paulique apostolorum principum interventione suffragante, sub vestra eorum colla redacta sunt potestate ac dicione, eorumque optimatum subiugantes, divina inspiracione regalem annisum universam illam gentem Saxonum ad sacrum deduxistis baptismatis fontem[5]; unde nimis amplius divinae clementiae referuimus laudes, quia nostris vestrisque temporibus gens paganorum in vera et magna deducentes religione atque perfectam fidem vestrisque regalibus substernuntur dicionibus.

a) confirmirmata *V.*

76. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de gente dudum perfida scilicet saxonum, qualiter dominus ac redemtor noster per prefati regis laboriosa[aa] certamina ad dei cultum sue catholice et apostolice ecclesiae rectitudinis fidei seu ad sacrum baptismatis fontem usque perduxisset, et de letaniis et de ieiuniis et orationibus pro huiuscemodi rei. b) excellentis *V.*

aa) taboriosa *V.*

1) *Idcirco post Hildegardae reginae (die 30. Apr. 783. mortuae) obitum et antequam de Fastrada circiter mense Octobri 783. in matrimonium a Carolo ducta nuntium acceperit Hadrianus, hanc epistolam scriptam esse docuit Cenni, quod in ea filiorum regis quidem neque vero uxoris mentio insit. J.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 3) *Luxoviensem abbatem fuisse putant; cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 500 n. 2. J.* 4) *Fastradae. J.* 5) *anno 785. J.*

786 In hoc quippe freta vestra a Deo fundata existat potentia, quia[a], [si][b], sicut pollicita est fautori suo, beato Petro apostolo, et nobis, puro corde atque libentissimo animo adinpleverit, maximas ac robustiores illarum gentium suis precipuis suffragiis vestris substernet pedibus, ut, nemine eos persequente[c], vestris regales subiciantur potentiis, et maximum fructum in die iudicii ante tribunal Christi de eorum animarum salute offerre mereamini dignissimum munus, et pro amorem arum lucra infinita mereamini adipisci regnum[d].

Illud autem, quod vestra regalis intimavit excellentia: ut in uno mense vel in una die pro huiuscemodi opias[e], scilicet stabilitatis vestrae victoriae, laudes Deo gerentes canere, una vel duas ferias letanias peragere: valde enim in hoc nobis dilecta stabile[f] insistit. Quatenus apostolica[g] exarantes censura decrevimus simulque omnibus nostris partibus, quibus sub dicione spiritalis matris vestrae, sanctae Romane ecclesiae, existunt, ilico celebrari una nobiscum disponentes emisimus Domino protegente, videlicet[h] vicesima tercia die seu vicesima sexta atque vicesima octava huius advenientis Iunii mensis, quod sunt inprimis vigilias beati Iohannis Baptistae seu natalem sanctorum Iohannis et Pauli nec non et vigilias beati Petri apostoli. Similiter et vestra regalis potentia in suis dirigat universis finibus seu transmarinis partibus, ubi christiana moratur gens, instar perficiendum triduanas letanias. Et ideo talem protelatum emisimus spacium, propter tam longinquas christianas nationes ultra vestrum regale morantes regnum.

Nos quippe non solum unam vel duas, ut nobis insinuastis, celebrandum letanias previdimus, sed etiam, pro vestra ut soliti sumus indesinenter orari excellentia cupientes, decrevimus perficiendas et redemptori mundi canentes laudes ipsas gentes, quae per vestrum regale certamen ad christianam perducte sunt fidem, [i]usque in aevo per vestrum maneant adminiculum, et nostris vestrisque finibus omnes repelli faciat egritudinis morbos et procul eiciat pestilentiam, ut, nostris vestrisque diebus populus nobis a Deo commissus in magna degentes ubertatis affluentia simulque sincerissimae sospitatis letitia, longiori aevo una cum domna[k] regina vestraque nobilissima prole mereamini regni gubernacula perfrui et in aethereis arcibus sine fine regnare, ut per vestra laboriosa[l] certamina magis magisque spiritalis mater vestra, sancta Romana ecclesia, maneat exaltata.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

77.

Hadrianus I. papa Carolum regem per Ittherium (sancti Martini Turonensis) et Maginarium (Sancti Dionysii) abbates sciscitantem docet, qualis poenitentia Saxonibus ad paganismum reversis constituenda sit[1]. *(786.)*

Cod. (LXXX) fol. 77—77'[a].
Edd. Gretser 80, Cenni 85, Jaffé 81. — Jaffé, Reg. 2453 (1885).

---

a) q V. b) *addidit J.* c) persequentes V. d) *sic V.* e) *an* opibus? *J.* f) *sic V.* g) apostolico V. h) *prima manu superscriptum in V.* i) ut *excidisse videtur J.* k) dom V. l) raborasa V.

77. a) *Lemma deest.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.*

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE[a] SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA. 781-786

Vestre a Deo protectę regalis excellentiae suscipientes missos, scilicet Ittherium et Magenarium[1] religiosos abbates, sciscitati sunt nos interrogantes de Saxonibus, qui christiani fuerunt et ad paganissmum[b] reversi sunt, qualem penitentiam eis sacerdotes[c] iudicare debeant.

Hoc[d] predecessorum nostrorum, sanctorum pontificum, dudum decretum est: quod, qui resipiscentes et ruinas suas cogitantes redire maluerint, sub longa penitentiae satisfactione admittendi sunt[2]; et iterum: penitentiae satisfactione purgentur, quae non tam temporis longitudine quam cordis conpunctione[e] pensanda sunt[3]. Et ideo[f], excellentissimae et a Deo protecte fili, oportet sacerdotes partibus illis pastorali circumdari sollertiam atque episcopalem induere vigilantiam et in eorum arbitrio indici poenitentiam, considerantes piaculum tam voluntatis quamque extra voluntatem coacti ad suum revertentes vomitum, et tunc canonica promere sententia, quatenus, si veraciter reversi in fide orthodoxa maluerint perseverari — promissuros se omnem adimpleri episcopalem praedicationem, indiculum orthodoxae fidei exarantes secundum olitanam patrum tradicionem, unum confitentes baptismum, sub iusiurandum pollicentes fidem christianitates servaturos —, in gremio suscipiantur orthodoxae fidei ecclesiae, ut copiosa merces vobis adscribatur in caelis[4]. Cf. Prov. 26, 11.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

78.

Hadrianus I. papa Carolum regem hortatur, ut maiores trabes saepe petitas, quibus ecclesiae reficiantur, et stannum promissum ad tegendam sancti Petri ecclesiam exhiberi sibi iubeat; addit de Arigisi ducis Beneventani cum Neapolitanis et Amalfitanis inimicitiis[5]. *(781—786.)*

Cod. (LXVI) fol. 67—67'[a].

Edd. Gretser 66, Cenni 87, Jaffé 82. — Jaffé, Reg. 2450 (1888).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Sepe vestrae a Deo protectae regalis potentiae poscentes direximus[6], ut pro mercaede anime vestrae trabes maiores ad ecclesias Dei restaurandas per vestrum regalem praesidium emittere iuberetis; et nullum ab illis, quibus preceptum est,

---

a) nr̄oo *V.* b) paganissimum *V.* c) sacerdostes *V.* d) *sequitur* a *erasum in V.* e) conpuctione *V.* f) idie *V.*

78. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de trabes maiores ad eclesias restaurandum, quas domnus rex ei dare preceperat; et ipsi actores neglegentes nihil exinde, sicut eis a iam dicto rege iniunctum fuerat, fecisse dicit; et de stagno ad ipsam ecclesiam sancti Petri recooperiendum.

1) *qui coenobio Sancti Dionysii Parisiensi abbas praefectus erat post Fulradum die 16. Iulii 784. defunctum. J.* 2) *Dionysii Exigui coll. can., Decreta Innocentii papae cap. 15 (Codex canonum vetus ecclesiae Romanae p. 342):* hi, si resipiscentes et ruinam suam cogitantes redire maluerint, sub longa poenitentiae satisfactione admittendi sunt. *J.* 3) *Dionysii Exigui coll. can., Decreta Leonis I. papae cap. 46 (l. l. p. 475):* ut poenitentiae — pensanda est. *J.* 4) *Cf. supra p. 536 n. 3.* 5) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 6) *Cf. ep. 65 supra p. 592. 593.*

781-787 suscepimus effectum. Quatenus et ipsas ecclesias, in quibus nobis trabes maiores necessarie sunt, ex parte ruerunt, et alias rui conspicimus; et ipsas trabes praestolantes, quid agere nescimus et pro hoc in magna tristitia degentes existimus. Quapropter obnixe vestram triumphatorissimam excellentiam poscentes quaesumus, ut nulla deinceps eveniat mora, sed per vestrum a Deo protectum regale dispositum nobis ipsas trabes maiores celerius emittere precipitatis, ut nullo[a] modo qualibet neglectum ponere audeant. Quia freti prorsus existimus, quantas ecclesias Dei ex ipsas trabes restauratas fuerint, in vestrum sempiternum memorialem seu domne reginae[1] vestrisque nobilissimis subolis restaurantur. Quapropter poscimus, ut vestrum proprium idoneum missum dirigere iubeatis, qui ipsos actores, qui pro iam dictas trabes neclectum ponere ausi sunt, distringere debeat, ut ipse nobis eas tradere per vestrum dispositum studeat, ut exinde magnam, ut fati sumus, recipere valeatis mercedem.

Porro et hoc vestrae regali potentiae innotescimus: quia Arighis Beneventanus dux iusticias quas de hominibus suis quaerente exercitabit[b] super Amalfitanos ducati Neapolitani et, undique eos circumvallans, incendit omnes possessiones eorum atque habitacula foris posita. Quo audito, Neapolitani direxerunt in adiutorium ipsorum plures homines et exinde[c] super eos interfecerunt plurimam multitudinem ducati Beneventani, unde cum ceteros plures et inde optimates captivos apud se habent. Quod in his vero partibus actum est, vobis enucleatius enuntiare festinavimus.

Simili modo et hoc recordari credimus vestre a Deo promotae precellentiae: qualiter pro amore beati Petri, clavigeri regni caelorum, et eiusdem ecclaesiae restaurationis, pro ipsius aule tectae vestra[d] excellentia nobis est pollicita dirigere stagni[2] libras mille; simili modo et Ittherius vester fidelissimus[e] per vestrum eximium dispositum similiter alias mille libras dirigere promisit. Pro quo poscens petimus vestrae regalis precellentiae, ut ipsum stagnum nobis per vestrum bonum dispositum dirigere iubeatis, quia ipsa ecclesia fautoris vestri, beati Petri, tempus verni ab aquis nimis invalescit, et, unde eius aulae tecti restaurare, minime habemus. Sed obnixe petimus, ut per comites vestros, qui in Italia sunt actores, ipsum iam dictum stagnum dirigere iubeatis, per unumquoque comitem libras centum, ut dignam pro hoc ab ipso Dei apostolo retributionem suscipere mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

79.

Hadrianus I. papa Carolo regi scribit, se eius mandata accepta exsecuturum et missam crucem in ecclesia collocatam esse; addit de finibus Populoniensibus et Rosellensibus atque quibusdam ducatus Beneventani civitatibus per nuntios sibi tradendis[3].

(787. post Apr.)

Cod. (LXXXI) fol. 77'[a].

Edd. Gretser 81, Cenni 88, Jaffé 83. — Jaffé, Reg. 2458 (1889).

a) nollo *V.* b) *sic. J.* c) *corr. ex* exigtes *V.* d) vestre *V.* e) missus *excidisse videtur J.*

79. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur gratiarum actiones seu benedictiones pro cruce, qua[m] ei miserat; et de territorio populoniense seu rosellen[se], ut domnus rex suos idoneos missos dirigeret, qui sub integritate ipsas civitates cum suburbana earum ei contra[de]re debuissent.

1) *Haec cum nec 'spiritalis commater' nec 'spiritalis filia' vocetur, utrum Hildegarda an Fastrada sentienda sit nescimus; cf. supra p. 472. J.* 2) *stanni. J.* 3) *Hanc epistolam anno 787., postquam Carolus Romae (die 8. m. Aprilis) fuit, non multo ante ep. 80 quae infra p. 611—614 invenitur, datam esse, ex ambarum*

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, 787.788
CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Praerectissimos atque nitidissimos[a] Deo dicatae regalis praecelsae scientiae vestrae mellifluos suscepimus versos. Quos reserantes atque singillatim relegentes, eorum robore cum nimio amplexímus amore. Et procul dubio vestra credere dignetur regalis potestas, quia omnino, sicut per eos innotuistis, a nobis in omnibus perficietur. Teste enim invoco Deo, cui servio in spiritu meo, quod sine intermissione die noctuque semper memoria vestri facio, in orationibus meis obsecrans tam pro vestra in triumphis regali victoria et perpetua stabilitate quamque pro sanctae memoriae genitoribus vestris, simul coniugis vestrae domnae Hildibrande[1] reginae, filiae et spiritali commatri nostrae; et nempe eorum memorialę non derelinquetur in eternum.

Crucem, quam nobis misistis, in sanctam nostram ecclesiam recondentes, vestra memoria in eternum in ea manebit.

De sospitate enim nostra, quae vestra regalis cupit audire clementia, omnia erga nos Deo faventae prospera existunt; quia et nos de vestra regali salutae atque victorias crebro audire desideramus, quoniam vestra salus nostra est[2].

Et hoc magnopere poscimus et, sicut per anterioras nostras syllabas, vestram poposcimus regalem potentiam, ita perficere dignetur: ut idoneos[b] missos suos dirigere iubeat, qui nobis contradere debeant fines Popolonienses seu Rossellenses[c], sicut ex antiquitus fuerunt; nam ex parte nobis ex ipsis finibus non tradidetur: sed quesumus, ut vestrae regalis oblationis donatio fine tenus maneat inconvulsa. Praesertim et partibus ducati Beneventani idoneos dirigere dignetur missos, qui nobis secundum vestram donationem ipsas civitates sub integritate tradere in omnibus valeant, ut ex hoc potissimam remunerationem una cum spiritale filia nostra, domna regina[3], vestrosque precellentissimos proles ab ipso regni caelorum clavigero[d], beato Petro apostolo, suscipi mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

80.

Hadrianus I. papa Carolo regi per Aruinum comitem instructo, iam per Roronem capellanum et Bettonem sciscitanti respondet, litteras Caieta et Pentapoli acceptas mittens, Athalgisum Desiderii regis filium in Calabria esse cum (Constantini VI.) imperatoris nuntiis; suadet, ut, retento Grimualdo Arigisi ducis filio, copias in ducatum Beneventanum mittat, Athalberga Arigisi vidua insidias parante; petit, mandet

---

a) nitissimos *V.* b) ideoneos *V.* c) rolsellenses *V.* d) claviro *V.*

epistolarum de Populonio et Rosellis et civitatibus Beneventanis consensu facile animadverti potest. Hac enim ep. haec petiit Hadrianus: ut idoneos missos suos dirigere iubeat, qui nobis contradere debeant fines Popolonienses *etc.; in ep. 82 autem legimus haec:* missis vestris *(Roroni et Bettoni)* dirigere dignemini, ut nullo modo ad vos remeari audeant, nisi prius sub integritate civitates .... contradere valeant *etc. J. Cf. supra p. 591 n. 1.*

1) *Hildegardae die 30. Apr. 783. mortuae. J.* 2) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 3) *Fastrada. J.*

787.788 *nuntiis regiis, ut sibi de Populonio et Rosellis satisfiat civitatesque Beneventanae tradantur* [1]. *(787. ex. 788. in.)*

Cod. (XC) fol. 84'—85' [a].
Edd. Gretser 90, Cenni 89, Jaffé 84. — Jaffé, Reg. 2460 (1890).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO [b] REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA [c].

Venientes ad nos fidelissimi missi vestri, scilicet Roro capellanus seu Betto, post vestram optabilem regalem sospitatem adnunciatam [d] sciscitati sunt nobis pro nefandissimo [e] Athalchiso, filio Desiderii tiranni [f] regis: si ita fuisset, quod, Deo sibi contrario, partibus Italie evenisset [g]. Nos vero nuper, quod de ipso protervo Athalchiso [h] audivimus, per fidelissimum missum vestrum Aruinum comitem vobis intimare non obmisimus, quia pro vestra regali victoria Deo auspice tractantes [i] nullum neclectum ex omni parte ponimus, vestrae prefulgide excellentiae indicantes, ut, Domino opitulante atque beato Petro apostolorum principi comitante, precipua vestra regali providentia prudentissimam suamque [k] nostramque salutem procuret [l].

Sic enim de iam dicto nequissimo Athalgiso nobis nunciatum est: quia in veritate, Deo sibi contrario, cum missis inperatoris [m] partibus scilicet Calabriae [n] residet [2], iuxta confinium ducatui Beneventani, ut de et pro eius invalidum adventum Campulus episcopus civitatis Caietanae per suas nobis significavit syllabas; similiter et de Pentapoli pro eiusdem [o] Athalgisi arrogantia nobis in scriptis intimaverunt. Quatenus ob nimium vestrum amorem infra alios [p] misimus apices tam a Caaeta quamque Pentapoli [q] series nobis destinatas.

Nempe quidem scimus, quia [r] ipse iniquus et perfidus Adalgisus pro nulla alia causa in istis declinavit [s] partibus, nisi tantummodo pro vestra nostraque contrariaetatę. Unde oportet, ut firmissima vestra scara [t] [3] partibus Beneventanis emittere vestra precelsa regalis excellentia niteat, ut undique per vestrum regale amminiculum inperturbati pariter maneamus.

Nos vero haec omnia considerantes, dilectissime nimisque amantissimae atque a Deo protectae prerectissime fili, nobis sic aptum esse videtur: ut, si [u] voluntatem vestram fecerint ipsi Beneventani, non ullo modo expedit, Grimualdum filium Arichisi [4] Benevento dirigere. Verumtamen, sicut vobis ab omnipotenti Deo nostro prudentissima sapiencia concessa est, ita sagaciter pro huiusmodi re pertractari atque congruae disponere iubeamini, ut ea, quę vobis nobisque expedibilia fuerint [v], ad perfectum salubriter veniant, ut non in quolibet labore pariter eveniamus.

---

80. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad dommum carolum, in qua continetur de adventu adalchisi partibus calabriae; et ut grimualdum in benevento ducem non constitueret, et de civitatibus beneventanis et rosellis et populonio. b) calo *V.* c) pa *V.* d) adnunciaonem *V.* e) nefandissimos *V.* f) tinanni *V.* g) *prima littera* e *erasa in V.* h) o *add. manus recens in V.* i) tetractantes *V.* k) q; *erasum in V.* l) procurreet *V.* m) interatoris *V.* n) cabriae *V.* o) eidem *V.* p) alio *V.* q) *inter* quamque *et* pentapoli *littera* a *erasa esse videtur in V.* r) qui *V.* s) decrinavit *V.* t) sacra *V.* u) sive *V.* v) fuerunt *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Narrat Theophanes (Chronogr. ed. de Boor p. 463):* ἀποστείλασα δὲ Εἰρήνη Ἰωάννην τὸν σακελλάριον καὶ λογοθέτην τοῦ στρατιωτικοῦ εἰς Λογγιβαρδίαν μετὰ καὶ Θεοδότου τοῦ ποτε ῥηγὸς τῆς μεγάλης Λογγιβαρδίας *(id est Athalgisus)* πρὸς τὸ εἰ δυνηθείη ἀμύνασθαι τὸν Κάρουλον καὶ ἀποστάσαι τινὰς ἐξ αὐτοῦ *atque hoc factum esse dicit circiter mense Novembri indictione XII. At pro ind. XII. (Nov. 788.) scribendum erat ind. XI. (Nov. 787.). J.* 3) *id est: manus; cf. Abel-Simson, Jahrbücher I, 145 n. 3.* 4) *mortui d. 26. Augusti 787; cf. Chron. Salernit. (SS. III, 483). J.*

Sed si ipsi sepius dicti Beneventani minime vestram regalem adimpleverint voluntatem, sicut vobis polliciti sunt, statim ibidem taliter exercita emittere studeamini, ut ad profectum sanctae nostrae aecclesiae vestraeque regalis proveniat[a] excellentiae; et sic illis partibus disponatur, ut inimicus locum nocendi non inveniat, sed semper vestra in triumphis exultet in Domino regalis victoria. Enimvero una cum fidelissimis missis vestris pertractantes consideravimus[b], ut, si minime ipsi Beneventani adinplere voluerint regalem vestram voluntatem, Kalendas Maias[1] vestra robustisima hoste in confinio preparata super ipsos irruere Beneventanos inveniretur — et demum pariter penetrantes in his confirmari pro aestivo temporis[c] egritudine non audebimus —; et iterum, si super eos Kalendas Maias usque in Septembrio mense[d] exercita non evenerint, dubium nobis esse videtur, ut forte, Deo sibi contrario, predictus nefandissimus Adalgisus per insidias Grecorum non aliquam nobis vobisque conturbacionem facere moliatur, quia[e] iam dicti missi Grecorum et cum eo esse noscuntur et alii in Neapoli residere videntur. Sed aec existimantes in vestro robustissimo atque a Deo protecto regali arbitrio emisimus pertractandum[f], ut, qualiter vobis placuerit, disponere celeriter dignetur, nobis intimante per suos regales affatos suam nostramque securitatis salutem. 787.788

Quapropter nimis poscentes quaesumus vestram prerectissimam excellentiam, ut nullo modo pro causa Grimualdi filii Arichisi credere plus cuiquam iubeatis quam nobis; nam pro certo sciatis, quia, si ipsum Grimualdum in Benevento miseritis, Italiam sine conturbatione habere minime potestis, eo quod Leo episcopus secreta nobis sic fatus est: quia Adalberga relicta Arigihs tale habet consilium, ut, dum ipse Grimualdus filius eius Beneventanis finibus introierit, ingeniose cupit duas filias suas secum deferri et quasi orationis causa in Sanctum Angelum in Gargario[2] pergere et deinde in Tarantu, ubi et thesauros suos reconditos habet, quia tantum octoginta milia distat a Sancto Angelo usque Taranto.

Sed in hoc minime vestra a Deo promota excellentia considerari debeat, quod pro nostra aviditate aut ipsas civitates adquirendum, quas beato Petro apostolo et nobis condonastis, talia vobis insinuari studuimus; sed pro magna securitate sanctae Dei catholicae et apostolicae Romane ecclesiae atque vestrae precelsae regalis exaltationis victoria ea, quę audivimus et agnosci potuimus, vestris regales auribus insinuare nullo modo negleximus. Vestra quoque regalis excellentia, qualiter ei placuerit et aptum prospexerit, in omnibus his disponere provideatur.

Quapropter magnopere poscentes vestram clementissimam regalem benivolentiam quaesumus, ut pro amore fautoris vestri, beati Petri clavigeri regni celorum, nostraque in Christo spiritali paterna dilectione clariter atque spetialiter per vestros regales honorabiles apices missis vestris dirigere dignemini, ut nullo modo ad vos remeari audeant, nisi prius sub integritate civitates partibus Beneventanis, sicut eas per vestram sacram oblationem beato Petro apostolo et nobis contulistis, in omnibus contradere valeant et iustitias de Populonio et Rosellas nobis facere sub integritate studeant, quia sunt alii ex missis vestris, qui contemnere moliuntur et fedare vestram sacram oblacionem. Sed, sicut partibus Tusciae civitates, id est Suana, Tuscana[3], Bitervo et Balneoregis[4] ceterasque civitates cum finibus et territoriis eorum, beato Petro offerentes condonastis, ita in eo modo civitates partibus Beneventanis contradere nobis protinus faciatis, ut, dum missi vestri[g] vestros susceperint regales firmissimos affatus,

a) preveniat *V.* b) considerantęsus *V.* c) temporęs *V.* d) *add.* m *manus recens in V.* e) q *V.* f) pertractantęs *V.* g) uris *V.*

1) *anni 788. J.* 2) *Gargano. J.* 3) *Tuscanella. J.* 4) *Bagnorea. J.*

787(?) sine qualibet interposita dilatione nobis eas contradere sub integritate valeant, ut nullus sit, qui possit extingui vestrum inlibatum sacrificium, sed, hoc lucri potissimum premium adquirentes, digne mereamini[a] una cum spiritali nostra filia, domna regina[1], vestrisque nobilissimis subolis in aethereis sine fine regnare arcibus.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

81.

Hadrianus I. papa Carolo regi per Aruinum ducem petenti musiva et marmora palatii Ravennatis concedit; de equis missis gratias agit, sed nobiliores equos desiderat[2]. *(787?)*

Cod. (LXVII) fol. 67'—68[a].

Edd. Gretser 67, Cenni 81, Jaffé 89. — Jaffé, Reg. 2470 (1878).

DOMINO EXCELENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Prętulgidos atque nectareos regalis potentiae vestrae per Aruinum ducem suscepimus apices. In quibus referebatur, quod palatii Ravennate civitatis mosivo atque marmores ceterisque[b] exemplis tam in strato quamque in parietibus sitis vobis tribuissemus[3]. Nos quippe libenti animo et puro corde cum nimio amore vestre excellentiae tribuimus effectum et tam marmores quamque mosivo ceterisque exemplis de eodem palatio vobis concedimus abstollendum, quia per vestra laboriosa[c] regalia[d] certamina multa bona fautoris vestri, beati Petri clavigeri regni caelorum, ecclesia cotidiae fruitur, quatenus merces vestra copiosa adscribatur in celis[4].

Suscepimus enim per eundem Haruinum equum utilem unum a vobis directum; alius autem, qui cum ipso directus est, defectus in ipso itinere mortuus est. Unde ob vestram memoriam maximas referuimus grates.

Sed secundum nostrum amorem, quod ex intemo corde erga vestrum habemus praefulgidum regnum, tales nobis famosissimos emittite equos, qui ad nostram sessionem facere debeant, in hossibus atque plenitudinem carnis decoratos, qui, dum in omnibus aspectibus laudabiles existere valebunt, vestrum prefulgidum triumphis laudare niteant nomen; et pro huiusmodi rei, sicut soliti estis, dignam ab ipso Dei apostolo suscipere valeatis retributionem, ut una cum domna regina vestraque nobilissima prole in hoc mundo regnantes in aetheriis arcibus vitam aeternam adipisci mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) remeamini *V.*

81. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de mosivo[aa] atque marmore palatii ravennatae civitatis; predictus papa domni reges dicioni, vel quicquid exinde facere voluisset, libenti animo se tribuere dicit. b) eterisque *V.* c) baboriosa *V.* d) regl̄ *V.*

aa) molivo *V.*

1) *Fastrada. J.* 2) *Carolum haec petiisse, postquam anno 787. Apr. - Iun. Ravennam venit (Agnelli lib. pont. c. 165), recte, ut videtur, conicitur SS. rer. Lang. p. 383 n. 11. Cf. supra p. 591 n. 1.* 3) *Cf. Einharti Vit. Caroli c. 26. J.* 4) *Cf. supra p. 536 n. 3.*

82.

Hadrianus I. papa Carolo regi scribit, nuntios eius Maginarium (Sancti Dionysii) abbatem, Iosephum diaconum, Goteramnum ostiarium, Liudericum comitem, cum Beneventum convenissent, Beneventanorum et Athalbergae Arigisi viduae insidiis coactos Valvam fuga se recepisse, et, Capuanis clericis referentibus, Attonem diaconum, cum Salerni in ecclesiam confugisset, ad regem remissum esse; quo facto duos (Constantini VI.) imperatoris spatharios cum (Theodoro) Siciliae dispositore Salernum indeque Neapolim pervenisse. Beneventanos id agere, ut rem in aestiva tempora trahant, docet et monet, ut rex, quod beato Petro in finibus Beneventanis obtulerit, tradendum curet[1]. 788 *(788. post Ian. 22.)*

Cod. (XCII) fol. 86'—87'[a].

Edd. Gretser 92, Cenni 90, Jaffé 85. — Jaffé, Reg. 2461 (1891).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI CONPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Meminit vestra a Deo promota regalis excellentia, qualiter ad nos emisit fidelissimis missis, scilicet Attonem religiosum diaconum seu Goteramnum magnificum ostiarium[b]. Et postergum[2] eorum ad nos evenerunt[c] videlicet Maginarius religiosus abba seu religiosus Ioseph diaconus, qui nobis[d] fideliter intimaverunt ea, quae illis iniuncta habuit vestra prerectissima regalis potestas, ut secundum nostrum apostolicum consilium partibus Beneventanis ita peragerent[e].

Qui nostri presentia residentes prenominati quattuor missi, id est Maginarium religiosum abbatem seu Attonem et Ioseph religiosos diacones atque Goteramnum magnificum ostiarium — dum adhuc minime coniunxisset[f] nostris apostolicis optutibus Liudericus[g][3], qui cum prelato Maginario seu Ioseph ad nos missus fuit —, tale illis prebuimus consilium: ut nullo modo se alterutrum separari, sed preeuntes Atto et Goteramnus[h] in oppido Valvae, ibidem expectarent tam Maginarium et Ioseph quam Liudericum, quem socii eius aput nos morantes expectabant.

Qui precedentes, scilicet Atto cum Goteramno, nullo modo nostris accommodaverunt[i] consiliis, sed, relinquentes penitus Maginarium seu Ioseph et Liudericum[k], abierunt[l] singulariter Benevento. Qui postergum eorum euntes, Maginarius cum Ioseph et Liuderico, in Benevento iam Attonem et Goteramnum nullo modo invenire valuerunt, eo quod in Salerno perrexerant [ad][m] Adalbergam, relictam Arichis ducis. Qui dum Maginarius cum sociis suis a fidelibus vestris audissent, sicut nobis ipsi intimaverunt, eo quod infideliter peragerent tam relicta predicti Arichissi ducis quamque ceteri Beneventani — erga vestram regalem excellentiam atque nostrum apostolatum iniqua atque adversa[n] tractari non desinunt —, fugam arripientes Maginarius cum Ioseph et Liuderico una cum Goderamno, qui ad eos adloquendum venerat a Salerno, introierunt in finibus ducati Spoletini in prelato oppido Valvae et ibidem

---

82. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de missis grecorum cum diucitin, id est dispositore siciliae, pos[t] reversionem attoni diaconi missi domni regis a benevento cum relicta arichisi ducis consiliati sunt, qualiter ducato beneventano a potestate praedicti regis per insidias substrahere potuissent. b) ostarium *V.* c) erunt *V.* d) nobilis *V.* e) *corr. ex* peragerentur *V.* f) coniuxisset *V.* g) *corr. ex* lidericus *V.* h) goteteramnus *V.* i) accommordaverunt *V.* k) lidericum *V.* l) abiierunt *V.* m) *add. J.* n) *corr. ex* udversa *V.*

1) *Epistolam, qua Maginarius ipse Carolo regi de sua legatione retulit, invenies infra in appendice Codici Carolino adiuncta; cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *post tergum. J.* 3) *Liudericus comes; cf. ep. 83 infra. J.*

788 morantur usque ad vestrum[a] regalem triumphum dispositum. Atto vero audiens, ut fertur, fugiens intus in ecclesia Salerno, pre timore eiusdem ecclesiae altare tenuit; ipsi autem Beneventani cum suadentes, ut reor, dissimulantes[b] mitigaverunt et [ad][c] vestram excellentiam[d] fictae miserunt, se ipsos fideles in omnibus commendantes.

Et ob nimium suavemque amorem, quod erga vestrum invictissimum[e] gerimus regnum, nullo modo valemus pretermittere, liquidius de omni rei causas vobis insinuari. Venientes quippe ad nos de Capua, quae beato Petro apostolorum principi pro mercede anime vestrae atque sempiterna memoria cum ceteris civitatibus offeruistis, videlicet Gregorius presbiter seu Saductus, Pergulfus, Audemundus, Haimo, Landemarus, Warnefridus, Sigulfus, Audualdus et Corbulus[f] [1], intimaverunt nobis, quia, dum Atto diaconus ad vestram reversus est excellentiam, statim missi Grecorum duo spatarii imperatoris cum diucitin[2], quod Latine dispositor Siciliae dicitur[3], in Lucaniae Acropoli descendentes[g], terreno itinere Salerno aput relictam Arachisi ducis peragrantes tercio decimo Kalendas Febroarias pervenerunt. Qui ibidem cum ipsis tres dies consiliantes, Beneventani post tercium diem usque Neapolim eos deduxerunt; Neapolitani vero cum magno obsequio cum signis et imaginibus eos suscipientes, Neapolim ingressi sunt pariter; et usque actenus cum ipsis Neapolitanis atque Stephano, episcopo eiusdem Neapolitanae[h] ecclesiae, pertractantes existunt.

Sed vestra a Deo promota prerectissima regalis excellentia a Deo inspirata taliter pertractari debeat, ut suam et nostram in omnibus securitatem procuret; et nulli hominum inanes fabulas attendat, neque muneribus suadere quispiam eam valeat; sed tantummodo pro exaltatione spiritalis matris suae, sanctae nostrae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae, suaeque regalis excellentiae et nostrae decertari niteat, quia, ut arbitramur, ipsi Beneventani istius temporis verni transire mitigant, ut estivo tempore, Deo illis contrario, vobis in periurii reatus incurrant. Sed vestra regalis potentia sic illis in triumphis preire satagat, ut et illorum protervia procul dubio inveniente sub pedibus suis conculcet et sua exaltatione in toto profametur mundo tam de sua prudentissima regali victoria quamque de sacratissima oblatione, quae partibus ipsis Beneventanis beato Petro, fautori suo, puro corde ob nimium amorem atque sempiterna memoria condonavit. Qui, dum ipse claviger regni celorum, beatus Petrus apostolus, fautor et protector vester, in integro vestram susceperit sacram donationis oblationem, digne valeamus in eius alma confessione tam pro vobis quamque spiritali filia nostra, domna regina[4], vestrisque nobilissimis subolis fundi preces, ut, per multorum annorum curriculis in hoc mundo[i] regni gubernacula fruentes, in etheriis arcibus sine fine regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

83.

Hadrianus I. papa Carolo regi de Baiuariis subiectis gratulatus, accuratius, Gregorio presbytero Capuano referente, exponit, quod ep. 82 scripsit, de (Constantini VI.) imperatoris duobus spathariis Siciliacque dispositore (Theodoro) missis, de Attone diacono,

---

a) uram *V.* b) desimulantes *V.* c) *add. J.* d) ecclesiam, ec *in* ex *corrigens V.* e) iniunctissimum *V.* f) corbolus *V.* g) descentes *V.* h) neapolitano *V.* i) muri *V.*

1) *De his Capuanis consulit Hadrianus legatos Caroli epistola, quae infra in appendice Codici Carolino adiuncta legitur.* 2) *dioeceten. J.* 3) *cum Theodoro patricio et stratego Siciliae; cf. Theophanis chronogr. ed. de Boor I, 464. J.* 4) *Fastrada. J.*

regis nuntio, remisso, de Maginario (Sancti Dionysii) abbate, Iosepho diacono, Goteramno 788
ostiario, Liuderico comite, aliis regis nuntiis, interficiendis[1]. *(788. post Ian.)*

Cod. (LXXXVIII) fol. 82'–83'[a].
Edd. Gretser 88, Cenni 91, Jaffé 86. – Jaffé, Reg. 2463 (1893).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Nectareos suavissimosque precelsos regales apices vestros cum nimio cordis suscepimus amore. Quos reserantes reperientesque vestram regalem sospitatem simul spiritalis filiae nostrae, domnae reginae[2], vestraeque nobilissimae prole salutis prosperitate, magnas omnipotenti Deo referuimus grates, qui vobis per intercessionibus beati Petri apostoli, fautoris vestri, nobis velut inmeritis iugiter pro vobis exorantibus, indesinenter victorias ubique tribuet et omnia circa vos salubriter disponet, tam marcas[b] quamque confinia.

Magis quippe de subiectione Baiuariorum[3], sicut nempe prediximus et optavimus, ita et prestolantes audivimus de vestra precelsa regale in triumphis victoria.

Nempe quidem meminere credimus, qualiter vobis per anteriores nostras apostolicas emisimus syllabas[4] de Capuanis, qui ad nos venerunt per vestrum regalem adminiculum. Quatenus, dum ipsas nostras vobis emisissemus sillabas, post aliquantos dies prelatos Capuanos in confessione protectoris vestri, beati Petri apostolorum principis, iurare fecimus in fide eiusdem Dei apostoli et nostra atque vestrae regalis potentiae.

Et post actum sacramentum unus ex ipsis Capuanis, Gregorius presbiter, nobis repetiit secreti loqui asserens: 'Quia nullo modo iam quippiam celare possum, tale vobis prebente sacramentum'; et dum a nobis enucleatius sciscitatus fuisset, retulit nobis dicens: 'Quia dum domnus Carolus, magnus rex, preterito anno a Capuana urbe reversus fuisset, Arichis dux suus aput inperatorem, Deo sibi contrario, emisit missos, petens auxilium et honorem patriciatus una cum ducatu Neapolitano sub integritate, simul et suum cognatum[5] Athalgisum cum manu valida in adiutorium dirigendi, promittens ei, tam in tonsura[6] quam in vestibus usu Grecorum[c] perfrui sub eiusdem imperatoris dicione. Haec audiens autem imperator, emisit illi suos legatos, scilicet spatarios duos cum diucitin[d] [7] Siciliae[8], ferentes secum vestes auro textas, simul et spatam vel pectinae et forcipes patricium eum constituendi, sicut illi predictus Arichisus indui et tondi pollicitus fuerat, petentes Rumualdum eiusdem Arichigisi filium in obsidiatum. De vero Athalchisus eius cognato emisit ei dicens: 'Qui aput illum non dirigimus, sed eum dirigimus cum exercito in Tervisio aut Ravenna'.

83. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de arachiso duce beneventano: qui postquam rex carolus a capuana urbe revertisset, praedictus arigisus, Deo sibi contrari[o], apud imperatorem missos suos direxerat, petens auxilium et honorem patriciatus, cupiens fidem, quam pollicitus fuerat, irritam facere, promittens, se tam in tonsura quam in vestibus usu grecorum perfrui. b) marcus *V.* c) *corr. ex* gregorum *V.* d) dicit in *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Fastradae. J.* 3) *die 3. Oct. 787. facta; cf. Fragmentum annalium Chesnii: SS. I, 33. J.* 4) *ep. 82 supra p. 615. 616.* 5) *uxoris fratrem, Ital. 'cognato'; Athalberga enim Arigisi uxor et Athalgisus fuerunt filii Desiderii regis. J.* 6) *Cf. quod Erchempertus (Hist. Lang. Benevent. c. 4: SS. rer. Lang. p. 236) de Carolo rege et de Grimualdo a. 788. Beneventanorum duce instituto narrat:* prius eum sacramento huiusmodi vinxit, ut Langobardorum mentum tonderi faceret. 7) *Cf. supra p. 616 n. 2. J.* 8) *Theodoro patricio et stratego Siciliae; cf. supra p. 616 n. 3. J.*

788 Qui venientes[1] Dei nutu per suffragia apostolorum malignancium consilia dissipata repperierunt, eo quod Arichiso duce vel ipsius filio Rumualdo[a] defunctus invenerunt[2].

Et dum ibidem Salerno Atto fidelissimus vester missus fuisset, Beneventani ipsis Grecis minime recipere voluerunt, sed post reversionem predicti Attoni diaconi tunc eos terreno itinere a finibus Grecorum deferentes Salerno receperunt. Et cum Athalberga relicta Arichis seu optimatibus Beneventanis tribus diebus[3] persistentes consiliati sunt, suadentes ipsi Beneventani predictos missos Grecorum, dicentes: 'Quia nos aput regem Carolum emisimus[b] missos nostros, petentes ab eo Grimaldum ducem nostrum recipiendi; insuper et per Attonem diaconem, ipso nobis pollicente, rogum[4] emisimus, ut penitus eum ducem consequenter susciperemus. Sed propter hoc morari vos Neapolim convenit, dum usque ipso Grimualdo recipere possimus ducem; et, quod genitor eius Arigichisi minime valuit adinplere, Grimualdus eius filius, dum culmen genitoris sui adeptus fuerit, prorsus imperialem voluntatem cum omne dicione, sicut cum suo constitit genitore, in omnibus adimplemus, pariter nobiscum promissa explente'. Quapropter terreno[c] itinere usque Neapolim eos cum magno deduxaerunt honore; qui Neapolitani ipsos Grecos cum banda[5] et signa suscipientes[6]; ibidem degentibus, predicte[d] rei prestolantes adventum, non desinunt una cum Stephano episcopo et consentaneis[e] eius Neapolitanis adversa perpetrantes tractare; mittentes[f] ipsi Greci aput imperatorem, de obitu Arigisi filiique eius denunciantes; et ab eo exspectant consilium, quid agere debeant.

Sed in his omnibus, excellentissimae et a Deo protectae, dulcissime fili, sollertissime regalis potentia vestra niteat pertractari tam pro exaltatione spiritalis matris vestrae, sanctae Romane ecclesiae, nostraque salute, quamque, Domino protegente beatoque Petro[g] clavigero regni celorum presidiante, pro vestro invictissimo regno in triumphis securitate.

Porro et hoc, sicut ipse Gregorius presbiter Capuanus nobis innotuit, de fidelissimis missis vestris, scilicet Magenario religioso abbate seu Ioseph et Liuderico comite atque Gotteramno hostiario, qui, a Benevento reversi Spoletio, ideo exinde fugerunt, eo quod talem consilium Beneventani cum Neapolitanis et Sorrentinis atque Amalfitanis habuerunt: ut foris civitate Salernitana iuxta mare vestros missos applicare facerent et, nocte repentino cursu super eos ruentes Beneventani pariter cum Neapolitanis, illos interficerent; et postmodum proferre, quia Neapolitani, quasi super ipsos Beneventanos venientes, existimantes sese[h] Beneventanos, eos clam occiderent. Et prefati missi vestri, haec cognoscentes, coacti fugam arripuerunt, vestram exquirentes regalem inlusionem, quod, si ipsi missi vestri ivissent[i] Salerno, Neapolitani cum Amalfitanis et Surrentinis armati ibi absconsi fuerunt, ut inruerent cum Beneventanis super ipsos missos vestros occidendi. Quod nempe certi facti existimus[k]: omnia eorum nequam[l] consilia ad nihilum rediguntur, eo quod talem amplissimam fidem atque ex intimo corde dilectionis amore erga beatum Petrum principem apostolorum et nos vestram regalem potentiam omnino habere agnoscimus. Et idcirco omnia vobis, sicut ipso Dei apostolum[m] die noctuque petimus suggerentes, subiciuntur et vestris prefulgidis regalibus plantis substernuntur.

a) filiorum ualdo *V.* b) emisimisimus *V.* c) terroreno *V.* d) predicto *V.* e) constantineis *V.* f) mittestes *V.* g) *sequitur* que *erasum in V.* h) *an* esse? i) missi vestri ivissent *scripsit J pro* missi vestri missi *in V.* k) estismus *V.* l) neq; *V.* m) apst *V.*

1) *Acropolim ante d. 20. Ianuar. 788; cf. ep. 82 supra p. 616.* 2) *Rumualdus obiit die 21. Iulii 787., pater eius Arigisus d. 26. Aug. 787; cf. Chron. Salernitanum: SS. III, 483. J.* 3) *d. 20—22. Ianuar. 788; cf. ep. 82 supra p. 616.* 4) *rogationem. J.* 5) *bandum est vexillum. J.* 6) *Cf. ep. 82 supra p. 616:* cum signis et imaginibus eos suscipientes. *J.*

Nostra vero sospitate, ut inquirendum direxistis, Domino cooperante, vestram[a] 788 omnino instar agnoscentes salutem, valentes pro vobis non sinimus fundi preces, ut, in hoc mundo regni gubernacula multorum curricula fruentes annorum, et in etheriis arcibus una cum domna regina vestrisque nobilissimis sobolis sine fine regnari mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

84.

Hadrianus I. papa Carolo regi epistolis per Aruinum comitem et Roronem capellanum Bettonemque acceptis respondenti scribit, quantopere Grimualdus, Arigisi filius, Beneventum se invito dimissus Capuae glorietur, et res Italicas quaerenti Stephani Neapolitani et Campuli Caietani episcoporum de Athalgisi et Graecorum insidiis litteras mittit; ut copiae paratae sibi praesto sint, petit; nuntios eius nec de Rosellis Populonioque nec de Beneventana negione exsecutos esse mandata questus, rogat, legatos suos commendans, ut beato Petro satisfiat[1]. *(788.)*

Cod. (LXXXVI) fol. 81—82[a].

Edd. Gretser 86, Cenni 92, Jaffé 87. — Jaffé Reg. 2464 (1894).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, NOSTRO SPIRITALI COMPATRI, CAROLO[b] REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Nectareas nimisque mellifluas regalis excellentiae vestrae suscepimus sillabas: in quibus agnoscentes[2] vestrae sinceritatis salutem seu spiritalis filiae nostrae, domnae reginae[3], vestraeque praecelsae prolae et, quod erga fines vestros Christo propitio prospera esse cernuntur, magnas omnipotenti Deo referuimus grates[4], qui nos de vestro regali triumpho crebro letos efficitur.

De vero apostolicas syllabas nostras, quas vobis emisimus primum quidem per Aruinum comitem, postmodum vero per Roronem[c] et Bettonem[d] directas[5], et in vestris regales apicibus repperimus nobis exinde grates referri.

Prorsus nobis vestra regalis excellentia credere niteat, quia numquam voluimus, ut Grimualdus Arichis Beneventano remeasset, nullum alium nisi propter inimicorum vestrorum atque nostrorum machinationis insidias, sed verum etiam, sicut vestra promisit[e] nobis regalis excellentia, pro exaltatione atque defensione sanctae Dei ecclesiae et de vestro nostroque profectu. Quod vos, Domino opitulante et beato Petro apostolorum principi comitante, omnimodis illis creditis, cum summa virtutae agere; procul dubio in his credimus — qui opus quod cepistis pro exaltatione spiritalis matris vestrę, sanctae Romane ecclesiae, fine tenus perficitis, et magis magis per vestra laboriosa

---

a) ura *V.*

84. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continentur gratiarum actiones, et de rosellis et populonio et de civitatibus beneventanis vel de insidiis grecorum. b) corolo *V.* c) sororem *V.* d) bectonem *V.* e) promsit *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Cf. ep. 70 supra p. 600:* Nectareas mellifluasque regalis excellentiae vestrae ... suscepimus syllabas; in quibus ... reperientes *et infra n. 4.* 3) *Fastradae. J.* 4) *Cf. ep. 83 supra p. 617:* Nectareos ... regales apices vestros ... suscepimus ... Quos reserantes reperientesque vestram regalem sospitatem simul spiritalis filiae nostrae, domnae reginae, vestraeque nobilissimae prole salutis prosperitate, magnas omnipotenti Deo referuimus grates ...... continia. 5) *ep. 80 supra p. 611—614. J.*

788 certamina[a] exaltata manebit —, quia pro huiusmodi vestrum regalem nomen in libro aeternae[b] vitae adscriptum est[1].

Illud autem, quod nobis vestra intimavit excellentia: quicquid de istis partibus conpertum habuerimus, sub celeritate omnia vestrae regali excellentiae significari niteremur —: Emisit nobis Stephanus Neapolitanus episcopus[2] per suis apicibus, diaconia iuris sanctae nostrae ecclesiae sibi concedi, inter quibus embolim posuit, significante nobis pro nefandi Adalgiso[c], filio protervi Desiderii, et pro insidias Grecorum; simili modo et Campulus episcopus Kaetanus[d] per sua series ea ipsa nobis intimavit. Quatenus pro nimio vestri[e] amore eundem embolim atque epistolam infra posuimus.

Sed taliter vestra precellentia demandare atque disponere iubeat, ut exercita a vobis demandata, ut nobis direxistis, preparata existant et, ubi nobis necessae fuerit, celeriter occurrere satagant.

Repperimus quidem in ipsis vestris apicibus embolim: quia de civitatibus partibus Beneventanis, quibus beato Petro apostolo et nobis devota obtulistis mentae, de Rosellas, de Populonio Aruino duci iussistis, qualiter cum ceteris fidelibus vestris missis ita omnia complere debeant, sicut Deo placeat et beato Petro apostolo et nobis; propterea in his pro vestra benivola excellentia non sinimus divinam exorare clementiam. Sed quid missis vestris contigit? Vestra noluerunt adinplere pro huiusmodi iussa neque de Rosellas et Populonio neque partibus Beneventanis. Unde Crescentium[f] et Adrianum duces cum fidelissimis missis vestris partibus Beneventanis dereximus, vestra regalia suscipientes vota; sed nulla alia illis tradere voluerunt nisi episcopia, monasteria et curtes puplicas, simul claves de civitatibus sine hominibus, et ipsi homines[g] in eorum potestate introeuntes exeuntes manere. Et quomodo nos sine hominibus civitates illas habere potuerimus, si habitatores earum adversus eas machinarentur? Nos quippe, in eorum libertate permanentes, sicut ceteris[h] civitatibus partibus Tusciae, donis vestris regere et gubernare eos cupimus, omnem eorum habentes legem[3].

Unde petimus vestram excellentiam, ut nullus hominum sit, qui vestra sacra vota inpediri valeat, et ne meliorem faciatis Grimualdum filium Aragisi quam fautori vestro, beato Petro clavigero regni celorum, eo quod ipse Grimualdus in Capua, presentes missis vestris, laudabat se dicente[i]: 'Quia domnus rex precepit, ut, qui voluerit homo meus esse tam magnus quam minor, sine dubio esse tam meus quam vel cuius voluerit'. Qui, ut nostris evenit auribus, optimates Grecorum, in Neapolim sedentes, insultantes fremebant dicentes: 'Deo gratias, quia eorum promissa ad nihilum sunt redacta'; sed eorum cachinnas subsannationes pro nichilo reputamus, quamvis ipsi Greci referebant, quia missi apostolici iam duas vicis sine effectu reversi sunt.

Ecce enim huiusmodi re emittimus in servitio beati Petri apostoli cum vestris fidelissimis missis nostris, qui vobis omnia liquidius sugerere debeant. Et quesumus, ut taliter eos pro hac causa disponere iubeatis, ut fautor vester, beatus Petrus apostolus, secundum vestram sacram oblationem suscipiat effectum, ut hic et in futuro una cum domna regina[4] vestraque nobilissima prole existat retributor.

Incolomem[k] excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) certaminia *V.* b) aetenae *V.* c) adadalgiso *V.* d) *corr. ex* kalletanus *V.* e) *corr. ex* vestro *V.* f) crescentib; *V.* g) et ipsi homines et ipsi homines *V.* h) sicut eteris sicut ceteris *V.* i) dicentes *V.* k) incomē *V.*

1) *Cf. supra p. 538 n. 4.* 2) *De quo cf. ep. 82 supra p. 616.* 3) *Cf. supra p. 613 et Martens, Die Römische Frage p. 193 n. 1.* 4) *Fastrada. J.*

85.

Hadrianus I. papa Carolo regi, qui iuxta commemoratorium ab Ermenberto presbytero allatum dixerit, se ad Leonem Ravennatem archiepiscopum eligendum Huebaldum aliosque delegasse, exponit, apud reges Francorum non esse morem mittendi, qui eligendis Ravennatibus archiepiscopis intersint; sed addit, se praeter ceteros patriciatum eius colere[1]. *(788. 789.)* 788.789

Cod. (LXXI) fol. 70—70'[a].
Edd. Gretser 71, Cenni 93, Jaffé 88. — Jaffé, Reg. 2467 (1895).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Directus a vestra insigne regale precellentia, videlicet Ermenbertus religiosus presbiter, inter responsionis suae verba obtulit nobis commemoratorium, ut asserebat, vestre excellentiae exaratum, scilicet de electione episcoporum Ravennatis ecclesiae: quia, quando Sergius archiepiscopus obiit[2], in electione Leonis archiepiscopi fuerunt missi vestri, Hucbaldus vel pares sui.

In hoc enim omnino valde vestram excellentiam meminere credimus, quia, quando predictus Sergius archiepiscopus obiit, per suam arrogantiam Michaelius presumtor invadere ausus fuit ecclesiam Ravennatem et, per auxilium Desiderii sevissimi regis ipsam enormiter invadens, ecclesiam diu detinebat, et a suo proprio rectore destituta atque viduata manebat. Tunc ad decessorem[b] nostrum sanctae recordationis, domnum Stephanum[3] papam predictus Hucbaldus a vestra directus[c] regale excellentia pro ceteris causis ab eodem prelato domno Stephano papa per vestrum a Deo roboratum regale adminiculum Ravennam missus est, eundem prefatum Michaelium invasorem ex ipsa Ravennatis ecclesia expellendum et hic Roma tamquam transgressorem sacrorum canonum deferendum[4].

Nam nos nullo modo meminimus: neque a predecessoribus[d] nostris, sanctis pontificibus, neque a sanctae recordationis precellentissimi genitoris vestri, domni Pippini, magni regis, neque a vestra in triumphis regali victoria missum ad electionem Ravenne[e] directum esse tam in electione Iohannis[5] archiepiscopi quam in electione Gratiosi archiepiscopi eiusdem. Sed dum de hac luce contigisset migrari archiepiscopum civitatis Ravennantium, olitana tradicio clerus et pleps consistens sedis apostolice petebant inmutilata doctrina: quatenus, una concordia, una eademque voluntas unoque consilio conglobati, apostolicam suscipientes admonitionem, talem sibi eligerent pastorem, qui nec a sacris canonibus respueretur nec ullo extra capitulo possit obsistere; qui cum iocunditate, decreti omnium manibus subscriptione roboratum, ad nostrae apostolicae sedes occurrebant, proprium sibi antestitem consecrandum; sicut et nunc[6] canonicae factum est.

---

85. a) *Lemmati est vacuum spatium relictum.* b) decessore *V.* c) direc *V.* d) depredecessoribus *V.* e) reuenne *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *die 25. Aug. 769. Diem enim (8. Kal. Sept.) affert Rubeus, Hist. Rav. p. 227; annus autem intelligitur ex Vita Stephani III. (Lib. pont. ed. Duchesne p. 477). J.* 3) *III. J.* 4) *Sed cf. Vitam Stephani III. (Lib. pont. ed. Duchesne p. 477. 478):* tunc dum missi excellentissimi Caruli regis Francorum et patricii Romanorum praesentaliter adessent *(Ravennae),* dirigens hisdem beatissimus praesul *(Stephanus)* suos missos denuo, tam praedictos Francorum missos quamque omnes Ravinianos ammonendo, statim insurrexerunt super ipsum Michelium et eum cum obprobrio de ipso episcopio proicierunt. Quem vinctum hic Romam dirigentes *etc. J.* 5) *VII. J.* 6) *in eligendo et consecrando Gratiosi successore; cuius quidem Gratiosi obitus ad d. 23. Febr. a. 788. vel 789. refertur; cf. Agnelli Lib. pont. c. 166 (SS. rer. Lang. p. 386 n. 2). J.*

787-791 Sed his omnibus vestram suadentes regalem excellentiam quaesumus[a], ut linguas[b] dolosas, quae adversus sanctam Romanam catholicam et apostolicam ecclesiam garrire simulant, procul dubio longe a vobis respuantur, et nullo modo labiis iniquis et dolosis credere iubeatis; quia, sicut in commonitorium illud referebatur, pro honore vestri patriciati[1] nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestra regale excellentia decertari molietur exaltatione quam nostra apostolica assidue deprecatio. Et sicut in nostris precordiis nisibus totis ubique super omnes honoravimus et honoramus, ita amplius quam amplius honorem regni[c] vestri precellere omnibus, qui in mundo esse noscuntur, optamus. Veruntamen et de ipsa benivolentia, que in vestro gerimus culmen honoris, in universo intonuit mundo; sicut nempe omnibus patet, quia die noctuque in confessione fautoris vestri, beati Petri, non sinimus fundere[d] preces, ut, una cum domna regina[2] vestraque precelsa[e] prole aevis temporibus in hoc mundo victores regnantes, in vita eterna sine fine regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

86.

Hadrianus I. papa Carolo regi nuntiat, ad voluntatem eius se praecepisse, ut negotiatores Venetici ex agris Ravennati et Pentapolensi expellerentur, et supplicat, ut ecclesiae Ravennatis possessiones a Garamanno duce occupatas reddi iubeat[3].

(787—791.)

Cod. (LXXXIV) fol. 79a.

Edd. Gretser 84, Cenni 83, Jaffé 94. — Jaffé, Reg. 2480 (1881).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Ad aures clementissimae regalis excellentiae vestrae intimantes innotescimus, quia, dum vestra regalis[b] in triumphis victoria precipiendum emisit, ut a partibus Ravennae seu Pentapoliis expellerentur Venetici ad negotiandum, nos ilico partibus illis emisimus, vestram adinplentes regalem voluntatem; insuper et ad archiepiscopum praecipiendum direximus, ut, in quolibet territorio nostro iure sanctae Ravennate ecclesiae ipsi Venetici presidia atque possessiones[c] haberent, omnino eos exinde expelleret et sicuti ecclesiae suae iura manibus suis tenere.

Quid autem contigit Garamanno duci[4]? Subito inruit super predia et possessiones sanctae Ravennatae ecclesiae nostris territoriis sitae et non solum eas occupavit, sed et omnes fruges a predicta abstulit ecclesia seu et de aliis piis locis. Nos quippe statim eum adhortari studuimus, ut, si fideles vester exstitisset, ipsas possessiones piorum locorum reddere prorsus non omitteret, quia et iure ecclesiae Ravennantium seu et aliorum piorum locorum esse videntur et nostris territoriis sitae existunt; ille

a) qs *V.* b) lingus *V.* c) ita amplius honorem quam amplius regni *V.* d) funde *V.* e) precellesa *V.*

86. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de veneticis, ut de ravenna seu pentapoli expellerentur, nec non et de garamanno duce, qui rebus vel possessionibus ravennatis eclesiae violenter invasisset vel exspoliasset. b) regis *V.* c) posesisiones *V.*

1) *Cf. supra p. 621 n. 4. J.* 2) *Fastrada. J.* 3) *De tempore quo haec ep. data est cf. Harnack, Das karol. und das byzant. Reich p. 32 n. 2; cf. supra p. 591 n. 1.* 4) *de quo v. ep. 88 infra p. 624. J.*

vero nullo modo recordavit neque ipsas possessiones reddere voluit, sed inliciter eas 784-791 detinere conatus. Quapropter poscentes vestram in triumphis regalem potentiam quaesumus, ut pro amore fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, nostroque paternae dilectionis talia illi agere non sinatis: sed per vestram clemmentissimam regalem preceptionem eum exinde expellere omnino dignemini, ut et nostra territoria per vestram regalem tuitionem intacta permaneant et, quicquit infra ipsa territoria esse noscuntur, inrefragabiliter a piorum locorum possessa eorum iura fruantur; quemadmodum vestra in triumphis victoria una cum domna regina [1] vestraque nobilissima prole hic et in futuro sine fine regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

87.

Hadrianus I. papa Carolum regem rogat, ut monasterium sancti Hilarii Galliatense in tuitionem suscipiat eique omnia ablata restitui iubeat, monasterii nuntios commendans [2]. *(784—791.)*

Cod. (LXXIV) fol. 73—73' [a].

Edd. Gretser 74, Cenni 80, Jaffé 90. — Jaffé, Reg. 2471 (1877).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI CONPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Novimus regalis excellentiae vestrae benignitati pro Domini amore atque beati Petri apostolorum principis, a quo meritis praeclara est dignitate ditata [b] ecclesia, et sicut amatrix [c] iustitiae unicuique suffragiis inpertire.

Quatinus petentes quaesumus, ut pro eiusdem [d] beati Petri, fautoris [e] vestri, amore nostraque paterna dilectione, sicut solita est vestra profulgida regalis potentia piorum locorum sollicitudine restaurationis iuvamina ferri, ita et in subiectis [f] monasteriis [g] spiritalis matris vestrae, sanctae nostrae Romanae ecclesiae, quibus a vestra vibrantissima regali in triumphis precellentia concessi atque offerti sunt: scilicet monasterium sancti Ilarii confessoris Christi, qui positus est [h] in Calligata [3], una cum hospitales, qui per calles Alpium siti sunt, pro peregrinorum susceptione, poscimus, ut a nulla magna parvaque persona qualibet invasione atbrachium [4] pati vestrę eximia sinat clementia, sed in omnibus pro monachorum Deo gerentibus laudibus atque susceptione peregrinorum iustitia illic conservare, sicut solita est, dignetur; et invasionem, quam Gudibrandus dux civitatis Florentinae in eodem monasterio ingerit, in curte quodam Sasantino, territorio scilicet Florentino, arripiens ex ea inliciter plura peculia [5], quae illi minime pertinent abstollenda, emendare iubemini; simulque terras, quas ex ipsa curte plures homines sine ratione abstulerunt, reddere vestra a Deo inspirata regalis potentia faciat: et pro amore eiusdem regni caelorum clavicularii et nostro prefati

---

87. a) *Lemma:* item exemplar epistolae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de monasterio sancti hilarii confessoris in calligata; seu hospitales, qui per calles alpium siti sunt iu susceptione peregrinorum, ut a nulla magna parvaque persona invadere siniret. b) dītata *V.* c) amatris *V.* d) eidem *V.* e) factoris *V.* f) iebiectis *V.* g) momonasteriis *V.* h) positus est *scripsit J pro* pōs *in V.*

1) *Fastrada. J.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 3) *Galliata. J.* 4) *impetum; cf. Ducange, Gloss. Lat. sub verbo 'brachium'.* 5) *pecudes. J.*

784-791 monasterii missis, mitissimo vultu ac benignissima hilaritate eos suscipientes, iustitias, quas a vobis petierint, clementissime, sicut soliti estis, suscipientes effectum, ut, dignae pro ipsis monachis seu peregrinorum susceptione suscipientes mercedem, potius valeamus in confessione ianitoris regni caelorum pro vobis filiaque nostra, domna regina[1], vestraque triumphatorissima prole divinam exorare clementiam, ut, hic aevis temporibus regni gubernacula fruentes, in aetheriis arcibus consortes cum ipso Christi confessore beato Hilario effecti inveniamini.

Incolomem excelentiam vestram gratia superna custodiat.

88.

Hadrianus I. papa Carolo regi significat, monente Garamanno duce, nuntio eius, Iohannem monachum debita poena liberatum esse; episcopos et presbyteros uti armis vetat et ostenta Iohanni monacho facta regem secutus improbat[2]. (784—791.)

Cod. (LXXVII) fol. 75—76[a].

Edd. Gretser 77, Cenni 79, Jaffé 91. — Jaffé, Reg. 2472 (1876).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Orthodoxe fidei plenissimos atque nectareos vestrae a Deo promotae regalis excellentiae suscepimus affatus. Quos reserantes[b], vestram a Deo promotam salutem ac[c] in triumphis victorias seu precellentissimae filiae nostrae, domnae reginae[3], vestrisque precellentissimis filiis atque nostris vestrisque fidelibus sospitatem simulque sinceritatem reperientes, magnae omnipotentis Dei clementiae referuimus grates.

Ilud autem, quod nobis vestra innotuit regalis potentia per suum fidelissimum missum, scilicet Garamannum gloriosum ducem, pro Iohanne monacho atque presbitero — qui, sicuti in vestris referebatur regalis apicibus, de captivatione hominum et de aliis inlicitis causis, quae a pravis perpetrantur hominibus, vobis enuntiasset, ut Deo propitio per vestrum precelsum regalem dispositum corrigerentur vel emendarentur — quemadmodum nobis poposcit regalis potentia, libenti eum suscepimus animo, solito in omnibus vestris accommodantes votis.

Talem prorsus scimus vestram regalem excellentiam, quia in his nullius ambigit monitione: quia, Domino coopitulante beatoque apostolorum principe Petro pro[d] ipsa semper suffragante[e], veram predicationem orthodoxe fidei, quam ab eius suscepit ecclesia, inlesam atque inmobilem tenens ultroque inreprehensibilem, sine macula vibrans exultat atque in omnibus penitus fulget et non desinit emendare sevos atque iniquos callidosque homines ab inlicitis actibus queruntur[f], sed et captivos in sua propria reverti crebris fecit diebus.

88. a) *Lemma et ante epistolam (a) scriptum et post (b) repetitum (sed hic initio ampliatum his verbis:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur*)*: de episcopis[aa] vel presbiteris, ut non militarem[bb] induerent arma, sed[cc] spiritalem, id est ieiuniis et orationibus vacarent; seu de venalitate vel captivatione hominum vel aliis inlicitis causis, quae[dd] a pravis hominibus[ee] perpetrata erant, seu de vesione[ff] iohannis monachi, quae falsa vel inanis esse videbatur. b) seserantes *V.* c) at *V.* d) *bis scr. V.* e) suffragiante *V.* f) *an* que geruntur *?*

aa) episcopiscopis *Vb.* bb) militatem *Va.* cc) et *Vb.* dd) que *Vb.* ee) homibus *Va.* ff) visione *Vb.*

1) *Fastrada. J.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 3) *Fastradae. J.*

Fatus quippe est nobis prelatus Iohannes monachus, quia dixisset vobis, ut omnis episcopus spiritalem teneret armam et non terrenam. Quatenus, si ita est, quia militaris induunt arma, hortantes vestrae notescimus a Deo protectam regalem excellentiam, ut nullo modo sic fieri permittat; sed, quos secum[a] in quolibet deferri cupit loco, tam episcopos quam presbiteros, horthodoxae fidei galeamque salutis induti arma, orationibus vacare gnaviter studeant, ut, cuncto populo ea, quae pro salute anime sunt, seu aeternam vitam adipisci predicantes eorumque confessionem suscipientes, inreprehensibileter sacerdotalem gerant officium; ceteri vero episcopi atque presbiteri in eorum degentes ecclesiis, canonice unusquisque per vestrum regale robustissimum presidium suum valeant regere populum a Deo sibi commissum.

781-791 — Cf. Isai. 59, 17.

Porro de revelatione[b] eiusdem Iohannis monachi, sicut eius referebat locutio, vere fantasma[c] esse existimatur. Dicebat enim, quia[d] vidit primis in somnis caelos apertos et dexteram Dei; deinde vidit[e] postmodum somnium aliud: turrem magnam et descendentes[f] angelos; inter quibus vidit speciem hominis, alas habentes aquile, mortuumque essentem, et aliam speciem hominis, alas habentem columbe vivae et dicentem: 'Quia hic est fides[g] christiana[h]'. Absit enim a fidelium cordibus, ut fides christianorum mortua esse predicetur. Nos enim speciem, aquile alas habentem, sicut a sanctis suscepimus patribus, Iohannem evangelistam[1] testamur, qui secreta caelestia hominibus predicat: 'In principio erat verbum' et cetera; in specie vero columbe spiritus sanctus visus est; nam numquam legimus speciem hominis alas columbe indutum. Quapropter nimis vestram laudantes firmissimam atque laudabilem fidem, in hoc cognovimus[i], quia vos fantassma[k] ipsas reputastis visiones.

Ioh. 1, 1. Cf. Matth. 3, 16.

In eo quod nobis pro eo vestra poposcit regalis potentia, ut[l] nequaquam a nobis condemnatus, anathematizatus vel flagellatus fuisset, neque aliquam atversitatem ei facere debuissemus: quatenus, in his omnibus vestram accommodantes regalem petitionem, in quantum necesse fuit, ipsum ammonuimus monachum atque in proprium suum locum inlesum absolvimus. Nam, si vestrum illi non profuisset regale adminiculum, ecclesiasticam illi disciplinam canonice inferentes sicuti monacho giryllo[2], a nobis correctus et emendatus, monachicam regulam illi demonstrare inreprehensibiliter habuissemus. Ob nimium[m] vero amorem vestrum cum magna patientia atque benignitate susceptus commonitusque ultro citroque divinis preceptis in pace absolutus est.

Vestram regalem excellentiam una cum filia nostra, precellentissima domna regina, vestraque precelsa prole multorum annorum curriculis regni gubernacula perfrui divina faciat[n] clementia, ut in hoc mundo super omnes barbaras regnantes nationes[3] in ethereis[o] arcibus sine fine cum sanctis omnibus regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

a) sequm *V.* b) revatione *V.* c) m *ex* s *corr. V.* d) quia vidit *scripsit J pro* quidit *in V.* e) *bis scr. V.* f) descentes *V.* g) filius *V.* h) xpp.ana *V.* i) *sequitur* o *in V.* k) m *ex* a *incepta scr. V.* l) et *V.* m) nium *V.* n) iaciat *V.* o) etheres *V.*

1) *Cf. Apocal. 4, 7:* et quartum animal simile aquilae volanti *et Berengaudi expositionem in apocalypsin (S. Ambrosii opp. Parisiis 1690, II append. p. 516):* ab antiquioribus nobis traditum est, ut per leonem Marcum intelligeremus ... per aquilam volantem Iohannem. *J.* 2) *an gyrovago? Cf. Regul. s. Benedicti cap. 1:* Quartum vero genus est monachorum, quod nominatur gyrovagum, qui ... hospitantur semper vagi et numquam stabiles et propriis voluptatibus et gulae illecebris servientes et per omnia deteriores Sarabaitis; *cap. 23:* Si quis frater contumax ... vel in aliquo contrarius exsistens sanctae regulae ... repertus fuerit, hic ... admoneatur ...; si non emendaverit, obiurgetur publice ...; si vero neque sic correxerit, ... excommunicationi subiaceat; si autem improbus est, vindictae corporali subdatur. *J.* 3) *Cf. supra p. 498 n. 1.*

89.

784-791 *Hadrianus I. papa Carolo regi respondet, quod nunc per Huchertum (Cabilonensem) episcopum petat, sacramentarium Gregorianum iam pridem, rogante Paulo grammatico, per Iohannem Ravennatem abbatem ad eum missum esse*[1]. *(784—791.)*

Cod. (LXXXII) fol. 78[a].

Edd. Gretser 82, Cenni 98, Jaffé 92. — Jaffé, Reg. 2473 (1900).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Iter peragratum annectens limina beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli, reverentissimus et sanctissimus Hucbertus episcopus[2], desiderii sua vota adimplens, obtulit nobis praefulgidos eximiosque vestros in triumphis regales affatus. Quos cum nimio cordis amore reserantes atque relegentes, repperimus in eis vestram vibrantissimam ac mellifluam nobis destinatam salutem, sed, nimirum quod potius molem desiderantes prestolabamus, de vestra praecelsa regali in triumphis victoria atque sospitate, immo et cunctorum vestrum fidelium prosperitate pariterque et de profectu atque exaltatione spiritalis matris vestrae, sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae, in ipsis vestris regalibus[b] mellifluisque speculantes apicibus. In his omnibus noster relevatus est animus, redemptori mundi referuimus grates, pręcipuae satagentes in confessione clavigeri regni caelorum, fautoris vestri, beati Petri apostolorum principis, non sinimus crebro subpliciter divinam pro vobis exorare clementiam. Tantam quippe de vestra regali clementiam fiduciam utimur, quia, nos sive silentium sive poscentibus, pro profectu atque exaltatione spiritalis matris vestrae, sanctae Romanae ecclesiae, non sinitis decertari, ut, per vestra laboriosa certamina magis magisque permanens inrefragabiliter congrue exaltata, dignum vestrum adscriptum in libro vitae caelestis regalem memorialem[3] prorsus in sęculum seculi credere nitimini.

De sacramentorio[4] vero a sancto disposito prędecessori nostro, deifluo Gregorio papa: immixtum vobis emitteremus, iam pridem Paulus grammaticus[5] a nobis eum pro vobis petente secundum sanctae nostrae ecclesiae tradicionem, per Iohannem monachum atque abbatem civitatis Ravennantium vestrae regali emisimus excellentiae.

Quatenus, obtantes pro vestra regali invictissima excellentia, eundem Dei apostolum vestrumque protectorem poscentes quaesumus, ut, semper ubique vos comitante, victores super omnes barbaras nationes efficiat[6] et una cum domna spiritali filia nostra, excellentissima regina[7], vestraeque prosapiae nobilissima prole longiori in hoc regnantes mundo in vitam aeternam cum sanctis omnibus regnari[c] sine fine eius interventionibus faciat.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

89. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur gratiarum actiones seu benedictiones pro exaltatione sanctae dei eeclaesiae, et de sa|cra|mentorio expositum a sancto gregorio[aa] inmixtum, quatenus ei domnus rex poposcerat, per iohannem monachum atque abbatem civitatis ravennantium misirat. b) regib; *V.* c) regneri *V.*

aa) gregrorio *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 214.* 3) *Cf. supra p. 538 n. 4.* 4) *s. Libro sacramentorum (S. Gregorii opp. ed. Benedictini III, 1—240).* 5) *Hunc Paulum 'grammaticum' eundem esse, qui alias 'Diaconus' cognominatur, censent Ewald (Neues Archiv III, 440. 441. 474), Waitz (SS. rer. Lang. p. 603), Dümmler (Poet. Carol. I, 30 n. 3; cf. p. 625).* 6) *Cf. supra p. 498 n. 1.* 7) *Fastrada.*

90.

Hadrianus I. papa Carolo regi Constantinum et Paulum duces de perfidia falso accusatos defendit Paulumque ad eum missum commendat. 784-791 *(784—791.)*

Cod. (LXXXIII) fol. 78'[a].
Edd. Gretser 83, Cenni 94, Jaffé 93. — Jaffé, Reg. 2474 (1896).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALE CONPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Ut reor, dici non potest, quantum erga vestram a Deo concessam in triumphis potentiam atque regalem precellentiam noster ex intimo cordes existit amor. Et ideo non sinimus nostros vestrosque fideles crebro vestrae commendari ample regali clementiae.

Quapropter, venientes nostris apostolicis optutibus representandi[b], scilicet[c] Constantinus seu Paulus ducibus, nostris vestrisque fideles, cum nimio merore cordis intimaverunt nobis, quod auditum illis fuisset, vestrae regali potentiae a perversis hominibus gratis accusatos. Et dum nimis eos fideles erga beati Petri apostolorum principis vestri nostrique servitium agnoscentes, idcirco unum ex illis, scilicet Paulum gloriosum[d] ducem, apud vestram triumphatorissimam regalem potentiam gratuito absolvimus animo; sed nimis petentes poscimus vestram[e] a Deo institutam precellentiam, ut, sicut vester amor[f] nostrum conplexus auxilium[g], ita eum benigne suscipere iubeamini et familiarem in vestram regalem potentiam commendatum habere dignemini.

Meminere enim credimus vestram regalem excellentiam, qualiter in aula fautoris vestri, beati Petri apostoli, praefatum Constantinum atque Romanum nobis commendare dignati estis, confirmantes procul dubio, ut nostri vestrique essent fideles. Quibus nempe subditos cum omni humilitate fideliter servantes vobis nobisque reperuimus: numquam in eorum vacillantes fide, sed proni in vestro nostroque servitio et amore semper manentes. Qui dum in omnibus eis vestras regales accomodaveritis[h] aures et ipsum prefatum Paulum gloriosum ducem regalem tuitionem circumvallatum aminiculum, fructum boni operis per eum suscipientes bonitatis effectum, ante beati Petri principis apostolorum corpus divinam pro vobis atque spiritali filia nostra, excellentissima[i] domna regina[2], vestraque nobilissima prole exorare valeamus clementiam, ut longiori aevo in hoc mundo regni gubernaculo fruentes in vitam aeternam cum sanctis omnibus sine fine regnari mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

90. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de constantino seu pa[u]lo[aa] ducibus ipsius apostolici, qui apud prefatum regem a perversis hominibus gratis accusati fuerant, ut unum ex ipsis, scilicet paulum, eius obtutibus praesentandum miserat, postulans, ut benigne eum suscipere dignaretur. b) reprehend *corr. in* represend *V.* c) *bis scr. V.* d) glorioriosum *V.* e) ur͠a *V.* f) *sequitur* cor *in V; sequitur* circa *in G.* g) axiliū *V.* h) accomaduveritis *corr. in* accomadoveritis *V.* i) cellentissima *V.*

aa) u *add. manus recens in V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Fastrada. J.*

91.

784-791 *Hadrianus I. papa Carolo regi scribit, Erminbertum Bituricensem episcopum missum, sicut mandasset, archiepiscopum constitutum et pallio decoratum esse*[3].

(784—791.)

Cod. (LXXXVII) fol. 82—82'[a].
Edd. Gretser 87, Cenni 86, Jaffé 95. — Jaffé, Reg. 2475 (1887).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Directus a regali potentia vestra reverentissimus et sanctissimus vir, scilicet Erminbertus episcopus, nostrisque adpresentatus apostolicis aspectibus, obtulit nobis precelsae excellentiae vestrae sagacissimos atque honorabiles regalis affatos. Quos cum nimio amplectentes[b] amore, regi regum, in cuius potestate sunt omnia regna mundi, gratias egimus, qui nos de vestra inclita sospitate letos crebro efficitur, eo quod per huius mundi regni celestium magis ambire atque hereditare concedit per beatum Petrum apostolorum principem, de sevitia adversariorum triumphantes.

Repperimus quippe in ipsis regales affatibus vestris, ut prelato Ermenberto episcopo palleo sacerdotalibus infulis decorato[c] apostolice auctoritatis concederemus, quia civitas metropolis in Aquitania videtur esse patria, que Bituricas nuncupatur, ubi nunc prefatus venerabilis vir preesse dinoscitur curamque pastoralem devotus exercere videtur.

Quatenus, ignorantes, si canonice provinciae partibus illis iam ordinate tam a predecessoribus[d] nostris quamque a nobis fuisset, enucleacius eum indagari[e] curavimus; nec usurpationis locus aliquid sacerdotes in alterius concedatur. Qui prefatus sanctissimus vir nobis confessus est, ut sub nullius archiepiscopi iurisdicione esse videretur.

Quapropter pro nimio vestro regali ex intimo cordis amore predicto Ermenberto a nostra apostolica sacratissima sede atque auctoritate archiepiscopus constitutus in metropolitanam civitatem, quae Bituricas cognominatur, sicut dudum mos extitit, sub iure sanctae recordationis[f] ecclesiae degente usu pallii concessimus fruendi.

Et ideo quesumus, ut per vestrum precelsum regalem amminiculum ministerium sibi commissum dignae sibi valeat canonicae dispensare, sacerdotali moderamine suscipiente effectum. Qui, dum plebe sibi concessa ab insidiatoribus inconvulsa atque intacta permanserit simulque a vestro regali culmine tuta fuerit, ab ipso clavigero regni celorum, beato Petro apostolo, dignam mereamini suscipere retribucionem, ut una cum excellentissima et spiritali filia, domna regina[1], vestrosque precelsos suboles redemptor omnium Dominus longo ac prospero senio amplius exaltati regni gubernacula[g] faciat perfrui et vitam ęternam pariter vobis tribuat possidendam.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna[h] custodiat.

91. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur gratiarum actiones pro exaltatione sanctae dei ecclesiae, et de ho|no|re pallii sacerdotalis concessi ermenberti episcopi. b) amplectes *V.* c) *add.* ex *manus recens in V*; ex *om. G.* d) depresoribus *V.* e) indegari *V.* f) *sic. J.* g) gubernaculi *V.* h) *bis scr. V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Fastrada. J.*

92.

Hadrianus I. papa Carolo regi nuntianti, mendacem esse rumorem: se ab Offa rege Merciorum de removendo Hadriano papa admonitum esse, respondet, sese fabellam hanc neque audiisse nec, si audiisset, crediturum fuisse legatosque Offae regis a Carolo commendatos benigne accepisse[1]. *(784—791.)* 784-791

Cod. (LXXXIX) fol. 83'—84'[a].

Edd. Gretser 89, Cenni 95, Jaffé 96. — Jaffé, Reg. 2476 (1897).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE[b] SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Sagacissimos nectareosque a vestra precipua regali in triumphis potentia[c] directos suos suscepimus liquidos affatos. Quos cum nimis solito reserantes amore, ea, que iugiter prestolabamur, agnosci prius conceperimus, scilicet de inclita sospitate atque prosperitate vestra simulque spiritalis filiae nostrae, domne reginae[2], tam de precellentissima vestra regale prole quam de cuncta eius fidelissima familiaritate. Sicut enim a vestra regali clementia fertur, quia magnum habet desiderium, ut frequenter per nostros apostolicos apices aut per missum, qualiter erga nos esse decernitur, intimaremur, ita potius crebris nos adsiduae sistimus desideriis, inhianter audire tam per vestram regalem exarationem quam per precipuum vestrum missum de vestra in triumphis victoria atque prosperitate, immo prefate domne reginae simulque vestris nobilis subolis pariterque cunctis fidelissimis vestris subiectis sinceritate atque incolomitate. Nempe quidem credere dignemini, quia nullo modo nostra apostolica sinunt suffragia in confessione beati Petri clavigeri regni celorum divinam pro vobis exorari clementiam; quia prorsus cerciores sumus, quod non desinit vestra prerectissima regalis benivolentia pro exaltatione matres suae, sanctae Romane ecclesiae, quae est caput omnium ecclesiarum, et nostra apostolica paterna prosperitate penitus annisu tractari, sicut olim[d] sanctae recordacionis genitoris sui, domni Pippini, almi regis, normam suscepit: quia, sicut cepit, fine tenus immutilate perfecit; cuius adepti doctrina celsiorem per suffragiis apostolorum et nostris assiduis intervencionibus vestra in omnibus existit regalis potentia.

Porro in ipsis regales apicibus vestris referebatur, quod Offa gentis Anglorum rex[3] vestrae direxisset regali excellentiae significandum indiculum, ut aliqui emuli vestri ac sui ad nostra apostolica vestigia indicarent, quod idem Offa rex vobis suggereret, ut per suam videlicet adhortationem[e] atque suasionem nos a sede sancta dignitatis nostrae, quod absit, eicere deberemini et alium ibidem de gente vestra institueremini rectorem; quod valde nefandissimum ac contrarium in oculis vestris apparuit scriptum; et hoc omnino falsum esse a vestra excellentia pro certissimae dinoscitur, quia nec ipse Offa hanc hortationem minime vobis fecit et nullatenus in corde aliter ascendit, nisi ut paternitas nostra per Dei misericordiam eius temporibus sanctam Dei ecclesiam regere et gubernare valeat, ad profectum videlicet omnium christianorum.

---

92. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de missis offae regis anglorum, qui simul cum missis praefati regis caroli roma properarent, et qualiter praedictus papa ipsos missos anglorum honorabiliter suscepisset, quemadmodum ei praedictus rex carolus per suos legatos mandaverat, seu et de aliis capitulis. b) filioque nostro *V.* c) potenticia *V.* d) *sequitur* a *erasa in V.* e) atbortationē *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Fastradae. J.* 3) *rex Merciorum 757—796. J.*

[784-791] Quibus nos omnino procul dubio de vestra regali potentia freti[a] existimus, quia erga[b] nostram apostolicam paternitatem eius benivola atque inexpugnabilis orthodoxaque[c] fides, fervens in spiritu sancto quasi ignis ardens, precellens manebit, et nullo modo antiqui hostis versutia in qualibet heresi[d] concutere eam valebit contra [Sap. 7, 26.] catholicam apostolicamque orthodoxam fidem, sed sicut speculum sine macula eiusdem[e] orthodoxae fidei nostrȩque summe sedis verax fulgens defensor vibrantissimae in evo manebit.

Prelate vero inluvies assertiones, quas fateri aut dici nefas est, Offae regis, nos usque actenus talia minime audivimus, sed neque nunc audientes credidimus: qui talia, si etiam, ut absit, paganus fuisset, perpetrare cogitasset? Quanto magis — a predecessoribus suis regibus semper subiecti in oboedientia atque fideli amore sanctis predecessoribus nostris pontificibus et nobis existentes — hec inaudita versucia incredibilis a nobis existimatur.

[Rom. 8, 31; Ps. 117, 6.] Attamen 'si Deus pro nobis, quis contra nos?' 'Dominus mihi adiutor est; non [Ps. 26, 1.] timebo, quid faciat mihi homo'; et iterum: 'Dominus inluminatio mea et salus mea; [Cf. Matth. 15, 13.] quem timebo? Dominus defensor[f] vite meae; a quo trepidabo?' Omnis[g] enim plan- [Ioh. 1, 3.] tatio, quam pater caelestis plantabit, nullus eradicare[h] valebit, quia 'omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil'. Nos quippe, vel inmeriti sedem apostolorum adepti, vice beati Petri principis apostolorum suscipientes ac tenentes[i] atque cuncto populo christiano nobis a Deo commisso regentes, non ab hominibus neque per hominem electi sumus, sed per Iesum Christum dominum nostrum vocati: in evangelio eius predistinati sumus, sicut vas electionis, beatus Paulus apostolus, docuit: [Rom. 8, 29. 30.] 'Quos prescivit, et predistinavit; quos praedistinavit, hos et vocavit; quos vocavit, hos et elegit; quos elegit, hos et glorificavit'. Et iterum beatus Iacobus apostolus instruit [Iac. 1, 17. 18.] et docet: 'Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum, aput quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio; volun- [Cf. Ezech. 3, 9.] tariae genuit nos verbo veritatis'. Et idcirco, velut[k] adamantem et silicem propheticum confirmantes sermonem, nihil metuentes, non sinimus divinum verbum gentibus [Ezech. 3, 17.] predicare, sicut scriptum est: 'Speculatorem dedi te domui Israel; et audiens de ore meo verbum, adnunciabis eis ex me'; beati enim Petri clavigeri regni celorum precepta censuentes, predicari non sinimus regibus ac populis verbum veritatis atque vitae.

Pro cuius amore una cum fidelissimos missos vestros, ut nobis[l] direxistis, predicti Offe regis missos libenti animo suscipientes, congrue hilari vultu super eos pro vestra inclita excellentia respeximus, eorum explentes vota, quemadmodum gratias vestrae a Deo promotae regali in triumphis potentiae referri valeant, quia solite nos vestrae satagimus adinpleri, sicuti et vos nostrae voluntati. Quibus usque in finem perfectae observantes, divina vos huius mundi regni gubernacula aevis temporibus una cum domna regina[1] vestrisque nobilissimis filiis faciat perfrui maiestas et in perpetuum cum sanctis omnibus triumphantes gaudere.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

---

a) steti *V.* b) er *V.* c) q; *erasum in V.* d) *corr. ex* heresim *V*; heresim *G.* e) eidem *V.* f) defersor *V.* g) omni *V.* h) eredicare *V.* i) actenus *corr. in* actenuntes *V*; ac tenufites *G.* k) voluit *V.* l) uobis *V.*

1) *Fastrada.*

93.

Hadrianus I. papa Carolum regem hortatur, videat, ne Langobardorum episcopi de dioecesium finibus inter se confligant neve, qui monachicam vestem sumpserint, matrimonia ineant, filiae Ermenaldi causam proponens[1]. 784-791 *(784—791.)*

Cod. (XCIV) fol. 87'—88'[a].

Edd. Gretser 94, Cenni 96, Jaffé 97. — Jaffé, Reg. 2477 (1898).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM ATQUE PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Si in rebus secularibus suum cuique ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis disposicionibus nulla debet induci confusio, ne ibi discordia locum inveniat, unde pacis debent procedere; quod hac veneratione servabitur, si nihil potestati, sed totum aequitati tribuitur.

Perlatum siquidem ad nos est, eo quod Langobardorum episcopi alter alterutrum invadentes opponunt periculum, simulque ecclesiastica[b] statuta enormiter deposcentes conantur invadere et, aliorum partes inliciter detinentes, in pristino errore perseverare moliuntur. Olim quippe eorum gens in errore existens vestrae a Deo protectae regali potentiae servata est a talis malignis et infidelibus actis emendari, ut, unde gloriosiores[c] ceteris regibus eminetis, inde omnipotenti Domino, 'qui dat salutem regibus', perfectius placeatis et fidem, quam catholice et apostolicae per beatum Petrum apostolorum principem eiusque vicarium orthodoxae venerantes colitis, adiutricem in omnibus habere mereamini[2]. Ps. 143, 10. Quapropter poscentes vestrae a Deo promote regali excellentiae quaesumus, ut, eorum errorem contemnentes, canonicae unusquisque suae diocesis sacerdotali moderamine tenere atque disponere officio ecclesiastico valeat et, sicut terminos seculares per territoriis existunt atque in iudicio sub iure civitatis et dicionibus actoribus disponuntur, ita eiusdem[d] civitatis ecclesiae episcopo diocesis adque parrochiae esse non omittantur, ut, dum unusquisque episcopus per instituta sanctorum canonum atque predecessorum nostrorum, pontificum sanctorum[e], privilegiorum sanccionum iura receperint, eorum parrochiae adque diocesis consignandum, simul omni sacerdotali officii ministrandum, digne valeant per vestra a Deo instituta regali in triumphis ampla victoria precellentia fundi preces.

Porro et hoc vestram suegerentes regali excellentia, innotescimus errorem illum, qui inter eadem gente Langobardorum callide regnari in stupris et spurcicias diaboli non desinit. Semel quippe Deo se voventes et veste fusca monachico habitu induentes, iterum retrorsum revertentes, quod dici nefas est, saecularibus[f] vestibus circumferentes, inlicito copulari matrimonio perhibentur. Quatenus pro hoc sepius ammonuimus, per Guntfridum et aliis gasindis vestris epistolas dirigentes Raginaldo et Raginbaldo, ut tam detestabilem[g] stuprum devitarent; sed, ipsi nolentes adquiescere, per eorum contumatiam filia Ermenaldi monachico habitu circumdata suo nepoti nomine Nazario diabolica versutia[h] copulavit, et nostris apostolicis adortationibus adsensum

93. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de diocesis vel parrochiis episcoporum partibus italiae atque tusciae, quas alterutrum invadentes, et de veste monachica, quam contra sanctos canones relinquentes, iterum secularibus vestibus induebant et sibi inlicito matrimonio sociabant. b) ecclesiasti *V.* c) gloriosiofes *V.* d) eidem *V.* e) sacorū *V.* f) saecularibis *V.* g) detestabilitatem *V.* h) se *excidisse videtur J.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Minoribus litteris expressa etiam in ep. 6 supra p. 488. 489 leguntur.*

784-791 tribuere noluerunt et, eorum adimplentes iniqua praesumtione, ministri diaboli effecti sunt; et plures in Italia eorum imitari exempla[a] non desinunt.

Prorsus nempe freti existimus, quia pro hoc canonicis dispositionibus vestrum a Deo protectam regalem culmen inagnitum non esse credimus, qualiter de talia tetra conubia vetantes gladii ancipitis eorum sanctionibus feriuntur; et idcirco petimus, ut nostris vestrisque temporibus canonice omni christiano populo nobis a Deo commisso tale inlicitum scelus emendetur, ut pro hoc vos amplius dignos cultores omnipotentis Domini demonstretis, quemadmodum ab omni errore christiano populo eruto valeat
Ps. 19, 10. cum propheta clamare: 'Domine, salvum fac regem et exaudi nos in die, qua invo-
Ps. 20, 1. caverimus te', quia crebro 'in virtute tua letatur et super salutare tuum exultat vehementer' et, fidem sanctae catholicae et apostolice Romane ecclesiae amplectens, in aevo sine errore astruens cum sanctis omnibus permanebit. Nosque in hoc ovantes et gratias omnipotente Domino referentes eiusque divinam exorantes clementiam pro vobis[b], ut regni gubernacula longiori aevo una cum domna regina[1] vestrisque precellentissimis subolis fruentes in aetheriis arcibus sine[c] fine regnare mereamini.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

94.

Hadrianus I. papa Caroli regis litteris per Berneradum (Senonensem) episcopum et Radonem (Sancti Vedasti) abbatem acceptis respondet de fide mutua servata, de Langobardorum episcopis arrogantibus reprimendis, de Ermenaldi filia contumaci, de simonia in Italiae partibus restringenda, de quibusdam Ravennatibus et Pentapolensibus denuo sibi petenti tradendis, de nuntiis non accipiendis nisi epistola munitis; legatos suos commendat[2].

(790—791.)

Cod. (LXXXV) fol. 79—81[a].
Edd. Gretser 85, Cenni 97, Jaffé 98. — Jaffé, Reg. 2478 (1899).

DOMINO EXCELENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI[b] COMPATRI, CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Quanto amoris annisu pro vestro a Deo promoto, ampliato regno fervescimus, tantum in eius prefulgida regali dulcedine firma stabilitatis constantia permanemus. Quanta enim iocunditatis leticia erga vestris triumphis regalis potentiis cor nostrum exultat, si sermonibus promere voluerimus, nulla, ut[c] opinor, scripture propagata sufficere valebit series, neque ullus sermo explicari potest, qualiter, de vestras immensas victorias atque sospitate crebro prestolantes nuntiis, die noctuque penitus divinam pro vestra regali precellentia exoramus clementiam.

Quatenus regales nectareosque vestros per fidelissimos missos suscipientes affatos, scilicet reverentissimum et sanctissimum[d] Berneradum episcopum[3] nec non Radonem dilectissimum protonotarium vestrum atque abbatem[4], repperimus in eos: vestris praecelsis memoriis pariterque filiae nostrae, domnae reginae[5], vestraeque nobilissimi prole simulque omni populo vobis a Deo commisso nostris meminerimus orationibus. Freta

---

a) expla *V.* b) *sequitur* us *erasum in V.* c) fine *V.*

94. a) *Lemma:* item exemplar epistolae eiusdem papae ad domnum carolum regem directa, in qua continetur de parrochiis episcoporum et de eorum sacratione et de honore patriciatus domni regis et alia capitula. b) spirita *V.* c) aut *V.* d) scantissimum *V.*

1) *Fastrada; cf. ep. 94 infra. J.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 3) *archiepiscopum Senonensem cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 334.* 4) *Cf. Simson Jahrb. II, 545: a. 790 abbas creatus est.* 5) *Fastradae. J.*

prorsus quippe existat vestra a Deo promota regalis precellentia, quia inmensas pro vobis in confessione beati Petri, fautoris vestri, iugiter totis viribus nostris apostolicis suffragiis[a] ingementes fundimus preces, ut, ubique ipse princeps apostolorum vobis committantae, omnium adversantium colla sub vestris prosternat pedibus. 790-791

De nostra vero prosperitate, quam ut promitis gratissimam atque ineffabilem habere letitiam, sanctaeque spiritalis matris vestrae, Romane ecclesiae, sospitate[b] redundante — nam si aliter, quod absit, evenerit, sine vestra difficile est manere tristitia — nempe in his certi sumus, quia amat anima amante se et dilectio conpagatus[c] nec dirimari umquam quisspiam valebit, eo quod vestra prosperitate nostra sospitate vestra credimus esse in evo iocunditate[1]. Et dum iniqui ac procaces, qui adversus matrem vestram, sanctam Romanam ecclesiam, perverse moliebantur perpetrari[d], Domino cooperante caelorumque clavigero suffragante, per vestra laboriosa certamina demoliti ad nichilum redacti sunt, in veritate conperimus, quia, ut vestra regalis potentia depromsit, inlesa cum felicitatis gaudio permanens elevata exultat: scriptum quippe est: 'Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'. Matth. 24, 13.

De cuncta vero, qui per legatos et epistolas nostras vestra cognovit excellentia et ex parte per nostros respondit missos, in quibus et ore fari predixit, liquidius nobis omnia innotescentes, solito more benignae atque amabiliter eos audientes, accomodavimus aures; et singillatim reddimus congruum aptumque responsum.

Repperimus quippe in ipsis regales apicibus vestris: nil pro deminutione sanctae Romanae ecclesiae ac apostolatus nostri, sed magis pro exaltatione et honore ministeriique[e] nostri servanda rectetudine, vestra inquid excellentia, petensque, nullatenus iniquo ori ad eius mendatium preberemus adsensum, quia nec terrenarum facultatum ambicio vel qualibet[f] seductio hominum vos aliquando ab ea, quae beato Petro apostolo polliciti estis, separare[g] poterit, sed neque a nostra caritate vel firma dilectione. Procul dubio scimus vestram regalem potentiam, quia non pro deminoratione, sed semper pro exaltatione spiritalis matris vestrae, sanctae Romanę ecclesiae, decertastis, et in omnem gentem divulgata, fine tenus dedita atque exaltata manebit. Potius autem nos quaesumus vestram regalem excellentiam, ut nullatenus ad subdolosum hominem adque mendacem, sicut fertis, prebeatis adsensum: qui si talem adversus nos mentiens inventus fuerit, nostris apostolicis obtutibus una cum missum vestrum dirigere[h] dignemini: et si mendax aparuerit, secundum suis perversis meritis puniatur. Sicut polliciti estis claviculario regni caelorum beato Petro, ita persistere dignemini, quia nostra promissio inmutilata atque inconcussa sine quolibet manebit dolo.

Illud autem, quod fertis, in nostris apicibus[2] repperissetis: pro dioceses Langobardorum episcopi alter alterius invadentes, inliciter tenentes, in pristino[i] permanerent errore, omnino, sicut vobis placabile est, secundum canonum instituta emendari conamur, quia, alterutrum arripere anhelantes parrochia, in periurii reatum incurrunt: Langobardorum regum terminos atque censura servantes, procul observationis canonum in eorum transgressionem habentes et iurgia atque discordia gignentes, in molem incedunt errores. Idcirco apostolica previdimus auctoritate, ut, sicut canonicae in decretis eorum consistunt et quando a nobis ordinantur, olitana consuetudo proclamatur: Clerus et plebs consistens ecclesiae civitatis illius elegerunt sibi episcopum illum[3], sic parrochia eiusdem civitatis pre manibus teneat. Et si eorum decreta[k]

a) fuffagiis V. b) sospe V. c) conpagat' V. d) perpetari V. e) misteriique V. f) *corr. in* quaelibet *manus recens in* V. g) separere V. h) dirige V. i) pistrino V. k) *add.* s *manus recens in* V.

1) *Cf. supra p. 509 n. 2.* 2) *Cf. ep. 93 supra p. 631. 632. J.* 3) *In Ordine Romano VIII (cap. II, 8) ap. Mabillon, Mus. Ital. II, 88 leguntur haec:* Dumque introductus fuerit *(episcopus con-*

790-791 atque nostrae apostolicae ordinationis in scriptis canonicae promatur atque statuitur, cur non eiusdem[a] civitatis territoria[b], ubi ordinatus est, habeat in integro parrochia sua? Sed, terminos antiquorum[c] patrum transgredientes, eorum conantur inmoderatione atque inperita adinplere voluntate, iudicio sibi canonum committentes.

De vero filia Ermenaldi[1], quae, vestae mutata, iterum postergum reversa, inlicito sortita est matrimonio, nostris directa, ut perhibuistis, obtutibus canonicae iudicandi, prorsus minime ad nos properavit. Nos, omnium ecclesiarum pastorali cura habentes, divina predicari precepta non sinimus.

Immo de consecrationis vitio, quod partibus Italiae, Tusciae, heresis simoniaca fieri multisque locis non sinitur, etiam et Ravennantium ecclesiae civitatis, sicut missi vestri ut fertis vobis retulerunt, assolet fieri; unde multa pecunia[d] per talem nefandam dationem alienata esse cernuntur, ut, aurum et argentum iam non habentes, etiam ipsas res eclesiarum per emphyteuseos[e] manu conscriptas existant alienatas, et per nefandam dationem afflicta et depopulata esse cernuntur. Absit enim a nobis, ut super tales viros, veritate conperta[f], manus consecrationis inponeremus; sed nec audiendum aures inclinaremur, etiamsi qualibet nobis potestas tales acanonistos[2] viros poposcisset consecrari, quia nunquam nos in qualibet electione nobis subiectis invenimus nec invenire habemus, sed neque vestra excellentia optamus in talia recumbere; sed, qualis a clero et plebi cunctoque populo electus canonice fuerit, et nullus sit qui eum sacro obsit ordinae, solita tradicione ordinamus. Nos quippe, cum subscriptione decreti a cuncto populo roboratum electum suscipientes[3], et ne videremur viduata morari ecclesia a proprio rectore, sicut canonum instituta censuerunt, nostris apostolicis praesentiis ipsum deducentes electum, enucleatius eum de singulis indagantes capitulis, singillatim orthodoxae fidei atque divinorum voluminum interrogamus haberi peritiam. Et postquam nobis fidelem responsionem edixerit ceterisque olitanis capitulis, quae a sacerdotibus cavendi sunt, mundum se esse perhiberit[g], maximae de erese simoniaca obtestantes sciscitamus: 'Vide, ne aliquam promissionem cuiquam aut dationem fecisses, quia simoniacum et contra canones est'; et, dum coram omnibus a nobis interrogatur, respondit: 'Absit' et nos inquid: 'Tu videris; et si conscii[h] sunt, capiti eorum respiciat periculum'[4]. Unde simili modo sub iusiurandum in scriptis respondent, numquam se aliquid accepturos de manus inpositionis[5]. Quanta enim auctoritate[i] beato Petro apostolorum principi eiusque sacratissimae sedi concessa est, cuiquam non ambigimus ignorari, utpotae quae de omnibus eclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam liceat de eius iudicari iudicio; quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedis beati Petri apostoli ius habebit solvendi; per quos[6] ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nihil umquam a suo capitae dissideret.

---

a) eidem *V.* b) territoritoa *V.* c) antiquuorum *V.* d) cunia *V.* e) emphyteureos, *sequitur locus rasus in V.* f) conparta *V.* g) perhiberis *V.* h) concii *V.* i) actoritate *V.*

secrandus), vocet eum domnus apostolicus: 'Cleros et plebs consentiens civitatis tal. cum adiacentibus parrochiis suis elegerunt sibi illum talem — diaconum vel presbyterum — episcopum consecrari'. *J.*

1) *Cf. supra p. 631. J.* 2) *non canonicos, canonum spretores. J.* 3) *In Ordine Romano VIII (cap. II, 5) l. l. p. 86 sunt haec:* Dum a civitate et loco episcopus fuerit defunctus, a populo civitatis eligitur alius; et fiet a sacerdotibus clero et populo decretus, et veniunt ad domnum apostolicum. *J.* 4) *In ordine Romano VIII (cap. II, 6 et 7) l. l. p. 87 sic est:* Domnus apostolicus dicit: 'Videte, fratres, ne aliquam promissionem fecisset vobis; scitis, quod simoniacum et contra canones est'. Respondet 'Absit a nobis'. — Item interrogatur *(episcopus consecrandus)* a domno apostolico, si aliquam dationem aut promissionem fecisset; respondet: 'Absit'. *J.* 5) *Cf. Cautionem episcopi: Libri diurni form. 74 (ed. ab Sickel p. 74). J.* 6) per quos — dissideret *provenerunt ex Dionysii Exigui coll. can., Decret. Leonis I. papae cap. 41 (Codex canonum, Lutetiae 1609 p. 472). J.*

Interea repperimus in ipsis regales apicibus vestris exaratum, sicut preterito[a] anno vobis direximus, pro hominibus Ravinianis et Pentapolenses, de quos scripsimus, ut eos nobis dirigi[1], sicut Beneventano duci fecistis; et, ut fertis, de parte apostolatus nostri nihil mali, sed magis quae bona sunt retulerunt; sed neque eis neque quolibet homini nullatenus in nostra adversitate praeberemini consensum, sed statim, si tales repperissetis, et hominem et causam ad nostrum iudicium mitteremini. Nos ab inicio et usque in finem talem erga vestram regalem excellentiam habemus fiduciam, quia pro nullo terreno homini ab amore et caritate beati Petri apostolorum principis nostraque dilectione, ut polliciti estis, recceditis, quia et nos in ea, quam vobis polliciti sumus, fide usque in finem permanemus. Ipsi vero Raviniani et Pentapolenses ceterique homines, qui sine nostra absolutione ad vos veniunt, fastu superbiae elati, nostris se ad iustitias faciendum contemnunt[b] mandatis et nulla dicione, sicut a vobis beato Petro apostolo et nobis concessa est, habere dignantur; tamen fidelissimi vestri prefati missi viderunt ipsos Ravinianos, quos nobis praesentaverunt, qualiter nobis in superbia existerunt. Sed quaesumus vestram regalem potentiam: nullam novitatem in holocaustum, quod beato Petro sanctae recordationis genitor vester optulit et vestra excellentia amplius confirmavit, inponere satagat, quia, ut fati estis, honor patriciatus vestri a nobis inrefragabiliter conservatur[2] etiam et plus amplius honorificae honoratur, simili modo ipsum patriciatum beati Petri[3] fautoris vestri tam a sanctae recordacionis domni Pippini, magni regis, genitoris vestri, in scriptis in integro concessum et a vobis amplius confirmatum inrefragabili iure permaneat. 790-791

Sicut enim vestra regalis excellentia in suis referuit apicibus: minime ei contrarium videretur, quicumque de episcopis aut comitibus seu ceteris hominibus partibus vestris aut nostra iussione conplendi sivae propria voluntate ad nos venire voluerint; sed nec non nostrae paternitati displicere rectum est, qualiscumque ex nostris aut pro salutationis causa aut querendi iustitiam ad vos properaverint. Nihil durius vobis exinde apparet; sed, sicut vestris hominibus sine vestra absolutione ad limina apostolorum neque ad nos coniungunt, ita et nostri homines, qui aput vos venire cupiunt, cum nostra absolutione et epistola veniant; quia, sicut nos semper vestris hominibus suscipientes commonemus, ut in vera fide et servitio[c] atque puritate cordis totis eorum viribus in vestro manerent servitio, ita et vos simili[d] modo, quicumque ex nostris hominibus ad vos evenerit, eos omnino obtestare atque commonere, sicut vestrae regali prudentia concaedet, quaesumus; ut, sicut genitor vester sanctae recordationis domnus Pippinus, magnus rex, eos beato Petro eiusque vicario concessit et demum excellentia[e] confirmavit, sic ammonere atque obtestare iubeamini, ut nullo modo audeant se in superbiam elationis abstollere, quare aput vos properaverunt, sed potius subiecti atque humiles in servitio beati Petri et nostrae preceptionis maneant subiecti. Et hortates eos: Quia omnino a servicio et dicione beati Petri eiusque sedis vicario numquam vos subtrahimus[f]; sed in ea fide et puritate, quam polliciti sumus beato Petro apostolo, usque in finem saeculi permanemus. Qui si tales reperti fuerunt, a vestra excellentia simulque a nobis maneant correpti.

Et hoc pariter poscimus vestrae a Deo protectae regali potentiae: ut fidelissimi nostri missi vestrique prefati missi pro amore Dei et beati Petri apostolorum principis

a) peterito *V.* b) comtemnunt *V.* c) servạtio *V.* d) simoli *V.* e) vestra *excidisse videtur J.* f) subtrabimus *V.*

1) *Cf. etiam ep. 75 supra p. 506. J.* 2) *Cf. ep. 85 supra p. 622:* sicut in commonitorium illud referebatur, pro honore vestri patriciati nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestra regale excellentia decertari molietur exaltatione, quam nostra apostolica assidue deprecatio. *J.*
3) *Quid de hoc beati Petri patriciatu censendum sit, exposuit Abel-Simson (Jahrbücher I, 174 n. 2).*

785-791 nostraeque dilectionis eos ultro citroque fovere atque commendatos habere dignemini. quia nimis erga presidiatorem et protectorem vestrum, beatum Petrum apostolorum principem, et nos fideles repperimus. Et ideo petimus, ut amplius per vestrum regale adminiculum, nobis poscentibus, elevati atque exaltati pro nostro amore in vestro prefulgido regno existunt, quia, [quantum][a] capud totius mundi sanctam Romanam [ecclesiam][b] eiusque rectorem simulque antestitem amplectendo honorabili terque glorificando vestra divinitus preordinata summa excellentia diligit, tantum eam beatus Petrus apostolorum princeps una cum domna filia nostra excellentissima regina[1] vestrisque nobilissimis subolis et hic longiori aevo regni gubernaculo perfrui et in futuro inconcussa facit soliditate victricae gaudere.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

95.

Hadrianus I. papa edoctus, Egilam a Wilchario (Senonensi) archiepiscopo (Illiberitanum?) episcopum consecratum et in Hispaniam missum errores Migentii praedicare aliosque episcopos Elipandum Ascaricumque sequi, episcopos Hispaniae hortatur, ut rectam Romanae ecclesiae doctrinam amplectantur, patrum testimonia afferens; addit de Paschate celebrando, de pecudum sanguine edendo, de praedestinatione et libero arbitrio, de vitanda iudaeorum et paganorum communione, de canonibus et decretalibus servandis[2].

(785—791.)

Cod. (XCVII) fol. 91'—96[a].

Edd. Gretser 97, Cenni 82, Jaffé 99. — Jaffé, Reg. 2479 (1880).

HADRIANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTISSIMIS NOBIS OMNIBUS ORTHODOXIS[b] EPISCOPIS PER UNIVERSAM SPANIAM COMMORANTIBUS.

Institutio[3] universalis nascentis ecclesiae [de][c] beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen eius et summa consistit; ex eius enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias, religionis[d] iam crescente cultura, fonte manavit. Nicenae synodi non aliud precepta testantur, adeo ut non aliquid super eam[e] ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri; omnia

---

a) *om. V.* b) *add. Lambecius J.*

95. a) *Lemma:* item exemplar epistolae hadriani papae, directae omnibus episcopis per universam spaniam commorantibus, maxime tamen eliphando vel ascarico cum eorum consentaneis, pro heresia[aa] vel blasphemium, quod filium[bb] dei adoptivum nominant, cum multis capitulis sanctorum patrum eos reprehendens; nec non et de pascali festivitate seu et de sanguine pecodum et suillum et sanguine suffocato, quem in errore predicantes dicunt: ut, qui eis non ederit, rudis et ineruditus est, quos sub anathematis vinculo obligatos et ab eclesia extraneos dicit; similiter et de predistinatione dei, quod, si quis ad bonum predistinatus esset, contra malum resistere necesse illi non erat, si vero ad malum natus, bonum illi exercere nihil proderit, pro quo capitulo apostolicis adhortationibus eos castigans; nec non et de hoc, quia communem vitam cum iudeis et non baptizatis[cc] paganis tam in escis quam et in potis seu et in diversis erroribus nihil pollui se inquiunt; nec non et de filiabus eorum, quas populo gentili tradent, vel de sacrationibus eorum seu et de mulieribus, quae vivente viro sibi maritum sortiuntur, simulque et de libertate arbitrii vel alia multa, quod enumerare longum est, eos castigans cum sanctorum patrum tradicionibus. b) orthoxis *V.* c) *om. V.* d) regionis *V.* e) eum *V.*

aa) *huscusque litterae rubrae et quae vocantur capitales in V.* bb) fidelium *V.* cc) *corr. ex* paptizatis *V.*

1) *Fastrada. J.* 2) *Cf. supra p. 591 n. 1. Epistolas tres in Hispaniam missas (95. 96. 97) in eum ordinem, quem recepimus, redigendas esse, docet Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands II, 254 n. 4.* 3) Institutio — ceperit esse compage *descripta sunt ex Bonifatii I. papae epistola ad Thessaliae episcopos data: Jaffé, Reg. 364 (147). J.*

denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut capud 785-791 suorum certum est esse membrorum, a qua se quisquis abscidit, fit christianę religionis extorris, cum in eadem non ceperit esse conpage.

Audivimus quippe, quod quidam[a] episcoporum partibus vestris degentibus, apostolicae sedis doctrinae contemptores[b], contra Romanam et[c] orthodoxam fidei tradicionem novas introducere nituntur hereses, pretermittentes vas electionis, beati Pauli Cf. Act. 9, 15. apostoli, sententiam, quae ait: 'Si quis vobis evangelizaverit, preter quod evangeli- Gal. 1, 9. zatum habuistis, anathema sit'. Quapropter exultantibus animis confidentius orthodoxam fidem vestram incitamus[d], ut ab omni pestis incursu pectora[e] vestra sapienter intemerata servetis et recte fidei doctrinam, quam a sancta nostra catholica et apostolica[f] olim predecessores vestri a sanctis nostris predecessoribus susceperunt, usque in finem defensare atque observare nihilominus satagimini, quoniam, 'qui perseveraverit Matth. 24, 13. usque in finem, hic salvus erit'. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, si in unitate fidei nostrae perseveraveritis, vobiscum sumus, tantum ut sit auxiliante Domino constantia perseverans, dicente apostolo: 'Vobis enim datum est pro Christo, Philipp. 1, 29. non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro ipso patiamini'.

Dudum vero, quod Wilcharius archiepiscopus Galliarum suggessit nobis pro quodam[g] Egila, ut eum episcopum consecraret, valde nimisque eum in fide catholica et in moribus atque actibus laudans, ut consecratus vestris partibus emitteretur[h] predicandum[1]: nos vero predicti Wilcharii archiepiscopi petitione credentes, consuete illi licentiam tribuimus, ut canonice eum examinante, quatenus, si post discussionem et veram examinationem rectum et catholicum eum invenisset, episcopum ordinaret; et nullam quamlibet alienam sedem ambiret vel usurparet, sed solummodo animarum lucra Deo offerri — quia una cum Iohanne presbitero partibus vestris venientes — quod peius est, ut eius fama in auribus nostris sonuit — non recte illa Egila predicat; sed erroribus quidam Mingentii[2] magistri sui sequens, extra catholicam disciplinam, ut fertur, conatur docere; et alia plura capitula, quae absque norma ecclesiastica alios suaderi videntur. Quod si ita est, vestra fidelissima dilectio, qui normam et disciplinam sanctae nostrae Romanae ecclaesiae consequitur, ullo modo eorum insaniam credere vel sequere studeat, quia procul dubio minimae vos credimus sanctae Romanae ecclesiae ignorare disciplinam, sed potius ammonentes ad veram et orthodoxam fidem eos reducere studeamini.

Porro et de partibus vestris pervenit ad nos lugubre capitulum, quod quidam episcopi ibidem degentes, videlicet Eliphandus[3] et Ascaricus[4], cum aliis eorum consentaneis, filium Dei adoptivum confiteri non erubescunt, quod nullus, quamlibet heresiarcha, talem blasphemiam ausus est oblatrare nisi perfidus ille Nestorius, qui purum hominem Dei confessus est filium. Quapropter ullo modo eorum serpentinum venenum in qualibet parte vestram subripiat vel coinquinet dilectionem; sed, sanctorum principum apostolorum Petri ac Pauli divinam tenentes confessionem atque eorum sanctae catholicae et apostolicae Romane ecclesiae sequentes tradicionem pariterque precipuorum ac catholicorum probabilium patrum docmata amplectentes, firmi et stabiles atque immobiles et inconcussi una nobiscum in eorum luculenta traditione

a) quod quidam *scr. J pro* quodam *in V.* b) contemptos *V.* c) romanam et *erasa sunt in V.* d) incidamus *V.* e) peccora *V.* f) sede *sive* ecclesia *excidisse videtur J.* g) quidam *V.* h) emitteret *V.*

1) *Illiberitanus episcopus fuisse fertur; cf. Florez, España sagrada XII, 167. J.* 2) *sive Migetii, qui, tres personas corporeas statuens, docuit, patris personam esse Davidem, filii Iesum a Nazareth, spiritus sancti Paulum apostolum; cf. Enhueberi dissertationem: Alcuini opp. (ed. Frobenius) I, 955 (J) et Hauck, Kirchengeschichte II, 251—254.* 3) *episcopus Toletanus, cuius doctrina anno 785. emanarit; cf. Frobenii dissertationem: Alcuini opp. I, 924 (J) et Hauck, Kirchengeschichte II, 259 n. 6.* 4) *de quo cf. Elipandi episcopi ad Fidelem abbatem epistolam: Alcuini opp. II, 587. 590. J.*

785-791 perseverare inrefragabiliter et incunctanter nitimini, in primis[a] confessionem beati
Matth. 16, 16. Petri principis apostolorum atque clavigeri regni celorum tenentes, qui ait: 'Tu es Christus, filius Dei vivi'; deinde vas electionis, beati Pauli apostoli, subposterium[1]
Rom. 8, 32. fidei, qui inquit: 'Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum'. Et si ipsi principes apostolorum filium Dei vivi et proprium confessi sunt, quomodo oblatrantes auttumant heretici filium Dei adoptivum dicere? Quo solo auditu omnis christianus gemens pavescit.

Unde beatus Athanasius Alexandrinus episcopus, antiquus et egregius predicator de divina incarnatione verbi, consonante sanctae primae synodo quae in Nicea, infra cetera ait[2]: Si quis vero adversus divinam scripturam dicet, alium dicens filium Dei et alium, qui ex Maria, hominem secundum gratiam adoptatum, sicut vos quatenus esse duos filios, unum secundum naturam filium Dei, qui ex Deo, et unum secundum gratiam, qui ex Maria hominem; et si quis domini nostri carnem de surso dicet[b] et non ex virgine Maria aut mutatam deitatem in carne et confusam aut alienatam aut passibilem domini deitatem aut in adorata domini nostri carne sicut hominis et non adorandam sicut homini et Dei carnem, hunc anathematizat catholica et apostolica
Gal. 1, 9. ecclesia, consentiente divino apostolo et dicente: 'Si quis vobis evangelizaverit, preter quod suscepistis, anathema sit'.

Sed et beatus Gregorius Nazanzenus, qui et deiloquus, scribens ad Cledonium infra cetera inquid[3]: Si quis duos introducit filios, unum quidem qui ex Deo et patre, secundum
Cf. Eph. 1, 5. vero qui ex matre, et non unum et eundem, et adoptionis excidat, quę promissa est his [qui][c] recte credunt. Naturę vero duae, Deus et homo; nam et anima et corpus; filii vero non duo neque dii;
Cf. 2. Cor. 4, 16; neque enim hic duo homines, quamvis Paulus quod interius hominis [et][c] exterius appellavit. Si
Eph. 3, 16. oportet continuo dicit, alium et alium, ex quibus salvator — sive non quod et ipsum invisibilem visibili et sine tempore quae sub tempore — non alius et alius; absit. Utraque unum vero. Et infra[4]: Si quis ex operibus perfectis aut post babtisma aut post ex mortuis[d] resurrectionem adoptionem dignus est dicit, si quos pagani prescriptos introducunt, anathema sit.

Unde precipuus Amphilochius Iconii episcopus in sermone suo in sancta epyphania[e] nos docuit: Nunc in spiritu sancto propter adoptionis gratiam; inpossibile enim, te accipere autoritatem adoptionis et clamare[f]: 'Abba pater', nisi signante adoptionis spiritu; et post pauca: Nisi ille passus fuisset servi forma, ullo modo tu gloriam adoptionis lucrares; et post modicum: Diligite imperiale donum; capite adoptionis dignitatem.

Sed et beatus Gregorius Miseni episcopus[5] super Matheum disponens ita ait: Si vero pacificus es, adoptionis gratia coronaris.

Quatenus et beatus Iohannes Constantinopolitanus episcopus, qui et Chrisostomus, ad neofphitos[6] scribens instruit: 'Benedictus Deus', iterum dicamus, 'qui facit mirabilia solus, qui facit universa et convertit universa!' Ecce libertatis serenitate[g] perfruuntur, qui tenebantur ante captivi; et cives ecclesiae sunt, qui fuerant in peregrinationis errore; et iustitiae in sorte versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim sunt tantum liberi sed et sancti, non tantum sancti sed et iusti, non solum iusti sed et filii, nec solum filii sed heredes, non solum heredes sed et fratres Christi, nec tantum fratres Christi sed coheredes, non tantum coheredes sed et membra, non membra tantum sed et templum, nec tantum templum sed et organa spiritus. Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus! Vides, quod sunt baptismatis largitates? Sed multis quidem videtur caelestem gratiam in peccatorum remissione tantum consistere; nos autem honores conputavimus decem. Hac de causa etiam infantulos baptizamus, [ut][h] non sint coinquinati peccato, ut eis detur sanctitas, iustitia, adoptio, hereditas, fraternitas Christi, ut eius membra sint omnes, ut spiritus inhabitatio fiant[i]. Item idem ipse super Iohannem evangelistam docuit: Non enim inutilis fias erga beneficum neque contrariis retribuere, qui tibi fontem beatitudinis donavit; ubi enim adoptionis

---

a) in pri *V.* b) dexit *V.* c) *om. V.* d) mortui *V.* e) ephyphania *V.* f) et clamare *scr. J pro* anclamante *in V.* g) serenitatis *V.* h) *om. V.* i) fiat *V.*

1) *aut scabellum aut patera, quae poculo inter bibendum supponitur; cf. Ducange, Gloss. Lat. sub v. 'suppositorium'.* 2) *S. Athanasii Alexandrini De incarnatione Dei verbi: Opp. (ed Bened.) II, 2.* 3) *S. Gregorii Nazianzeni ep. 101 (orat. 50): Opp. (ed. Caillau Parisiis 1840) II, 85. 86. Utitur autem Hadrianus hac epistola in Latinum pessime conversa. J.* 4) *ibid. p. 86. J.* 5) *Gregorium Nyssenum dicere vult.* 6) *Iohannis Chrysostomi ad neophytos homilia: Opp. (Parisiis 1588) V, 618. 619. J.*

785-791

dignitas, ibi malorum amputatio et bonorum omnium datum. **Idem ipse in psalmis:** Factum est istud, hoc mirabile in oculis nostris, ut nos, qui ante passionem domini sine testamento eramus et lege, adoptaremur[a] in filios Dei.

Ecce, dilectissimi nobis, qualiter sancti patres orientales docuerunt, inter dona charismatum adoptio esset et nobis omnibus, qui in peccatis nati sumus et iterum per baptismum renati, a domino nostro Iesu Christo, filio Dei unigenito, concessa.

Unde et beatus Augustinus, egregius doctor, in sermone de natale domini inquit[1]: Audite filii lucis, adoptati in regnum Dei; **et iterum in explanatione sancti evangeli super Iohannem pro hoc manifeste docuit[2]:** 'Quotquot autem receperunt eum'. Quid eis prestitit? Ioh. 1, 12. Magna benivolentia, magna misericordia. Unicus natus est et noluit manere unus. Multi homines cum filios non habuerunt, perhacta etate adoptant sibi; et voluntate faciunt, quod natura non potuerunt; hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium unicum, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est et non habebit, qui cum eo dividat hereditatem, ut pauperior remaneat. Nec sic Deus. Unicum eundem ipsum, quem genuerat et per quem cuncta creaverat, misit in hunc mundum, ut non esset unus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de Deo quomodo unigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit unigenitus solvere peccata[b] **et cetera; item in alio sermone eiusdem libri[3]:** Nullo modo autem possunt dicere habere se caritatem, qui dividunt unitatem. Hec dicta [sunt][c], subsequentia videamus. 'Perhibuit Iohannes Ioh. 1, 34. testimonium', quia vidit. Quale testimonium perhibuit? 'Quia ipse est filius Dei'. ibid. Oportebat[d] ergo, ut ille baptizaret, qui est filius Dei unicus, non adoptatus. Adoptati filii ministri sunt unici; unicus habet potestatem, adoptati[e] ministerium. Licet baptizet minister non pertinens ad numerum fratrum[f], quia male vivit et male agit, quid nos consolatur? Hic est, qui baptizat, **et cetera; idem in alio sermone[4]:** Nos enim de gentibus venimus. De gentibus autem non veniremus, nisi Deus de lapidibus suscitaret filios Habrahae. Facti sumus filii Habrahae[g] imitando fidem, non nascendo per carnem. Sicut enim illi degenerando exhereditati, sic nos imitando adoptati; **et infra item[h] idem in alio sermone[5]:** 'Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius'. Adiecit: 'omnia dedit in manu eius', Ioh. 3, 35. ut nosses et hic, qua distinctione dictum sit: 'Pater diligit filium'. Quare ergo? Pater non diligit Iohannem? et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non diligit Paulum? et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater diligit filium, sed quomodo pater filium, non quomodo dominus servum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum.

Pariter beati Hilarii Pictaviensis episcopi super Matheum inquit expositio[6]: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. Matth. 5, 9. Pacificorum beatitudo adoptionis est merces, ut filii Dei maneant. Parens enim omnium Deus unus est; neque enim aliter transire in nuncupationem familię eius licebit, nisi in oblivione earum rerum adsumpta, quibus possumus offendi, fraterna invicem caritatis pace vivamus.

Sed et beatus Leo, egregius papa atque precipuus doctor, ex sermone sanctae epyphaniae ita nos docuit[7]: Unde, quod illi tres viri, universarum gentium personam gerentes, adorato domino sunt adepti, hoc in populis suis per fidem, quę iustificat impios, totus mundus adsequitur; et hereditatem Dei ante secula preparatam[i] accipiunt adoptivi et perdunt qui videbantur esse legitimi. **Et post cetera ex ipso sermone[8]:** Illa nobis currenda est via, quam ipse dominus se esse testatus est, qui nobis, nullis operum meritis suffragantibus, sacramento consuluit et exemplo, ut in adoptione vocatos per illud proveheret ad salutem, per hoc inbueret ad laborem. **Item ex eiusdem beatissimi Leonis pontificis sermone de passione domini[9]:** Nos autem, dilectissimi, qui ab ignorantiae tenebris liberati fidei lumen accepimus et in novi testamenti hereditate per electionem adoptionis intravimus, festivitate, quam Israhel carnalis perdidit, gaudeamus. **Item alius sermo eiusdem de Pentecosten[10]:** Nos autem, dilectissimi, ad beatam hereditatem[k] et

a) adoptaremus *V.* b) peccati *V.* c) *om. V.* d) *corr. ex* oportet *V.* e) adoptat in *V.* f) *sic V pro* filiorum. g) habrehae *V.* h) idem *V.* i) preparatū *V.* k) *sic V pro* aeternitatem.

1) *S. Augustini sermo 194 (in natali domini 11): Opp. (ed. Benedictini) V, 898. J.* 2) *In Iohannis evang. cap. 1 (tractatus II, 13): Opp. III, II, 302. J.* 3) *In Iohannis evang. cap. 1 (tractatus VII, 3. 4. 5): Opp. III, II, 343. J.* 4) *In Iohannis evang. c. 2 (tract. X, 16): Opp. III, II, 367.* 5) *In Iohannis evang. cap. 3 (tract. XIV, 11): Opp. III, II, 406. J.* 6) *S. Hilarii opp. (ed. Bened.) p. 622. J.* 7) *S. Leonis sermo 35. (in epiphaniae solemnitate 6): Opp. (ed. Ballerinii) I, 129. J.* 8) *ibid. 7 p. 130. J.* 9) *sermo 61 (de passione Domini 25. 26) l. l. p. 237. J.* 10) *sermo 76 (2 de Pentecoste 48. 49) l. l. p. 307. 308. J.*

785-791 animę et carnis per regenerationem sancti spiritus adoptati sacratissimum[a] diei istius[b] festum racio-
Eph. 4, 8. nabili obsequio celebremus, confitentes cum beato Paulo apostolo, quod dominus Iesus 'ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus', ut evangelium Dei per omne humanę
Philipp. 2, 11. vocis eloquium predicaretur 'et omnis lingua[c] confiteatur, quoniam dominus Iesus in gloria est Dei patris'.

Si enim sanctorum omnium orthodoxorum patrum pro huiusmodi opuscula vobis exarassemus, antea cartas et scriptores deficerent, quam divinus per eorum disputationes cessasset sermo; sed in his omnibus vestram fidelissimam credulitatem ad fidem chatholicae et apostolicae Romanae ęcclesiae, qui in errore positi sunt, redigente, fructum animarum Deo offerre studemini, ut nobis vobisque potissimum lucrum adcrescat.

Pariterque et hoc pervenit nostris apostolicis auribus, quod multi in partibus illis in insipientiam atque cordis dementiam devoluti predecessorum nostrorum, sanctis pontificibus, et nostris relationibus adque ammonitionibus series secundum venerandi Niceni concilii[d] institutionem de pascali festivitate edita[e] contempnere audeunt: quod, si plenilunium quarto decimo scilicet lunae dies ab sabato contigerit, alio die dominico[f] videlicet quinto decimo lunae die Pasca sanctum minime sit celebratum; sed, pretermisso eodem quinto decimo diae, in alio sequentis septimanae dominico, quod est vicesimo secundo lunae die, paschalis festi gaudia pronunciant celebrandum. Quodsi interius mente perpenditur magni ac venerandi Niceni concilio trecentorum decem et octo sanctorum patrum simul convenientium promulgatam paschalium festivitatum rationem, procul dubio omnis error omnisque ambiguitas ab hesitantium cordibus auferetur; sed, dum plerique propria commenta, ut acuti, perspicaces et mundanae scientiae gnari, spiritalis vero erudicionis ignari, vindicare desudant, olitanam patrum tradicionem desidiosa ignavia pretereunt et vera mendaciis obumbrare inhiant. In eodem quippe magno Niceno concilio decennovenali cyclo patrum confirmato sententia, ita inter cetera ibidem fertur promulgatum: quod non amplius quam usque ad vicesimam primam lunae diem huius sacre festivitatis sollemnia dilatentur. Quam Pasche rationem et Antiocenum demum venerandum corroborans concilium, inter reliqua ita inibi in primo[g] scilicet capitulo[1] constat exaratum: Omnes, qui ausi[h] fuerint dissolvere definitionem sancti et magni Niceni concilii, congregatum sub presentia piissimi et venerantissimi principis Constantini, de salutifera sancti[i] Paschae sollemnitate, excommunicandi et ab ecclesia esse abiciendi[k] censemus; et si tamen contentiosus[l] adversus ea, quae bene sunt statuta, perstiterint, atrocioribus fore summissuros interdictionibus censuerunt. Nam et beatissimus Dionisius in ea, quam de ratione Paschae promit, epistola ait: A duodecimo Kalendarum Aprilium die cunctorum orientalium sententia, aequinoctii cursus vernalis consequatur, decreverunt, maximae Egyptiorum peritiam, qui huius calculationis gnari doctique sunt, inquirendum specialiter adnitatur, in quo etiam, si luna quarta decima sabbato contingat, sequenti die dominico luna quinta decima celebrandum Pascha, sancta synodus Nicena sine ambiguitate firmavit[2]. Adtendite, dilectissimi nobis, et illud, quod beatus Proterius[m], Alexandrinae ecclesiae presul, predecessori nostro, beatissimo Leoni papae, ob piae memoriae Marciani principis iussum [di-

a) sacratissimus *V.* b) istus *V.* c) linga *V.* d) concilio *V.* e) et ita *V.* f) domonico *V.* g) prima *V.* h) auxi *V.* i) sem *V.* k) abicienda *V.* l) contentius *V.* m) procerius *V.*

1) *In Dionysii Exigui collectione canonum: Codex canonum vetus ecclesiae Romanae (ed. Pithoeus, Lutetiae 1609) p. 55; cf. Dionysii ad Petronium epistola (ap. Ianum, Historia cycli Dionysiani p. 71). J.* 2) *In Dionysii Exigui ad Petronium epistola l. l. p. 69 sic est:* Quae *(luna)*, quia cum solis cursu non aequaliter volvitur, tantorum dierum spatiis occursum vernalis aequinoctii consequatur; qui a duodecimo Kalendarum Aprilium die cunctorum Orientalium sententiis, et maxime Aegyptiorum, qui calculationis prae omnibus gnari sunt, specialiter annotatur. In quo etiam si luna decima quarta sabbatho contigerit sequenti die dominico, id est undecimo Kal. April. luna decima quinta, celebrandum Pascha eadem sancta synodus sine ambiguitate firmavit. *J.*

rexit][a]. Post plurima enim ita ait: Olim quidem Dominus per Moysen significans dicit: 'Mensis iste vobis inicium mensium, primus erit in mensibus anni; et facies Pascha domino Deo tuo quarta decima die mensis primi'[1]. Et post pauca subiunxit dicens: Si quando in die dominico[b] quarta decima luna reperta, in sequenti septimana[c] est dilatanda festivitas[2]; sicut et veteres patres nostri fecerunt, quartas decimas lunas occurrentes, in alia dominica transferatur[3]. 785-791 Exod. 12, 2. cf. Exod. 12, 18.

Unde constat, dilectissimi, non amplius huius venerande festivitatis sollemnitas extendi fas est quam usque in vicesimam primam[d] lunae diem, rite observantes ebdomadę dierum numerum, dum solaris cursus[e] a lune cursu omnino discordat. Quoniam in sex quidem diebus creator omnium Dominus aethereum firmamentum omnemque eius ornatus rutilantium, aequoris atque telluris gignentia ac elementorum materiam et cunctorum reptilium animantia patravit et posttremum e limo hominem[f] finxit arvae et in septimo die requievit ab omni opere quod patrarat. His nempe septem diebus a quarto decimo die lunae, quod est plenilunium[g] — si dominica tamen occurrerit, quae est prima et sancta dies, pro eo quod non oportet in ea ieiunare — intermissis, in alio dominico, que est prima et sancta dies vicesima prima luna, rationis ordo exigit sanctum Pascha christianis celebrandum. Nam si in sabbato quarta decima luna provenerit, non est intermittenda subsequens dominica, quinta decima videlicet lunae die: venerantes eandem dominicam, quae est prima sabbatorum dies, in qua lux iubente Deo in ipso mundi exordio prodiit, in qua et vera lux, salvator noster, ab inferis carne resurrexit; nam si octo dies a quarta decima lunae diae, quando ieiunium solvitur, intermittuntur, ut in vicesimo secundo die lunae paschalis festivitas dilatetur, ergo[h] iam [non][i] septimana, id est ebdomada, sed ogdoada, ut stolidi quique et vecordes prophanizant, dicenda atque observanda est. Intuendum quippe et illud ratio suadet, quod septem ebdomade et non octo intermittuntur[k] a paschali festivitate usque ad sanctam[l] Pentecosten, in qua paraclytum[m] spiritum a patre redemptor noster, Dei vivi filius, post gloriosam resurrectionem suam sanctis suis apostolis misit. Pro quo regiam[n] gradiemur viam et non declinabimus[o][4] penitus per tortuosum et dumis ac tribulis repletam callem; pergant per eam hi, qui cupiunt nova fiementa et scelerum monumenta conponere, ut merito spinae et tribuli generentur[p] eis. Iam quidem dudum decessores et predecessores nostri, sancti pontifices, pro hac quaestione simulque heresim illis partibus commonitorium adque adhortationem dirigentes, congrua capitula beati Cyrylli[q] atque Theophyli nec non et aliorum sanctorum patrum, quos dinumerare longum est, promulgantes docuerunt, quod vestrae dilectionis gnaras esse dubium non est. Pro quo non silemus, carissimi, inpensius commonere, ut a falsis fratribus caveatis et eo modo, quo sancta nostra Romana ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei, paschalem celebrat solemnitatem et recte fidei tenet tradiciones, et vos procul dubio celebrare studeamini, ut, sicut pares nos christianorum fidei religio efficit, equales nimirum in festivitatibus efficiat.

Verum etiam et hoc de partibus vestris audivimus, quod quidam pollicentes atque in errore perseverantes predicant: ut, qui non ederit pecodum aut suillum sanguinem et suffocatum, rudis est aut ineruditus. Nos quidem, apostolica precepta inbuti atque eruditi, confirmantes predicamus, quod, si quis pecodum aut suillum san-

a) *add. J ex ep. 96 infra.* b) domico *V.* c) semtimana *V.* d) vicesima prima *V.* e) currus *V.* f) honē *V.* g) plenium *V.* h) erga *V.* i) *om. V.* k) intermittur *V.* l) sem *V.* m) paracby *V.* n) regia *V.* o) declinavimus *V.* p) gerentur *V.* q) cylrylli *V.*

1) *Cf. Proterii epistolam ap. Ianum, Hist. cycli Dionys. p. 97:* Olim quidem Dominus per Moysen tempus paschale significavit dicens: 'Custodi mensem novorum', primum hunc esse pronuntians. Sicut iterum dicit: 'Mensis iste — mensis primi'. *J.* 2) *ibid. p. 98:* Nam et priscis temporibus, si quando die dominico decima quarta luna reperta est, in sequentem septimanam est dilata festivitas. *J.* 3) *ibid. p. 100:* sicut patres nostri fecerunt, decimas quartas lunas occurrentes die dominico, differentes. *J.* 4) *Cf. supra p. 486 n. 5.*

785-791 guinem vel suffocatum manducaverit, non solum totius est eruditionis[a] alienus, sed ipsius[b] quoque intellegentiae communis prorsus extraneus, unde sub anathematis vinculo obligatus in laqueo incidat[c] diaboli.

Illud autem, quod alii ex ipsis dicunt, quod predistinatio[d] ad vitam sive ad mortem in Dei sit potestate et non nostra; isti dicunt: 'Ut quid conamur vivere, quod in Dei est potestate?' alii iterum dicunt: 'Ut quid rogamus Deum, ne vincamus temtationem, quod in nostra est potestate, quasi libertate[e] arbitrii?' Re vera enim nullam rationem reddere vel accipere valent, ignorantes beati Fulgentii episcopi ad Eugipium presbiterum contra sermonem cuiusdam Pelagiani opuscula directa, quibus infra multa idem pater docens haec verba subiungit: Illi autem, dum pro se gratiam solum reprehensibiliter intromittunt, in se damnabiliter calcaverunt, qui alios ad vitam, alios ad mortem asserunt destinatos[f], adverte, quibus impietatis[g] se nexibus ligant. Si ad bonum predistinatus sum, contra malum resistere necesse[h] mihi non erit; si vero ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit; ac sic in utraque parte intercluso appetitu laudis et gloriae, unus securitate, alius[i] disperatione torpebit, ac per hoc odiabitur iustitiae exercitatio, oratio cessabit, languebit operatio. Sed non ita est; 1. Thess. 5, 17; Luc. 22, 40. quin potius incessanter oremus, quia ipse dominus dicit: 'Sine intermissione orate, ne intretis in temtationem'. Nihilhominus contra omne peccatum non solum oratione, sed etiam labore luctemur, 1. Cor. 3, 8. quia ipse dominus presenti lectione testatus est, quia 'unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem'. Haec verba, quibus auctor sermonis illius veritatem predistinationis nititur obpugnare, inconsiderate atque indiscrete prolata, Deo nos adiuvante, monstramus. Et post cetera: Opera ergo misericordiae ac iustitiae preparavit Deus in eternitate inconmutabilitates suae et, sicut futurorum operum suorum numquam fuit ignarus, sic in eorundem operum preparatione numquam inprovidus. Preparavit ergo iustificandis hominibus merita, preparavit hisdem glorificandis et premia; malis vero non preparavit[k] voluntates malas aut opera mala, sed preparavit eis iusta et eterna subplicia. Haec est aeterna predistinatio futurorum operum Dei, quam, sicut nobis apostolica doctrina semper insinuari cognoscimus, sic etiam fiducialiter predicamus. Beatus enim Paulus predistinationem Rom. 8, 29. eorum, quos Deus gratias salvat, et evidenter et frequenter insinuat. Ipse enim dicit de Deo: 'Nam, quos prescivit, et predistinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis ibid. v. 30. fratribus'; et post: 'Quos autem predistinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et glorificavit' — non utique alios, sed, quos predistinavit, hos vocavit, hos iustificavit, hos glorificavit. Nihil incertum in Dei operibus nutat, quia nihil suae predistinationis evacuat; predistinationis igitur sua opera vocatione[l] Deus inchoat, glorificatione consummat; non Rom. 8, 28. tamen in omnibus quos vocat, sed quos secundum propositum vocat: 'Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt'. Item et post multa: Teneatur ergo predistinationis veritas a fidelibus cunctis, quia, quisquis divinum non credit in hac predistinationis [consilium, non perveniet ad gloriosum eiusdem predistinationis][m] effectum; quisquis autem non est predistinatus ad gloriam, invenitur sine dubio prescitus ad penam, quae ideo in Dei preparatione predistinata cognoscitur, ut per eam infidelitas atque iniquitas puniatur. Propter quod Iud. 4. beatus Iudas apostolus[n] quosdam predistinatos dicit in iudicium[o] his verbis: 'Subintroierunt enim quidam homines impii, qui olim prescripti et predistinati erant in hoc iudicium Dei nostri' — vigilanter autem in doctrina spiritus sancti predestinatos impios non dicit ad peccatum, sed ad iudicium, id est non ad impietatem, sed ad punitionem; non enim predestinati sunt ad hoc, quod vitiosae[p] impietates admittunt, sed ad illud, quod iudicio equitatis divine recipiunt: ipsorum enim opus est, quod impie faciunt; [Dei autem opus est][q], quod iuste recipiunt. Item post cetera: Proinde quod auctor illius sermonis subsequenter adiuncxit dicens: Quin potius incessanter oremus; quia ipse dominus 1. Thess. 5, 17; Luc. 22, 40. dicit: 'Sine intermissione orate, ne intretis in temtationem', et post: Nihilhominus contra omne peccatum non solum oratione, sed etiam labore luctemur, et iterum: Sic laborantes vocat dominus Matth. 11, 28. dicens: 'Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam'; sed nos a Deo humiliter gratiam poscamus, quam conlaborantem iugiter habeamus, per quam nos Deus et in labore custodiat et ad mercedem peracto labore perducat.

---

a) consolationis *V; cf. ep. 96 infra.* b) ipsi *V.* c) incedat *V.* d) predistinati *V.* e) quasibertate *V.* f) destinerunt *V.* g) impietati *V.* h) neces *V.* i) alidus *V.* k) ra *superscr. V.* l) vocationis *V.* m) consilium — predistinationis *add. J ex ep. 96 infra.* n) *corr. ex* apostulus *V.* o) iudicibum *corr. ex* iudicibus *V.* p) iudiciosa *V.* q) Dei — opus est *add. J ex ep. 96 infra.*

Porro, dilectissimi, diversa capitula, quae ex illis audivimus partibus, id est: quod multi, dicentes se catholici esse, communem vitam gerentes cum iudeis et non baptizatis paganis, tam in escis quamque in potis seu[a] in diversis erroribus nihil pollui se inquiunt; et illud, quod inibitum est, ut nulli liceat[b] iugum ducere cum infidelibus, ipsi enim filias suas cum alio benedicetur et sic populo gentili tradetur; et quod sine examinatione prefati presbiteri, ut presint, ordinantur; et aliud quousque inmanis invaluit error pernitiosus[c], ut etiam vivente viro mulieres sibi in conubio sortiantur ipsi pseudosacerdotes; simulque et de libertate arbitrii; et alia multa, sicut de illis audivimus partibus, quae longum est dici. Quapropter, dilectissimi, oportet vestram industriam sollertissime vigilare et, sicut decet Domini sacerdotes, nulli vos liceat canones ignorare nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Quae enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libito licentia populis permissa, frangatur? Unde constat, ut, si quis de predicta capitula obnoxius reperietur, post unam et secundam adortationem, si noluerit se corrigere, profecto cum regulariter a consortio fidelium Dei, utpote corruptorem patrum tradicionum, extorris efficiatur et in eterna condemnatione inveniatur. 785-791

Cavendum ergo dilectioni vestrae est magnaque diligentia prohibendum, ne per uiusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur et de exciso olim dogmatae aliquod in provincia eiusdem mali germen oriatur, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctae ecclesiae subolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspitione se purgent et oboediendo nobis probent, se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus[d] preceptis satisfacere detractaverit, sive ille clericus sive sit laicus, ab eclesiae societate pellatur, ne perditor animae suae saluti insidietur alienę.

Sed vos, dilectissimi, nostrae sanctae aecclesiae catholicae et apostolicae orthodoxam fidem amplectentes, predicare nitimini; ut, sicut unus est pastor noster Christus, Dei vivi filius, omnes simul in uno eius efficiamur aggregati ovili et, quemadmodum unius capitis simus membra, unum efficiamur corpus in Christo Iesu domino nostro, promerentes, quod sanctis suis contulit cultoribus, qui eius precepta custodiunt et ab initio mundi divinae eius placuerunt maiestati, desiderabilem promissionem, quam ait: 'Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis preparatum ab origine mundi'. Matth. 25, 34.

96.

Hadrianus I. papa Egilae (Illiberitani?) episcopi et Iohannis presbyteri orthodoxiam cum litteris eorum per Saranum diaconum et Victorinum clericum acceptis tum Wilchario (Senonensi) archiepiscopo confirmante compertam laudat; exponit de Paschate celebrando, de pecudum sanguine edendo, de praedestinatione et libero arbitrio, de vitanda iudaeorum et paganorum communione, de canonibus et decretalibus servandis[1]. *(785—791.)*

Cod. (XCVI) fol. 89—91'[a].

Edd. Gretser 96, Cenni 70, Jaffé 78. — Jaffé, Reg. 2445 (1869).

---

a) sed *V.* b) nulliceat *V.* c) pernitiosis *V.* d) sabribus *V.*

96. a) *Lemma:* item exemplar epistolae hadriani papae ad egilam episcopum seu iohannem presbiterum de eorum[aa] sacratione vel constantia in partibus spanie predicandum et de pascali festivitate et de

aa) corum *V.*

1) *Ad quorum annorum spatium haec epistola referenda sit, ex ep. 95 supra p. 636 n. 2 et 637 n. 3 comperiri potest; cf. supra p. 591 n. 1. J.*

785-791 HADRIANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTISSIMO NOBIS EGILAE[1] EPISCOPO SEU IOHANNI PRESBITERO.

Audientes orthodoxam vestrae dilectionis in Christo constantiam atque ita vos antique fidei communionisquae sinceris traditionibus inhęrentes, ut mentem christianae deditam veritati nullatenus inficerent prevaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum caritatemque vestram indesinenter laudavimus: quatenus per earum latores, videlicet Saranum diaconum et Victorinum clericum, suscipientes vestrae dilectionis affatus, enucleatius eos reserantes, liquido informati sumus.

Et quoniam pro sedis apostolicae[a] principatu huius sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur eclesiis, quam laudabiliter fidei veritatem noveritis et quam sollicitae dominico gregi devotione officii pastoralis inpendatis, frater noster Wilcharius, archiepiscopus provinciae Galliarum, — cui et licentiam dedimus de vestris ordinationibus atque auctoritatem: dirigere vos pro orthodoxae fidei sanctaeque catholice ecclesiae predicatione in partibus Spaniensis provinciae — pro vobis nobis insinuante, magnisque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum dominus Sabahot semen purae con- Cf. Matth. 13, 4–8. fessionis reliquisse cognoscimus: quod non in petrosa deveniens estu temptationis exaruit nec viae proximum cecidit vagantibus inimicis expositum nec in spinis inruit suffocandum, sed in bonam terram piae devotionis vestra caelestae sacione dispersum in tricesimum[b] et sexagesimum fructum centenariumque proficit, perfectionem scilicet frumenti dominici mistica locutione designans.

Quapropter exultantibus animis confidentius incitamus, ut ab omni pestis incursu pectora Matth. 24, 13. vestra sapienter intemerata servetis, quoniam 'qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'. Philipp. 4, 5. 6; 'Dominus prope est, nihil solliciti[c] sitis'; 1. Ioh. 4, 4. 'siquidem maior est, qui in nobis est, quam Cf. Luc. 17, 21. qui in hoc mundo'; regnumque Domini intra nos esse, scriptura testante sit certum. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, si in unitate fidei nostrae perseveraveritis, Philipp. 1, 29. vobiscum sumus, tantum ut sit auxiliante Domino constantia perseverans, dicente apostolo: 'Vobis enim datum est pro Christo, non solum ut eum credatis, sed etiam ut pro ipso paciamini[2]. At quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam[d] dilectionem vestram iam fatus sanctissimus archiepiscopus — nos illi licentiam cedentes[e] — pro apostolicae fidei amore direxit; quibus merito persistentes integritatis ornari usque ad coronam bravii exoptante non dubitamini.

Ferebatur siquidem in ipsis vestris apicibus, quod multi in partibus illis in insipientiam atque cordis dementiam devoluti nostrae relationis atque admonitionis series secundum venerandi Niceni concilii institutionem de pascali festivitate editam contemnere audent: quod, si plenilunium quarto[f] decimo scilicet[g] die lunae [ab sabato contigerit, alio die dominico videlicet quinto decimo lunae die][h] sanctum Pasca minime sit celebratum; sed, pretermisso eodem quinto decimo die, in alio sequentis septimane dominico, quod est vicesimo secundo lune diae, paschalis festi gaudia pronunciatur celebrandum. Quodsi interius mente perpenditur magni ac venerandi Niceni concilii trecentorum decem et octo sanctorum patrum simul convenientium promulgata paschalium festivitatum rationem, procul dubio omnis error omnisque ambiguitas ab hesitantium cordibus auferetur; sed, dum plerique propria commenta, ut acuti, perspicaces et mundane scientiae

---

predestinatione hominis sive ad bonis sive ad malis et de coinquinatione eorum tam in escis quamque in potis seu et de diversis erroribus et de eorum pseudosacerdotes, qui vivente viro sortiuntur uxores, et de libertate arbitrii vel multa alia capitula in partibus illis contra fidem catholicam orta.

a) apostolicis *V.* b) tricesimus *V.* c) *corr. ex* soeliciti *V.* d) roboranda *V.* e) cedentem *V.* f) quartṳ̄ *V.* g) lscilicet *V.* h) ab — die *add. J ex ep. 95 supra p. 640 l. 16. 17.*

1) *Cf. supra p. 637 n. 1.* 2) Quapropter — paciamini *et sequentia minoribus litteris expressa etiam in ep. 95 supra p. 637. 640 643 leguntur.*

gnari, spiritali vero eruditione ignari, vindicare desudant, olitanam patrum tradicionem desidiosa ignavia pretereunt et vera mendatiis obumbrare inhiant. In eodem quippe magno Niceno concilio decennovenali cyclo patrum confirmato sententia, ita inter cetera ibidem fertur promulgatum: quod non amplius quam usque ad vicesimam primam lunae diem huius sacre festivitatis solemnia dilatentur. Quam Paschae rationem et Antiocenum demum venerandum corroborans concilium, inter reliqua ita inibi in primo scilicet capitulo[1] constat exaratum: Omnes, qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti et magni Niceni concilii, congregatum sub presentia piissimi[a] et venerantissimi principis Constantini, de salutifera sancti[1] Pasche sollemnitate, excommunicandi[b] et ab ecclesia esse abiciendi censemus; et si tamen contentiosus[c] adversus ea, quae bene sunt statuta, persistiterint, atrocioribus fore summissuros interdictionibus censuerunt. Nam et beatissimus Dyonisius in ea, quam de ratione Pasche promit, epistola[d] ita ait: A duodecimo Kalendarum Aprilium die cunctorum orientalium sententias, aequinoctii cursus vernalis consequatur, decreverunt, maximae Egiptiorum peritiam, qui huius[e] calculationis gnari doctique sunt, inquirenda specialiter adnotatur; in quo etiam, si luna quarta decima [sabbato contingat, sequenti die dominico luna quinta decima][f] celebrandum Pascha, sancta sinodus Nicena sine ambiguitate firmavit[2]. Adtendite, dilectissimi nobis, et illud, quod beatus Proterius, Alexandrinae aecclesiae presul, predecessori nostro, beatissimo Leoni papae, ob piae memoriae Marciani principis iussum direxit. Post plurima enim ita ait: Olim quippe Dominus per Moysen significans[g] dicit: 'Mensis iste vobis initium mensium, primus erit in mensibus anni; et facies Pasca domino Deo tuo quarta decima die mensis primi'[3]. Et post pauca subiunxit[h] dicens: Si quando in die dominico quarta decima luna reperta, in sequenti septimana est dilatanda festivitas[4]; sicut et veteres patres nostri fecerunt, quartas decimas lunas occurentes, in alia dominica transferatur[5]. 785-791 Exod. 12, 2; cf. Exod. 12, 18.

Unde constat, dilectissimi, non amplius huius venerande festivitatis sollemnitas [extendi][i] fas est quam usque in vicesimam primam lunae diem, rite observantes ebdomade dierum numerum, dum solaris cursus a lunae cursu omnino discordat. Quoniam in sex quidem diebus creator omnium Dominus aethereum firmamentum omnemque eius ornatus rutilantia, aequoris atque telluris gignentia ac elementorum materiam et cunctorum reptilium animantia patravit et postremum e limo hominem finxit arvae et in septimo die requievit ab omni opere quod patrarat. His nempe septem diebus a quarto decimo lunae die, quod est plenilunium — si dominica tamen occurrerit, quae est prima et sancta dies, pro eo quod non oportet in ea ieiunare — intermissis, in alio dominico, quae est sancta et prima dies vicesima prima luna, rationis ordo exigit christianis sanctum Pascha celebrandum. Nam si in sabbato quarta decima luna advenerit, non est intermittenda subsequens dominica, quinta decima videlicet lunae dies; venerantes eandem dominicam, quae est prima sabbatorum dies, in qua lux iubente Deo in ipso mundi exordio prodiit, in qua et vera lux, salvator noster, ab inferis carne resurrexit; nam si octo dies a quarta decima lunae die, quando ieiunium solvitur, intermittuntur, ut in vicesimo secundo die lunae paschalis festivitas dilatetur, ergo iam non septimanam, id est ebdomadam, sed ogdoadam, ut stolidi quique et vecordes profanizant[k], dicenda atque observanda est. Intuendum quippe et illud ratio suadet, quod septem ebdomade et non octo intermittuntur a paschali festivitate usque at sanctam[l] Pentecosten, in qua paraclytum spiritum a patre redemptor noster, Dei vivi filius, post gloriosam resurrectionem suam sanctis suis apostolis misit. Pro quo regia gradiemur via et non declinabimus[6] penitus per tortuosam et dumis ac tribulis[m] repletam callem; pergant per eam hi, qui cupiunt nova figmenta et scelerum monumenta conponere, ut merito spine et tribuli generentur eis. Iam quidem dudum decessores et predecessores nostri, sancti pontifices, pro hac questione simulque heresim illis partibus commonitorium[n] atque adortationem dirigentes, congrua capitula[o] beati Cyrilli atque Theophili nec non et aliorum sanctorum patrum, quas denumerare longum est, promulgantes docuerunt, quod vestrae dilectioni gnaras esse dubium non est. Pro quo non silemus, carissimi, inpensius conmonere, ut a falsis fratribus caveatis et in eo modo, quo sancta nostra Romana ecclesia, caput omnium eclesiarum Dei, paschalem[p] celebrat sollemnitatem, et vos procul dubio caelebrare studeamini, ut, sicut pares nos christianorum fidei religio efficit, equales nimirum in festivitatibus efficiat.

a) piissima V. b) communicandi V. c) contentius V. d) eclesia V. e) uhius V. f) sabbato — quinta decima *add. J ex ep. 95 supra p. 640 l. 38.* g) signicans V. h) subiuxit V. i) *add. J ex ep. 95 supra p. 641 l. 7.* k) profinizant V. l) sem V. m) trib: V. n) illis compartibus monitorium V. o) epistola V. p) paschale V.

1) *Cf. supra p. 640 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 640 n. 2.* 3) *Cf. supra p. 641 n. 1.* 4) *Cf. supra p. 641 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 641 n. 3.* 6) *Cf. supra p. 486 n. 5.*

785-791 Insinuavit dilectio vestra et hoc, quod quidam pollicentes atque in errore perseverantes predicant: ut, qui non ederit pecudum aut suillum sanguinem et suffocatum, rudis est aut ineruditus. Nos quidem, apostolica precepta inbuti atque eruditi, confirmantes predicamus, quod, si quis pecudum aut suillum sanguinem vel suffocatum manducaverit, non solum erudicionis totius alienus, sed ipsius quoque intellegentiae communis prorssus extraneus, sub anathematis vinculo obligatus in laqueo incidat diaboli.

Illud autem, quod alii ex ipsis dicunt, quod predistinatio ad vitam sive ad mortem in Dei sit potestate [et non nostra; isti dicunt: 'Ut quid conamur vivere, quod in Dei est potestate?'][a] alii iterum dicunt: 'Ut quid rogamus Deum, ne vincamus temptationem, quod in nostra est potestate, quasi libertate arbitrii?' Re vera enim nullam rationem reddere vel accipere valent, ignorantes beati Fulgentii episcopi [ad][b] Eugipium presbiterum contra sermonum cuiusdam Pelagiani opuscula directa, quibus infra multa idem pater docens haec verba subiungit: Illi autem, [dum][c] pro se gratiam[d] solum reprehensibiliter intromittunt, in se damnabiliter calcaverunt, quia alios ad vitam, alios ad mortem asserunt destinatos, adverte, quibus se impietatis nexibus ligant. Si ad bonum predistinatus sum, contra malum resistere necesse mihi non erit; si vero ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit; ac sic in utraque parte intercluso appetitu laudis et gloriae, unus securitatem, alius desperationem torpebit, ac per haec odiabitur omnis iustitiae exercitatio, oratio cessabit, languebit
1. Thess. 5, 17; Luc. 22, 40. operatio. Sed non ita est; quin[e] potius incessanter oremus, quia ipse dominus dicit: 'Sine intermissione orate, ne intretis in temtationem'. Nihilhominus contra omne peccatum non solum oratione,
1. Cor. 3, 8. sed etiam labore luctemur, quia ipse dominus presenti lectione testatus est, quia 'unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem'. Haec verba, quibus auctor sermonis illius veritatem predistinationis nititur obpugnare, inconsiderate atque indiscrete prolata, Deo nos adiuvante, monstramus. Et post cetera: Opera ergo misericordiae ac iustitiae suae preparavit Deus in eternitate incommutabilitatis suae et, sicut futurorum operum suorum numquam fuit ignarus, sic in eorundem[f] operum preparatione numquam inprovidus. Preparavit ergo iustificandis hominibus merita, preparavit hisdem glorificandis et premia; malis vero non preparavit voluntates malas aut opera mala, sed preparavit eis[g] iusta et eterna subplicia. Haec est aeterna predistinatio futurorum operum Dei, quam, sicut nobis apostolica doctrina semper insinuari cognoscimus, sic etiam fiducialiter predicamus. Beatus enim Paulus predistinationem eorum, quos Dominus gratis salvat, et evidenter et
Rom. 8, 29. frequenter insinuat. Ipse enim dicit de Deo: 'Nam, quos prescivit, et predistinavit conformes fieri
ibid. v. 30. imaginis filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus'; et post: 'Quos autem predistinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et glorificavit' — non utique alios, sed, quos predistinavit, hos vocavit, hos iustificavit, hos glorificavit. Nihil incertum in Dei operibus nutat, quia nihil suae predistinationis evacuat; predistinationis igitur suae opera vocatione Deus inchoat; glorificatione consummat; non tamen[h] in omnibus quos vocat, sed quos se-
Rom. 8, 28. cundum propositum vocat: 'Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt'. Item post multa: Teneatur ergo predistinationis veritas a fidelibus cunctis, quia, quisquis divinum non credit in hac predistinatione consilium, non perveniet ad gloriosum eiusdem predistinationis effectum; quisquis autem non est predistinatus ad gloriam, invenitur sine dubio prescitus[i] at penam, quae ideo in Dei[k] preparatione predistinata cognoscitur, ut per eam infidelitas atque iniquitas puniatur. Propter quod beatus Iudas apostolus quosdam predistinatos[l] dicit in
Iud. 4. iudicium his verbis: 'Subintroierunt enim quidam homines impii, qui olim prescripti et predistinati erant in hoc iudicium Dei nostri' — vigilanter autem in doctrina spiritus sancti predistinatos impios non dicit ad peccatum, sed ad iudicium, id est non ad impietatem, sed ad punitionem; non enim predistinati sunt ad hoc, quod vitiosae impietates admittunt, sed ad illud, quod iudicio aequitatis divinae recipiunt: ipsorum enim opus est, quod impie faciunt; Dei autem opus est, quod iuste recipiunt. Item post cetera: Proinde quod auctor illius sermonis subsequenter adiunxit dicens: Quin potius
1. Thess. 5, 17; Luc. 22, 40. incessanter oremus, quia ipse dominus dicit: 'Sine intermissione orate, ne intretis in temptationem', et post: Nihilominus contra omne peccatum non solum oratione, sed etiam labore luctemur, et
Matth. 11, 28. iterum: Sic laborantes vocat dominus dicens: 'Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam'; sed nos a Deo humiliter gratiam poscamus, quam conlaborantem iugiter habeamus, per quam nos Deus et in labore custodiat et ad mercedem peracto labore perducat.

Porro, dilectissimi, diversa capitula, quae nobis innotuistis, id est: quod multi, dicentes catholici esse, communem vitam gerentes cum iudeis et non baptizatis paganis, tam in escis quamque in potis seu et in diversis erroribus nihil pollui se inquiunt; et illud, quod inibitum est, ut nulli

---

a) et — potestate *addendum ex ep. 95 supra p. 642 l. 5. 6.* b) *om. V.* c) *om. V.* d) gratia *V.* e) qui *V.* f) earundem *V.* g) eius *V.* h) tam *V.* i) prescitis *V.* k) *sequitur* nomine *in V.* l) quos distinatos *V.*

liceat iugum ducere cum infidelibus, ipse enim filias suas cum alio benedicetur et sic populo gentili tradetur; et quod sine examinatione prefati presbiteri, ut presint, ordinantur; et aliud, quousque inmanis invaluit error perniciosus, ut etiam vivente viro mulieres in conubio sibi sortiantur ipsi pseudosacerdotes; simulque et de libertate arbitrii; et alia multa, sicut fati estis, quae longum est dicere: quid multa[a] vobis heresum per singula scribere, quia olim tempus est, quod Priscilliani docmatis inpleverunt? Quapropter, dilectissimi, oportet vestra industria sollertissimae vigilare et, sicut decet Domini sacerdotes, nulli vos [liceat][b] canones ignorare nec quicquam[c] facere, quod patrum possit regulis obviare. Quae enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum, pro aliquorum libito licentia populis permissa, frangatur? Unde constat, ut, si quis de predicta capitula obnoxius reperietur, profecto eum regulariter a consortio fidelium Dei, utpote corrumtorem patrum tradicionum[d], extorris efficiatur et in aeterna condempnatione inveniatur. 785-791

Cavendum ergo dilectioni vestrae est magnaque diligentia prohibendum, ne per huiusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur et de exciso olim docmate aliquod in provincia eiusdem mali germen oriatur, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctae eclesiae subolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent et obediendo nobis probent, se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus preceptis satisfacere detractaverit, sive ille clericus sive sit laicus, ab aecclesiae societate pellatur, ne perditor animae suae saluti insidietur aliene.

Et sicut per nos seu almoque archiepiscopo in predicatione orthodoxae fidei directo[e] sanctae Romane ecclesiae ob amorem beati Petri principis apostolorum concordes predicate, ut, sicut unus est pastor noster Christus, Dei vivi filius, omnes simul in uno eius efficiamur aggregati ovili et, quemadmodum [unius][f] capitis simus membra, unum efficiamur corpus in Christo Iesu domino nostro, promerentes eius, quam sanctis suis contulit cultoribus, qui eius precepta custodiunt et ab initio mundi divinae eius placuerunt maiestati, desiderabilem promissionem, quam ait: 'Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis preparatum ab origine mundi'. Matth. 25, 34.

97.

Hadrianus I. papa Egilac (Illiberitano?) episcopo litterarum suarum, quae ei non erant redditae, exemplum ex registro transscriptum per Bellerefonsum et Iohannem clericum mittit, Carolo rege per Petrum Ticinensem episcopum petente; addit de haereticis coercendis ac de feriae sextae sabbatique ieiunio servando[1]. *(785—791.)*

Cod. (XCV) fol. 88'—89[a].

Edd. Gretser 95, Cenni 69, Jaffé 79. — Jaffé, Reg. 2446 (1868).

HADRIANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTISSIMO NOBIS EGILA[2] EPISCOPO.

Dudum praecipua gnaraque dilectio tua ad sedem apostolicam, quae est capud totius Dei ecclesiarum, directos affatus secundum vibrantissimam fidem, quam erga beatum Petrum apostolorum principem et nos ex intimo gerit corde, cum nimio amore suscepimus. Ad ea, quae eius poposcit sollertia ex divino fonte oriri nitidius ac saluberrimae sanctae nostrae catholicae et apostolicae aecclesiae, olitano ritu orthodoxae fidei exarantes[b], immo sanctorum patrum veneranda institutione sine macula speculantes, per earum tunc transvectores tuae emisimus almitati.

---

a) multa a *V.* b) *addendum ex ep. 95 supra p. 643 l. 11.* c) quam *V.* d) tradicionē *V.* e) directos *V.* f) *add. J ex ep. 95 supra 643 l. 28.*

97. a) *Lemma:* item exemplar epistolae adriani papae ad egilam episcopum pa[r]tibus spaniae missa pro fide orthodoxa tenendum et pro ieiunio VI. feria et sabbato celebrandum. b) exdrantes *V.*

1) *Cf. supra p. 591 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 637 n. 1. J.*

785-791 Et quoniam, ut fertur, nequaquam ipsos apostolicos apud te profectos sunt apices, nostris eos habentes registris exaratos, infra rescribentes, per arum gerulos, scilicet Bellerefonsum seu Iohannem clericum, direximus denuo, sicut nobis per fidelissimum[a] missum suum, videlicet reverentissimum et sanctissimum Petrum Ticinensis ecclesiae episcopum[1], precellentissimus[b] ac praefulgidus filius et spiritalis conpater noster, domnus Carolus, rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, pro tua insignа[c] dilectione poscendum emisit: et per eius regalem adminiculum, tuis faventes[d] votis, adimpleri prorsus[e] nituimus.

Illos vero procaces ac aereticos homines, qui tuam subvertere nituntur orthodoxam fidem et, undique te coartantes, angustias et varias tempestates seminant, apostolico indutus precepto simulque apostolicis inbutus disciplinis seu saluberrimis orthodoxae fidei sanctorum patrum repletus institutis, eos, qui tuis noluerint amplectere recte fidei predicationibus, post unam et secundam admonitionem seu increpacionem, tamquam ethnicos et publicanos deputans, habeto pro nihilo eorum infrunitas insidias,
Ezech. 3, 19. propheta testante, qui ait: 'Si autem adnuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab inpietate sua et a via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem
Cf. Act. 9, 15. animam tuam liberasti'. Quatenus oportet tae vas electionis, beati Pauli apostoli,
2. Thess. 3, 6. imitari praeceptis ac vestigiis sequi: 'subtrahere te ab omni fratre[f] ambulante inordi-
Rom. 8, 28. nate'. Et constans esto, 'quia diligentibus Deum omnia cooperantur[g] in bonum'. Potius nempe, si doctrina nimirum sanctae catholicae et apostolicae Romanę ecclesiae secutus fueris, non timebis mala, quia fortissimus auctor ac eius fundator, beatus Petrus
Matth. 28, 20. claviger regni caelorum, tecum est usque in finem, domino pollicente: 'Ecce ego vobiscum[h] sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi'. Nulla quippe hepitudo aut quaelibet ambiguitas ascendat in suavissimam sacramque mentem tuam,
Matth. 5, 10. eo quod: 'Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est
Cf. Hebr. 11, 33. regnum caelorum', et iterum: Sancti per fidem vicerunt regna, et cetera.

Porro, quod in ipsis referebatur apicibus tuis, qualiter vobis nimis intentio est de sexta feria et sabbato, quod istos duos dies dicimus[i] ieiunium mancipandos, nequaquam hereticorum hominum ignavia atque impia perversa amentia inanesque ac mendaces sequere fabulas; sed magis doctorum nostrorum sanctorum patrum, sicut nobis intimant, videlicet beati Silvestri atque Innocentii papae pariterque almi Hieronimi seu Hisidori divinos sermones annectere et[k], nostra apostolica olitana regula sabbato ieiunando firmiter atque procul dubio tenens instar, celebrari tua non desinat sanctitas; si enim a regia non vis discedere via, predictorum sanctorum patrum censuram non deseras. Et beati Augustini[l] opuscula legi non pretermittas, ubi egregium predicatorem atque doctorem suum, sanctum Ambrosium, meminit pro ieiunio sabbati sanctam catholicam et apostolicam nostram Romanam nimis laudasse[m] ecclesiam[2].

Et quia, gerente spiritu sancto, nullis temtationibus superari tua almitas conicimur, ea, quae superius polliciti sumus, liquida exarationis pagina instituemus series[3].

a) fidelissimus *V.* b) precellentissimū *V.* c) *corr. ex* insignae *V.* d) *corr. ex* uaventes *V.* e) prossus *V.* f) frate *V.* g) cooperanter *V.* h) vobis *V.* i) decimus *V.* k) ex *V.* l) agustini *V.* m) laudasset *V.*

1) *De Petro II. episcopo Papiensi tantulum est memoriae traditum, ut eum ab a. 778. ad 783. praefuisse ecclesiae illi existimaret Cointius (Annal. ecclesiast. VI, 150. 240); ab a. 795.ª ad 800. Ughelli (It. sacr. I, 1083); ab a. 805. ad a. 813. Robolini (Notizie appartenenti alla storia della sua patria IV, II, 285). J. Ex hac epistola apparet, eum c. 785—791. episcopum fuisse; cf. supra p. 643 n. 1 et infra n. 3.* 2) *Cf. Augustini ep. 36 (antea 86) Opp. (ed. Bened. Venetiis 1729) II, 81:* ille *(Ambrosius)* sequutus adiecit: 'Quando hic *(Mediolani)* sum, non ieiuno sabbato: quando Romae sum, ieiuno sabbato'. *J.* 3) *Subiecit papa exemplum ep. 96 supra p. 643.*

98.

Constantinus II. papa Pippino regi significat, se, Paulo I. mortuo, pontificem creatum esse, supplicans, ut promisso quod beato Petro fecerit stet et amicitiam cum Stephano II. et Paulo I. gestam sibi quoque conservet; nuntiat, se, cum legati sui redierint, alios legaturum esse, et mittit, quod rex de sanctis postulaverit. 767 *(767.)*

Cod. (XCVIII) fol. 96—96' [a].
Edd. Gretser 98. Cenni 43, Jaffé 44. — Jaffé, Reg. 2374 (1820).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM CONSTANTINUS PAPA.

Omnino credimus, iam precurrentibus nuntiis ad vestram excellentissimam atque a Deo institutam regalem potentiam pervenisse, quod beatae recordationis predecessor noster, domnus Paulus papa, de hac luce Dei vocatione [subtractus est et] [b] urbis vel subiacentium ei civitatum populus meam infelicitatem sibimet preesse pastorem elegerunt; et ecce — cum nimio stupore mentis dico — illud, quod nequaquam penitus [c] obtabam nec mea exiebat merita, tam sacrum apostolatus culmen magnique oneris pastoralis adeptus sum curam.

Propterea quia omnipotens Deus per manus ipsius principis Petri adque eius vicarii ad exaltandam sanctam [d] suam ecclesiam et redimendam hanc provinciam prae omnibus regibus ac mundi potentibus utpote novum Moysen [1], qui Israheliticum Dei nutu redemit populum, vestram excellentiam in his diebus eligere ac suscitare iussit — quod profecto, Deo annuente, vestro auxilio [e] ac certamine perpetratum est —, idcirco obnixis deprecationibus tamquam presentaliter coram vestro mellifluo regali adsistens conspectu [2] flecso poblite [3] deprecor precellentiam vestram, ut illud, quod beato Petro polliciti estis, simulque et caritatem atque amicitiam, quam cum beatae recordationis domno Stephano, summo pontifice, vel eius germano, predecessoribus nostris, habuistis, omnimodo recordare ac conservare iubeatis et multo amplius exaltationem sanctae Dei ecclesiae, spiritalis matris vestrae, atque orthodoxae fidei defensionem, huius vobis commisse provintiae perfectam liberationem procurare dignemini, quatenus repositam iam vobis in sidereis mansionibus mercedis coronam, interveniente beato Petro apostolorum principe, ab omnipotente Deo consequi mereamini [4].

Nos enim nequaquam alibi post Deum nostram habemus spem nisi in vestro a Deo conroborato brachio [5]. Pro quo et eundem dominum Deum nostrum, cui occulta cordis manifestata sunt, proferimus testem [6], quod amplius [quam] [f] ipsi praedecessores nostri pontifices in vestra caritate ac fida dilectione atque sincera amicitia [g] firmi atque inmutabiles satagimus fine tenus permanendum [h] et per nullam temporum interruptionem a vestra nos caritate atque a Deo protecti regni vestri Francorum sincera amicitia [g] quoquo modo [i] separamus [7].

---

98. a) *Lemma:* item exemplar epistolae constantini papae neophiti ad domnum pippinum regem [aa] directa, in qua continentur gratiarum actiones, et de obitu domni pauli papae; et postulat, ut in gratia domni pippini regis permanere possit, sicuti antecessores sui fuerunt. b) subtractus est et *add. J.* c) *sequitur* penitus *in V.* d) scm *V.* e) *corr. [a correctore?] ex* ausilio *in V.* f) *Cf. in ep. sequente:* testatur nobis Deus noster, cui occulta cordis manifesta sunt, ut plus etiam quam prelati nostri predecessores — permansuri. g) amititia *V.* h) permanemdum *V.* i) quomodo *V.*

aa) *sequitur* direm *in V.*

1) *Cf. supra p. 480 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 510 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 522 n. 2.* 4) *Cf. supra p. 520 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 516 n. 7.* 6) *Cf. supra p. 570 n. 4.* 7) *Cf. supra p. 523 n. 3.*

767 Itaque, christianissime et a Deo institutae, magne, victoriosissime, bone rex et noster Dei nutu defensor, interim diversis nobis inminentibus causis nulla extitit possibilitas, donec missi[a] nostri, qui illuc ad vos[b] directi sunt, revertantur, alios ad vos dirigendum missos. Dum vero illi remeati fuerint, confestim nostros missos ad vestri presentiam dirigimus. Tamen et huic vestro misso hoc ipsud in ore posuimus, vestrae benignae excellentiae suggerendum gestum [. . . . .][c] quippe[d] sanctorum, de qua misistis vobis dirigi, in quantum reperire valuimus, vobis transmisimus.

Deus autem omnipotens, in cuius manu cor excellentiae vestrae regitur, felicia vobis tribuens tempora, omnes adversas nationes vestris regalibus subiiciat vestigiis et per multorum annorum metas regni gubernacula vos cum excellentissima et a Deo inlustrata filia nostra, domna regina, atque precellentissimis regibus, vestris natis, faciat possidere et aeternae beatitudinis cum sanctis et omnibus electis eius per infinita annuat secula effici[e] participes.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

99.

Constantinus II. papa Pippino regi iterum de pontificatu suscepto scribit, supplicans, ut promisso quod beato Petro dederit stet et amicitiam cum Stephano II. et Paulo I. gestam sibi quoque conservet; Christophorum presbyterum et Anastasium notarium, legatos suos, commendat; epistolam synodicam a Theodoro Hierosolymitano patriarcha acceptam mittit; Georgium (Ostiensem) episcopum et Marinum Petrumque presbyteros remitti cupit. *(767. post Aug. 31.)*

Cod. (XCIX) fol. 96'—98[a].

Edd. Gretser 99, Cenni 44, Jaffé 45. — Jaffé, Reg. 2375 (1821).

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO, PIPPINO REGI FRANCORUM ET PATRICIO ROMANORUM CONSTANTINUS PAPA.

Dum internae mentis intuitu infra memet ipsum vehementer considero, quanta mihi inrepti pastoralis officii[b] debet insistere curandas fruendasque dominicas rationales oves, valde fateor intolerabilis[c] męstitia cordis mei archano adhesisse, quia procul dubio non meriti et onoris[d] huiuscemodi provectio, omnibus curam animarum adsumentibus videtur esse conferta sollicitudo. Et qui nimis compremor et nullis operum meritis neque virtutum profectibus me prestitutum cerno, perpendo, quid divina misericordia, inspirante cordis affectu, operari iusserit; et ilico velut ex gravi somno experectus, nimio stupore et exstasi invenio et video[e] in me inrogatum, quod
Cf. 1. Cor. 2, 9. numquam obtavi, quod numquam penitus cogitavi, nec cor pussillitatis meae quoquo modo ascendit; ex inproviso enim violenti manu a populorum innumerabili concordantium multitudine velut valida aura venti raptus at tam magnum et terribile ponti-

a) mis *V.* b) nos *V.* c) *lacuna non est in V.* d) quippe *V.* e) efficiat *V.*

99. a) *Lemma:* item exemplar epistolae constantini papae neophiti ad domnum pipinum[aa] regem directa, in qua continetur, quod a populo romano per violentiam electus et in sede apostolatus intromissus fuit, postulans, ut in gratia domni regis pippini permanere possit, sicut antecessores sui fuerunt; et inde epistola teodori patriarchae ierosolimitani et de aliis epistolis alexandrini et a[n]tioceni patriarchis et in enbolo de georgio, marino et petro. b) *corr. ex* officio *V.* c) intolerabiles *V.* d) oneris *V.* e) invenio et video *scripsit J pro* nevenio en veni deo *in V.*

aa) pipinūn *V.*

ficatus culmen provectus sum. Unde, sicut navis aequoreis procellis fluctuatur, ita 767 ego infelix et inutilis curarum tumultibus et populorum proclamationibus atque lacrimosis ululatibus concutior[a]: etenim omnes omnino, a magno usque ad parvum, proprios dolores ac violentias[b] vociferare non cessant: circumvallent me undique cogitationum certamina ob consolationem et iustitias inpertiendas huic a vobis liberato populo. O quam magna et metuenda existis, pastorum sollicitudo! Et quomodo, infelix, possim onerosam[c] animarum exequi curam?

Verumtamen, dum protinus iactavi cogitatum meum in Domino et spei meae fiduciam apud eius contuli misericordiam meque, excellentissime et a Deo protecte, magnae, victoriosissimae[d] rex, in vestro solito auxilio et protectione commisi, paratum iam remedium inveni, et afflictus animus meus paulisper expiravit. Valde enim post Deum confortor in vestra regali potentia et a Deo protecto regni vestri Francorum robustissimo[e] brachio. Inter haec itaque considero, quanta sit Dei nostri omnipotentis misericordia, et confestim opima consolationis oportunitas mihi confertur[f]. Ipse enim pro humani generis salute de sinu patris descendens, 'verbum caro factum', de virgine Ioh. 1, 14. Maria domina nostra nasci dignatus est, non amittens deitatem; 'sed semet ipsum Philipp. 2, 7. exinanivit, formam servi accipiens[g]', qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit. Unde non est dedignatus cum peccatoribus et puplicanis loqui ac convesci; suscepit enim puplicanum et evangelistam effecit[h], Matheum dico, qui evangelica verba mundo propagavit. 'O multitudo divitiarum sapientiae et scientiae Rom. 11, 33. Dei; quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius!' Vere 'magnus Ps. 47, 2. Dominus et laudabilis nimis', 'et sapientiae eius non est numerus'; 'qui ponit humiles Ps. 146, 5. in sublimi et merentes erigit sospitate'. Pro quo, tamquam unum ex puplicanis me Iob 5, 11. existimans, cum gemitu cordis, percusso pectore, deprecor eius ineffabilem misericordiam, ut tanti[i] pastoralis officii, quod mihi inmerito contulit, me salubriter exequi et lucra animarum eius divinę maiestati offerre me annuat; crebro enim laudem ipsius redemtoris nostri loquitur os[k] meum, caro et lingua benedicit sanctum nomen eius, Cf. Ps. 144, 21. qui non merita existimat[l], sed miseretur, quibus misereri vult. Cf. Rom. 9, 18.

Premissis quidem iam vicibus nostris, apostolicis apicibus visi sumus intimasse a Deo instituto regali[m] vestro culmini de recessu predecessoris nostri, domni Pauli papae, et quomodo me indignum et inutilem divina dignatio in apostolatus ordinem provehere iussit. Unde ecce et nunc, iteratis nostris apostolicis affatibus, debitum honoris ac salutationis affectum et visitationis conatum excellentissimę christianitati vestrę aptum duximus persolvendum.

Et quoniam omnipotens et longanimis Deus noster, verbum salutis per suum apostolum beatum Petrum excellentiae vestrae mittens, fortissimum sanctae suae ecclesiae et fidei orthodoxae liberatorem ac defensorem te suscitavit atque constituit, precellentissime fili et magnae, orthodoxae rex, ideo, licet mutatis pastoribus, cura tamen huiuscemodi[n] conaminis[o] ac defensionis vobis subcumbit. Et ob oc tanquam presentaliter coram mellifluo regali vestro aspectu consistens deprecor[1] et per Deum omnipotentem — qui est iudex vivorum et mortuorum; ante cuius conspectum omnia elementa contraemescunt et abyssi moventur; qui omnia regna mundi suo providentiae nutu disponit; qui etiam te, excellentissimae fili ac benignissime rex, tuosque amantissimos natos ac meos spiritales filios in reges per manus beati Petri apostolorum

a) concutioribị *V.* b) uiolentiās *V.* c) oneram *V.* d) *scr. corrector pro* victoriaesissimae *in V.* e) robustistimo *V.* f) convertur *V.* g) actipiens *V.* h) efficit *V.* i) fant *V.* k) *corr. ex* hos *V.* l) *corr. ex* existimant *V.* m) rega *V.* n) cemodi *superscr. V.* o) ċertaṃinis *V.*

1) *Cf. supra p. 510 n. 1.*

767 principis ungui precepit[1] — firmiter excellentiam vestram coniuro, ut ea, quae pro stabilitate[a] regni vestri et aeternae vitae remunerationem beato Petro polliciti estis, pro exaltatione ac defensione sanctae Dei ecclesiae, spiritalis matris vestrae, et sanctae orthodoxae fidei observare et in omnibus adinplere iubeatis et in ea caritate ac dilectione, qua[b] cum nostris predecessoribus, domno Stephano ac Paulo, beatissimis pontificibus, permansistis, nobiscum permanere iubeatis et in eadem amicitiae[c] conexione cum mea fragilitate persistere, [non][d] nostra, quae mala sunt merita, existi- [Matth. 10. 41.] mans, sed adimplens illud divini[e] oraculi preceptum[f]: 'Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem accipiet prophetae; et qui recipit iustum in nomine [Matth. 10. 40; Luc. 10. 16.] iusti, mercedem suscipiet iusti'. et illud, quod ipsa veritas, Deus noster, ait: 'Qui me recipit, vos recipit; et qui me spernit, vos spernit'.

Considera[g], bone rex, quia potuerat Deus noster per angelum virtutis suae aut alio modo liberationem suae ecclesiae et fidei orthodoxae operari; sed non in alio nisi in tua excellentia conplacuit, quia tibi hoc bonum servatum erat opus[2]. Unde apertae cunctis datur intelligi, quia omnia iam ante mundi constitutionem a Deo prędestinata sunt. An non erat predistinatus[h] Davit, de cuius[i] secundum carnem Christus in mundo editus est? Pusillus enim inter fratres existens, ab ovibus patris abstultus in regem unctus est[3]. Et quia a Deo predestinatus es defensor[k] sanctae Dei ecclesiae ac noster adesse, exaudi preces nostras, mitissime rex: sic te exaudiat Dominus, in [Cf. Ps. 19. 10.] quacumque die eum invocaveris. Nos quidem, testatur nobis Deus noster, cui occulta cordis manifesta sunt[4], ut plus etiam quam[l] prelati nostri predecessores pontifices in vestra a Deo protecti regni vestri Francorum caritate et dilectione atque sincera fidelitate cum omni nostro populo firma constantia erimus permansuri[5]; et peto coram Deo vivo, ut, si forsitan quispiam spiritu nequitiae inreptus contraria de nobis vestro regali culmini garrire adtemptaverit, nulla ei credulitas admittatur[6], quia, confidimus in Dei omnipotentis misericordia, plenius eritis de nostra puritate satisfacti.

Unde ecce magnopere ad vestra a Deo directa vestigia direximus presentes fidelissimos nostros missos, scilicet Christophorum dilectum filium nostrum, presbiterum, atque Anastasium notarium regionarium spiritalis matris vestrae, sanctae nostrae aeeclesiae, qui vos de nostra fidelitate, quam erga vestram regalem potentiam gerimus, satisfacere debeant; quibus et in ore posuimus hoc ipsud christianitati vestrae nostra vicae enarrandum. Quos petimus ob reverentiam [.....][m] vestri beati Petri benignae a vobis solite suscipi eisque in omnibus credere et cum letabundis nuntiis de vestro benigno proposito et inmensa prosperitate absolvere iubeatis[7].

Itaque innotescimus excellentiae vestrae, quod duodecimo die preteriti Augusti mensis nunc transactae[n] quintae indictionis[8] coniunxit[o] ad nos a sancta civitate quidam religiosus presbiter Constantinus nomine, deferens synodicam fidei missam a Theodoro[9] Hierusolimitano patriarcha ad nomen predecessoris nostri, domni Pauli papae; in quo et reliqui patriarchae, id est Alexandrinus[10] et Antiocenus[11], et plurimi metropolitani episcopi orientalium partium visi sunt concordasse. Eamque cum magna

---

a) stabilitabilite V. b) qua V. c) amititiae V. d) *om.* V. e) divina V. f) preceptum V. g) concidero V. h) predisti V. i) genere *excidisse videtur J.* k) defen V. l) qua V. m) *lacuna non est in V; fautoris vel simile quid excidisse videtur J.* n) transacti V. o) coniunxionis V.

1) *Cf. supra p. 510 n. 4.* 2) *Cf. ep. 7 supra p. 491:* Potuerat namque alio modo, ut illi placitum fuisset, sanctam suam vindicare ecclesiam ...; sed, quia .... 3) *Cf. supra p. 505 n. 2.* 4) *Cf. supra p. 570 n. 4.* 5) *Cf. supra p. 650 n. b.* 6) *Cf. supra p. 572 n. 1.* 7) *Cf. supra p. 569 n. 1.* 8) *Itaque post d. 31. Aug. 767. scripta haec epistola est. J.* 9) *I., de quo cf. Le Quien, Oriens christianus III, 291 ss. J.* 10) *Cosmas; cf. Le Quien l. l. II, 457 ss. J.* 11) *Theodorus I; cf. Le Quien l. l. II, 745. J.*

lętitia suscipientes atque amplectentes, in populo in ambone relegi fecimus. Cuius exemplar in Latino et Greco eloquio vestrae excellentiae direximus, ut agnoscatis, qualis fervor sanctarum imaginum orientalibus partibus cunctis christianis imminet. 767

His prelibatis, extensis palmis ad aethera [1], cum omnibus Dei cultoribus et cuncto nostro populo redemptoris nostri divinam exoramus clemenciam, ut suae extensionis dextera vos protegat et regni vestri a Deo confortati Francorum terminos dilatet atque immensas de hostibus victorias vobis tribuat cunctosque adversarios regalibus vestris prosternat vestigiis regnique gubernacula longo ac prospero senio vobis una cum excellentissima filia nostra, a Deo protecta regina, et amantissimis natis perfrui concedat possidenda et, sicut temporale ac terrenum regnum, et celestia vobis regna cum omnibus sanctis, qui ab initio mundi divinae placuerunt maiestati, tribuat possidenda.

Incolomem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

E M B O L U M.

Itaque hoc excellentiam vestram petimus: ut iubeas, christianissime ac mitissime rex, inspiratus a Deo ad nos absolvere revertendum sanctissimum fratrem nostrum, Georgium episcopum, atque dilectos filios nostros, Marinum et Petrum presbiteros [a], qui ad vestram precellentiam a nostro predecessore, domno Paulo papa, directi sunt. Cotidie enim cum magno ploratu eorum parentes nos adeunt, ut vestram a Deo institutam excellentiam deprecari debeamus pro eorum absolutione; et iam non possumus eorum lacrimas sufferre. Per te enim, bone, misericordissime rex, salvi effecti sunt et a manibus persequentis liberati consistunt; unde magna in celo vobis reposita est mercedis corona [2], quoniam scriptum est: Qui salvat, tamquam qui edificat. Propterea coram Deo vivo deprecamur [b], ut, in hoc preces nostras exaudiens [c], ipsos absolvere iubeatis; ipsis enim revertentibus, cum magna letitia eos suscipi et caros in nostris visceribus amplecti studebimus; episcopatum enim et ecclesias, quas tenere videbantur, inordinate usque hactenus consistunt. Pro quo iubeat excellentia vestra disponere, quatenus prelati viri ad terram nativitatis eorum revertantur, quia adest tempus, ut pariter cum suis parentibus et una nobiscum in Domino exultent nosque merito pro vita et incolomitate vestra fundere valeamus preces.

---

a) *corr. in* presbiterū *V;* presbiteros *G.* b) depre *V.* c) exaudies *V.*

1) *Cf. supra p. 508 n. 5.* 2) *Cf. supra p. 520 n. 2.*

APPENDIX.

1.

788 *Hadrianus I. papa Caroli regis legatos (Maginarium Sancti Dionysii abbatem, Iosephum diaconum, Liudericum comitem, Goteramnum ostiarium Valvae ut videtur commoratos) consulit, num Capuanorum quorundam Romam profectorum deditionem accipiat eorumque causa ad Athalbergam, Arigisi Beneventani ducis viduam, litteras mittat*[1].

(788. post Ian. 22.)

Descripta ex imagine archetypi papyracei quondam in coenobio Sancti Dionysii, hodie in tabulario Parisiensi servati, quam publici iuris fecit Tardif inter 'Fac-Simile de chartes et diplomes Mérovingiens et Carlovingiens' Parisiis 1866.

Edd. Mabillon, De re diplom., Supplem. p. 96 (M); Tardif, Monuments historiques p. 67 (T); Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 345 (J). — Jaffé, Reg. 2462 (1892).

.... [ad cogni]tionem[a] pruden[tissi]m[ae re]lig[iositat]i[b] seu gl[o]riae vestrae deducimus, eo quod a[d nos ven]erunt[c] aliquanti ex civibus Capuani, scili[c]et Gr[e]g[o]rius presbiter, Saduct[us], Ai[m]o[d], Au[demundus, Perg]ulfus[e], Siculfus, Landemaris, Uualdifridu[s], Audulfus et Corbulus — de qua[2] p[raecellentissimus filius][f] et spiritalis conpater noster [dominus][g] Carul[u]s rex Francorum et Langubar[dorum atqu]e[h] pa[t]ricius Romanorum [d]on[ation]em[i] bea[t]o Petro apostolo fautori suo et[k] ..... [c]um sua praecellentissima[l] c[oniuge] domina re[gina][m] eorumque novilissimos suvoles et cunct[is episc]opi[s] a[b]bati[bus nec non][n] et omnes[o] novilissimi Franci — petentes nobis: bea[tissim]i [Petri][p] et nostri essent subiecti, sicut per donationem praecellentissimi[l] domni[q] regis agniti sunt. Et [proinde][r] vestrum petimus consilium: si eos in servitio beati Petri apostoli recipere debeamu[s an n]o[n][s][3]. Nobis quippe

1. a) intentionem *M. T;* [ad co]gn[i]tionem *J.* b) prudentissimi et ...... *M. T;* pruden[tissi]m[ae re]lig[iosi]tati *J.* c) quod a domino [fu]erunt *M. T.* d) sa ...... *M;* Saduct[or] ... ulmo *T.* e) Audenus [Erg]ulfus *M. T.* f) de qua p...... issi *M. T.* g) inluster *M. T.* h) Lungubardorum atque *T.* i) ...... *M.* k) *post* et *add.* X *T; pro* et *interponendum coniecit* obtulit *J.* l) praecell *imago.* m) dn re *imago,* H. regina *M,* dominae nostrae ... *T.* n) abbatibus ...... *T.* o) cunctis ...... *M.* p) bea[ti Petri] *J.* q) dn *imago.* r) sunt ...... *M; supplevit J.* s) debeamus ... *M. T.*

1) *Cf. cum hac epistola ep. 82 supra p. 615. 616.* 2) Venientes quippe ad nos de Capua, quae beato Petro apostolorum principi pro mercede anime vestrae atque sempiterna memoria cum ceteris civitatibus offeruistis, videlicet Gregorius presbiter seu Saductus, Pergulfus, Audemundus, Haimo, Landemarus, Warnefridus, Sigulfus, Audualdus et Corbulus *nuntiat Hadrianus Carolo regi in ep. 82 supra p. 616.* 3) *In ep. 83 supra p. 617 Hadrianus Carolum regem certiorem reddit:* post aliquantos dies prelatos Capuanos in confessione protectoris vestri, beati Petri apostolorum principis, iurare fecimus in fide eiusdem Dei apostoli et nostra atque vestrae regalis potentiae; *itaque haec epistola ante ep. 83 et post 82 videtur data esse. J.*

melius e[sse ap]aret[a], si eos recipiemus, ut inter eis dissen[sio] fiat et divisis inveniantur; [eo q]u[o]d[b] ad[c] partem atque effectum beati Petri [simul et][d] pr[a]e[ce]l-l[entissimi][e] filii nostri[f] d[omini re]gis[g] sic expedit: ut, dum divisi fuerint, melius [cohibeantur][g] [si]ne nostro vestroque lavore[h]. 788

Sed et hoc nobis praelati [Capuani petebant, ut][g] nostrum missum una cum indiculum apud Adelperga rel[icta A]rechis[g] dirigere deberemus et [im]perantes [eis][i] cum omnes Benebentani: ut n[on][k] [a]ude[ren]t ipsi Beneben[ta]nis aut aliis ex illis partibus cives super eos d .... [a]ut [q]ualibet in eis malitiam ingerere. Se[t] neque hoc [sine vestr]o consilio[l] facere volui[mus]. Quapropter quesumus vestrae .....[m] [p]rudentiae[n]: ut tam de recipien[d]i [e]os quamque de nostro misso una cum nostru[m] ind[iculum apud praedictam[o] Adelpergam seu Benebentum dirigendum no[bi]s [co]nsilium praebere d[eb]eatis; et qualiter exinde congruae[p] et recte pros[pexer]itis[q], nobis protinus per vestra scri[pt]a significar[e] maturemini; [ut, hostibus sup]plosis[g], vestrae ex[i]m[iae] pr[u]den[tiae][r], intercedente[s] be[at]o Petro [apostolo fau]tori vestro, divina maies[t]as pe[r] mu[l]toru[m] curri[c]ula ann[or]um ...[t]

2.

Maginarius (Sancti Dionysii abbas) Carolo regi legationem suam cum Iosepho (diacono) Liudericoque (comite) atque Attone (diacono) Goteramnoque (ostiario) in fines Beneventanos factam renuntiat[1]. *(788. c. Ian. 22.)*

Descripta ex imagine archetypi papyracei quondam in coenobio Sancti Dionysii, hodie in tabulario Parisiensi servati, quam publici iuris fecit Tardif inter 'Fac-Simile de chartes et diplomes Méroringiens et Carlovingiens' Parisiis 1866.

Edd. Mabillon, De re diplom., Supplem. p. 96 (M); Tardif, Monuments historiques p. 66 (T); Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 346 (J).

..... dominatio[a] [ves]tra .... de ..[b] id est Attonem[c] [et Go]ddr[amnum .. convenit][d] inter nos[e]: ut illi [irent per Valva oppid]o[f], nos vero per Sangrum in fine Beneventana; et si quis de nobis prior [advenisset][g], ibidem suos pares expectare debuisset[2]; et quodcumque in ipso itin[ere nostro] de[h] vestra fidelitate cognovissemus, illis signif[i]cassemus et illi simili[ter nobis][d].

[Sed A]tto[d] et Goddramnus antea quam nos quattuor dies ad Benevento vene[runt][d].

---

a) meliorem ...... *M;* melius preparet? *T.* b) itaque *pro* [eo q]u[o]d *coniecit T.* c) inveniantur ...... *M.* d) apostoli atque *M;* apostoli simulque *T.* e) praecełł *imago.* f) ri *iterum superscr. imago.* g) *supplevit J.* h) favore *M. T.* i) ... pereuntes una *M,* et se pereuntes una *T pro* et [im]perantes [eis], *quod J praebet.* k) *pro* ut n[on] *nihil cognoscere potuerunt M. T.* l) ingerere ... isti consilio *M;* ingerere ... neque hoc isti consilio *T.* m) n ... n ... l *videtur agnosci posse.* n) vestrae re ... prudentiae *M.* o) apud saepe ... ictam *M.* p) congrua *M.* q) pros ..... *M. T.* r) *post* den *videtur sequi* di *in imagine;* maturemini ...... *M.* s) plosis vestrae intercedente *T.* t) multorum ...... *M.*

2. a) dominatio[ne] *videtur in imagine;* [stat] dominatio *M. T.* b) *pro* [ves]tra .... de .. *nihil praebet T.* c) ottonem *imago et T.* d) *supplevit J.* e) dominatio ...... inter oll *M.* f) ut illi [irent] ...... [Benevent]o *M. T;* ut illi [irent ad Valvae oppid]o *J.* g) B ... isset *M;* Be ... [isse]t *T.* h) in ipso itinere ... inis de *M;* in ipso iti[ne] ... [ini]s de *T.*

1) *Cf. cum hac epistola epp. 82. 83 supra p. 615—619.* 2) *Hadrianus Carolo regi in ep. 82 supra p. 615 nuntiat:* tale illis prebuimus consilium: ut nullo modo se alterutrum separari, sed preeuntes Atto et Goteramnus in oppido Valvae, ibidem expectarent tam Maginarium et Ioseph quam Liudericum ... Qui precedentes, scilicet Atto cum Goteramno, nullo modo nostris accommodaverunt consiliis, sed ... abierunt singulariter Benevento.

788 [Nos][a] vero, dum per vestros fideles cognovissemus, quod ipsi homines Beneventani, [sicut][a] rectum fuerat, non erant, statim illis significavimus. Et rogavimus, [si id utile][b] putarent, ut antea ad Salerno non irent, quam nos ad Benevento coniunc[xissemus][a].

[Similiter][c] dum in fine Beneventana intrassemus, nullam fidelitatem adve[rsus vestram excellentiam c]ognovimus[a]. Iterum misso nostro cum epistula nostr[a a]d [eos dir]exim[us: ut i]bi[d] nos[e] ad Benevento expectaren[t], sicut domnus apostolicus n[obis consuluerat, u]t[f] quicquid[g] fa[c]ere debuissemus, communiter fecissemus[1]; et postea, si, nobis [coniunctis][a] secundum iussionem domni apostolici, nos ibi [ad][a] Benevento fidelitatem eorum co[gnovissemus, ad][h] Salerno pergeremus: si vero non, ibi inter nos consideras[se]mus, ut ad ill[os per][a] nostrum missum et epistullam significassemus, ut ad nos venissen[t] et ibi de profe[cto et salute][a] domni apostolici seu et de vestra inter nos decertassemus, sicut vestra fuer[at iussio][a] facere.

Sed dictum est nobis, quod ipsi nos expectare voluissent; et illi[c nos nostr]um[a] consili[u]m eis facere voluerunt, antequam ad Salernum venis[sent][a].

[Sed][a] dum nos per [i]nfideles vestros, Deo sibi contrario, usque ad Benevento venissem[us, putantes][a] nostros pares invenire et ibi [cum eis][i] considerare, qualiter vestram iussione[m feci]ssemus, illi iam uno die antea, quam nos venissemus, iter ad Salernum [fecerant][a].

[Nos][a] vero de hac causa in magnam tribulationem devenimus, pro eo quod nostros [pares nobi]scum[a] non habebamus et nobis significatum erat a vestris fidelibus: [si ad Salerno venis]semus[a], quod ill[i] nos detenere voluissent, usque dum certi fuissent, [quid de Gri]maldo[a][2] vel de eorum missis[k] facere voluissetis. Et hoc adserebant: [si certa]m[a] firmitatem illis non fecissemus, quod Grimaldo illis ad duce dona[ssetis][a] vel illas civitates, quod sancto Petro vel domno apostolico donastis, illis relax[assetis, nu]llo[a] modo vestram iussionem conplere volunt, nec nos relaxare sed firm[iter dete]nere vellent; si vero hoc promississemus, tunc se adserebant de aliqua[libet re ves]tram[a] iussionem conplere.

Dum talia cognovimus, ego Maginarius sim[ulavi me aegri]tudine[l] detentum ita fortiter, ut ad Salerno ire non potuissem. Interim [cum illo]rum[a] insidias cognovissemus, propterea, ut nostros pares de Salerno ad nos reci[peremus][a], sic per nostram epistulam ad Albergae[3] et ad alios primatos Beneve[nt]anos dir[eximus dice]ndo[m]: quod ego Maginarius Ioseph[4] et Leudericum ibi transmittere voluissem; et ill[i dixissent, quo]d[n] sine me ire non vellent; et nobis dirigerent Attone et Goddramno[5] cum il[lisque pri]matos[o] Beneventanos duodecim vel quattuordecim, vel quantos illi voluiss[ent; et][a] postea nos illi[s][p] significassemus, quod a vobis iniunctum habuimus, et sic c[um eis t]ractassemus[q] de profecto vestro vel de salute terrę illius; post ca[ptam sanitatem si ego][r] Maginarius potuissem, cum illis ad Salerno pergerem; sin vero aliter, [reverterentur][a] Atto, Ioseph, Leudericus et Goddramnus iter[u]m[s] [a]d Saler[n]o, hęc omnia [tractaturi c]um[a] illorum[t] primato[s].

---

a) *supplevit J.* b) *ita J;* ut . . . *imago, M. T.* c) *imago, M. T;* [Sed] *J.* d) nostra . . . d . . . exime . . . bi *imago;* nostra ad At . . . ibi *T.* e) nostr . . . . . . *M.* f) *ita J;* apostolicus H *M.* g) r quicquid *T.* h) *ita J;* eorum . . . . . . *M;* eorum ei . . . . *T.* i) *pro* cum *in imagine* dem *significatum;* ibidem *T.* k) missus *imago.* l) *ita J:* simi . . . . [aegri]tudine *T.* m) dir[eximus manda]ndo *T.* n) illi [responderunt quo]d *T.* o) cum al . . . primatos *M;* cum at . . . [pri]matos *T.* p) illi *imago, papyri locum proximum non exesum ostendens.* q) sic eos . . . [t]ractassemus *M. T.* r) postea . . . *T.* s) Goddramnus . . . . . . *M.* t) suorum *M.*

1) *Cf. supra p. 655 n. 2.* 2) *filio Arigisi Beneventani ducis. J.* 3) *viduam Arigisi Beneventani ducis. J.* 4) *Iosephum. J.* 5) *Attonem et Goteramnum. J.*

Sed ipsa Adalberga noluit suos[a] primatos diregere; |sed so|lum[b] Goddramno ad nos in Benevento direxit. 788

Sed dum per vestros fidelissim[os cognov]issemus[b], quod illi nos perdere voluerunt, omnia Goddramno de vestra in[fidelitate retuli]mus[b] et ille similiter nobis. Et Goddramnus voluit revert[ere a]d [S]alern[o ob Attonem. Sed] diximus[c]. ut melius fuisset, quod unus detentus fuisset quam duo.

[Nos vero dum is]ta[b] et alia multa de vestra infedelitate cognovimus, ad pullorum cantu[m], postquam .... [i]bidem demorati[d] fuimus et nihil de vestro profecto cognovimus. sine illorum consensu[e], [benigni]tate[b] Dei ad[iuvan]te[b] et vestra fide[litate][b] ... d[f] vestros[g] inimicos. nos [re]ce[ssimus][b] et pugnando[h] [pervenimus][b] in fine [Spo]litana[i] [1] ....

a) Adalberga ...... *M.* b) *supplevit J.* c) ad Salern ... et diximus *T.* d) postquam ...... detenti *M.* e) consensu *etc. M, cetera omittens.* f) *ante* d *videtur* vestra *scriptum.* g) vestra fide et ...d vestros *T.* h) inimicos nos ...... expugnando *T.* i) in fine [Na]politina *T; lineae novissimae — duodecim secundum T — ita sunt extinctae, ut vix interdum una littera agnosci possit.*

1) *Cf. ep. 82 supra p. 615:* fugam arripientes Maginarius cum Ioseph et Liuderico, una cum Goderamno, qui ad eos adloquendum venerat a Salerno, introierunt in finibus ducati Spoletini in prelato oppido Valvae. *J.*

IX.

EPISTOLAE WISIGOTICAE.

Ambrosius de Morales, cum iussu Philippi II. regis Hispanias lustraret, ut reliquias sanctorum codicesque manuscriptos in ecclesiis asservatos exquireret, primus in ecclesiae Ovetensis codice epistolas ad res Wisigotorum pertinentes invenit inventasque esse in relatione sua indicavit[1]. *Codex ille Ovetensis, qui, alias*[2] *ab eodem Ambrosio de Morales copiosius descriptus, per Pelagium Ovetensem episcopum, Alfonso VI. rege incitante, inter annos MXCVIII. et MCIX. compositus esse traditur, utrum usque ad hunc diem exstet necne, nescimus; attamen tres codices nobis in promptu fuerunt, quos quidem ex Ovetensi ortos esse, in ipsis codicibus notatur; hi sunt*

E 2 = Codex saeculo XVI. scriptus Escurialensis b. III. 14, quo (fol. 113' et sqq.) duodeviginti epistolae et tria carmina exhibentur (prima epistola duoque ultima carmina plane, ceterae epistolae ex parte collatae a viro cl. Paulo Ewald)[3],

M 1 = Codex saeculo XVII. scriptus bibliothecae regiae Madridensis F. 58, e quo (fol. 43 et sqq.) vir cl. Henricus Fridericus Knust easdem duodeviginti epistolas triaque carmina (primo excepto), quae codice E 2 traduntur, exscripsit[4],

T = Codex saeculo XVI. a Iohanne Baptista Perez conscriptus bibliothecae capituli Toletani 27. 24 tom. I, in quo (fol. 62' et sqq.) epistolae II—XVIII. et I. et epistola Fructuosi et (ante II.) epistola Aurasii leguntur (carptim et a viro cl. Knust et a viro cl. Ewald collatae)[5].

Ex hoc codice T derivatus itaque ipse quoque ex Ovetensi repetendus est

M 2 = Codex saeculo XVIII. scriptus bibliothecae regiae Madridensis Dd. 104, in quo exstant epistolae II—IX., Aurasii, X., XIII—XVIII., XI., XII., deinde iterum


1) *Viage de Ambrosio de Morales por orden del rey Don Phelipe II. á los reynos de Leon y Galicia y principado de Asturias (ed. Henricus Florez) p. 96.* 2) *Cf. Florez, España sagrada XXXVIII, 366: 'Noticias que escribió Ambrosio de Morales de lo contenido en el famoso codice Ovetense de Don Pelayo obispo de esta sede'; v. etiam Neues Archiv XVI, 24 n. 1.* 3) Ex vetustissimo foliorum membraneorum codice literis gothicis conscriptorum, qui in bibliotheca ecclesiae Ovetensis aservatur, deducte et transcripte fuerunt h[ec] et se[quen]tes e[pistolae] *ad I. epistolam affirmatur; cf. Neues Archiv VI, 233. 234.* 4) Ex vetustissimo Ovetensi *fol. 59 declaratur; cf. Archiv VIII, 784. 785 et Neues Archiv VI, 304.* 5) Ex veteri codice Ovetensi *initio II. epistolae et* Hactenus ex codice Ovetensi *conclusioni XVIII. epistolae apponitur; at epistola I.* ex codice ecclesię Caesaraugustanę, *epistola Aurasii* e codice conciliorum sancti Laurentii *sumpta esse dicitur; cf. Neues Archiv VI, 362.*

VIII. mutilata, postremo Fructuosi (a viro cl. Knust Aurasii et Fructuosi epistolae exscriptae, ceterae singulatim collatae; a viro cl. Baist epistolae II—VII., XII., XVI., Fructuosi exscriptae; a viro cl. Ewald omnes plane collatae) [1].

Ovetensi codice vetustior est

E 1 = Codex saeculo VIII. scriptus Escurialensis &. I. 14, in quo epistolae Fructuosi (a viro cl. Knust excripta), II—VII., XII., XVI. (omnes a viro cl. Ewald collatae) inveniuntur [2].

Quorum codicum oratione perspecta atque comparata cum demonstretur, codices E 2. M 1. T ita esse propinquos, ut inter M 1 et T codex E 2 interponendus sit, codicem E 1 autem non modo Ovetensi non propositum fuisse, sed ipsum e codice quodam archetypo certe epistolas I—XVIII. iam digestas habente [3] *emanasse, affinitas omnium quos habemus codicum hac imagine exprimi potest*



Codex archetypus saeculo VIII. in codicem E 1 transscriptus quando compositus sit, e rebus in epistolis commemoratis haud difficulter coniciatur. Nam cum prioris partis epistolae (I. Isidori Hispalensis episcopi ad Helladium Toletanum episcopum data, ceterae II—IX. aut a Sisebuto rege dictatae aut ei inscriptae) intra annos DCXII. et DCXXXIII. ortae et alterius partis epistolae (X. Tarrae cuiusdam ad Recaredum regem data, ceterae XI—XVIII. aut a Bulgarano Septimaniae comite datae aut ab Agapio episcopo, familiarissimo eius, acceptae) annis DLXXXVI—DCXII. attribuendae et appendicis epistolae (Fructuosi Dumiensis episcopi ad Recesvindum regem et Aurasii Toletani episcopi ad Froganem comitem datae), quae fortasse in codicem archetypum receptae fuerunt, intra annos DCIII. et DCLII. scriptae sint, satis est, cur epistolas ad res Wisigotorum spectantes circa medium saeculum septimum collectas esse opineris. Atque si quis inquirat, unde aut quo quaeque epistola missa sit, haec ei ponderanda sunt: epistolae

1) Ex codice vet. Ovetensi (Perez manu propria). Exscripte omnes sequentes epistole ex collectione manuscripta Toletana Dom. Ioannis Baptiste Perez tom. I. fol. 12. Omnes contuli ipsemet *[Burriel?] ad epistolam II. significatur; et additur ad III:* Hanc et sequentes epistolas e codice quodam bibliothece regie Madridensis — *id est M 1* — exscripsit P. Franciscus Henricus Florez Augustinianus mihi perquam familiaris atque cum Toletano codice Pereziano — *id est T* — conferendas misit: eas diligenter contuli una cum D. Ioanne Infantas doctorali ut vocant canonico. Variantes vero lectiones inibi repertas in oram reieci atque compendio F designatas volui; *cf. Archiv VIII, 778 et Neues Archiv VI, 298.* 2) *Cf. Archiv VIII, 815 et Neues Archiv VI, 250.* 3) *Tria carmina illa, quae in codicibus E 2 et M 1 leguntur, solius codicis Ovetensis, non archetypi fuisse, ex eo probabile est, quod Pelagius episcopus, qui Ovetensem codicem composuit, id studuisse videtur, ut cum quibusdam epistolarum rebus e carminibus sibi notis similes conferret. Quamobrem ea in hac editione omittenda esse putavimus, praesertim cum primo soli LXXXIII versus carminis illius contineantur, quod Fortunatus Chilperico et Fredegundi dedit (Leo, Fortunati opera poetica, Carm. IX, 2: Auctt. antiqq. IV, I, 205—208), secundo et tertio autem CXIX versus e Corippi libro cui inscribitur 'In laudem Iustini' excerpti sint (Partsch, Corippi libri qui supersunt, In laudem Iustini lib. III. v. 271—307 et 317—398: Auctt. antiqq. III, II, 144. 145 et 145—147).*

III—VI., XI—XIII. maximi ad rem publicam Wisigotorum momenti fuerunt; epistolae I—X. atque Fructuosi Aurasiique aut Toleti aut Toletum datae sunt; epistolae XI—XVI. a Bulgarano Septimaniae comite scriptae sunt, qui summus Wisigotorum magistratus facere non potuit, quin saepissime Toleto ex urbe regia mandata expeteret et perfecta Toletum referret — ista considerans, Toleti notarium quendam vel cappellanum regis epistolas Wisigoticas collegisse, quis est, qui verisimile esse neget?

Epistolae quamquam hic primo eduntur cunctae, tamen omnes sparsim iam publici iuris factae sunt. Postquam quae appendice nostra continentur epistolae Fructuosi et Aurasii ab Hieronymo de la Higuera et Laurentio Ramirez de Prado in libro qui inscribitur 'Luitprandi subdiaconi Toletani, Ticinensis diaconi, tandem Cremonensis episcopi opera' (Antverpiae MDCXL.) ex incerto codice duaeque aliae (II. et III.) a Martino de Ximena in libro qui inscribitur 'Catalogo de los obispos de las iglesias catedrales de la diocesi de Jaen y annales eclesiasticos deste obispado' (Madrid MDCLII.) e codice T proditae sunt, plures (II—X.) ab Henrico Florez in libro qui vocatur 'España sagrada' (vol. VII. et XIII. edit. sec. Madrid MDCCLXVI. et LXXXII.) e codicibus M 1 et T in lucem prolatae sunt. Tum epistolae XI., XII., XIII. nova editione Valenciae anno MDCCLXXXV. edita libri Iohannis de Mariana, cui inscribitur 'Historia general de España' (vol. II.), e codice E 2 additae sunt; postremo numerus universus expletus est a Gottholdo Heine, qui in librum suum anno MDCCCXLVIII. exaratum cui inscribitur 'Bibliotheca anecdotorum sive veterum monumentorum ecclesiasticorum collectio novissima' epistolas XIII—XVI., XI., XII. e codice M 2 et epistolas Aurasii, XVIII, XVII. 'e codice antiquissimo bibliothecae collegii canonicorum Toletanorum', codici T simillimo, transscripsit.

Haec omnia quae disseruimus accuratius illustrata sunt commentariolo nostro ('Der Anhang des III. Epistolae-Bandes der Monumenta Germaniae historica: Epistolae ad res Wisigotorum pertinentes') typis expresso in Actis illis quae vocantur 'Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde', vol. XVI. p. 9—48.

Data mense Aprili anni MDCCCXC.

Wilhelmus Gundlach.

1.

Isidorus Hispalensis episcopus ab Elladio Toletano episcopo ceterisque cum eo congregatis petit, ut quendam Cordubensem (Hispalensis ecclesiae suffraganeum) episcopum flagitiosissimum in iudicium vocatum deponant, eorumque precibus se commendat. 615-633

(615—633.)

Codd. M 1 (fol. 43), E 2 (fol. 114), T (fol. 86)[a].
Edd. Arevalus, Isidori opp. VI, 566 (A). — Migne, Patrol. lat. LXXXIII, 902.

DOMINIS[b] MEIS ET DEI SERVIS, ELLADIO[c] CAETERISQUE, QUI CUM EO SUNT COADUNATI EPISCOPI[d], ESIDORUS[e].

Afficimur lacrimis, compungimur stimulis peccatorum nostrorum, cum ruinam fratris agnoscimus, quia, sicut de salute laetitia, ita de periculo animae gemitus est. Cognovimus enim Espalensem[f] Cordubensis[g] ecclesiae sacerdotem[1] in pontificali culmine carnali[h] labe dilapsum et de altitudine honoris in profundo flagitiorum flenda ruina dimersum[i]; et quia vobis solicitudo pastoralis incumbit vestroque iuditio delinquentium errore[k] discutiendos censura divina disposuit dicens: Sacerdotes stabunt in iuditiis meis et iudicabunt inter sanctum et pollutum — hanc igitur vocem Domini cognoscentes, cum effussione[l] lacrimarum vestram[m] sanctitatem deposcimus, ut idem lapsus sancto cetui vestro praesentatus, agnito a vobis confessionis elogio[n], sinodali sententia a gradu sacerdotii deponatur. Melius est illi, ut temporaliter iudicetur a vobis quam aeterno damnetur iuditio; lebior est illi praesentis temporis[o] ignominia quam futura gehennae tormenta. Sciat enim, se amisisse nomen et officium sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter iuditii vestri decreto poenitentiae perpetim flagitia perpetrata lamentatione deploret, plangat sacerdotii cultum, quem male vivendo perdidit, lugeat animae suae statum, quem tanto putredinis ceno[p] coinquinavit: fortasse porriget illi manum quandoquidem[q] spiritus sanctus, et[r] per dignam satisfactionem mereatur peccatorum remissionem. Pro me quoque deprecor, sanctissimi sacerdotes, ut pietatem divinam exorare dignetis[s], ut immemor malorum meorum, quibus et ipse conlapsus sum, a peccatorum vinculo, quibus hucusque sum conligatus, dissolvat et fructum indulgentiae vestris meritis tribuat.

Cf. Ezech. 44, 24 et 22, 26.

---

1. a) *Lemma:* esidori[aa] hispalensis episcopi pro espalensem[bb] cordubensem[cc] episcopum elladio[dd] toletanae civitatis episcopo directa, *om. A.* b) domnis *M 1.* c) Helladio *A.* d) episcopis *A.* e) Isidorus *A.* f) spalensem *M 1;* Hispalensem *A.* g) corduvensis *E 2.* h) cardinali *M 1.* i) demersum *A.* k) errores *A.* l) effusio *M 1.* m) vestrarum *M 1.* n) eloquio *E 2 (in marg. corrigens* elogio), *A.* o) temporibus *E 2.* p) sceno *E 2.* q) quandoque *A.* r) ut *A.* s) dignemini *A.*

aa) isidori *E 2.* bb) hispalensem *M 1.* cc) corduvensem *E 2.* dd) eladio *E 2.*

1) *Cf. quae Arevalus (Isidori opp. I, 637—641: Migne, Patrol. lat. LXXXI, 500—503) de hac epistola disseruit.*

2.

c. 615 *Sisebutus rex litteris ut assentiatur rogatus Cicilium Mentesanum episcopum obiurgat, quod, munere sacerdotali neglecto, vitam monachicam capessat, et ipsi conciliogue episcoporum se sistere iubet, ut ad officium suum revocetur.* (c. 615.)

Codd. E 1 (fol. 167), M 1 (fol. 43 sq.), E 2 (fol. 115), T (fol. 62'), M 2 (fol. 83)[a].
Edd. de Ximena, Catalogo de los obispos de Jaen p. 35; Florez, España sagrada VII, 309. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 363.

Obtabam[b], carissime[c] pater, tuo ante[d] incolome[e] grege[f] servato[g], inmensa peccamina nostra, quae nostris non deteguntur[h] ex meritis, tuis saltim orationibus ablui. Sed quis opem possit alieni ferre doloris, qui sibi medicamentum denegabit[i] curationis; nec poterit quisquam[k] erraticas obes[l] in caulas dominicas obtutare[m], qui suas neglegendo luporum in faucibus missit[n] et, (denegatis herbidis ac redolentibus campis)[o], tribulis[p] vepribusque[q] (........), inter catulos rabientium leonum maluit sauciari[r] consortes, quatenus[s] innoxium gregem, dum cura vigilantis em(ortuit)[t], faucibus ravidis[u] ore truculento, nemine obsistente, dilaniant et per obstrussis[v] anfractibus[w], nullo defendente, idem fere[x] interiment. Quam flenda sit res et omne[y] lacrimarum[z] fonte plangenda, dicerem, nisi quia tantus miserandus eventus adtulit, ut me magis flere libeat quam recitare oporteat[1]. Si dominus noster[a] unam oberrantem[b] humeris vectabit[c] obiculam[d], donec in centenario eam numero conlocaret, quanto magis curam ferre debet humana fragilitas, ut, si lucri non potuit fieri, perdere nec debuit quod accepit. Verumtamen ne tibi videatur ea que asserimus procul a[e] ratione manentia, audi, quibus Cf. Matth. 25, 14 sqq. iaculis in evangelio dominus percutiat corda peccantium quantaque premia preditus[f] fideles locupletet, ut eum[g], qui sibimet conmendata talenta ampliabit[h], secum[i] in gaudio fecerit permanere et[k] super maximis institutum eum imperare constituit[l]; econtra[m] scilicet qui pecuniam conservando[n] abstruserat[o], qua[p] eum pęna consequatur quave[q] iactura in eum[r] fervens deseviat, ex divinis oraculis magis poteris indagare. Quodsi ille, qui nihil[s] lucri profectus est, in statu protulit summa[t], tam penaliter est condemnatus, qua censura erit puniendus, qui, nichil adquirens[u], ea que habuit neglegendo[v] crudeliter caruit, innumerabilia divinorum voluminum[w] patent examina, que te

2. a) *Lemma:* oepistola[aa] domni[bb] sisebuti[cc] ad cicilium[dd] mentesanum episcopum, dum ad monasterium ambulabit[ee]. b) optabam *M 1. 2.* c) charissime *M 1. 2: ita semper.* d) *pro* tuo ante *lacuna in E 1.* e) incolume *M 1. 2.* f) *ita corr. ex* rege *E 1.* g) ralvato *E 1.* h) *an* deterguntur? i) denegavit *M 1. 2.* k) quispiam *M 1. 2.* l) oves *M 1. 2.* m) obturare *M 2.* n) misit *M 2.* o) *quae fibulis ( ) inclusa sunt, in E 1 legi non iam possunt.* p) trivulis *M 2.* q) *sequuntur solo in E 1 octo fere litterae, e quibus agnosci videntur:* fu [a?] l . . rer. r) sauciare *M 1. 2.* s) quatinus *M 1.* t) vigilantis h[in?]em(ortuit) *E 1;* vigilanti se mortuit *T. M 1. 2 (post* vigilanti *addendum esse* in *in marg. coniciens).* u) rabidis *M 1. 2.* v) obtrussis, *post* b *superscribens* s *E 1;* obstrusos *M 2.* [a) l. 17] w) confractibus *M 1.* x) fore *M 1. 2.* y) omni *M 1. 2.* z) lachrimarum *M 1. 2: ita ubique.* a) *om. M 1. 2.* b) obem errantem *pro* oberrantem *E 1.* c) revectavit *M 1;* vectavit *M 2.* d) oviculam *M 1. 2.* e) ad *E 1.* f) praedictos *M 1. 2.* g) cum [?] *M 1.* h) ampliavit *M 1. 2.* i) tecum *M 2.* k) etc *E 1.* l) imperaru reconstituit *E 1;* secum — constituit *om. M 1.* m) contra *M 2.* n) observando *E 1.* o) obstruserat *E 1.* p) quae *M 1.* q) quaeve *M 1. 2.* r) meum *M 2, sed in marg. coniecit* in eum. s) nichil *M 2.* t) summam *M 1. 2.* u) *add.* et *M 1. 2.* v) neglendo *T;* neglendo *T praebere notat in marg. M 2.* w) volumina *E 1.*

aa) oepstła *E 1; om. M 1. 2.* bb) *om. M 1. 2.* cc) *add.* regis *M 1. 2.* dd) caecilium *T. M 2.* ee) se reclusisset in monasterio *pro* ad monasterium ambulabit *M 1. 2.*

1) *Cf. Gregorii I. ep. ad Leandrum datam (Jaffé, Reg. 1111 [747]):* ut mihi magis flere libeat quam aliquid dicere; *cum hoc tum alia quaedam ex aliis eiusdem papae epistolis sumpta esse notat Felix Dahn (Könige V, 180 n. 2).*

in hac parte non patiuntur innoxium. Tamen, si[a] parva prosunt, credo et multa sufficiant. Hodie si quispiam mundialis actibus implicatus[b] et omnium criminum feditate pollutus debitum nature reddat, unum adtamen[c] pęnitudinis velit[d] consequi premium, cum denegata fuerit languenti[e] medella et sic cum[f] mors ęterna absorbeat[g] animam eius, cuius de manu credens dominum[h] est quesiturus? Pariliter cum paganus oblatus[i] fontibus fuerit sanctis, desistente persona pontificis, necdum fuerit tinctus, quatenus condicio preveniat mortis, oro, quis pro eum[k] reddere[l] poterit[m] rationem? Mihi videtur: cum ille venerit, cui cuncta patescunt, dicebunt[n] hii: Nos pęnitentiam simul expectabamus et babtismum[o]; hunc vero sensimus parricidam[p], qui pęnitentum vota non tribuit, sed magis neglegens denegabit[q]. Opinor, quod eorum supplitia[r] excipiat alter; et cum de semetipso nemo dignus inveniatur, qui se mundum (iudicet a peccato, quanto magis, cui aliena crimina subiun)gantur[s]: credo (mille mortibus[t] eum) esse condignum. (Sed quia ex tuis cogn)obimus[u] litteris, non ob[v] aliut[w] te[x] monastherium[y] fuisse adeptum, nisi ut tuis opem possis ferre languoribus[z], miror, cum damna[a] multorum te esse vel felicem et non magis te ea vel[b] protinus emendare, que nuper crudeliter committere maluisti. Unde, quia nostra prestolatis[c] oracula, confestim, accito[d] notario[e], eligimus[f] recitanda, qua, cum tuis manibus prolata potuerint, omni calliditate deposita, ad nostra[g] celeriter fratrumque tuorum presentia tua dirigantur vestigia, ut vivada[h] voce increpatus et stilo verborum correptus tandem resipiscens redeas[i] ad incrementa virtutum[k].

c. 615; Cf. Marc. 1, 4.

3.

Caesarius patricius admonens, se ultro Cicilium (Mentesanum) episcopum a suis captum in libertatem restituisse, Sisebutum regem etiam atque etiam rogatum obsecrat, ut tandem animum suum ad pacem faciendam appellat; quo facto se inter (Heraclium) imperatorem et eum intercessurum esse promittit[1]. *(c. 615.)*

Codd. E 1 (fol. 167'), M 1 (fol. 43 sqq.), E 2 (fol. 117), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 84')[a].
Edd. de Ximena, Catalogo de los obispos de Jaen p. 36; Florez, España sagrada VII, 311. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 366.

DOMINO[b] GLORIOSISSIMO ADQUE[c] CLEMENTISSIMO, DOMNO SISEBUTO REGI CESARIUS[d] DEO VOLENTE PATRICIUS, VENERATOR VESTER.

Nostra frequens postulatio aput[e] eminentiam tuam fuit, que effectum penitus habere non potuit; ineluctabilis vero clamor gementium vel nunc vincat vestrum regale

a) tametsi *pro* tamen si *M 2.* b) implicator *E 1.* c) attamen *M 1. 2.* d) velut *E 1.* e) *ita corr. ex* laugenti *M 2.* f) eum *E 1.* g) obsorbeat *M 1*; obsorveat *M 2.* h) dominus *M 1. 2.* i) pontifex *interp. E 1.* k) eo *M 2.* l) redde *E 1.* m) potuerit *M 1.* n) dicent *M 2.* o) baptismum *M 1. 2.* p) paracida *E 1.* q) denegavit *M 1. 2.* r) supplica *E 1.* s) subiunguntur *M 2.* t) morbibus, *coniciens in marg.* morsibus *E 2*; morsibus *M 2.* u) cognovimus *M 1. 2.* v) ad *M 2.* w) aliud *M 1. 2.* x) nos penitentiam *[l. 8]* — ad aliud te *scr. altera manus in M 2.* y) monasterium *M 1. 2.* z) langoribus *E 1. 2. M 2.* a) damna *E 1*; *in marg. coniecit* damno *M 2.* b) *inter* te *et* protinus *duarum tantum* [a) l. 15] *litterarum [ea?] spatium est in E 1.* c) praestolastis *E 2. M 1.* d) acito *E 1.* e) notari *E 1.* f) elegimus *M 1. 2.* g) nrm̄ *E 2*; nostram *M 2.* h) = vivata?; vivida *M 2.* i) *ita etiam E 2*; reddas *M 1.* k) *ita etiam E 2*; virtutem *M 1.*

3. a) *Lemma:* caesari[aa] patricii ad sisebutum regem pro supradictum[bb] cicilium[cc] directa, dum a militesd[dd] captus fuisset, *om. E 1.* b) domno *M 1. 2.* c) atque *M 1. 2.* d) caesarius *M 2.* e) apud *M 1. 2: ita semper.*

aa) caesarii *M 2.* bb) supradicto *M 2.* cc) caecilio *M 2.* dd) militibus *T. M 2.*

1) *Et hanc epistolam et arcum in ep. sequente commemoratum per Ansemundum missa esse, elucet ex ep. IV. infra p. 664—666.*

c. 615 fastigium[a], et preparet inspiratio[b] Dei cor vestrum ad pacis reparandum statum: placetur[c] Deus vel sero[d] tantorum ciulatum[e], si respiciens rivos[f] extinxerit lacrimarum. Terra enim que, fatescente[g] calore, hymbrem[h] ad suum[i] gignendorum[k] fructuum[l] substinebat, cruore catholicorum inmensum excurrens impetum exsatiabit[m] et adlubionem[n] aggere[o] implebit[p]; nam et de nostris vestrisque regionibus multiplicata captivitas orbem pene ignotum implebit[p] et nobilium inculatu suscepisse stapatus[q] congemuit[r]. Pro tantis ergo inlatis[s] funeribus non sileo[t], vestram eminentiam mea propulsare obsecratione, ut humilitatem non spernas, praeces audias et expostulata prestare non desistas: datorem te pacis post Deum[u] tribuę[v], ut ille, qui adsumto[w] corpore in Cf. Ioh. 14, 27. cęlum conscendit et pacem hominibus[x] reliquid[y], in numero pacificorum[z] tuum regnum adnumeret[a] et filium te pacis in cetu sanctorum conlocet[b]; mihi[c] enim postulanti pacem, quam[d] omnes indigent, inspirante Domino, tribue, ut, etsi[e] in externis[f] degeam[g] finibus, repositam tamen dilectionem corde gerens nomen regni vestri peculiariter semper habeam[h]. Nec a vestra mente recedat[i] — Cicilium namque beatissimum patrem quod[k] nostrum retentum[l] a nostris[m] hominibus contemplatione Dei et regni vestri, festinantes sanare in omnibus boluntatem[n], absolvimus et, ut suę sanctę ęcclesię vestrisque christianissimis presentetur obtutibus, evidentem operam dedimus — nunc vero ut, sicut absque regni vestri ammonitionem[o] eundem sanctissimum relaxsabimus[p], festinantes gratificare in omnibus regni vestri statum[q], ita et[r] vestra eminentissima potestas petitionem nostram[s], que multorum[t] consultu probatur[u], esse animarum bonis studiis cultorem te in omnibus ostendens, implere non dedigneris. Quodsi in sua obsecratione tristis nostra volumtas[v] non remanserit, aput serenissimum urbis dominum, patrem vestrum, auctorem[w] nos sue maxime utilitati vestra agnoscebit in omnibus existere eminentia. Debiti a nobis officii iura persolvimus et salutem clementie vestre nosse cupientes literario obsequio inquirimus, ut et[x] vestrę clementię animus[y] provocetur vicem rescripti rependere inquirenti hac diligenti[z].

4.

Sisebutus rex Ansemundi internuntii sui pacis causa missi fidem et potestatem Caesario patricio confirmat et pro arcu sibi donato gratias agit. *(c. 615.)*

Codd. E 1 (fol. 167'), M 1 (fol. 43 sqq.), E 2 (fol. 118'), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 85')[a].
Edd. Florez, España sagrada VII, 312. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 367.

---

a) fastidium *E 1.* b) instigatio *E 2. M 2.* c) tacetur *E 1.* d) zelo *E 1.* e) eiulatu *M 1;* eiulatuum *M 2.* f) ribos *M 1.* g) faticente, fatiscente *in marg. M 2.* h) imbrem *M 1. 2.* i) urum *E 1.* k) ginendorum *E 2. M 2.* l) fructum *E 2. M 1.* m) exsaciavit *M 1. 2.* n) allubionem *M 1. 2.* o) agere *M 1. 2.* p) implevit *M 1. 2.* q) 'stipatus *Florez' in marg. not. M 2.* r) et nobilium — congemuit *om. E 1.* s) iniactis *E 2.* t) liseo *M 1.* u) dominum *E 2. T. M 2* ('deum *Florez' in marg. notans*). v) tribue *M 1. 2.* w) adsumpto *M 1. 2.* x) homininibus *E 1.* y) reliquit [a) l. 11] *M 1. 2.* z) paficicorum *E 1.* a) annumeret *M 2.* b) conlocat *M 1.* c) michi *M 2: ita plerumque.* d) qua *M 2.* e) et *superscr., post* si *addens alterum* et *E 1.* f) extremis *M 1.* g) dei iam *pro* degeam *E 2.* h) habeant *E 1.* i) 'recedam *Florez' in marg. not. M 2;* nec — recedat *om. E 1.* k) patremque *E 1. M 2.* l) retomtum *E 1.* m) vestris *M 1.* n) voluntatem *M 1. 2.* o) admonitionem *M 1;* admonitione *M 2.* p) relaxavimus *M 1. 2.* q) istatum *E 1.* r) *om. T. M 2 (in marg. notans* 'ita et vestra *Florez').* s) *ita etiam T;* vestram *M 1.* t) multarum *E 1.* u) probator *E 1;* probantur *M 1.* v) voluntas *M 1. 2.* w) authorem *M 1: ita semper.* x) ꝑ *E 1;* per *M 1. 2 (in marg. notans* 'et *Florez'.* y) animos *M 1. 2 (in marg. notans* 'animus *Florez').* z) inquirentibus ac diligentibus *M 1. 2.*

4. a) *Lemma:* rescribtum domni[aa] sisebuti[bb] per ansemundum ad cesarium destinatum[cc].

aa) rescribtum domni *om. T. M 1. 2.* bb) regis *add. T. M 1. 2.* cc) ad caesarium ad *[?]* ansemundum directa *T,* ad caesarium ad ansemum directa *M 1,* ad caesarium per ansemundum directa *E 2. M 2* *(in marg. notans* 'ansemum *Florez') pro* per ansemundum ad cesarium destinatum.

Si cordium scrutator[a] sensibus vestris dilectionem nostram infunderet: si amorem c. 615 nostrum vestris archanis[b] insereret: si, quicquid de te cogito, quod[c] aere[d] verberato Cf. Sap. 1, 6. pandere[e] nequeo, mentis vestrę obtutibus reseraret[f]: credo equidem[g], expulsa retinacula occasionum, expulsa negotia pereuntium causarum, expulsis ambagibus morarum nascentium, olim te nobis iam fuisse consotium[h], et alternatio karitatis merum in utrisque fruere poterat[i] animum. Sed, quantum intellego, peccato siquidem meo ista mihi conscribo, ut nullos fructus[k], quem pre ceteris diligo, partibus meis reddatur nec retributio conpar sortibus meis reciprocetur[l]. Quid enim dubitas, amice karissime? Si fides christianis adibetur[m], suscipe federa: si premia, quod aput te vile est[n], percipe dona: profiteor coram Deo, ipso propitiante, promissionem meam in omnibus conservare et sacrae[o] devotionis propositum[p] intemerata mente tenere. Dies enim, quos debuit nobis bene degentibus copiosa letitia in exultatione deducere, quur[q] cladium funera, quur[q] pestis assidua, quur[q] calamitas ruinosa consumens debeat mutilare[r]? [1] Nostrum quidem non est[s], indignus[t] expectare[u] consilium, sed nostrum est, quem diligimus, totumque pandere votum. Quod[v] sunt dies vite nostrę scientes nescimus; illut[w] enim intentio[x] nostra, dum tempus est, debet intendere, quod prode faciat ei in perpetuo tempore: quam iuste, quam rectissimo modo, quam Dei freti clementia res Deo largitore stare poscimus[y]. Utpote vigilantissimus cognitor de re ipsa potes advertere. Quodsi bella surgant[z], si mucro fervidus in qualibet parte deseviat, si vita hominum tempus bellicosum nunc exigat, quem opinaris pro tantis sceleribus, pro ingestis cladibus, pro funestissimis[a] inlatis[b] vulneribus Deo reddere rationem? Mihi videtur et sane rectum[c] videtur, illum[d] de tot[e] malis tenere[f] obnoxium, qui accipere noluit piissime oblatum remedium. Sed quid ista reteximus, quem solummodo admonere sufficit[g]? Revertamur ad vestram dilectionem amplissimam et nostram devotionem purissimam. Ansemundo fiducialiter crede, suspensa cabillatione[h], recipe, remota suspicione, quod iusseris in eius pectore mitte; noster etenim est, etsi inpolitus[i] eloquio, non puritatis studio; ego enim affectione[k] sincera illi qua conpetunt elegabi[l], qua videntur instruxi, ut potui expolibi[m]: unde eius sinceritatem tibi gubernandam[n] conmitto[o] et, quia[p] minus compte[q] fuerit consecutus[r] per te, mihi karissime, ut hic[s] me presente defendo. Quid amplius vestrę expergentię[t] intimem, non invenio, cui[u] me totum offerendum exobto[v]. Hic autem lator ita est in cunctis instructus[w] et sic finaliter ordinatus, quatenus, quidquid[x] vestra clementia ab illo quesierit, opinor, plenissimum vobis dare[y] responsum. Epistolas sane, quas publice vobis obtulerit, rectitudinem

a) suscrutator *E 1.* b) arcanis *M 2.* c) quo *E 1. M 1. 2.* d) aere *T. M 2.* e) panderer *E 1;* panderet *T. M 2 (in marg. notans* 'pandere *Florez').* f) reserare *M 2 (in marg. notans* 'reseraret *Florez').* g) etiam *M 1. 2.* h) conscium *E 1;* consortium *T. M 2 (in marg. notans* 'consocium *Florez').* i) poterit *E 1.* k) *ita etiam T;* fractus *M 1.* l) nec retributio — reciprocetur *om. M 1.* m) adhibetur *M 1. 2.* n) *ita etiam E 2;* est vile *M 1.* o) sacra *E 1.* p) prepositum *E 1.* q) cur *M 1. 2.* r) mutilar *E 1.* s) *om. M 1. 2.* t) *ita etiam T;* indiguus *M 1; in marg.* 'indiguus *Florez' not. M 2.* u) expectari *E 1.* v) quot *T. M 2 (in marg. notans* 'quod *Florez').* w) illud *M 1. 2: ita semper.* x) intentia *M 1.* y) possimus *M 1.* z) surgunt *M 2.* a) funestis *E 1.* b) iniactis *T. M 2 (in marg. notans* 'inlatis *Florez').* [a) l. 21] c) recte *[?] E 1.* d) illut *E 1.* e) toth *E 1.* f) teneri *E 1.* g) sufficiat *M 1;* suficiat *M 2.* h) cavillatione *M 1;* cavilatione *M 2.* i) impolicitus *T. M 2 (in marg. notans* 'impolitus *Florez').* k) affectatione *M 2.* l) diligam *1;* eligavi *T;* elegavi *M 2 (in marg. notans* 'diligam *Florez').* m) expolivi *M 1. 2.* n) gubernam *E 1.* o) commito *M 2.* p) qua *M 1. 2.* q) comptae *M 1.* r) consequutus *M 1.* s) *habet etiam T; om. M 1; in marg. 'falta en Florez' not. M 2.* t) experientiae *M 1. 2.* u) *ita etiam T;* qui *M 1; in marg.* 'qui *Florez' not. M 2.* v) exopto *M 1. 2.* w) obstructus *M 1. 2.* x) quicquid *M 1.* y) dare vobis *M 1;* vobis daturum *T. M 2 (in marg. notans* 'dare vobis *Florez').*

1) *Cf. Fredegarii chron. l. IV c. 33: SS. rer. Merov. II, 133.*

c. 615 iustitię intimant atque[a] limitem veritatis custodiunt: nihil enim glorię vestrę afficiunt[b], si magis expedibilia nobis fuerint contributa[c] et ad efectum[d], Deo miserante, qua unice flagitamus, venerint concupita.

Arcum nobis Ansemundo a vestra gloria destinatum adduxit: ob hoc gratias vobis ampliores persolvimus, quod simul et verbis a vobis ditamur et munere.

5.

Caesarius patricius Sisebuto regi pro litteris acceptis gratias agens per Ursellum nuntiat, Theodericum suosque legatos ab (Heraclio) imperatore clementer dimissos revertisse cumque viva voce, quid perfecerint, certiorem reddituros esse, et de quodam presbytero facinoroso, pro quo rex se interposuerit, condemnando scribit. (c. 615.)

Codd. E 1 (fol. 167'), M 1 (fol. 43 sqq.), E 2 (fol. 120), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 86')[a]. *Edd. Florez, España sagrada VII, 314. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 368.*

Qua nobilis epistola vestra innotuit, qua quibusque modis insinuare decrevit, qua de industria abtata[b] perpatuit, sinceriter legimus, spaciose tractabimus[c]: caute sane advertimus et, accito[d] notario[e], in ipso procinctu ut exciperet, imperabimus[f]: iam nobit[g], quae dudum prescivit. Gratias nemppe[h] nec inmerito reddimus, quod clementi animo a vobis precognita ipsi scientes[i] agnobimus[k]; sed sicut vestra clementia de plerisque nos facere maluit[l] cognoscentes, instar de omnibus vestros nobilissimos sensus[m] reddimus que gesta sunt certiores. Theodoricum[n] nostrosque legatos, opitulante cui cuncta deserviunt, cum omni gratiarum actione partibus in nostris iam esse coniunctos et a clementissimo hac[o] difficili[p] conparatione imperatore domnissimo[q] onestos[r] hilaresque animo quidem retentos[s] ad nos fuisse remissos. Credo equidem, illa nostris mentibus intiment, qua olim sermo poposcit, qua mens pia efflagitabit[t], qua sincerus animus concupibit[u]; aliter credere nefas est nec potest imperatori animum regalem: maiestas offenderet[v], quam condecet exobtata[w] beneficio ampliori prestare. Vita denique, Christo comitante[x], manente, dum istic[y] desiderati pervenerint, plenissime vestris reserbabimus[z] sensibus, quicquid[a] [in][b] nostram conscientiam duxerit eorum sermo plenissimus.

Aliqua sane vestris tenentur[c] affatibus[d], ubi pars figuraliter, pars historialiter intimatur, nonnulla tropice narrationis obtinent[e] locum. De his loqui generibus pro-

a) *ita etiam T;* ad *M 1; in marg.* 'ad *Florez*' *not. M 2.* b) officiunt *M 1. 2.* c) contribata *M 1.* d) effectum *M 1. 2.*

5. a) *Lemma:* cesarii[aa] patricii ad sisebutum regem per[bb] ursellum[cc] directa. b) aptata *M 1. 2.* c) tractavimus *M 1;* spaciose tractabimus *om. T. M 2 (in marg. notans* 'spatiose tractavimus *annade Florez*'*).* d) acito *E 1.* e) *om. M 2.* f) imperavimus *M 1. 2.* g) novit *M 1. 2.* h) nempe *M 1. 2.* i) scienter *T. M 2 (in marg. notans* 'scientes *Florez*'*).* k) agnovimus *M 1. 2.* l) maluit facere *M 1.* m) u *ex* o *corr. E 1.* n) theodericum *E 2. M 1.* o) ac *M 1. 2.* p) *ita etiam T;* diffili *M 1;* dificili *M 2.* q) dominissimo *E 2. M 2 (in marg. notans* 'domnissimo *Florez*'*).* r) *ita etiam T;* onustos *E 1. M 1;* honustos *E 2; in marg.* 'onustos *Florez*' *not. M 2.* s) retemtos *E 1;* retemptos *M 1.* t) efflagitavit *M 1. 2.* u) concupivit *M 1. 2.* v) *ita etiam E 2;* offendere *M 2.* w) exoptata *M 1. 2.* x) commitante *M 2.* y) *ita etiam T;* stic *E 1;* isti hic *M 1; in marg.* 'isti hic *Florez*' *not. M 2.* z) reser- [a) l. 26] vamus *M 1. 2.* a) quidquid *M 1.* b) *addendum videtur.* c) tenetur *T. M 2 (in marg. notans* 'tenentur *Florez*'*).* d) affactibus *T. M 2 (in marg. notans* 'affatibus *Florez*'*).* e) obtinet *E 1.*

aa) caesarii *M 1;* cęsarii *M 2.* bb) *om. E 1.* cc) ossellum *E 1;* arselum *E 2. T. M 2 (in marg. notans* 'urselum *Florez*'*).*

lixiorem[a] otium res ipsa efflagitat; hec[b] quoque concium[c] ratione, quacumque potero c. 615 brebitate[d], prestringam. Spiritale[e] bellum iuxta sacros apices contra spiritalia[f] nequitia[g] agere convenit. Quod nos non permittere tua premonuit bonitas: in his rebus divina magis quam humana sunt suffragia requirenda; ille, qui fuit mors mortis et Cf. Hebr. 2, 14. vita viventium, ipse pro utrisque eorum conterat bellum. Si tamen de hominibus hoc Cf. Ioh. 6, 58. Cf. Osee 2, 18. vestra sententia proferat, notuimus[h] olim vobis et convenimus crebrius: quos pactus[i] vester minime vindicat, minime defendat intentio; sed, dum dilationis protenditur tempus, dum occasionis prestatur eventus, dum in diversa difunditur animus, nequaquam pars nostra postulata recepit in tantum, ut hominem summo crimine deditum et omni[k] morvo[l] prostratum[m] pro districtione[n], pro castitate, pro abstinentia nostra sequebatur intentio, ad effectum nequibit[o] nostra[p] pervenire petitio. Istum ob hoc pseudopresbiterum[q] ideo inserendum putabimus[r], ut de caeteris te scientem, qua[s] minime nescis inter caetera, faciamus. Iudicibus tamen nostris vestra bonitas nobis innotuit tales sanctiones porrigere, ut nobis debita teneant et requirant et[t], qua nullatenus competunt et[u] vestris partibus iuste debentur, ad reddendum[v] minime differant. Hoc mihi gratum esse vestra cognoscat[w] clementia. Sufficit enim nobis, nostra defendere et aliena requirere minime. Sospitatis vestre indicia hac[x] felicitatis iura debentia mente devotissima[y] reddo et rursus salutis[z] vestrę[a] ępistolari adloquio copia accebturum[b] me per Dei gratia[c] futurum ad tempus reserbo[d].

6.

Caesarius patricius Sisebuto regi nuntium ab (Heraclio) imperatore per Theodericum et Amelium presbyterum remissos sibi allatum defert, fidem eorum laudans.

(c. 615.)

Codd. E 1 (fol. 168), M 1 (fol. 43 sqq.), E 2 (fol. 122), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 88)[a].

Edd. Florez, España sagrada VII, 316. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 369.

Venerantissimos apices a domnissimo hac[b] paterna amplectione[c] tenendo imperatore libenter oblatos grata nimis devotione percepimus, quorum nobilissima series amplissimum decus emicando nobilitata promeruit, cum stilo exarata oportunis in locis[d] inclite potestatis manu ob potissimam fidem se ipsam inspexit. Talibus denique donis

a) prolixorem *M 2 (in marg. notans* prolixiorem). b) *in marg.* 'hac *Florez' not. M 2.* c) concini *M 1. 2.* d) brevitate *M 1. 2.* e) spirituale *M 2 (in marg. notans* 'spiritale *Florez').* f) spiritualia *M 2.* g) *in marg.* 'nequitię *Florez' not. M 2.* h) novimus *T. M 2 (in marg. notans* 'notuimus *Florez').* i) pater *T. M 2 (in marg. notans* 'pactus *Florez').* k) *ita corr. ex* omne *E 1.* l) morbo *M 1. 2.* m) *ita etiam T;* prastratum *M 1.* n) discutione *T. M 2 (in marg. notans* 'districtione *Florez').* o) nequivit *M 1. 2.* p) nostre *E 1; in marg.* 'nostram *Florez' not. M 2.* q) praesbiterum *M 1;* praesbyterum *M 2.* r) putavimus *M 1. 2.* s) quae *M 1; in marg.* 'quae *Florez' not. M 2.* t) ex *E 1. M 1. 2.* u) ex *M 2.* v) retendum *E 1.* w) gnoscat *E 1.* x) ac *M 1. 2.* y) votissima *M 1.* z) *ita etiam T;* saluti *M 1.* a) vestra *M 2 (in marg. notans* 'saluti vestrae *Florez').* [a) l. 18] b) accepturum *M 1. 2.* c) gratiam *M 2.* d) reservo *M 1. 2.*

6. a) *Lemma:* cesari[aa] patrici[bb] per amelium[cc] et theodericum[dd] sisebuto[ee] regi directa. b) ac *M 1. 2.* c) amplexione *E 2. M 1.* d) *ita etiam E 2. T; in marg.* 'incolis *Florez' not. M 2.*

aa) caesari *M 1;* caesarii *M 2.* bb) patricii *M 1. 2.* cc) *E 2 ita scribit, ut et* amelium *et* umelium *legi possit;* umelium *M 1;* amelium *etiam T; in marg.* 'umelium *Florez' not. M 2.* dd) *ita etiam E 2;* theodoricum *M 2.* ee) sisebuti *[?] E 1.*

614-620 nos ipsi refecti benivolentiam[a] vestram participem fore maluimus, quem satis, ut opinor, inclite potestatis imperia effectui mancipare libentius. Gloriosum denique et amicissimum veritati Theodoricum[b] iuxta magis clementissimi et ultra omnes homines in cunctis eximii preceptionem imperatoris ad vestram certum est gloriam destinasse, conexo[c] ei Amelium presbyterum[d] venerandum: equum esse pensabimus[e], quos eundi felix fecit iter unitos[f], remeandi nequaquam qualibet occasio faciat esse divisos[g]. Isti denique queunt vobis omnia fidelibus verbis hac[h] eloquiis[i] pandere vividis, quorum fides habetur hidonea[k], sinceritas copiosa, industria nimis cauta. Oportuit ergo ob amicitiam vestram, que ad nostram[l] per eosdem[m] cognitionem prolata sunt[n], incorruptibilibus vestris deducere sensibus, ut, superfluis tandem causis procul amotis[o], divalis[p] preponenda mortalibus sanctio cunctis, insistentem demutabilem tranquillitatis[q] vestrę gloriam, ad effectum ut valeat pervenire. Salutationum[r], ut[s] queo, iura vobis restituo et carissimos (nostros ob immen)sam amoris excelentiam[t] (imperatoris) presentesque sursum prefa(tos[u] pia devo)tione conmendo[v].

7.

Sisebutus rex Eusebium (Tarraconensem) episcopum munere suo indignum deditumque ludis scenicis obiurgans, quendam Barcinonensem episcopum deponere eiusque ecclesiam ei qui has litteras perferat tradere iubet. *(614—620.)*

Codd. E 1 (fol. 168), M 1 (fol. 43 sqq.), E 2 (fol. 122'), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 88')[a].
Edd. Florez, España sagrada VII, 317. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 370.

SANCTO HAC[b] VENERABILI PATRI EUSEB(IO EPISCOPO).

Mortuam magis quam mori(turam) epistolam de cinerosis sepulchris ex(ortam), quamlibet pollutam[c] et[d] omni contagione cenosam[e] extremis vix adtigimus[f] manibus: quem magis anelantem[g], utpote non mortuam, sed nunquam vibentem[h] aspeximus. Id in fumosis ipsis fabillis[i] advertimus, inanium[k] vos esse sectatores causarum, et non rerum firmissimarum te consentaneum esse, sed miseris hominibus et inflatis inaniter[l] consentire[m]. Obiectum hoc: quod de ludis[n] teatriis[o], faunorum[p] scilicet ministerio sis ademptus[q], nulli videtur incertum. Quis non videat, quod etiam videre pęniteat beatis viris, cadabera[r] te anteferre fetentia et homines divinis cultibus

---

a) benevolentiam *M 1.* b) theodericum *M 1.* c) connexo *M 2.* d) praesbiterum *M 1* e) pensavimus *M 1. 2.* f) *pro* iter unitos: inter amicos *T. M 2 (in marg. notans* 'iter unitos *Florez')*. g) divissos *M 1. 2.* h) ac *M 1. 2.* i) *ita etiam T; in marg.* 'colloquiis *Florez' not. M 2.* k) idonea *M 1. 2.* l) vestram *M 1. 2.* m) easdem *T. M 2 (in marg. notans* 'eosdem *Florez')*. n) sint *M 1. 2.* o) amotos *M 2. T.* p) durales *T. M 2 (in marg. notans* 'amotis divalis *Florez')*. q) tranquilitatis *M 2.* r) salutationem *M 2.* s) *in marg.* 'est *Florez' not. M 2.* t) excellentiam *M 2.* u) privatos *M 1. 2.* v) comendo *M 1;* commendo *E 2. M 2.*

7. a) *Lemma:* eusebio episcopo[aa] a sisebuto rege directa, *om. E 1.* b) ac *M 1. 2.* c) polutam *M 1.* d) ex *T. M 2 (in marg. notans* 'et *Florez')*. e) cinosam *M 1; om. T. M 2 (in marg. notans* 'cinosam *Florez')*. f) attigimus *M 1. 2.* g) anhelantem *M 1. 2.* h) viventem *M 1. 2.* i) fabilis *M 2.* k) innanium *M 1.* l) innaniter *M 2.* m) *in marg.* 'convenire *Florez' not. M 2.* n) ludiis *M 1.* o) theatriis *E 2. T. M 1. 2.* p) faemorum *E 1;* phaunorum *E 2;* phanorum *T. M 2 (in marg. notans* 'ludiis theatris taurorum *Florez')*. q) adeptus *M 1. 2.* r) cadavera *M 1. 2.*

aa) *ita etiam E 2. T;* eusebii episcopi *M 1.*

assidue[a] deditos tua exprobrare sententia reproba? Ergo deinceps nostre perhennitatis[b] affatos[c] nequaquam expectes, sed huic viro, qui Deo magis quam miserandis placet hominibus, ęglesiam[d] Barcinonensem regendam gubernandamque conmitte[e] [1], quatenus Christo auspice gloriosa patuerit[f] sollemnitas Pasce[g]: de eius gaudeamus pontificatum[h] obtabile[i] et de vestra tandem vel sera consensione. 612-620

8.

Sisebutus rex Theudilanem filium suum vitam monachicam capessentem praedicat, confisus eius magnanimitatem contemptis honoribus praestitam sibi fore auxilio, commonitique precibus se commendat. *(612—620.)*

Codd. M 1 (fol. 46'), E 2 (fol. 123'), T (fol. 62' sqq.), M 2a (fol. 89), b (fol. 115, fragmentum)[a]. *Edd. Florez, España sagrada VII, 318. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 370.*

Quis enim ultra vires immensas vobis non referat grates, quos inflammatio spiritus sancti suos fecit esse cultores? Quis denique fidelissimis nequeat attolli praeconiis, quos alacriores[b] cognoscit pertendere in regionibus sempiternis? Ex hoc, hoc[c] enim[d] fides in opere comprobatur, cum ex fide opus bonum perficitur, et incunctanter confitemur adipisci caelestia, quos sponte efficaciter novimus relinquere[e] terrena. Ergo indoles mei ac meorum pignora[f] luminum meorumque viscerum splendidissima rudimenta hoc opus, quod in nobis cernimus esse indignum, firmitas vel fides[g] in vobis[h] praestet idoneum[i]; nam numerosa frugum praestolamur colligere praetia, cum ex nostris seminibus destinasse confidimus ad regione beata, agiographa interclamante praecepta: Beati filios suos, inquit, qui constituunt in Sion[k] et domesticos suos[l] in Hierusalem. Tali intellectu relinquitur, ut affectio paterna memoretur in filiis, cum meminerint, quemadmodum educati[m] fuerint in curis domesticis; et licet non vos iuxta sacra auctoris praeconia iudicem subiectos, sed praeciosiores amicos, maiora tamen de vobis auxilia mihi provenire non dubito[n], quos de[o] gradu subiectione[p] ad amicale confido transisse preposito[q]. Verumtamen quia saepe mali odiunt bonos[2] et adversantur[r] fidelibus infideles, quantum gracilitas subministrat ingenii[s], ut, a me progenita viscera, quam pie cauteque vivatis, tenatius obsecro et, quos etiam devinctos in Domino iunctione caritatis conexos esse confido, ut cum divina suffragia, prolatis

Cf. Iac. 2, 16.

Cf. Amos 5, 15.

---

a) asidue *M 1.* b) peremnitatis *M 1;* perennitatis *M 2.* c) afatos *M 1;* affactus *M 2.* d) ecclesiam *M 1. 2.* e) committe *M 1. 2.* f) *sequitur* ꝑ *in E 1.* g) paschate *M 1;* paschę *T. M 2 (in marg. notans* 'paschate *Florez').* h) pontificatu *T. M 2 (in marg. notans* 'pontificatum *Florez').* i) optabile *M 1. 2. T.*

8. a) *Lemma:* sisebuti regis directa ad theudilanem[aa], dum ex laico habitu ad monasterium convertisset[bb]. b) alacrioris *M 1.* c) *om. M 1; in marg. 'falta Florez' not. M 2a.* d) *om. M 2a.* e) relinqueri *M 1.* f) pignera *M 1. 2 b.* g) fide *M 2 b.* h) nobis *M 1. 2 a.* i) *intermissio facta in M 2.* k) syon *M 2 a.* l) inquit — suos *om. M 2 b.* m) edocti *M 1.* n) debito *M 2 a (in marg. notans* 'dubito *Florez'), M 2 b.* o) *bis scr. M 1.* p) subrectione *T. M 2 a (in marg. notans* 'subiectione *Florez; fortasse legi debuit* subiectiori'), *M 2 b.* q) proposito *M 2 a (in marg. notans* 'preposito *Florez'), M 2 b.* r) *ita etiam E 2;* adbersantur *M 2 b.* s) ingenis *M 2 b.*

aa) teudilanem *E 2;* tudilanem *T. M 2 a (in marg. notans* 'teudilanem *Florez'), M 2 b.* bb) *ita etiam E 2;* covertisset *M 1; post* convertisset *aliquid deletum videtur in M 2 b.*

1) *Eusebius Tarraconensis episcopus metropolitanus fuit ecclesiae Barcinonensis; cf. Neues Archiv XVI, 37. 38.* 2) *Cf. Gregorii I. ep. ad Claudium datam (Jaffé, Reg. 1758 [1277]):* quia dum malis boni semper displicent.

612-620 infra sententiis[a], seculi huius[b] fluctibus evitantes, ad portum gaudeatis pervenisse victoriae[1]. Poteram de omnium cupiditate[c] nutricem[d] malorum in procinctu parva colligere: sed superfluum fuit, illos unquam aliena amplectere, quos sibimet debita delectanter dimittentes novimus ad profuturam requiem destinasse. De superbia scilicet, invidentiae germana namque[e] vel sociam, magis magisque cavenda est, cuius origo nefaria mortis fecit esse principium, sapientissimo ultra omnes affirmante[f] Petro
Cf. Rom. 5, 12. apostolo: Invidia diaboli, inquit, mors intravit in orbem terrarum. His quippe virtutibus utraque vitia mortificata redduntur[g], quando crebra humilitas superbiam superat et amor[h] fraternae divulsionis invidentiam calcat. Sit enim competens sinceraque[i] sine intermissione[k] oratio, assidua lectio, moderata comestio[l], abstinentia temperata,
Cf. 1. Petr. 4, 8. humilitas copiosa, spes fixa, fides certissima, super his omnibus caritas, quae operit multitudinem peccatorum, magis magisque largiflua, cumque his omnibus vobis fuerit gratia circumsepta[m]. Resistendum est fortiter contra[n] millefarias callidissimi nequitias deceptoris, ne, quod absit, quemadmodum genus elationis infeste[o] non tam virtutes videantur esse quam vitia; sed, quantum maxima fuerint dona largitoris vobis in munere, tantumque promptior esse debet sine laude cuiuspiam mens vestra in sanctissimo opere. Nam ille, qui de[p] excelsa virtutum fastigia invidentia simul et elatione suffectus non immerito, sed infaeliciter in huius aeris specie est devolutus[q], prisca odia[r] contra humanum apparet genus et dolet, clamitosa fragilitas hoc nos per humilitatis acquirere[s] gratiam, quod ille perdidit per infaustam superbiam. Intentio quippe illius facile, Christo comitante, conteritur, cum postulatus dominus nobis fuerit suffragatus[t]; nam omnium creaturarum creator pia miseratione iussit[u] ad terras[v] descendere, ut in aethereis sedibus per opulentiam bonitatis humanum genus perduceret[w], quatenus credatur cum Christo Christi corporis plenitudo, dum ad caput in supernis pervenisset omnium membrorum compago — haec[x] sic carissimi et fideliter edocati animoque sincero sine fuco[y] progenito: illos subiacere aeternis suppliciis, a quibus efusus est[z] praetiosus dominicus sanguis. Sed ne videamur per verborum circuitu qua intulimus procul a ratione[a] manentia, evangelica luce clariora afferamus praecepta, ubi inter caetera amplectitur iustus et terrificatur impius: Nobis omnibus praeparatum
Cf. Matth. 25, 41. paradisum insinuat[b]; ob diabolo eiusque angelis inextinguibilem[c] ignem demonstrat[d] et quia venturus es ad fidelium praemia et impiorum supplicia[e]. Haec sancta[f], quos unitos in Domini gratia esse confido, sincera petitione exposco et per Dominum testor,
Cf. 1. Tim. 1, 15 et Luc. 9, 56. ut praeces assiduas redemptorem dominum nostrum, qui peccatores salvare venit, non perdere, iugi oratione pro nostris sceleribus et immensis criminibus orare non pigeatis, quatenus ab aeternis suppliciis me liberatum cum sanctis angelis ad regnum communiterve perducat aeternum. Erit denique, reor, nobis ante Deum[g] remissio, si

a) infra *repet. M 1. 2 [?].* b) huius seculi *M 2a.* c) *ita etiam T;* cupiditiae *E 2. M 1.* d) nutrice *T [?]; in marg.* '*pro* nutrice' *add. M 2a.* e) germanam quae *M 1;* germanamque *T. M 2a (in marg. notans* 'quę *Florez*'*), M 2b.* f) afirmante *M 2a.* g) *ita etiam E 2. T;* creduntur *M 1; in marg.* 'creduntur *Florez*' *not. M 2a.* h) amore *M 1.* i) sincerque *M 2b.* k) intermitione *M 2.* l) comertio *M 2b.* m) circumcepta *T. M 2a (in marg. notans* 'circumsepta *Florez*'*);* circumpecta *M 2b.* n) *om. T. M 2a (in marg. notans* 'contra *Florez*'*), M 2b.* o) infecte *M 1.* p) *pro* qui de: quidem *T. M 2a (in marg. notans* 'qui de *Florez*'*), M 2b.* q) debolutus *M 2b.* r) hodia *T;* hodie *M 2a (in marg. notans* 'odia *Florez*'*);* odie *M 2b.* s) accquirere *M 2a et b.* t) sufragatus *M 1.* u) visit *M 2b.* v) terra *M 2b.* w) preduceret *M 2b.* x) hęc *etiam T; in marg.* 'hac *Florez*' *not. M 2a et b.* y) foco
[a) l. 28] *M 2b.* z) *om. M 1.* a) oratione *pro* a ratione *T; in marg.* 'oratione *Florez*' *not. M 2a et b.* b) *cetera omnia desunt in M 2b.* c) instinguibilem *T. M 2 (in marg. notans* 'in extinguibilem *Florez*'*).* d) demostrat *M 2.* e) suplicia *M 2.* f) santa *M 2.* g) dominum *T. M 2 (in marg. notans* 'deum *Florez*'*).*

1) *Cf. Gregorii I. ep. ad Leandrum datam (Jaffé, Reg. 1111 [747]):* Tantis quippe . . . huius mundi fluctibus quatior, ut . . . navem . . . ad portum dirigere nullatenus possim.

vestra pro nobis intercedat oratio. Alioquin[a], quomodo Dominus propositum vestrum, quem praescivit esse beatum, in virtutibus roboraverit[b] sanctus[c], aut, qualiter vitam cenobialem estis adepti, paterna desideria filiorum affectio respicitis[d], faciat esse iucunda magnus ubique Deus, numquam mutabilis auctor. 616-620

Care mihi in aevum, valeas[e] tu, Teudila, semper
Atque animo grato nomen amantis ama,
Qui tibi divinum iussit concedere votum.
Ipse tibi tribuat Sandrimer[f] alma via;
Te dominus verax veraci gratia servet,
Ut nomen meritis vindices ipse tuis;
Sit 'leo de tribu Iuda' tibi fautor ubique; Apoc. 5, 5.
Sit tibi vitae[g] lux Christus ubique pius. Amen.

9.

Sisebutus rex litteris ad Adualualdum Langobardorum regem eiusque matrem Theodelindam per Totilanem missis filium Arianum exemplo matris proposito ad fidem rectam convertere studet. *(616—620.)*

Codd. M 1 (fol. 48), E 2 (fol. 126' fragmentum), T (fol. 62' sqq. fragmentum), M 2 (fol. 91')[a].
Edd. Florez, España sagrada VII, 321. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 372.

DOMINIS EMINENTISSIMIS AC VENERANTISSIMIS ET GERMANA CARITATE MIHI CONSOTIIS[b], FRATRI ADUALUALDO[c] REGI GENTIS LANGOBARDORUM ET THEODOLINDĘ REGINĘ IN NOMINE DOMINI SISEBUTUS REX WISEGOTORUM[d].

Tunc enim caritas ex opere sincero cognoscitur, cum intemerata fidei regula ore catholico demonstratur: parturit alternae parti ingentia mera professio gaudia, quando execranda Arriana pernicies de generosa prosapie[e] pellitur et effosa[f] vel suffocata[g] radicitus e[h] Christi corpore Christi gratia amputatur[i]. Interea sicut de conversis opulenta exultatione substolimur, instar de adversis adclines immenso onere meroris afficimur, cum inclita progenies orta[k] de stimate[l] claro anguifero tenetur[m] morsu captiva et depasta cruentis faucibus se ipsam perire permittat ultroneam[n]. Non tantum miranda, sed magis gemenda res est, praecepta salutaria [non][o] capere et ad mortis ianuam se[p] quemquam praecipitem ferre, consequi pereuntia, aeterna derogare

---

a) alioqui *M 2.* b) roberaverit *T. M 2 (in marg. notans* 'roboraverit *Florez').* c) sanctis *M 2.* d) rescriptis *T. M 2 (in marg. notans* 'respicitis *Florez').* e) valens *E 2. T. M 2 (in marg. notans* 'valeas *Florez').* f) sundrimer *E 2. T. M 2 (in marg. notans* 'sandrimer *Florez').* g) vita *E 2. T. M 2 (in marg. notans* 'vitę *Florez').*

9. a) *Lemma:* sisebuti regis gotorum[aa] ad adualualdum[bb] regem langobardorum[cc] et teodolindam[dd] eorum reginam pro fide christi per totilanem directa. b) consortiis *T. M 2 (in marg. notans* 'consociis *Florez').* c) *in marg.* 'valvaldo *Florez' not. M 2.* d) uuisegothorum *M 2.* e) prosapia *M 2.* f) effoso *M 1.* g) sufocata *M 2.* h) *om. T. M 2.* i) gratiam putatur *M 1. 2.* k) ora *M 1; in marg.* 'ora *Florez' not. M 2.* l) *in marg.* '*pro* de stemmate' *not. M 2.* m) teneretur *T. M 2 (in marg. notans* 'tenetur *Florez').* n) ultionem *M 2.* o) *addendum videtur.* p) *om. T. M 2 (in marg. notans* 'se *Florez').*

aa) gothorum *M 2.* bb) ad adualvaldum *E 2;* ad valvaldum *M 1;* ad advalicaldum *T. M 2 (in marg. notans* 'valvaldum *Florez').* cc) longobardorum *M 2.* dd) terdolindam *E 2. T. M 2 (in marg. notans* 'tecdolindam *Florez');* tecdolindam *M 1.*

616-620 remedia! Dolemus nec immerito ingenti pondere ribos[a] lacrimarum producimus, cognoscentes affinitatem sanguinis nostri Arriana contagione nunc pollui et virulenta profusione canceris fraterna cognatione disiungi. Homines agrestes scilicet minus ratione capaces quotidie cernimus aethereis militare per matrem ecclesiam castris: cur genus inclitum et inclita forma, ingenita virtus et naturalis prudentia, elegantia morum et bonae vitae censura prę̨spicua[b] dignitas et gloria dignitatis eximia mortuis sepultisque haeresibus ignominiose[c] subsedeat et, ut verius numquam ipsis viventibus loquar, infaeliciter colla submittat? Pudeat vel tandem huius sectae blasfemias[d] sectare nefarie, pudeat fumosi tramitis intolerandum iter peragere, pudeat denique ę̨ternę̨[e] mortis ad paenam pertingere! Tales illud vel moveat, quod de eorum quotidie haeresiarcha[f] omne iam pene mundo cantatur, qui, fetentibus evisceratis visceribus[g], aeternis ignibus animam adsignavit: horrificam opinor hanc consentaneos eius aeternum, nisi[h] recte crediderint, excipere paenam. Fuit, fuit hic olim[i] morbus[k] acerbissima peste[l] diffusus[m], qui latenter infernalibus animas sedibus infaelitium[n] miscuit et inlinita dulcedine pocula anthidotia mortifera propinavit. Immensas tunc calamitates et diversa penuria acerbissima, crebrius bella et quotidiana miseria, indigentia fruguum[o] et pestifera vulnera hanc insolentius gentem retroacto tempore praessit[p]; postquam sidereus fulgor corda fidelium corruscavit et orthodoxa fides mentibus cecatis emicuit, aucta pace catholicorum, Domino commodante, Gotorum[q] viget imperium. Quique dudum per falcatas[r] lacerati[s] senticum acies, per scorpionum vulnerati uncatis aculeis, per trivida[t] venetio[u] vernabant[v] ora serpentis, hos maternis
Cf. Ephes. 5, 27. expiatos affectibus ecclesia catholica curat, cordis ac linguae sine ruga professio curat, se prestante, indemutabilis, indivisibilis, increata creatrix omnium, sempiterna trinitas curat. Unde praecamur vestram clementiam verbis, praecamur votis, precamur et mentibus puris, tantorum praemiorum vestram fore gentem participem et adunatam in Christi corpore simul vobis esse consortem. Intolerandum nimis ac detestabile nec ferendum[w] est, tot copiosis caput virtutibus sublimatum, quamlibet exiguum, membra torpentia consequantur. Illud magis in rebus ipsis agentes incunctanter nobis fidutiam fecit, quod catholica viscera natus[x] et catholico fonte cerneris esse renatus[y]: de vestrisque[z] vestram opinor gloriam titulis lautioribus divino munere sublimari, si gloriose tramitem genetricis servaveris et optionis quod tibi donum conlatum est omni quo vales caeteris nisu[a] porrexeris. Quanta te, rex clementissime, hę̨redem futuri regni gloria praestolat[b], quanta largitionis munera conferri virtus tibi[c] divina substineat[d], quantaque faelicitatis insignia praemia, si velis capere, idem auctor exoptat, dicerem, sed non est datum scire mortalibus, quod immortalibus praeparatur; nec possunt sensus vel mens humana attingere, qua[e] dominus est[f] recte[g] credentibus pollicitus elargire. Caeterum si mens forsitam[h], quod fari nefarium est, haereticos ad convertendum in quippiam titubaverit, quatenus errores putridos cultro experientiae minus resecando[i] absciderit — apud agnoscentes loquimur — quam in se suosque iacturam

---

a) rivos *M 2.* b) praespicuae *M 1.* c) innominiose *M 2.* d) blasphemias *M 2.* e) ę̨ternę̨ *T;* aeterno *M 1. 2 (in marg.* ę̨ternę̨). f) haeresiarchae *M 1;* hę̨resiarum *T. M 2 (in marg. notans* 'heresiarcha *Florez').* g) viceribus *M 2.* h) mihi *M 1.* i) olim hic *M 2.* k) morbis *M 1.* l) perte *M 2 (in marg. notans* 'peste *Florez').* m) difussus *M 2.* n) infę̨licium *M 2.* o) frugum *M 2.* p) prę̨sit *M 2.* q) gothorum *M 2.* r) fulcatus *T. M 2 (in marg. notans* 'fulcatas *Florez').* s) lacerti *M 1.* t) *i. e.* trifida. u) *an* venenati? v) vernabat *M 2: vocabulum corruptum.* w) deferendum *T. M 2 (in marg. notans* 'ferendum *Florez').* x) nactus *M 1.* y) regnatus *T. M 2 (in marg. notans* 'renatus
[a) l. 32] *Florez').* z) utrisque *M 2.* a) *ita etiam T;* nisi *M 1; in marg.* 'nisi *Florez' not. M 2.* b) prę̨stolatur *M 2.* c) tibi virtus *M 2.* d) sustineat *M 2.* e) quam *T. M 2 (in marg. notans* 'qua *Florez pro* quę̨'). f) esset *M 2.* g) *om. M 2.* h) *om. M 2.* i) reservando *T. M 2 (in marg. notans* 'resecando *Florez').*

sentiat, vel quam pastori rationem pastorum exhibeat, ista vestris sensibus discutienda 616-620
commissimus[a]; quarum si doctus malit almis eloquiis sententias colligere, verbis, reor, prius tempus quam exempla deficere. Ergo ne dubites, fautore denique Christo cuncta mortalia cedunt, habes illic omni matrem[b] veneratione colendam, doctricem fidei firmissimam, operibus claram, humilitate sinceram, oratione compunctam, almis studiis deditam, vinculo caritatis adstrictam[c], consilio providam, misericordiis opulentam, honestate praecipuam, virtutibus cunctis onustam[d], suavem[e] eloquio, acrem ingenio, dapsilem[f] dono, iustam iuditio, clementem in verbo, amicissimam Christo, amicam gregi catholico, semper infestam diabulo[g], infestissimam et eius corpori[h] semper hęretico: cuius virtutes erigit iusticia, ut[i] perseveret libratior, efficit prudentia, ut vim rationis attendat[k], impellit; nec immerito tanti nominis nobilitatur vocabulo, quae vallata tot praemiis cognoscitur sub auctore sidereo. Ergo si vim huius nominis attendere velimus, liquidis vocibus argivis Theodolindae[l] plectendi sunt pollicitatione, qua cupiunt, nonnulli subtiliter pro tempore, ubi inardescunt: quosdam lenis debet comminatio regulę subdere, quosdam asperior increpatio flectere; nam facile cupidus porrecto munere trahitur, et contumax districtionis severitate de prava secta repellitur. Hęc quidem ęquanimiter pro loco, pro tempore, pro persona gerenda sunt, donec ardor fidei combalescens vigore catholico, lampade corruscante, fundata corda credentium luciflua reddat et putridas hereticorum reliquias de fumosis orta materiis exurens in favilla reducat[1]. Hac ne forte narratione mera, quam caritas austeritate nostri de sensus extorsit et cetera — sed impolita — fiducia amore pellente pręmissit, pręsumptionem audientibus conferat, quod ad cultum religionis oratio minus vernantibus verbis universa pręstringat, audiat, qui hęc sane dicturi sunt, regnum Dei non in verbis tantum, sed in virtute consistere, cum et prudentibus magis fortia quam falerata complaceant, et salubria potius quam suavia ęgrotis expediant. Non docendi formam sumpsimus, sed affectionem fraternam ostendimus; et sicut participamur affinitatis origine, instar participemur sanctę fidei qualitate. Ergo quod splendor artis mensurate grammaticę, quod facundia adclamationis rethoricę, minus quod argumentatio defuerit dialecticę disciplinę, non dicendi copiam indigentia denegavit, sed tali
prosecutione credentibus eloquia pandere divinus sermo subduxit, cum is[m] odibilis sit, Cf. Eccli. 37, 23.
qui loquitur, per Salomonem, sophisticę; et rursus idem per apostolum inquit: 'Ubi I. Cor. 1, 20.
sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius sęculi?' Satis ostendit, fidei documenta simplicibus verbis asserere, orthodoxam eloquio usitato professionem monstrare: inde fuit sęculari, studia literarum amovere adclamationesque gentilium nequaquam in suis erroribus conservare. Sed cęlesti bibliothecę resplendentia quadam exempla libavimus institutionesque fidelium paternorum conexas tabella notavimus, ut dictorum fides auctoritas inlibata efficiat, et apostolica
regula a patribus tradita nullis fuscata tenebris[n] ad vos usque perveniat. 'Qui con- Luc. 12, 8 et Matth. 10, 32.
fessus', ait dominus, 'me fuerit coram hominibus, confitebor et ego illum coram patre meo, qui est in cęlis; et qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui est in cęlis'; sed talis debet esse confessio, qui te gentemque tuam apostolorum sequipedam faciat. Fidei fundamentum supra petram[o] edifica, quę

a) commisimus *M 2.* b) *Theodolindam esse recentiore manu in margine notatur in M 1.* c) adstructam *T. M 2 (in marg. notans* 'adstrictam *Florez').* d) honestam *T. M 2 (in marg. notans* 'onustam *Florez').* e) suave *M 1.* f) dapsilam *M 2 (in marg. notans* 'dapsilem *Florez').* g) diabolo *M 2.* h) corporis *M 1.* i) et *T. M 2 (in marg. notans* 'ut *Florez').* k) atendat *M 2.* l) *quae sequuntur desunt in E 2. T, sed praebentur solum e M 2.* m) id *M 2.* n) tenebis *M 2.* o) petrum *M 2*

1) *Cf. ep. VII supra p. 668:* id in fumosis ipsis fabillis advertimus.

616-620 de cavernis hęreticorum flamine ventorum impulsa dispiciat et rorantes perfidorum
Matth.16, 18. 19. stillicidia turbulenta fortitudinis tutissima plenitudine spernat. 'Tu es', inquit dominus,
'Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam tibique trado claves regni
cęlorum, et portę inferni non prevalebunt adversum te; quodcumque ligaveris in
terra, ligatum erit in cęlo et, quodcumque solveris in terra, erit solutum in cęlo'.
Aperte satis ostenditur, neminem posse de pręterito, presens atque futuro resolvi a
Cf. Ephes. 5, 27. crimine, nisi apostolicam tenuerit sine ruga professionem: clausum obduratumque erit
illi supernum introitum, cuius in defendendis erroris cor manserit obduratum. Ad comparationem granum synapis fidei qualitas comparatur, cum taliter a domino dicitur:
Matth.17, 19. 'Si habueritis fidem tamquam granum synapis, dixeritis huic monti: Transfer[a] te, et
Cf. Marc. 4, 32. transfert se': sicut granum sinapis nequaquam recipit sectionem, sed fructicando se
porrigens ramorum incrementis densatum sublimem arbustam efficiet, instar indesecabilis fidei catholicę puritas, quousque detersor erroribus cęperit, tanta frugum nobilitate multiplicat tantaque celsitudine suffragando sublimat, ut usque ad cęlum perveniant et cęlestia dona merentes Christum, defficientem nullo tempore, perfruantur.
Mortem hic inimicum fidei, cultorem hęreticorum ostendet, qui vexillo crucis perterritus atque orthodoxa professione turbatus, cum nequeat catholicis inferre nequissimum damnum, in suum pręceps fertur extirpatus semper interitum[1]. Loquutus est
Matth.28, 19. dominus discipulis suis dicens: 'Euntes baptizate gentes in nomine patris et filii et
spiritus sancti' — non in nominibus ait, sed in nomine[2], ut distinctio trinitatis in tribus
personis appareat et unius substantię deitas ineffabilis clareat. Unde et doctor gen-
Ephes. 4, 5. tium, currens per magistri vestigia, his verbis enuntiat: 'Unus Deus, una fides, unum
baptismum'. Clare lucideque permonuit, unam ad cultum venerationis esse confessionem credentium, quam sequax ecclesia ab apostolis traditam Romana suscepit et recte petentibus, hęreticorum segitibus extirpatis, maternis effectibus[b] tradidit. Patent et alia per campos divinę legis testimonia copiose florigera, quę sicut claves vel luminaria obscura delucidant et patefacient obserata. Inter ea[c], quę ad perversitatem sui dogmatis oblatrando pręsumptio Ariana vociferat, quomodo vel divinorum exempla voluminum impiis vocibus prave sentiendo convertat, elegimus sententias, ut eorum execrabiles retexere nenias, connectens intemeratę fidei sacratissima subter eloquia, quo facilius de utriusque[d] conditio indagata, hęretica temeritate frustrata, et bona docere et mala perfectius sciat dedocere. Volentes denique filium de paterna substantia ausu temeritatis excludere, ea qua competunt humanę naturę in subiectionem
Ioh. 14, 28; 12, 49. nostri redemptoris afferre: 'Pater', inquiunt, 'maior me[e] est', et illud[f]: 'Qui me missit
Ioh. 8, 42; 6, 38. ipse mihi mandatum dedit', et: 'Non ego veni, sed ille me missit', et rursus: 'Non
Ioh. 12, 50; cf. 17, 11. veni facere voluntatem meam', iterumque: 'Sicut michi pater dixit, sic loquor' et:
Quod dedit michi[g], servavi, et omnia, quę michi dedit, nemo aufert a me; post talia
Ioh. 14, 16. Matth.26, 53. ingerunt: 'Rogabo patrem meum', 'et exibebit michi plus quam duodecim milla legiones
Matth.26, 42. 39. angelorum', atque: 'Si hic calix potest transire, nisi bibam illum, et, si fieri potest,
Cf. 1. Ioh. 3, 22. transeat a me calix iste: non sicut ego volo, sed sicut tu'; adiungunt etiam: Et quę

a) transfert *M 2.* b) *an* affectibus? c) *ita scr. corrector super* interea, *quod praebet M 2.* d) *an* utrisque? e) *ita scr. corrector super* malorum, *quod praebet M 2.* f) *in marg. corrector coniecit* ille *in M 2.* g) pater dixit — michi *supplevit in marg. corrector in M 2.*

1) *Cf. supra p. 671:* ad mortis ianuam se quemquam praecipitem ferre. 2) *Cf. ep. Arelat. LIV. supra p. 78 l. 26—29:* iuxta vocis dominice veritatem dicentis: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti'. In nomine, inquit, non nominibus, ut et unum Deum per indistinctum divinae essentiae nomen ostenderet *et ep. Austras. VIII. supra p. 121 l. 2. 3:* ideo ad discipulos suos dixit: 'Ite, baptizate in nomine patris et filii et spiritus sancti' — in nomine dixit, non in nomina.

sunt placita ei, ego facio semper, et: 'Sedere ad dexteram meam vel ad sinistram, 616-620 non est meum dare vobis': insanientes connectunt: 'Et dedit illi nomen, quod est Matth. 20, 23. Philipp. 2, 9. super omne nomen, et exaltavit puerum suum', et benedixit te dominus Deus tuus Cf. Deut. 24, 19. et excitavit eum a mortuis et sedere fecit eum ad dexteram suam, multaque similia, Cf. Marc. 16, 19. quę rectissima fides taliter recepit, ut sciat, quę deitati, quę humanitati conveniunt. His quidem rationibus et fidelibus infelices convincuntur exemplis. In Dei quidem filio duas confitemur certissime esse naturas, unam deitatis et alteram fatemur humanitatis; Christus igitur secundum[a] formam servi, quam sumpsit ex virgine, patri dicitur esse subiectus, doctorem gentium, apostolum[b], confirmantem: 'Ubi venit', inquit, Gal. 4, 4. 'plenitudo temporis, missit Deus filium suum, natum ex muliere, factum sub lege' — in ea natura dicitur esse subiectus, in qua sub lege ex muliere nascitur, generatus, siquidem[c] sane illam divinis reperiantur eloquiis, quia Christi personam patri subiectiorem efficiant; non naturam deitatis evacuat, sed verum hominem deitati[d] subiectum affirmet. Igitur ubi deo patri deus filius ęqualis ostenditur, de thesauris sacrę legis velut florum capita delecta collegimus et sub uno congesta exhaurientes ęterni regis dona porreximus. Dicit enim filius patri: Omnia mea tua sunt; et rursus Cf. Ioh. 16, 15. evangelista: 'Equalem se', inquit, 'faciens Deo' omni virtute, et: 'Ego et pater unum Ioh. 5, 18; 10, 30. sumus', et in consequentibus: 'Ut sint in nobis unum, sicut et ego et tu unum sumus', Ioh. 17, 21. 22. et: 'Non credidisti, quia ego in patre et pater in me?', et: 'Pater meus operatur et Ioh. 14, 10; 5, 17. ego operor', atque: 'Sicut pater suscitat mortuos et vivificat, ita et filius quos vult Ioh. 5, 21. vivificat', et: 'Qui me vidit, vidit et patrem', et: 'Qui me odit, odit et patrem meum', Ioh. 14, 9; 15, 23. et: 'Clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te', et: 'Ego clarificavi super Ioh. 17, 1. 17. 4. 6. terram et manifestavi nomen tuum hominibus'. Iam ut omnis conquiescat cabilationis intentio, hanc sententiam Ioannis previssam[e] accipiant et defendant, in isto modo sacratissima verba narrantem: 'In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, Ioh. 1, 1. et Deus erat verbum'. Conticescant ergo dementium potentiosi sermonis lingua sententiam ferre, quę anhelantes connantur filium a patris substantiam separare, de spiritu sancto, qui cum patre et filio in unitate virtutis ęqualis vivit et regnat. Talem infelicem et omni fonte lacrimarum plangendi[1] opinantur sensibus opinionem oblatrare cecati, quatenus prosecutione funera impia sauciati dementia a patre filioque dissociant et non deum, quod dici nefas est, sed creaturam sceleratis vocibus personant. Sacra tamen auctoritas eloquiis opulenta divinis spiritum sanctum esse deum et creatorem cum patre et filio clarissimis his affatibus[f] demonstravit: 'Verbo', inquit, Ps. 32, 6. 'Domini cęli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum', rursus qui supra pulchra per eloquia intimavit: 'Emittes[g] spiritum tuum, et creabuntur, et innobavis faciem terrę'. Ps. 103, 30. Rex ille cunctis prudentior et propheta ipse inquit: Creavit ea per spiritum sanctum. Patientissimus penę ultra omnes homines Iob: Divinus, ait, Cf. Iob. 33, 4. spiritus, qui creavit me; bellatrix[h] namque Iudith: 'Tibi', inquit, 'servit omnis creatura, Iudith 16, 17. quia[i] dixisti, et facta sunt; missisti spiritum tuum, et creata sunt'.

---

a) *coniciens supplerit in marg. corrector in M 2.* b) apostolorum *M 2.* c) *ita coniecit corrector; si quid M 2.* d) deitati *aut* deitatis *mendose praem. M 2.* e) *an* praemissam? f) *ita coniecit in marg. corrector;* affectibus *M 2.* g) emitte *M 2.* h) ballatrix *M 2.* i) qui *M 2.*

1) *Cf. ep. II. supra p. 662:* et omne lacrimarum fonte plangenda.

10.

586-601 *Tarra quidam in monasterio Caulinianensi cum scorto coiisse insimulatus et indicta causa condemnatus Recaredo (I.) regi denuo insimulanti protestatur, se, innocentem damnatum, in tota Lusitania, coniuge mortua, nullam feminam tetigisse. (586—601.)*

Codd. M 1 (fol. 56'), E 2 (fol. 130), T (fol. 62' sqq.), M 2 (fol. 99)[a].
Edd. Florez, España sagrada XIII, 414. — Migne, Patrol. lat. LXXX, 19.

SUGGERENDUM: GLORIOSE TRIUMPHANTI ET INVICTA FIDE REGNANTI[b] PIISSIMO DOMINO MEO, RECCAREDO[c] REGI, SERVUS TUUS, TARRA INDIGNUS.

Clementissime domne[d] et inclite princeps, praecepisti, servum bene sepultum e[e] sepuchro evulgi[f] et saeculo pandi; et licet[g] clementia sit regalis, sed serviens regi sentiet[h] lugubre[i], dum vadit quo nolit iussu prȩcepti: nam dilectus ille clamat Ioannes[k]: Cf. Ioh. 7, 1. Iesus in Iudeam ire nolebat, quia Iudei eum occidere volebant; sed licet misteriis Ioh. 8, 20. effecta[l] nascantur, 'quia necdum venerat hora eius', tamen, si vita mortem devitat, mortegerus[m] miser quidem[n] me dicam, qui linguis confixus, qui semper suspectus, qui nec immemorem esse putamus inlustrem[o] memoriam culminis vestri, eo quod a pontificem[p] templi dudum oppressus tendebam, quo nolens patria pulsus, facta in Ps. 26, 5. fandalibus[q] proiectus; sed pius susceptor, dominus meus, 'abscondit me in tabernaculo Isai. 30, 15. suo', in die malorum protexit me dicens[r]: 'In silentio et spe erit fortitudo tua'. Et ecce, domne, imperio tuo promobetur[s] nolens de silentio ad clamores, quin etiam de requie ad labores. Tamen fideliter moneo iussus, obscenis verbis[t] olim auditis, ut Cf. Ps. 39, 11. cȩssit incautus, ne excedat mulctandus; nam, dictu prophetae rite dicturus[u], non celabo misericordiam tuam synagogȩ multȩ. Ipso igitur pio custode — quod et vere — iubente, subicior nolens, ut stilo[v] digesto hactenus clausa ignaris pandimus Domini dona. Ideoque, domne[w], nec infamia praessus nec laude erectus nec ego, qui loquor, sed spiritus patris qui loquitur in nobis contra maculosi turpitudinis coitum[x], quo in cȩtu Caulinianese[y][1] monachorum coinquinatione polluta[z] sum infamatus et crimine pessimo fraudulenter obiectus, ut vulbae aborsum proiecerunt indemnatum; et luxit Cf. Osee. 10, 5 et Isai. 24, 4. super me omnis terra: non est inventus, qui me cognosceret bene. Sed amplissima noverit tranquillitas vestra falsidicam[a] vocem eorum; nam tempore omni nullo sub caelo quolibet gradu virorum laicus ac monachus ullis sceleris dictis nullus me operantem sustinuit, factum nequaquam ego ipse a me portavi inlatum[b]: in Emerita urbe et Lusitania omne illum[c] scortum[d] nunquam didici; sed Lusitaniae, prima et novissima, mihi quod permansit coniux una, fatali sorte morte transmissa, — nec[e] decet[f] cuiusquam et monachus iniens[g] — denuo mulier nec labia mea tetigit osculo. Et ut solidius dicta credantur audita, profero testem fidelem presentem, quo semper laboro,

---

necesse est alieno, qui se velit expiare[b] a peculiare[c] delicto. Et quia nullus[d] est, qui glorietur[e] castum habere[f] cor, et[g] non est munda[h] a delictis qualibet[i] iusti hominis conscientia super terram, quur[k] perfidie crudelitatem nititur[l] admiscere[m]? Et quia[n] parcere iubentur inimicis[o], miror, ut, qui de[p] tantis per sevitiam ingeruntur[q] in afflictis, et[r] ipsam[s] diuturne secretionis[t] et constrictionis inpressione domatis. Quibus si impium iuramenti[u] facinus abrogat misericordie bonum, regali saltim[v] et[w] sacerdotali clementia valde crudele[x] est ut abdicetur indulgentie patrocinium. Quam[y] de eius[z] huiuscemodi[a] suggessione[b] et tu, mihi post Deum[c] sinceriter et specialiter amantissime domne[d], et venerantissimi[e] ac[f] sanctissimi[g] patres et famuli vestri, pontifices, Dei sententiam[h] tuleritis, cum iudex mundi iudicare seculum[i] per ignem advenerit[k], ipsi[l] videbitis[m]. Concedat ipse pius ea[n] vestra[o] in his causis serenitate[p] agere, pro quibus non confusionis[q] sententiam, sed gloriam percipiatis etęrnam[r].

20.

Aurasius (Toletanus) episcopus Froganem (Toleti comitem) iudaizantem excommunicat atque anathematizat[1]. *(603—615.)*

Codd. T (fol. 62), M2 (fol. 97).

Edd. de la Higuera et Ramirez de Prado, Luitprandi opp. p. 523 (J); Heine, Bibl. anecdot. p. 118 (H).

IN[a] CHRISTI NOMINE[b].
AURASIUS EPISCOPUS FROGANI[c].

Cognosce[d] te, propter quod ecclesiam Dei non solum[e] verberasti, sed etiam impugnando coram[f] nos humiliasti et synagogam[g] erexisti et nobis reverentiam pro nominis[h] redemptoris nostri Iesu Christi, Dei[i] vivi ac[k] veri Dei nostri, nulla ratione tribuisti et pręsentibus senioribus, cuncto palatio[l], catholico populo vel cętu[m] Hebreorum nos despectui tradis, ingrediente[n] flatu alienę vertiginis dogmę[o] cavernias[p] aurium tuarum ea[q] concaba[r] luminum festuca trabesque[s] peccati[t] obus[u] servisset[v] abste[w], illico priscis virtutibus[x] desserente[y], neutericus[z] dereliquens[a], fidei sanctę[b]

a) remittet *J.* b) explicare *J.* c) peculiari *T. M2. J.* d) nullum *E1.* e) gloriettur *E1.*; se *add. J.* f) habere castum *J.* g) *ex* est *corr. M2.* h) mundus *J.* i) quanlibet *T. M2*; quantumlibet *J.* k) cur *T. M2. J.* l) nitur *E1.* m) admisceri *J.* n) qui *J.* o) inimitiis *E1.* p) quid *pro* qui de *J.* q) ingerantur per saevitiam *J.* r) ut *J.* s) ipsum *J* t) secretioris *E1. T. M2*; servationis *J.* u) iuramentum *T. M2.* v) saltem *T. M2. J.* w) vel *J.* x) contrarium *J.* y) cum *J.* z) crudeli *pro* de eius *J.* a) huiuscemode *T. M2*; huiusmodi *J.* b) suggessione *aut* suggessionem *E1*; suggestione *J.* [a) l. 9] c) dominum *T. M2.* d) domine *T. M2. J.* e) venerantissime *E1.* f) et *J.* g) factissimi *T. M2.* h) *om. J.* i) seculum iudicare *J.* k) pervenerit *T. M2.* l) ipse *J.* m) videbis *J.* n) et *J.* o) vestram *J.* p) serenitatem *J* q) confussionis *M2.* r) ęternam *T. M2.*

20. a) Epistola Aurasii episcopi Toletani ad Froganem Palatinum Toleti comitem, quem spiritu ferventi reprehendit *superscr. J.* b) In nomine Domini *J.* c) aurasius episcopus frogani *bis scr. H. M2.* d) Agnosco *J.* e) non solum ecclesiam Dei *J.* f) coram impugnando *J.* g) synagogem *[?] H.* h) nomine *J.* i) *om. J.* k) et *J.* l) et *add. J.* m) vel cętu *om. J.* n) ingrediendo *J.* o) male implens *pro* dogmę *J.* p) cavernas *J.* q) et *J.* r) b *in* v *corr. M2*; concava *H. J.* s) trabeque *J.* t) peccasti *J.* u) Obvius *J.* v) feruisset *H*; servis Dei *J.* w) obiisti *J.* x) priscas virtutes *J.* y) deseruisti *J.* z) neotericas *J.* a) derelinquens *J.* b) *om. J.* [a) l. 27]

1) *Cf. ad hanc epistolam Juliani scholion, quod in commentariolo nostro (Neues Archiv XVI, 46. 47) repetivimus.*

603-615 catholicę obvius existens, acquiescens vocem[a] persuasoris, immundi spiritus, ut, quod[b] Deus de faucis[c] grassatoris diaboli lavacro regenerationis suę per nos ad gloriam iussit servare[d] seva nequitię insanię[e] fustibus vulneratos dereliquisti. Pro qua[f] re in hoc tantummodo cognoscente[g] nostra vel servorum Dei in ecclesia Dei[h] prędicatione esse excommunicatum et anathematum[i]; et[k] ideo anathematizat[l] eos[m] pater et filius et spiritus sanctus et sancta[n] ecclesia catholica, que est in sancto Petro fundata, ut sic anathema hominibus[o] tam angelorum quam archangelorum, verum etiam et omni[p] militię cęlesti[q], ipso pręstante domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in sęcula sęculorum. Amen.

a) voci *J.* b) quos *J.* c) fauce *J.* d) sevane *H. M2*; salvare *J.* e) insania *J.* f) *add.* [*per errorem?*] in *H.* g) agnosce te *J.* h) in ecclesia dei *om. J.* i) anathematizatum *J.* k) *om. J.* l) anathematizavit *J.* m) vos *J.* n) santa *M2.* o) ut sic anathema hominibus *om. J.* p) omnis *J.* q) caelestis *J.*

X.

EPISTOLAE LANGOBARDICAE COLLECTAE.

Codices, quibus in epistolis ad res Langobardorum spectantibus edendis usi sumus, hi sunt:

VT = Codex Venetus Trivisaneus (quondam Bernardi Trivisani), saeculo XVI. in. scriptus, qui, in 'Giornale di Padova' anni MDCCCVII. accuratius descriptus (cf. Pertz in Actis nostris: Archiv IV, 172. 203; Bethmann ibidem XII, 634; Fanta in 'Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung', supplementum I, 54 n. 1), exhibet epistolas 3. 10. 13. 15. 17. 19. 20., a viro cl. Oswaldo Holder-Egger collatas,

deinde tres codices Veneti, quibus in Andreae Danduli chronica insertae epistolae 3. 6. 8. 9. 11.[1] 15. 21. traduntur, a comite ill. Camillo Soranzo Veneto collatae:

VD 1 = Codex Venetus Latinus Zanetti nr. CCCC, saeculo XV. scriptus,

VD 2 = Codex Venetus Latinus class. X. nr. X, saeculo XVI. in. scriptus,

VD 3 = Codex Venetus Latinus class. X. nr. CXXXIX, saeculo XVI. scriptus[2];

M = Codex chartaceus Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae A 141, saeculo XVII. scriptus, in quo cum inter chronicorum Andreae Danduli partes quasdam tum inter nonnulla alia exaratae sunt epistolae 3. 6. 8. 9. 11. 15. 21., a viro cl. Oswaldo Holder-Egger collatae.

E codicibus collectorum canonum primum Ivonis decretum proponentes hi Parisini, a viro cl. Augusto Molinier Parisiensi collati, nobis praesto fuerunt:

P 1 = Codex Parisinus Latinus 14315, saeculo XII. scriptus, in quo epistolae 2. 5. 18. inveniuntur,

P 2 = Codex Parisinus Latinus 18222, saeculo XII. scriptus, solam epistolam 18. retinens; quae eadem sola datur in tribus codicibus Berolinensibus Panormiam eiusdem Ivonis continentibus, qui sunt

B 1 = Codex Berolinensis Phillippicus 1746, saeculo XII. ex. scriptus,

B 2 = Codex Berolinensis Latinus oct. 51, saeculo XIII. scriptus,

1) *Hanc epistolam non cum codice VD 3 collatam accepimus.* 2) *Codices eiusdem classis Latinae nr. CLIII et CLXXXV, in quos Andreae Danduli chronica saeculo XVIII. e singulis codicibus a nobis adhibitis exscripta sunt, omisimus.*

B 3 = Codex Berolinensis Latinus qu. 282. saeculo XIII. scriptus[1]*:*
tum collectionis quae Britannicae nominatur codex

L = Codex Londiniensis inter Brit. Mus. addition. mss. nro 8873 signatus, saeculo XII. scriptus, epistolas 2. 4. 5., a viro cl. Jeayes collatas nobis contribuit.

Postremo hi quinque Romani codices a nobis adhibiti sunt:

R 1 = Codex Romanus Vaticanus 4322, saeculo X. scriptus, qui inter opera Attonis Vercellensis episcopi in epistolam ad eum a Gunzone Novariensi presbytero datam priorem partem epistolae 18. insertam exhibet, a viro cl. Tschiedel collatam,

R 2 = Codex Romanus Barberinus XI, 145, saeculo XI. scriptus, quo Georgius Waitz b. m. in Chronicis patriarcharum Gradensium et epistolis 8. 9. edendis usus est: SS. rer. Lang. p. 395 (cf. ibidem p. 392),

R 3 = Codex Romanus Urbinas 440, saeculo X. XI. scriptus (cf. Monticolo in 'Bullettino dell' istituto storico italiano' IX, 51 ss.),

R 4 = Codex Romanus Vaticanus 5269, saeculo XIII. scriptus, quibus (R 3 et R 4) G. H. Pertz, Chronicon Venetum et epistolas 8. 12. edens, usus est: SS. VII, 12 (cf. ibidem p. 2. 3 et Monticolo l. c. p. 76 ss.),

R 5 = Codex Romanus Vallicellianus B. 61, saeculo XV. scriptus (cf. SS. rer. Lang. p. 40. 41). In hoc codice legitur 'Synodus que acta est in civitate Mantua pro causa sanctę Aquileiensis ecclesię'[2] *et, ut 'Candidianus contra canonum statuta et sanctorum patrum decreta ordinatus' probetur, affertur 'huius Aquileiensis ęcclesię Iohannis antistitis epistola ad Agilulfum regem directa, cuius tęxtus inter cętera ad locum talis est', et sequuntur excerpta, e quibus epistola 1. nostra composita est, a viro cl. Schellhafs collata.*

Huc accedit exemplar actorum synodi Romanae anno DCCXXXI. habitae (ep. 14.) saeculo XII. exaratum, quod inter 'Documenti diplomatici restituiti dal Governo Austriaco' nro 140 signatum in Tabulis Venetis asservatur atque exscriptum nobis praebitum est (cf. Monticolo l. c. p. 179 n. 1 et 181—183).

Licet omnibus viribus id studuerimus atque contenderimus, ut suos cuique epistolae codices exquireremus, tamen, codicibus non omnibus repertis, quod necesse erat epistolam 7. integram et epistolae 18. partem posteriorem ex editionibus hic repetere, vehementer dolemus.

Ad epistolas illustrandas nihil seorsum disseruimus nisi illud: utrum epistolae 11. 12. 18. in dubium vocatae genuinae sint necne, commentariolo nostro, cui inscribitur: 'Ueber die vermeintliche Unechtheit einiger Stücke der Epistolae Langobardicae collectae, des zweiten Anhangs im III. Epistolae-Bande der Monumenta Germaniae historica', in Actis nostris: Neues Archiv vol. XIX typis expresso.

Data mense Decembri anni MDCCCXCI.

Wilhelmus Gundlach.

---

1) *Codicem Berolinensem Ham. 345, qui Decretum Ivonis excerptum et fol. CXLVI nostram 18. epistolam scriptam habet, recentiorem omittere nobis licuit.* 2) *die VI. mensis Iunii anni DCCCXXVII; cf. Böhmer-Mühlbacher, Reg. 814 et v. Hefele, Conciliengeschichte IV, 50. 51.*

1.

Iohannes Aquileiensis episcopus Agilulfo Langobardorum regi queritur, Ravennae consensionem inter Candidianum Gradensem episcopum prave ordinatum et Petrum Providentium Agnellumque Istrienses episcopos, suffraganeos suos, a Graecis non nisi vi illata effectam esse, et supplicat, id agat, ut Candidiano mortuo Gradensis episcopus recte ordinetur[1]. *(c. 607.)* c. 607

Cod. R 5 (fol. 245).

Edd. Baronius, Ann. eccl. a. 605 nr. 6: Troya, Cod. dpl. Long. I, 560 (nr. 282); de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 416 et Mansi, Conc. XIV, 496 (inter acta synodi Mantuanae; cf. supra p. 692 n. 2.)

Qualis autem unitas dicitur facta, ubi spata, ubi claustra carcerum, ubi flagella fustium et ubi longa exsilia crudeliumque pęnarum discrimina parabantur? Et miseri suffraganei ęcclesię nostrę, scilicet episcopi Histrię, cum summa vi et necessitate a Gradensi castro Ravennam compulsione districtissima ducebantur Grecorum, necnon et inibi loquendi licentia negabatur. Atque Candidianus inutilis, qui se ob sui sceleris immanitatem | . . . . |[a], praefatę sanctę recordacionis a domno Severo decessori nostro sub anathematis interposicione obligatus est, ne ad pociorem gradum unquam accederet, quoniam a[b] se eique corde faventibus in praedicto Gradensi castro, adulterium matri ęcclesię improbe ingerens, ordinatur[c] episcopus. Et Petrus, Providencius seu Agnellus episcopi Histrię, qui adhuc fidem sanctam tenebant et Candidiano necdum consenciebant, de ęcclesiis suis a militibus tracti et cum gravi iniuria et contumeliis ad eum venire compulsi sunt: si[d] enim recte ei consencientes essent, voluntarie illi consentire debuerant, non autem per vim[e].

Laborate et agite, quatinus et fides catholica vestris augeatur temporibus et in Gradensi castro, postquam infelix Candidianus de hoc saeculo ad ęterna supplicia transmigravit, altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur nec populus ille amplius tribuletur. Et vere, si hec Domino auxiliante egeritis, quod primum est: Christus deus pietati vestrę erit bonorum omnium retributor. Cf. Rom. 12, 19.

1. a) *lacuna non est in R 5;* ab episcopali collegio definitione patrum extorrem reddidit *vel quid simile (cf. ep. 10 infra) videtur excidisse.* b) ad *R 5.* c) *an* ordinabatur? d) *corr. ex* sic *R 5.* e) et post pauca sic *interp. R 5.*

1) *Cf. Pauli Hist. Lang. IV, 33 (SS. rer. Lang. p. 127):* His diebus defuncto Severo patriarcha, ordinatur in loco eius Iohannes abbas patriarcha in Aquileia vetere cum consensu regis *(Agilulfi)* et Gisulfi ducis. In Gradus quoque ordinatus est Romanis Candidianus antistis. . . Candidiano quoque defuncto, aput Grados ordinatur patriarcha Epiphanius . . . ab episcopis qui erant sub Romanis. Et ex illo tempore coeperunt duo esse patriarchae . . . *sed quod in Chronicis patriarcharum Gradensium c. 3.; 4 (ibidem p. 394) narratur* (Sub cuius *[Candidiani]* tempore per consensum Agiulfi regis Longobardorum Gisulfus dux per vim episcopum in Foro Iulii ordinavit Iohannem abbatem. In quo tres episcopi consenserunt, Deo sibi contrario, et eum consecraverunt. Tamen postea per epistolam domni Bonifacii pape urbis Rome sub eandem metropolim Gradensem se subiugaverunt) *perperam dictum videtur (cf. ibidem n. 3.) Vide etiam Hartmann, Untersuchungen zur Gesch. der byzant. Verwaltung in Italien p. 113. 114.*

2.

625.628 *Honorius papa petit ab Hysatio Italiae exarcho, ut quosdam Transpadanos episcopos, qui Petro Petri filio invito ut contra iusiurandum Agilulfo regi praestitum non eius filio Adulubaldo regi, sed Ariobaldo tyranno consentiret suaserint, Adulubaldo in regnum restituto, Romam puniendos mittat.* (625. Nov. Dec.)

Codd. P 1 (fol. 237'), L (fol. 172).

Edd. Ivonis Carnotensis episcopi decr. XII, 25: opp. omnia (Parisiis 1647) I, 359 (Migne, Patrol. lat. CLXI, 786); Troya, Cod. dpl. Long. I, 591 (nr. 296); Mansi, Conc. X, 586; Migne, Patrol. lat. LXXX, 469. — (Ewald in Actis nostris: Neues Archiv V, 583); Jaffé, Reg. 2012 (1559).

HONORIUS[a] PAPA[b] HYSATIO[c] PATRICIO ET[d] EXARCO ITALIAE[1].

Quorundam scriptis didicimus, quosdam episcopos in Transpadanis partibus quaedam verba episcopali actui inimica Petro Pauli filio edixisse[e] atque monitu impiae suasionis innuere[f], asserentes in se periurii reatum suscipere, ut non Adulubaldo regi, sed potius Ariopalto tyranno[g] consentiret[2]. Et quoniam praefatus gloriosus Petrus pravis eorum, si fas est dicere, sacerdotum respuit suasionibus inclinari, sed magis sacramenta, quae Acono[h] regi[3], patri praedicti Adulubaldi, praestiterat, firmiter custodire, et quia tantum facinus Deo et piis mentibus est inimicum, ut hii[i], qui hoc ab aliis prohibere debuerant, ne fuisset commissum, ipsi potius ut fieret hortati sunt — cum nutu supernae virtutis vobis laborantibus praefatus Adulubaldus[k] in suum regnum fuerit restitutus: praefatos episcopos in has Romanas partes adiuvante vos Deo destinare dignemini[l], quia huiusmodi scelus nulla patiemur[m] ratione inultum.*)

3.

Honorius papa adhortatur omnes episcopos per Venetiam et Istriam constitutos, ut loco Fortunati Gradensis episcopi, primum eius clericis deferentibus de-

*) *Aliter redacta haec epistola apud Mansi, Conc. X, 577 (Migne, Patrol. lat. LXXX, 482) — quo ex fonte hausta nescimus, sed primum quidem, ut videtur, a Carolo Sigonio in Historiarum de regno Italiae libro II, p. 57 (Basileae 1575) edita — legitur:*

HONORIUS ISACIO EXARCHO.

Delatum est ad nos, episcopos Transpadanos Petro Pauli filio suadere conatos esse, ut Adalvaldum regem desereret, Ariovaldoque tyranno se applicaret. Quam ob rem quia Petrus pravis eorum consiliis suis respuit obedire et sacramenta regi Agoni Adalvaldi patri praestita sancte cupit servare et quia hoc Deo et hominibus est ingratum, ut qui tale facinus vindicare deberent eorum ipsi suasores existant, rogamus vos, ut, postquam Adalvaldum divino in regnum ut speramus auxilio reduxeritis, praedictos episcopos Romam mittere velitis, ne scelus huiusmodi impunitum relinquamus.

2. a) H. *L.* b) *om. L.* c) isatio *L.* d) *om. L.* e) *corr. ex* dixisse *L.* f) invehere *L.* g) ariopaldo tirando tiranno *L.* h) *corr. ex* acano *L.* i) hi *L.* k) adulobaldus *L.* l) dignamini *L.* m) patietur *L.*

1) *De hoc Isacio patricio cf. Vitas Severini et Theodori paparum (Lib. pont. ed. Duchesne p. 328. 329 et 331. 332) et ibidem p. 333 n. 5 — eius epitaphium exstat in Corp. inscr. Gr. nr. 9869 et in Agnelli Lib. pont. c. 59 (SS. rer. Lang. p. 319 n*) — et Hartmann, Untersuchungen p 14. 115. 116.* 2) *Cf. Pauli Hist. Lang. IV, 41 (SS. rer. Lang. p. 133):* dum Adaloald eversa mente insaniret, postquam cum matre *(Theodelinda)* decem regnaverat annis, de regno eiectus est, et a Langobardis in eius loco Arioald substitutus est *(anno 626.)* 3) *Cf. ibidem:* Agilulf rex qui et Ago est appellatus.

iecti, iam iterum damnati, Primogenium subdiaconum et regionarium Romanae ecclesiae eo missum et pallio instructum consecrent episcopum, et edocet, se (Ariobaldum) Langobardorum regem incitasse, ut Fortunatum, qui ad gentes fugerit, et ipsum et res ab eo ablatas repeteret[1]. 628

628. Febr. 18.

Codd. VD 1 (fol. 47), VD 2 (fol. 49), VD 3 (fol. 45), VT (fol. 2), M (fol. 22. 22')

Edd. Initium a Georgio H. Pertz ex VT exscriptum ed. Ewald inter Reg. pont. Rom., reliquum Danduli chron. VI, 7 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 113); de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 297; Ughelli, Ital. sacra V, 1085; Troya, Cod. dpl. Long. I, 595 (nr. 298); Cod. dpl. Istr. ad a. 628; Migne, Patrol. lat. LXXX, 469. — Jaffé, Reg. 2016 (1562).

HONORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTISSIMIS FRATRIBUS, UNIVERSIS EPISCOPIS[a] PER VENETIAM[b] ET[c] ISTRIAM CONSTITUTIS[d].

Quicquid ad ea, que per clericos Gradensis ecclesię nobis scripta sunt, fraternitati vestrę censuimus respondendum, quibus paenis[e] interdictionis canonicę aculeis Fortunatum olim sacerdotio exuendum decrevimus et feriendum, et nunc iterato paginalis auctoritatis decreto eius perfidiam innodantes, damnamus. Oportuit igitur fraternitatem vestram ea ipsa nobiscum sentire et gratias Deo omnipotenti peragere, quia lupum ovili pelle fucatum e medio gregis Dei iuxta perfidiam sui meriti in precipitium erroris abiecit, quatenus ne is, qui diu seviens subinductam hypocrisim[f] videbatur oculte medulitus latitare, in baratrum sue cecitatis corruens, latere potuisset et gregem Dei sicut antea dente perfido sauciare. Gaudendum est igitur et vehementer letandum, quia unius ruina omnium sunt aedificata ac restaurata constantis fidei documenta[g].

Suademus itaque[h] et decretales apices fraternitati vestrae dirigimus, per quos expetimus, ut in loco[i] Iudae alius vitae[k] probabilis ad regendum gregem dominicum promoveatur. Et non immerito is qui deiectus est et Iudae actibus comparatur et moribus; nam quod ille in capite, hoc iste[l] videtur exercuisse in corpore. Nos quidem discreta mentis trutina considerantes[m], Primogenium[n] subdiaconum et regionarium nostrae sedis Gradensi ecclesiae episcopali ordine cum pallii benedictione direximus consecrandum. Oportebit ergo fraternitatem vestram iuxta legem ecclesiasticam cuncta disponere capitique vestro sinceram obedientiam exhibere. Nos enim dirigentes homines nostros ad excellentissimum Longobardorum regem, iniunximus, ut eundem Fortunatum, uti relicta ab eo republica ad gentesque[o] prolapsum et, abnegata concor-

3. a) servus — episcopis *om. VT.* b) venetias *M.* c) sive *VT.* d) *add. VD 1. 3. M.* etc. et infra, *VD 2* etc. ut infra, *omittentes initium epistolae: l. 13)* Quicquid — documenta *(l. 23), quod solum codice VT praebetur.* e) *ita Ewald pro* prius *in VT.* f) subinducta hypocrisi *Ewald.* g) fundamenta *Ewald.* h) *om. VD 1. 2. 3. M; omittens omnia quae sequuntur add. VT* sicut alibi in Dandulo *et quaedam signa quae agnosci non possunt.* i) locum *M.* k) vir *M.* l) *om. M.* m) Nos quidem — considerantes *om. VD 1. 2. 3.* n) itaque *add. VD 1. 2. 3.* o) *pro* ad gentesque *VD 1* agentesque, *M* uel agentes quae *corrigendum signo quodam super* agentes *facto significans.*

1) *Cf. Chronica patriarcharum Gradensium c. 5. 6 (SS. rer. Lang. p. 394):* Fortunatus quidam hereticus pontificatum arripuit; qui quintam synodum minime credens, ob sui erroris piaculum pavens, totam aecclesiam Gradensem metropolitanam denudans in auro et vestibus vel ornamento, simul et ecclesias baptismales provinciae Hystoriae et sinochagia *(xenodochia)*, quae ad eandem aecclesiam Gradensem pertinere videbantur, fugam in Longobardiam petiit, apud castrum Cormones super civitatem Aquileiam miliario XV. Contra cuius nequitiam et heresim episcopi Venetiarum et Hystriensium et clerici Aquileienses, qui etiam Gradensis aecclesiae, scripta sua ad Honorium papam direxerunt. Idem vero papa, providens utilitati sanctae Dei aecclesiae, Primogenium diaconum et regionarium sedis apostolicae ad eandem metropolim regendam direxit, dans et epistolam auctoritatis apostolicae innodantem memorati Fortunati heresim.

625-638 diae unitate. Deo rebellem et perfidum, necnon res, quascumque secum aufugiens[a] abstulisse monstratur, expetere et repetere non moretur[b], ut et hii[c], a quibus haec repetuntur, a partibus christianissimae reipublicae parem iustitiam consequantur[d].

Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Data[e] XII. Kalendas[f] Martii, ,regnante[g] domino[h] piissimo augusto Heraclio anno[i] XVIII.

4.

Honorius papa ab Aroge I. Beneventano duce petit, ut Reparatum monachum e monasterio castri Alatrini fugitivum et in Campaniae loco, qui Alimphas dicitur, moratum ei, qui hanc epistolam perferat, tradendum curet. *(625—638.)*

Cod. L (fol. 171').

(Ewald in Actis nostris: Neues Archiv V, 583); Jaffé, Reg. 2026.

HONORIUS AROGI DUCI BENEVENTANO[1].

Multorum relatione cognovimus, quod vestra gloria in diversis causis iusticiam teneat et maxime in his causis, que ad Dei respiciunt[a] culturam. Propterea vestre gloriae reseramus, quod quidam monacus, Reparatus nomine, de monasterio[b] castri Alatrini fuga dilapsus in partibus Campanie loco, qui appellatur Alimphas, vagatur Propterea gloria vestra sollicite eum perquirere et presentium latori eum contradi faciat, quatinus in servitio Dei, unde aufugit[c], mancipari valeat.

5.

Honorius papa petit ab Anatolio magistro militum, ut ei, qui hanc epistolam perferat, conquesto, germanum suum a quodam Salernitani castri milite esse peremptum et rebus propriis spoliatum, ita satisfaciat, ut homicidam exercitu motum iudici provinciae puniendum tradat et res germano restituat. *(625—638.)*

Codd. P 1 (fol. 223'), L (fol. 171').

Edd. Ivonis Carnotensis episcopi decr. X, 187; opp. omnia (Parisiis 1649) 1, 339 (Migne, Patrol. lat. CLXI, 746). — Troya, Cod. dpl. Long. II, 43 (nr. 309); Mansi, Conc. X, 586; Migne, Patrol. lat. LXXX, 482. — (Ewald in Actis nostris: Neues Archiv V, 583); Jaffé, Reg. 2027 (1574).

HONORIUS[a] ANATTOLIO MAGISTRO MILITUM[2].

Lator presencium prece nobis flebili supplicavit asserens[b], a quodam milite castri Salernitani germanum suum fuisse peremptum, insuper et[c] rebus propriis post eius

a) adfugiens *VD 1. 3.* b) morentur *VD 1. 2. 3.* c) hi *VD 2. 3. M.* d) *quae sequuntur* Deus — XVIII *om. VD 1. 2. 3.* e) dat *M.* f) kal. *M.* g) regnantibus *M.* h) dd. *M.* i) an. *M.*
4. a) respiciciunt *L.* b) d *[duae litterae erasae]* moño *L.* c) aufugiit *L.*
5. a) *om. L.* b) aserens *L.* c) *om. L.*

1) *Hic Arichis vel Arogis ab Agilulfo rege dux Beneventanorum constitutus (cf. Pauli Hist. Lang. IV, 18: SS. rer. Lang. p. 122),* qui ducatum quinquaginta tenuerat annis *(ibid. c. 44 p. 134), accepit a Gregorio Magno epistolam Historiae Langobardorum (l. c. p. 122. 123) insertam (Jaffé, Reg. 1652 [1455]).*
2) *Anatolium Neapolitanum esse, non, quod ponat Diehl, Etudes sur l'administration byzantine dans l'exarchat de Ravenne p. 134, Salernitanum, monet Hugo Cohn, Die Stellung der byzant. Statthalter in Ober- und Mittelitalien p. 53 n. 6; cf. Troya l. c.*

interitum spoliatum. Propterea quam impium quamque contra[a] legum statuta sit noxium, ipsis rerum documentis in propatulo omnibus tenetur expertum, ut sanguis[b] innocenter effusus a committente nullatenus ulciscatur. Qui hec vindicare possunt et pro convenientia ulcisci negligunt, sint profecto scituri, quia, si defensare insontem sanguinem neglexerunt, in futuro tremendoque examine de eis uti huius facinoris participibus tale comissum scelus exigetur[c]. Propterea gloria vestra ad vindicandum[d] ulciscendumque funesto[e] homicidii crimine irretitum[f] ab agmine militari disiungat et iudici provinciae tradendum ac puniendum iusticie impulsu festinet. Res vero ab eo vi latrocinali[g] ablatas supra dicto precatori[h], si germanus eius extiterit, indubitanter restituat, quatinus, nobis imminente, disciplinam[i] is, qui scelus commisit, semper expectet et incunctanter[k] excipiat et militaris[l] integritas unius ob noxam humicidali[m] contagio nequaquam subiaceat. 625-649

6.

Theodorus papa commonefacit Primogenium Gradensem patriarcham, ut promisso, quod Mariano consiliario exarchi (aut Isacii aut Theodori cognomento Caliopae) datum sit: pro iussione, qua domus Stephani quaedam venire atque alienari vetatur, ab imperatore (Constanti II.) impetrata eandem domum in emphyteusim ei concessum iri, Mariano Romae conquesto satisfaciat. *(642—649.)*

Codd. VD 1 (fol. 48'), VD 2 (fol. 50'), VD 3 (fol. 46'), M (fol. 23').

Edd. Danduli chron. VI, 7 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 116). — Jaffé, Reg. 2056 (1592a).

THEODORUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO[a] FRATRI PRIMOGENIO, PATRIARCHAE GRADENSI[b].

Marianus eloquentissimus consiliarius excellentissimi filii nostri, domini exarchi[c], in hac Romana urbe adveniens adversus fraternitatem tuam querelas nobis innotuit[d], asserens, fraternitatis tuae ecclesiae sibi promissionem fuisse positam, ita ut ingrediens in urbe regia iussionem principis elicuisset, per quam praecipitur, domum[e] quandam Stephani uti constituta civitate minime debere emptitacio dari, ut domus ipsa salva quadam pensione eidem Mariano eloquentissimo ex posita[1] emphiteosin dari deberet: promissionem tamen fraternitatis tuae, quamquam hęreticorum[g] eclesiae[h] tuę, subscriptam nobis ostendit[2]. Ideoque quia inconveniens videretur et[i] maxime sacerdo-

a) circa *L.* b) sangui *L.* c) exigitur *L.* d) iudicandum *L.* e) funesti *L.* f) iretitum *L.* g) latrociniali *L.* h) peccatori *L.* i) disciplina *P 1.* k) incunctant *L.* l) militari *L.* m) *corr. in* humiadali, *ut videtur, L.*

6. a) dilectissimo *VD 1. 3.* b) etc. *add. VD 1. 2. 3. M.* c) excellentissimi exarchi filii nostri *M.* d) *quae sequuntur* asserens — ostendit (*l. 29.*) *om. VD 1 addens* et infra, *VD 2 addens* ut infra, *VD 3.* e) *in marg. add. M.* f) *postea scriptum eodem atramento, quo in margine vocabula quaedam addita sunt in M.* g) quamquam hereticorum *in marg. add. M.* h) *add.* it infra *et in marg. pro* it infra *ponendum* tue subscriptum nobis ostendit *M.* i) *om. VD 1. 3.*

1) *sc. promissione.* 2) *i. e. promissio, quam subscriptam nobis ostendit, quamquam ab heretico quodam (Fortunato, decessore Primogenii; cf. supra p. 695 n. 1) facta est, tamen pro ecclesia tua, tamen fraternitatis tuae est.*

642-723 tibus, contra promissionis suae tenorem agere, studeat fraternitas tua, promissa ad effectum perducere[a], maxime dum ex omnibus iura tuae ecclesiae se adserat observare[b] atque eidem domui coherentia, salva pensione, quae ab aliis dari[1], ipse modis omnibus esse daturum.

Deus te incolumem custodiat[c].

7.

Crispus Mediolanensis diaconus Mauro Mantuano praeposito a se erudito prius spernenti, iam petenti obtemperans medicinae brevem cognitionem carminibus expositam dedicat. *(c. 690—710.)*

Ed. Mai, Class. auct. V, 391 e duobus, ut videtur, codicibus, qui exquiri non potuerunt[a].

Quia te, fili karissime Maure, paene ab ipsis cunabulis educavi et septiformis facundiae liberalitate ditavi, unum tibi deest, quod adhuc in annis virentibus constitutus ingratum semper habere voluisti, hoc est: gratae peritiam medicinae per omnia parvi pendens, nullam in liberalibus disciplinis partem communionemque retinere dixisti. Nunc autem, quia valitudinum variarum saepius in te dominatur enormitas, cogis ipsam eandem artium amplificare peritiae, quam prius non erubuisti nefariam et turpissimam nuncupare. Exigis ergo a me, ut te ruricolam faciam, herbarum medicinalium virtutes edoceam ipsasque temporibus certis singillatim ostendam et iuxta valitudinum multiplices qualitates species curationum indubitanter exhibeam. Quod tuae annuens voluntati libenter excepi et breviloquio in praesenti opusculo studens, heroico te melle pascere cupio, ut paulatim ad artis amorem adducam, ne, si plura primitus in ostendendo retexero, pluralitas fastidium faciat, fastidium desiderium tollat. Ergo quod probatissimum habeo succincta supputatione perstrinxi, ut, dum ista opere liquidissimo vera esse probaveris, plurima quae restant ardentius atque diligentius assequaris.

8.

Gregorius II. papa Serenum Foroiulensem episcopum (Aquileiensem patriarcham) commonens, qua condicione pallium, (Liutprando) Langobardorum rege petente, obtinuerit, iura (Donati) Gradensis patriarchae observantem intra Langobardorum fines se coercere iubet[2]. *(723. Dec. 1.)*

Codd. R 2. 3. 4. VD 1 (fol. 56'), VD 2 (fol. 57), VD 3 (fol. 53'), M (fol. 28. 28')[a].

Edd. Iohannis Chronicon Venetum SS. VII, 12; Chron. patr. Gradensium c. 9: SS. rer. Lang. p. 395 (SS. VII, 46), Danduli chron. VII, 2 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 132), de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 313; Ughelli, Ital. sacra V, 1087; Troya Cod. dpl. Long. III, 441 (nr. 461,1); Cod. dpl. Istr. ad a. 715; Mansi, Conc. XII, 247; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 527. — Jaffé, Reg. 2166 (1659).

a) producere *M.* b) conservare *VD 1. 3.* c) atque eidem — custodiat *om. VD 1. 2. 3, add. in marg. M.*

7. a) *Superscriptio:* Crispi Mediolanensis diaconi ad Maurum Mantuensem praepositum in medicinae libellum praefatio *M.*

8. a) incipit epistola beati gregorii papae missa sereno episcopo foroiulensi, in his verbis interdicens *praem. R. 2.*

1) *sc. solet.* 2) *Cf. ad hanc epistolam Monticolo in 'Bullettino dell' istituto storico italiano IX, 177—184.*

723

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FRATRI SERENO[a].

Tanto munere quisque[b] ditatur, quantum in sublimitate positus de se ex mandato domini[c] redemptoris humiliter sentit: etenim[d] pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur: spernendum[e] quippe apostolica lectio arguit elatos: Et, si accepisti, 1. Cor. 4, 7.
quid gloriaris, quasi[f] non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honoris precibus eximigi filii nostri[g] regis flexi, plurimum etiam[h] pro rectitudine fidei[i], quam te tuamque ecclesiam tenere et[k] amplecti cognovimus[l], provocati, pallium tibi direximus, interdicentes et inter cetera[m], ne umquam aliena iura invaderes[n] aut temeritatis ausu[o] usurpares iurisdictionem[p] cuiusquam[q], sed in[r] his esses contentus, quae usque hactenus possedisti. Nunc vero, ut cognovimus, Gradensis presulis[s] niteris pervadere iura atque ex his, quae[t] possedit nunc usque, usurpare. Ne ergo in quoquam[u] existas temerator, ex apostolica auctoritate precipimus, ne ullo modo terminos excedas ab eo possessos[v], sed solum suffitias in hisque[w] te habeto[x], quae modo usque possedisti, nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Longobardorum existentibus gressum tendere presumas, ut non iniuste et suscepisse gratiam collatam[y] pallii ex[z] presumptione[a] ostendas et inde[b] apostolici vigore concilii, si inobediens fueris[c] comprobatus[d], indignus[e] iudiceris.

Data Kalendis[f] Decemb., indictione VII[g].

9.

Gregorius II. papa Donato (Gradensi) patriarchae et Marcello duci atque episcopis plebique Venetiae et Histriae conquestis, (Serenum) Aquileiensem patriarcham iura Gradensis ecclesiae minuere, nuntiat, eum hoc iterum facere se vetuisse, id prohibendum mandans, ne Langobardi locum illum invadant. (723. Dec. 1.)

Codd. R 2, VD 1 (fol. 57), VD 2 (fol. 57), VD 3 (fol. 54), M (fol. 28').

Edd. Chron. patr. Gradensium c. 10: SS. rer. Lang. p. 395 (SS. VII, 46); Danduli chron. VII, 2 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 133); de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 314; Ughelli, Ital. sacra V, 1087; Troya Cod. dpl. Long. III, 443 (nr. 461, 2); Cod. dpl. Istr. ad a. 717; Mansi, Conc. XII, 248; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 527. — Jaffé, Reg. 2167 (1660).

---

a) *add.* etc. *VD 1. 2. 3. M*; gregorius — sereno *om. R 2. 3. 4.* b) quis *R 3. 4.* c) dei *M.* d) et nostra *VD 1. 2. 3.* e) spernendos *M.* f) si *add. R 3. 4. VD 1. 2. 3.* g) filii nostri eximii *M.* h) ecclesia *M.* i) per *add. VD 1. 2. 3. M.* k) tenere et *om. VD 1. 2. 3. M.* l) cognoverimus *M.* m) prohibentes *add. VD 1. 2. 3.* n) invadere *M.* o) usu *R 2.* p) iurisditionis *R 2.* q) cuiusque *M.* r) *om. VD 1. 2. 3. M.* s) patriarchae *VD 1. 2. 3. M.* t) quibus *R 2.* u) possidet *VD 1. 2. 3. M.* quodam *R 3. 4.* ad eum *R 3. 4.* v) ab eo possessos excedas *VD 1. 2. 3. M.*; sufficiat *R 3. 4*; solum suffitias *om. VD 1. 2. 3. M.* w) his *VD 1. 2. 3. 4. M.*; que te habeto *om. R 3. 4. om. R 3. 4.* x) suscepisse te *VD 1. 2. 3. M.* y) collatis *R 2*; collata *R 4.* z) et *M.* a) praesumptionem *M.* [a 1. 17] b) in *R 2*; de *VD 2. M.* c) fuisse *R 2.* d) reprobatus multum et *R 3. 4.* e) ultione dignus *VD 1. 2. 3. M.* f) h *R 1.* g) data — VII *om. R 3. 4. VD 1. 2. 3. M.*

723-725 GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI[a], DILECTIS FRATRIBUS, DONATO PATRIARCHAE ET EPISCOPIS ET[b] MARCELLO DUCI ET PLEBI VENETIAE ET ISTRIAE[c] [1].

Quamquam ex ministerio, quod[d] miseratione superna[e] gerimus[f], quicquid provide deliberandum[g] peragere absque obstaculo conveniat, verum nec frustra iudicium egisse[h] [videamur][i], illa cupimus prosequi[k], quae non[l] ad laesionem cuiusquam, sed[m] potius ad immunitatem[n] respiciant[o]: illa satagere, unde non[p] ex potestate divinitus concessa supplicia, sed praemia sperentur. Convenit enim, ut, cum unius votis paremus, alterius iura non fraudentur. Quia igitur missa relatione[q] nos a Deo salvata communitas[r] vestra petiit, contra Foroiulensem[s] antistitem agentes, quod cupiat invadere ditionem[t] Gradensis patriarchae, et ut numquam excedere[u] terminum vel iura invadere[v] aliena, sed nec velle[w] in ea, quae hactenus possedisset[x], esse contentum: cui etiam in praesenti, ne atemptet,[y] ex auctoritate apostolica interdiximus; eique concessum[z] palleum[a] sub[b] hac[c] esse conditione[d], dilectissimi, sciatis; cui denuo[e], ne praesumat excedere[f], praecipimus. Ne ergo incuria[g] quadam aut discidio[h] locum gens eorum[i] insidiando, ut assolet, invadat, pervigiles cavete, potius solliciti de vestra post divinum praesidium percogitate[k] salute[l], quia illud non occasione agitur, sed ubi possunt, Deo eis non[m] resistente, virtute[n] perpetrare[o] nituntur. Optantes vos de reliquo in amore domini nostri Iesu Christi pollere et ab omni immunes adversitate[p] manere[q].

Bene valete.

10.

Gregorius II. papa episcopis et cuncto populo Venetiae et Istriae nuntiat, se Petrum, qui ex episcopatu Polensi, Donato Gradensi patriarcha mortuo, ad sedem Gradensem, canones violans, transierit, dignitate episcopali nudatum secundum eorum voluntatem Polensem episcopum restituisse, ita tamen, ut per vitam suam poenitentiam agat; ad eligendum patriarcham omnes hortatur. **725. Mart. 1.**

Cod. VT (fol. 1).

Edd. Ughelli, Ital. sacra V, 1088. — Cappelletti, Le chiese d'Ital. IX, 21; Cod. dipl. Istr. ad. a 726. — Jaffé, Reg. 2172 (1665).

GREGORIUS[a] SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSIS DILECTISSIMIS NOBIS EPISCOPIS ET CUNCTO A DEO SERVATO POPULO VENETIAE SEU ISTRIAE.

Creditae speculationis ministerium ita favente Domino studeo modigerare, ut numquam me negligentiae quis condemnet sive indulgendo illicita vel tollerando in-

---

a) servus servorum dei episcopus *R 2.* b) atque *M.* c) *add.* ec *VD 1,* etc. *VD 3. M*; universis episcopis venet. seu hystriae vel plebi eiusdem *pro* dilectis — istriae *R 2.* d) ex *add. VD 2.* e) *corr. ex* superba *R 2;* divina *VD 2.* f) regimus *R 2.* g) deliberando *R 2.* h) verum — egisse *om. R 2* i) *supplevit Muratori.* k) persequi *R2.* l) *om R 2.* m) verum *R 2.* n) munitatem *R 2.* o) et *add. VD 1.* p) *om. R 2.* q) ad *add. M.* r) et *add. R 2.* s) foroiuliensem *VD 1. 2. 3. M.* t) dictionem *M.* u) accedere *VD 1. 2. 3. M.* v) ditionem — invadere *om. R 2.* w) nec velle *om. VD 1. 2. 3. M.* x) possedit se *VD 1. 2. 3. M.* y) ea temptet *R 2*; attentet *VD 2. 3. M.* z) consensum [a) l. 14] *VD 1. 2. 3. M.* a) *corr. ex* pallium *R 2; om. VD 1 2. 3. M.* b) ob *VD 1. 2. 3*; ad *M.* c) hanc *VD 1. 2. 3. M.* d) conditionem *VD 1. 2. 3. M.* e) dnique *VD 2.* f) *om. M.* g) iniuria *VD 1. 2. 3.* h) dissidio *VD 1. 2. 3. M.* i) qui est aliorum *pro* gens eorum *M.* k) percogitare *M.* l) salutem *VD 2. M.* m) eius *pro* eis non *R 2.* n) virtuti *M.* o) obtemperare *VD 1. 2. 3. M.* p) aversitate *R 2.* q) valere *VD 1.*

10. a) secundus ut puto *superscr. VT.*

1) *Inscriptionem epistolae in R 2 proditam ab Andrea Dandulo permutatam esse, quod censet Simonsfeld (cf. Hartmann l. c. p. 129), veri dissimile est, cum hoc quidem constet, eam in R 2 non primariam sed contractam esse.*

congrua, cum scriptum sit: Terminos patrum tuorum ne transgressus fueris. Quia vero institutione divina quottidie imploramus, ut debita dimittat nostra Dominus, sicut nos pollicentes debitoribus dimittere dicimus nostris, delinquentibus ut peniteat culpas relaxamus, rigore servato sanctorum canonum prorsus ut gemitus lacrimarum[a] speciali antidoto quasi vulnus, quod excrescit in membris, possit salvari. Dudum namque factus superbiae praeludium rogatus Petrus Pollensis antistes[b], canonica despiciens statuta, ab hac luce subtracto[c] fratre nostro. Donato Gradensi presule, suam deserens ad eandem transiit secundam[d], contemnens regulas patrum atque ecclesiastica statuta; quare merito ab episcopali collegio esset diffinitione patrum extorris et sacerdotali officio nudatus, nisi eum apostolica preveniret compassio. Quod quia instruimur severitatem[e] legum bonitatis indulgentia temperare et delinquentibus portum indulgere salutis, ad imitationem domini nostri Iesu[f] Christi, si quis offenderit, manum porrigere non denegamus, ab ea in quam incidit foveam relevantes, illa interpositione, ut semper se curet, flendo diluere[g] commissa, et doleat tentasse apostolica violare statuta, ut penitentiae medella cicatricis[h] possit in corde suo[i] vestigia relinquere. Eundem itaque Petrum episcopum ad pristinam redire sedem beati Petri apostolorum principis, cuius meritis impares vices tamen dignatione superna gerimus, auctoritate praecipimus plurimum vestris faventes votis, ea duntaxat, sicut praemissum est, interpositione, ut sibi indulta non ex licentia credat, sed semper retineat memoria: nimia compassione fuisset concessa, et commissum anterioris perpetrati posteritas obumbret modestae actionis. Quamvis enim ei[k] aditum ad suam remeandi sedem tribuamus, ut vivens semper doleat offendisse volumus, quatinus compunctionis stimulo sese adlacerans, ab erumnosa hac vita ad perpetuam non dubitet pertingere gloriam. Omnes itaque vos admoneo, dilectissimi fratres vel filii, ut concordes pro amore Dei absque elationis fuco eligere in Gradensi ecclesia praesulem debeatis, qui moribus actibusque polleat et ad exorandum Christum pro populo sit meritis dignus, ut suavitatis suae vel caritatis decoretur testimoniis postque sui consecrationem ab hac summa sancta Dei ecclesia[m] pallium id est benedictionis cumulum et[n] sui veniam et personam[o] [1], ut sic ecclesiae Christi ornatae sacerdotibus maneant Christi domini protectione inconcussae subque eorum regimine Christi plebs in eius amore proficiat.

Cf. Prov. 22, 28.

Cf. Matth. 6, 12.

Bene valete.

Data Kalendis Martiis, imperante domino nostro[p] piissimo augusto Leone a Deo coronato magno imperatore anno nono, post consulatum eius anno nono, sed et Constantino maiore imperatore eius filio anno sexto, indictione octava.

---

a) lachrymarum *VT: ita semper.* b) petrus pollensis antistes *rep. in marg. VT.* c) subthracto *VT.* d) *an* ecclesiam? e) severitate *VT.* f) Yesu *VT: ita ubique.* g) *sequitur spatium vocabuli non magni in VT.* h) cicatrix *VT.* i) cordis sui *pro* in corde suo *VT.* k) et *VT* l) ad lacerandum *VT.* m) *sequitur signum quoddam, quod alias* qui *significat, in VT.* n) *vocabulum agnosci non potest.* o) percipiat *vel quid simile desideratur.* p) pacis *pro* post consulatum *VT.*

1) *Cf. Chronica patriarcharum Gradensium c. 11 (SS. rer. Lang. p. 396):* Gregorius papa tercius ... post obitum Donati Gradensis patriarchae epistolam suam direxit universis Venetiensis seu Histriae et cuncto populo, ut electionem in Gradensem patriarcham facerent. Qui precepto eiusdem papae Gregorii elegerunt Antoninum virum probatissimum in nova sancta Aquileiensi patriarcham ecclesia. Qui a beato Gregorio papa tercio iuxta decessorum suorum exemplar privilegium cum benedictione pallei consecutus est. *Sed Gregorium non tertium, potius secundum fuisse, qui episcopos ad patriarcham eligendum hortatus est, ex hac epistola Leonis imperatoris anno nono (725) data apparet.*

11.

c.726-35 *Gregorius (II. aut III.) papa Ursum Venetiae ducem hortatur, (Eutychium) exarchum Venetiae morantem impellat, ut Ravenna a Langobardis capta sanctae rei publicae et Leoni et Constantino imperatoribus recuperetur*[1]. *(c. 726—735.)*

Codd. VD 1 (fol. 58), VD 2 (fol. 58), M (fol. 29)[a].

Edd. Danduli chron. VII, 3 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 135); de Rubeis, Hist. Raven. p. 217; Troya Cod. dpl. Long. III, 449 (nr. 463); Mansi, Conc. XII, 244; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 511. — Jaffé, Reg. 2177 (1670).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, DILECTO FILIO URSO DUCI VENECIE[b].

Quia pecato faciente[c] Ravennancium civitas, quae caput extat[d] omnium, ab[e] nec dicenda[f] gente Longobardorum capta est, et filius noster eximius dominus exarchus apud Venecias, ut cognovimus, moratur, debeat nobilitas tua[g] ei adherere et cum[h] eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctae rei publicae[i] et imperiali servitio dominorum filiorumque[k] nostrorum Leonis et Constantini magnorum imperatorum ipsa revocetur Ravennancium civitas, ut zelo et amore sanctae fidei nostrae in statu rei publicae[l] et imperiali servicio firmi persistere Domino cohoperante valeamus.

Deus te incolumem custodiat, dilectissime fili[m].

12.

Gregorius (II. aut III.) papa Antoninum Gradensem patriarcham hortatur, (Eutychium) exarchum Venetiae morantem impellat, ut Ravenna a Langobardis capta sanctae rei publicae et Lĕoni et Constantino imperatoribus recuperetur[2].

(c. 726—735.)

Codd. R 3. 4.

Ed. Iohannis chronicon Venetum: SS. VII, 12 — Jaffé, Reg. 2178 (1671).

DILECTISSIMO FRATRI ANTONINO GREGORIUS.

Quia peccato faciente Ravenantium civitas, quĩ caput extat[a] omnium, ab nec dicenda gente Longobardorum capta est, et filius noster eximius domnus exarchus apud Venecias, ut cognovimus, moratur, debeat tua fraterna sanctitas ei adaerere et cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctae rei publicae et imperiali servicio dominorum filiorumque nostrorum Leonis et Constantini magnorum imperatorum ipsa revocetur Ravenantium civitas, ut zelo et amore sanctae fidei nostrae in statu rei publicae et imperiali servicio firmi persistere Domino[b] cooperante valeamus.

Deus te incolomem custodiat, dilectissime frater.

---

11. a) in codice Eg. non ad ursum sed ad ant. patriar. dirigitur *not. in marg. M.* b) venet *VD 2. M.*; *add.* etc. *VD 1. 2. M.* c) favente *M.* d) erat *VD 1. M.* e) ad *VD 1*; a *VD 2.* f) dicendam *VD 1.* g) *om. M.* h) in *M.* i) reipub *M.* k) *om. M.* l) magnificorum *M.* m) filii *VD 1.*

12. a) erat *R 3. 4; cf. epistolam superiorem.* b) quo *add. R 4.*

1) *Hanc et sequentem epistolas, quae 'a pari' exaratae sunt, esse spurias, contendit Martens, Politische Geschichte des Langobardenreichs unter König Liutprand p. 69—71; hanc solam spuriam putant Hartmann l. c. p. 129—131 et Cohn l. c. p. 30 n. 3; quae recte negaverunt Weiland in Zeitschr. für Kirchenr. XVII, 373, Diehl l. c. p. 377 n. 5, Cipolla in 'Archivio Veneto' XX, 167—171, Monticolo l. c. p. 184—199. Gregorium III. has epistolas dedisse (quod putat Duchesne, Lib. pont. p. 412 n. 24; cf. Reg. pont. Rom. II, 700 et Hartmann l. c.), e Chronicis patriarcharum Gradensium, in quibus (c. 11: SS. rer. Lang. p. 396) Gregorius III. ad Antoninum, qui sequentem epistolam accepit, eligendum hortatus esse narratur, non elucet; cf. supra p. 701 n. 1 et commentariolum nostrum l. c.* 2) *Cf. supra n. 1.*

13.

Gregorius III. papa Antoninum Gradensem archiepiscopum eiusque suffraganeos ad concilium vocat die primo mensis Novembris 'succedentis quintae decimae indictionis' Romae celebrandum pro cultu imaginum Constantinopoli et per diversas provincias ex ecclesiis proiectarum reservando[1]. *(731. ante Sept.)* 731

Cod. VT (fol. 5).

Edd. Ughelli, Ital. sacra V, 1090. — Cappelletti, Le chiese d'Ital. IX, 25; Cod. dpl. Istr. ad a. 732; Mansi, Conc. XII, 300; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 586. — Jaffé, Reg. 2232 (1720).

GREGORIUS TERTIUS PONTIFEX[a] DILECTISSIMO FRATRI ANTONINO GRADENSI ARCHIEPISCOPO SEU DILECTISSIMIS NOBIS EPISCOPIS EIUSDEM ORDINATIONE SEU CONCILIO PERTINENTIBUS[b].

Inter diversas continuationum erumnas, quae nos hinc inde in sęculo positos circumstant et obruunt, orta est vana et perniciosa calamitas, quae graviter semper eclesiam quasi quibusdam ventosis procellis conturbat inaniter attemptata. Est enim infelix impietas apud regiam urbem, ut — credimus — notum[c] habetis, et per diversas provincias, ita ut, quod lugentes dicimus et voce promimus lacrimosa[d], sanctorum imagines ad[e] ipsius domini et redemptoris nostri instar omnes proiciantur, ecclesię delacerentur atque ipsius Dei ecclesiae, quod fatale malum[f] est et intollerabile exitium, habitationes hominum, vilium[g] utique efficiantur[h] armentorum[i], ut iam in eis nulla debeat laus Deo cantari; unde cum profeta lamentabili voce dicendum est: Quis dabit capiti meo aquas aut oculis meis lacrimarum fontes, ut tantum defleamus exitum? (Ierem. 9, 1.) Proinde, carissime frater atque dilectissimi nobis ecclesiarum Dei rectores, hortamur dilectionem vestram, ut pro domini nostri Iesu Christi nomine iuxta apostolicam vocem cunctas subiectas vobis ecclesias commonere atque instruere magnopere debeatis. Attendite, inquam[k], dilectissimi fratres, vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, ut iuxta traditionem sanctorum patrum et sancte[l] antiquitatis omnes veram fidem defendentes sanctam, si contigerit, corpora ponant et sanguinem fundant, quia ecce venit dies acceptabilis, ecce nunc dies salutis. (2. Cor. 6, 2.) Nostis, carissimi, quod sancti per fidem vicere regna. Haec vestra sit, fratres, ad omnem populum Christi commonitio, ut ipsi propriae saluti legem christianum defendentes possint constantia fidei prodire. Vos vero, carissimi, omnes, qui domos Domini diligentiam geritis, ad defendendam et confirmandam veritatem Kalendas Novembris[m] succedentis quintedecimae indictionis[n] apud hanc apostolicam sedem convenite omnes seposita[o] negligentia, ut communi conventu atque tractatu auctoritate beati Petri apostolorum principis super tale capitulum sententia promulgetur[p] atque statuatur, qualiter rabiem adversantium preveniamus et nostrarum procuremus animarum vel subiectorum salutem, consortes quoque mereamur pio intuitu[q] sanctorum fieri precessorum et quorum clara nos post Christi pręsidium fovet doctrina.

Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

13. a) pont *VT.* b) pertinenti *VT.* c) *bis scr. VT.* d) lachrymosa *VT.* e) ab *VT.* f) *superscr. VT.* g) vilia *VT.* h) efficiente *V. T.* i) armamentorum *VT.* k) inquit *VT.* l) *huius vocabuli nihil nisi* te *clarum est in VT.* m) 9bris *VT.* n) indit. *VT* o) opposita *VT.* p) promulgati *aut* promulgari *VT.* q) innictu, *uti videtur*, *VT.*

1) *Cf. infra* p. 704 *n. 1.*

14.

731 *Gregorius III. papa synodo in ecclesia beati Petri Romana maxime de imaginibus ex ecclesiis Constantinopolitanis proiectis habita litem inter Antoninum Gradensem patriarcham et Serenum Foroiulensem episcopum exortam, privilegiis utriusque partis perspectis, ita dirimit, ut Antoninum eiusque successores totius Venetiae et Istriae, quae territoria fines sint papales, primatum habere, Serenum autem eiusque successores Cormoniensi castro, ubi in Langobardorum finibus sedeant, contentos esse iubeat*[1]. *(731.)*

Cod. Exemplar actorum saeculo XII. exaratum, quod inter 'Documenti diplomatici restituiti dal Governo Austriaco' nro 140 signatum in Tabulis Venetis asservatur.

Edd. Hormayr in 'Historisch-statistisches Archiv für Süddeutschland' II, 209 (II). — Cod. dpl. Istr. ad a. 732. — Jaffé, Reg. 2234 (1722).

GREGORIUS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Cum simus dominice plebis divina miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei presidio pro eorum sepe cogitare salute, ne, creditis frustratis quod absit a manibus insidiis antiqui hostis, ante omnium pastorum dominum, nisi succedat preveniendo de offensis correctio, districtam cogamur solvere rationem. Igitur cum superna dispensatione in gremio ęcclesię beatissimi apostolorum principis ac celestis regni clavigeri[b] Petri, cuius vicem licet inmeriti gerimus, una cum sanctorum coetu episcoporum ante eiusdem confessionem ad retractandam ęcclesiasticę dispensationis normam consedissemus, pręcipue ob imagines, quę ad instar domini redemptoris nostri facte proiciebantur — atque ęcclesię ipsę in regia urbe ut vilia hominum habitacula efficiebantur — et propter inlicitas quasdam coniunctiones que fiebant, quod fatale malum et intollerabile erat exicium[2]: inter cetera, quę pro defensione vere fidei ventilata sunt, Antoninus unus ex residentibus Nove Aquilegię id est Gradensis patriarcha super Serenum Foroiulensem antistitem conquestus tunc est, quod parvi pendens beate memorię decessoris nostri Gregorii edictum[3], qui regis Langobardorum pręcibus devictus pallium sub ea sibi concesserat[c] interminatione, ut suę[d] Gradensis ęcclesię terminos nulla elatus penitus contingeret pręsumptione, verum ipse temerario dehinc ausu eosdem terminos proterve invasisset neque pro tantę audatia usurpationis Deum timeret neque hominem vereretur[e]. Cui asurgens Serenus cum retullisset, non equam eum promovisse de hoc adversum se querelam, deceret potius ea quę obiciebat taciturnitati illum committere, ad hec Antoninus: 'Apostolicę sedis huius pontificum censura, Serene, pro hac ipsa contentione habita, superna iuvante gratia, erit hodie nobis magistra'. Quibus cum ediceremus, si qua haberent, auctoralia oportere utrosque in medio deferre instrumenta, ut. inspectis amborum diligenti cura apicibus, talem superno intuitu huiusmodi liti inponeremus finem, per quem nulla inter eos eorumque successores in posterum de his insurgeret[f] disceptatio: interea Antoninus Gradensis patriarcha sua protulit monimenta, in quibus continebatur de mutatione sue

14. a) greorius *e.* b) ge *superscr. e.* c) ces *superscr. e.* d) sancte *add. H.* e) veretur *e;* verretur *H.* f) resurgeret *H.*

1) *Cf. Vitam Gregorii III. papae (Lib. pont. ed. Duchesne p. 416) et Chronica patriarcharum Gradensium c. 12 (SS. rer. Lang. p. 396):* Antoninus patriarcha ammonitus est a predicto Gregorio papa Romam ad synodum occurrere, ad quam synodum Iohannes archiepiscopus Ravenas vocatus est propter imagines, quae in regia urbe deponere iubebant Leo atque Constantinus augusti, et inlicita coniugia, quae per diversa loca fiebant. Post hanc vocationem Antoninus patriarcha cum suis suffraganeis Romam ad synodum perexit. In qua synodo definitive divisio facta est inter Antoninum Gradensem patriarcham et Serenum Foroiulensem antistitem, iuxta edictum beati Gregorii secundi confirmante tota synodo et sententiam anathematis in huius confirmationis violatores dictante. 2) *Cf. ep. 13 supra p. 703:* apud regiam urbem . . imagines ad ipsius domini et redemptoris nostri instar omnes proiciantur . . atque ipsius Dei ecclesiae, quod fatale malum est et intollerabile exitium, habitationes hominum, vilium utique efficiantur armentorum. 3) *Cf. ep. 8 supra p. 698. 699.*

sedis ex veteri Aquilegia in Gradensem civitatem, pię memorationis decessoris nostri, 731
pape Pellagii, auctoritate facta eamque episcoporum viginti sinodica promulgata sentencia totius Venetiae et Istrię metropolim confirmatam atque ad instar veteris Novam dictam fuisse Aquilegiam[1]. His denique evidenter consideratis, visum nobis fuit, quod Serenus contra hec sua ostendere scripta debuisset. Set isdem tunc confessus est, nil se aliud pręter unum habere privilegium, quod a decessore nostro Gregorio pro usu sibi pallii concessum fuerat; in quo habebatur, quod, licet regis Longobardorum precibus pallii consecutus fuisset benedictionem, non ob id gloriaretur, set esset, quasi non accepisset, in eo tantum contentus, quod tunc usque obtinuisset, id est Foroiulensi episcopatu, nec umquam Gradensis dicionis iura patriarche contingere pręsumpsisset; quodsi inobediens aliqua fultus elatione comprobaretur, edicto apostolici vigore concilii ipse se gratia collati[a] pallii ex pręsumptione indignum ostenderet et iudicaret[2]. Non enim his auditis contempnentis sancita patrum atque ecclesiastica statuta Sereni culpa latere diu potuit, pro qua ab episcopali collegio esset definitione patrum extorris et sacerdotalis offitio nudatus, nisi confitentem suę temeritatis reatum et a tali deinceps cessare pręsumptione sub iurisiurandi relegione[b] spondentem[c] cum apostolica pręveniret compassio, qua instruimur, severitatem legum bonitatis indulgentia temperare[3]. Preterea nos ęcclesię Dei utilitati pręvidentes et, ne ultra talis eandem vexaret disceptatio, consedentium fratrum definitione episcoporum liti finem imponentes stabilimus, ut Nove Aquilegię id est Gradensis civitatis Antoninus patriarcha suique successores tocius Venetię et Istrie, quę nostra sunt confinia, remota omnium insolentia ac tergiversatione, primates perpetuo habeantur, Foroiulensem antistitem Serenum suosque successores Cormonensi castro, in quo ad pręsens cernitur sedere in finibus Longobardorum, solummodo semper esse contentos, statuentes insuper et ex apostolica auctoritate nulli umquam hęc, quę a nobis pio promulgata sunt pro unitate ęcclesię intuitu, in quoquam violare aut aliqua licere transgredi pręsumptione, set perpetuis temporibus ab omnibus sanctę ęcclesie Dei fidelibus inviolata sub interminatione futuri iuditii observari ac inconvulsa manere. Qui autem huius nostre definitionis violator extiterit, nostro anathemate sic pereat, ut in adventum domini cum his qui a sinistris damnandi erunt, ęterna mulctentur[d] pena.

Gregorius episcopus sancte catholice atque apostolice Romane sedis ecclesie huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Iohannes Ravennas archiepiscopus huic constituto a nobis promulgato subscripsi[e].

Agnellus episcopus sancte ecclesie Feretinensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Vitalis episcopus sancte ecclesie Aratrine[f] huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Oportunus gratia Dei episcopus sancte aecclesie Manturianense huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

---

a) *corr. ex* collata *e.* b) relione *e.* c) spondenti *H.* d) *inter* c *et* e *superscr.* t *manus posterior in e.* e) sub *e.* f) '*forsan Aretinae vel Alatrinae*' *notat H.*

1) *Cf. Chron. patr. Gradens. c. 1 (SS. rer. Lang. p. 393).* 2) *Cf. ep. 8 supra p. 699:* si accepisti, quid gloriaris? Nam dum ... precibus eximii filii nostri regis flexi ... pallium sibi direximus interdicentes ... ne umquam aliena iura invaderes ..., sed his esses contentus, quae usque hactenus possedisti, ... ut non iniuste te suscepisse gratiam collati pallii ex praesumptione ostendas et inde apostolici vigore concilii, si inobediens fueris comprobatus, ultione dignus iudiceris. 3) *Cf. ep. 10 supra p. 701:* contemnens regulas patrum atque ecclesiastica statuta; quare merito ab episcopali collegio esset diffinitione patrum extorris et sacerdotali officio nudatus, nisi cum apostolica preveniret compassio. Quod quia instruimur severitatem legum bonitatis indulgentia temperare ...

731 Martinianus episcopus sancte ecclesie Gavennatis constituto a nobis promulgato subscripsi.

Gregorius episcopus sancte ecclesie Portuensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Tiberius episcopus sancte ęcclesię Silvecandide huic constituto[a] a nobis promulgato subscripsi.

Gregorius episcopus sancte ecclesie Agnine huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Antoninus sancte Nove Aquilegie ecclesie patriarcha huic decreto a nobis promulgato subscripsi.

Rusticanus[b] episcopus Concordiensis subscripsi.

Sereno Foroiulensis episcopus huic decreto subscripsi.

Dominicus episcopus Metamaucensis subscripsi.

Iohannes episcopus Tergestine ecclesie subscripsi.

Iohannes Foroliviensis[c] episcopus[d] subscripsi.

Stephanus episcopus sancte Aquilegie[e] subscripsi.

Petrus Sabionensis episcopus subscripsi.

Petrus Bononiensis episcopus subscripsi.

Iohannes indignus episcopus sancte ecclesie Signine huic decreto subscripsi.

Andreas episcopus sancte ecclesie Albanensis subscribsi[f].

Agnellus peccator[g] episcopus sancte ecclesie Matrine subscripsi.

Tribunarius episcopus sancte ecclesię Falaritane subscripsi.

Anastasius episcopus sancte ecclesie Tiburtine subscripsi.

Iohannes episcopus sancte ecclesię Bledine subscripsi.

Willanus episcopus sancte ecclesie Narniense subscripsi.

Sergius gratia Dei episcopus sancte ecclesie Prenestine[h] subscripsi.

Petrus humilis episcopus sancte ecclesie Amerine subscripsi.

Maiorinus episcopus sancte ęcclesię Hispanie[i] subscripsi.

Vinderedus episcopus sancte ecclesie Polimartii[k] subscripsi.

Sedulus episcopus de genere Scotorum[l] subscripsi.

Sergastus episcopus huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Sisinnius humilis presbiter sancte Romane ecclesie titulo sancti Laurenti, qui appellatur Lucine, huic constituto subscripsi.

Iohannes presbiter sancte ecclesie Romane subscripsi.

Sisinnius presbiter sancte ecclesie Romane titulo sancti Sixti subscripsi.

Iohannes presbiter titulo sancti Marcelli subscripsi.

Iohannes humilis presbiter sancte Romane [ecclesie] titulo sancti Marcelli subscripsi.

Eustarcius humilis presbiter sancte Romane ęcclesię [titulo sancte] Anastasie subscripsi.

Georgius inmeritus presbiter sancte Romane ecclesie intitulate[m] sanctorum Iohannis et Pauli subscripsi.

Talasius humilis presbiter titulo sancte Dei genitricis, qui apellatur Calisti trans Tiberim subscripsi.

Marinus humilis presbiter titulo sancte Savine subscripsi.

Constantinus presbiter sancti Ciriaci subscripsi.

Gregorius humilis presbiter titulo sancti Clementis subscripsi.

---

a) *sequitur* huic c *deletum in e.* b) Rustičus *e.* c) foro . . . lensis *(inter* o *et* l *duae vel tres litterae erasae) e.* d) episcopi *e.* e) legi *eras. e.* f) scribsi *e.* g) *sequitur* scri *deletum in e.* h) perestrine *e.* i) *post* H *signa quaedam superscripta in e.* k) *post* p *eadem signa superscripta quae n. i notata sunt.* l) soctorum *e.* m) intī *e.*

Epiphanius humilis presbiter sancte Romane ęcclesię intitulate[a] sancti Laurentii subscripsi. 731-733

Marinus indignus presbiter titulo[b] . . . apostolos[c] . . . subscripsi.

Iohannes humilis presbiter titulo[b] sancte Prisce subscripsi.

Petrus indignus archidiaconus sancte sedis apostolice subscripsi.

Gregorius indignus et humilis diaconus subscripsi.

Marcus[d] humilis diaconus sancte sedis apostolice subscripsi.

Benedictus indignus diaconus subscripsi.

15.

Gregorius III. papa Calistum Aquileiensem patriarcham, pallio accepto ne quid usurpet obstrictum, Centenarias et Musiones monasterii sanctae Mariae in insula Barbiana siti possessiones, quas invaserit, Gradensi patriarchae restituere iubet.

(731—733.)

Codd. VD 1 (fol. 58'), VD 2 (fol. 58'), VD 3 (fol. 55), VT (fol. 4), M (fol. 29').

Edd. Initium a Georgio H. Pertz ex VT exscriptum ed. Ewald inter Reg. pont. Rom., reliquum Danduli chron. VII, 3 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 136); de Rubeis, Mon. eccl. Aquil. p. 318; Baronius, Ann. eccl. a. 729 nr. 6; Ughelli, Ital. sacra V, 1089; Troya, Cod. dpl. Long. III, 624 (nr. 506). — Jaffé, Reg. 2240 (1725).

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, CALLISTO[a].

Iam triennium evolutum[b], decessoris[c] nostri[d] tempore plurimis fuerat suplicationibus constitutum, dilectionem tuam ab hac summa atque apostolica Dei ecclesia pallii promeruisse benedictionem commonitum te quoque[e], ut in sanctę nostrę ecclesię scrineis testantur volumina, fuisse, ne umquam auderes[f] tu vel tui futuri successores aliena invadere iura aut temeritate qualibet illicita penetrare, sed ut humiliter utilis[g] tibi concessum pallium fueras institutus merito magis est oneris quam honoris[h]. Nunc vero cognovimus, contra canonum instituta cuiusdam protervię auso temeratorem te extitisse, et valde audita doluimus: cognovimus enim, quos ita habetur nullus fieri serre murmuratione[i], quia[k] aviditate devictus[l] ausu illicito pervaseris[m] possessiones, que Centenaria[n] et Musiones[o] nuncupantur[p], pertinentes monasterio sanctę Dei genitricis sito in insula Barbiana, quod[q] prisco et longo tempore sancta[r] iure possidet[s] Gradensis ecclesia et eius hactenus fuerat ditionis. Quod quia aliena nulli licet invadere, precipue sacerdotibus, quia contra Deum est, precipimus beati Petri apostolorum[t] principis[u] auctoritate, cui a domino deo[v] et salvatore nostro ligandi atque solvendi in

---

a) int̄ *e.* b) īt *e.* c) *sequitur* t̄ *in e.* d) Musscus *e.*

15. a) calisto *M.; add.* etc. *VD 1. 2. 3. M.;* gregorius — callisto *om. VT et superscr.* epistola preceptionis directa calisto patriarchę aquileiensi a gregorio tertio *ita ut inter* directa *et* calisto *deleta et* patriarchę — tertio *additum sit.* b) devolutum *M.* c) praedecessoris *VD 2.;* decessus *M.* d) *addentes et infra omittunt quae sequuntur* tempore — doluimus *(l. 26) VD 1. 2. 3. M.* e) commonit ut equoque *VT.* f) audens *VT.* g) *an* utereris? h) *an* pallium quo fueras institutus: quod merito magis *etc. legendum?* i) quos — murmuratione *om. VD 1. 2. 3. M.; nescio an legendum sit:* quod, si ita habetur, nullus fieri sinit sine murmuratione? k) qui *M.* l) et *interp. M.* m) pervaderis *VD 1. 2. 3. M.* n) centenarie *VT.* o) mussiones *VT;* mussones *M.* p) vocantur *VT.* q) quas *VD 1. 2. 3.* r) sancto *VD 1. 2. 3; om. M.* s) possidet sancto iure *VD 1. 2. 3.* t) *om. VD 1. VT M.* u) *om. M.* v) *om. VD 1. 2. 3. M.*

740-741 cęlo terraque potestas concessa est, ut ea, quae pervadere contra legem ausus es[a], in presenti cum omnibus ei[b] pertinentibus in integro[c] restituere[d] Gradensi archiepiscopo[e] debeas, cuius[f] ditioni[g] pertinere videtur[h], et ab insolentia[i] recedere[k]. Non enim sinimus, scias, licitare[l] tibi illicita et aliena brachio possidere; potius molestia sacerdotali constrictus tuis te habeto[m] et, ut forti[n] servans, pervasa restitue. Scias enim, si extiteris temerator et reddere distuleris[o] aliena, apostolica sententia[p] canonica[q] te subiacere correctioni[r] atque penitentiae[s], dum iusta fueris condemnatus sententia.

16.

Gregorius III. papa omnes episcopos in Tuscia Langobardorum constitutos commonefaciens chyrographi et sacramenti, quo cum ordinati sint fidem et adiutorium beato Petro spoponderint, adhortatur, cum legatis, qui hanc epistolam detulerint, Anastasio presbytero et Adeodato regionario subdiacono, ad Liutprandum et Hilprandum Langobardorum reges profecti id supplicent, ut quattuor castra priore anno occupata (Ameria Ortas, Polimartium, Blera) beato Petro restituantur, minans, nisi obtemperent, se ipsum licet imbecillem iter laboriosum facturum esse. *740. Oct. 15.*

Edd. Deusdedit collectio can. I, 190 (edita e codice Vaticano a Rev. Martinucci p. 129). — Zaccagni, Diss. hist. de summo apostolicae sedis imperio in urbem Comacli (1709 fol.) app. p. 1.; Troya, Cod. dpl. Long. III, 689 (nr. 532); Cenni, Mon. dom. pont. I, 9; Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 16 n. 3; Mansi, Conc. XII, 286; Migne, Patrol. lat. LXXXI, 515. — Jaffé, Reg. 2253 (1736).

GREGORIUS OMNIBUS EPISCOPIS IN TUSCIA LONGOBARDORUM.

Meminit fraterna sanctitas vestra — *vide supra p. 478 n. 2* — ex nodo pacti pertineat.

Data Idus Octuber, indictione VIIII.

17.

Gregorius III. papa Antoninum Gradensem patriarcham, qui saepius evocatus ad synodum Romam prae diversis perturbationibus venire non potuerit, consentiente Liutprando Langobardorum rege, cum episcopis suffraganeis post tertium diem dominicae resurrectionis Romam proficisci iubet idque Venetiarum episcopos facere se iussisse docet, ut orta contentio ex ecclesia expellatur. *(c. 741.)*

Cod. VF (fol. 6)[a].

Ed. epistolam a Georgio H. Pertz ex VT exscriptam Ewald inter Reg. pont. Rom. — Jaffé, Reg. 2256 (1738).

---

a) *corr. ex* est *VTM;* ausus es contra legem *M.* b) eius *VD 1; om. VD 2. VT.* c) in integro *om. VD 1. 2. 3. M.* d) restitui, *superscribens* hic *vel* sic *VT.* e) gradensi patriarchae restituere *VD 1. 2. 3. M.* f) cui *VD 3 M.* g) dictione *VD 1;* ditio *VD 3.* h) *quae sequuntur* et ab — restitue, *(l. 5) om. VD 1. 2. 3. M.* i) insolenti *VT.* k) *ita videtur scriptum, quamquam solum* recede *clarum est in VT.* l) *aut* licstare *VT.* m) *an* contentum *addendum?* n) *an* brachio *addendum?* o) distinderis *VT.* p) apostolicae sententiae *VD 1. 2. 3. M.* q) canon. *M.* r) correctiones *VD 1;* correctionem *VD 2. 3.* s) poenitentias *VD 1;* poenitens *VD 2;* poeniteas *VD 3.*

17. a) gregorius 3us pont. ad antoninum patriarcham gradensem *superscr. VT.*

Saepius evocatus, ut apostolorum liminibus dilectam fraternitatem tuam cum 745-752 episcopis, qui sub tua ordinatione consistunt, presentari[a], diversis insurgentibus perturbationibus, venire secus[b] eos[c], dilectissime, innotuisti esse impossibile. Quod quia principalis causa est, et pre ceteris salutare fidei christianę et[d] domum Domini diligentia[e] procuremus. Iuxta quod obsecravit rex Longobardorum pro suis archiepiscopis nostros[f] partem, post tertium diem dominicę resurectionis ut etiam ipse cum tuis iter arripias, volumus, quia et Venetiarum episcopis ita scripsimus: si valet ad generalitate[g] exercitum, ut nullius prepediant venire, dihortati sumus. In hac enim causa nulla debet intercedere negligentia, quia Deo per omnia, si desides extiterimus, districtam solvemus rationem, beato inquiente apostolo Paulo: 'Attendite', inquit, Act. 20, 28. 'vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam suam, quam acquisivit sanguine suo'. Proinde ut ad statutum conveniatis tempus, ex apostolico vigore vestram omnium hortamur fraternitatem; possumus enim, ortam contentionem ab ecclesia Dei expellentes, premia ab aeterno iudice percipere et perpetuam vitam.

Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.

18.

Zacharias papa Theodoro Ticinensi episcopo sciscitato respondet, non licere, quemquam suam spiritualem sororem, puellam a patre illius e baptismate susceptam, in matrimonium ducere, talia matrimonia dirimenda esse, sed liberis in eis procreatis matrimonia contrahendi licentiam non debere negari; cognatos non modo usque in quartam generationem, sed dum mutuae cognationis conscii sint, copulari vetitos esse[1].

(745—752.)

Codd. R 1 (fol. 22'), P 1 (fol. 27'), P 2 (fol. 77), B 1 (fol. 120'), B 2 (fol. 122), B 3 (fol. 136').

Edd. Ivonis Carnotensis episcopi decr. I, 307, panorm. VI, 128: opp. omnia (Parisiis 1649) I, 41 (Migne, Patrol. lat. CLXI, 133. 1278); [G=] Gratiani decr. C. XXX qu. 3 c. 2 (Corpus iuris canonici ed. Aemilius Friedberg I, 1100); [L=] Labbe, Conc. VI, 1532; d'Achery, Spicilegium (nova editio) I, 401 inter Attonis opera, quae 'v. clarissimus Joannes Bona abbas . . ex ms. codice Vaticano nr. 4322 eruit, describi curavit Romae an. 1664 atque ad me transmisit': ad hanc epistolam editam Baluzius e quodam codice Parisino (=PB) lectiones nonnullas contribuit; (A=) Attonis sanctae Vercellarum ecclesiae episcopi opera ad autographi fidem nunc primum exacta . . a d. Carolo Burontio del Signore (1768) II, 301; (M=) Mansi Conc. XII, 354 epistolam supplens e codice quodam Burchardiani decreti, quem exquirere non potuimus; Troya Cod. dpl. Long. IV, 352 (nr. 631); Nürnberger in Katholik 1882 II, 69; Bartolini, Di s. Zaccaria papa, doc. p. 77; Migne, Patrol. lat. LXXXIX, 957. — Jaffé, Reg. 2306 (1758).

---

a) praesentare debeas *emend. Ewald.* b) se . . . s *certum est in VT.* c) *an* eas *(secundum eas sc. perturbationes)?* d) ut *emend. Ewald.* e) diligentiā *VT.* f) *vocabulum linea subductum est in VT; an* nostram? g) *sequitur signum quoddam in VT, quo locus significari corruptus videtur; an* si valet *(dehortatio nostra)* ad generalitatem exercitus *(Langobardorum)? (omnes)* ut nulli vos prepediant venire, dihortati sumus?

1) *Hanc epistolam spuriam esse non ex iusta causa videtur declarasse v. Scherer in Histor. Jahrbuch V, 250; cf. commentariolum nostrum l. c.*

745-752 ZACHARIAS[a] EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, REVERENTISSIMO ET[b] SANCTISSIMO[c] FRATRI[d] THEODORO EPISCOPO ECCLESIAE TICINENSIS[e].

Pittatium[f] nobis tua veneranda[g] fraternitas optulit[h], per quod nos[i] sciscitari[k] curasti[l], si liceat[m] filium[n], cuius pater[o] alterius filiam[p] ex sacro baptismate[q] suscepit[r] id est spiritalem[s] eiusdem[t] patris filiam, quod dici crudele est, in matrimonio[u] suscipere[v], quod apud[w] te[x] enormiter disseruisti[y] contigisse. Sed bene tua sancta[z] fra- Levit. 18,7.9. ternitas compertum habet, quod[a] Dominus per[b] Moysen[c] praecipiat[d] dicens[e]: Turpitudinem patris tui[f] non revelabis; turpitudinem matris tuę non revelabis[g]. Turpitudinem sororis tuę, filię patris tui, non revelabis[h]. Turpitudo enim tua est[i]. Turpitudinem enim[k] revelare[l] dicitur, dum[m] a[n] propria consanguinitate praecipimur[o] abstinere[p]. Multo magis[q] a[r] spiritali[s] patris nostri[t] filia[u] omnimodo[v] omni occasione[w] aut argumento reposito[x], sub nimia districtione[y] cavere nos[z] convenit, ne in[a] iram[b] divini examinis[c] incidat[d], si quis tali[e] facinore[f] mixtus[g] minime restrinxerit frena[h] luxurię[i]. Unde et omnes omnino cavere[k] debent talis[l] sceleris[m] commixtionem[n], ne[o] in aeternum[p] pereant[q]. Sed hii[r] qui huius[s] pernitiosę[t] temeritatis[u], anime suę salutem[v] despicientes[w], impiissimo[x] se[y] miscuit[z] matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare et

a) zacharias papa teodoro episcopo thiciensi *superscr. B 1;* zacharias papa theodoro episcopo ticinensi *superscr. B 2;* zacharias papa thodoro ticinensi episcopo *superscr. B 3.* b) item *praem. G.; om. P 2.;* ac *M.* c) et sanctissimo *om. G. L.* d) *om. G.* e) ticiensis *P 1. 2.; B 1. 2*; ticiensis ęcclesię *B 3.* f) id est epistolam *superscr. B 2.:* pictatium *L.; add.* quod *R P 1. 2. B 1. 2. 3. G [om. ed. Rom.]. L. A.* g) reverenda *M.* h) tua nobis fraternitas obtulit veneranda *B 1.* i) *om. B 3. G. ed. Rom.;* nobis *M.* k) suscitare *R 1.;* sciscitare *P 1. M.* l) voluisti *G* [curasti *ed. Rom.*]; studuisti *L.* m) licet *L.* n) filio *G.* o) f pater *B 3.* p) filiam alterius *B 2.* q) sacri fonte baptismatis *L.* r) susceptam *R 1. P 1. B 3. A;* levatam susceptam *P 2;* susceperit *G. ed. Rom.;* habet susceptam *L.* s) *add.* patrem *M.* t) eius *G.* u) in matrimonium *P 2. B 2. L. M.;* immatrimonio *B 1.* v) accipere *P 2. B 1. 2. 3. G. ed. Rom.; add.* liceat *L.* w) cap̄ *B 1.* x) *superscr. B 3.* y) asseruisti *P 1. 2.*
[a) lin. 7] *B 1. 2. G. L;* aseruisti *B 3*; reserasti *M.* z) *om. P 1. 2. M*; fraternitas sancta *B 3.* a) quid *P 2.* b) *om. P 1. 2. B 1. 2. 3. G.* c) moysi *P 1. B 1. 3. G;* moisi *P 2. B 2.* d) praecepit *P 1. 2.;* praecipit *L;* praecepit dominus moysi *B 1;* praecepit moysi *B 2. 3;* praecipit moysi *G* [praeceperit per moysen *ed. Rom.*] e) *post* dicens *praebent B 2. 3:* turpitudinem p. n. r. t. m. tuę n. r. r. t. n. r. turpitudo enim tua est; *G*: turpitudinem patris tui vel matris vel sororis non revelabis; turpitudo enim tua est. [in decretis zachariae, quae sunt in vetusto codice, et apud anselmum et ivonem habentur omnia, ut in c. XVIII. levitici *notant correctores*]; *L:* turpitudinem patris tui non revelabis; turpitudinem sororis tuae non revelabis; filia enim prius his est; turpitudinem enim patris tui et turpitudo sororis tuae turpitudo tua est. f) *om. B 1.* g) revelaris *R 1;* turpitudinem matris tuę non revelabis *om. P. 1. 2. M.* h) turpitudinem sororis — revelabis *om. P 1. 2. B 1. M.* i) filia enim patris tui turpitudo tua est *pro* turpitudo enim tua est *P 1. 2. M.* k) *add.* non *P 2 L M.* l) revelare *L.* m) cum ergo *pro* turpitudinem enim revelari dicitur dum *G* [in eisdem decretis *[cf. supra n. p. 1]* sic legitur: turpitudinem enim non revelare dicitur, dum a propria consanguinitate praecipimur abstinere, multo magis etc. *notant correctores*]. n) *om. P 2. B 1. 2. 3.* o) praecipitur *P 2. B 2. 3. M.;* praecipit *L;* iubemur *G.* p) abstineri *P 1. 2. B 1. 2. 3. M; add.* et *B 3.* q) *add.* dicitur *P 2. M.* r) ab *R 1.* s) spiritualis *B 1.* t) *om. B 1.* u) multo — filia *omissa ex alio codice supp. in marg. L.* v) omnino *P 2. A M: om. P 1. B 1. 2. 3. G L,* w) excusatione *G.* x) seposito *P 1. 2. B 1. 2. 3. G. L. M.* y) discretione *P 2;* detestatione *G. M.*
[a) lin. 12] z) nos cavere *P 1. 2. B 1. 2. 3. G L.* a) *om. P. 1. 2. B 1. 3 M.* b) ira *P 2 M.* c) divini hominis *L;* divinae examinationis *P 2. B 1. 2. 3. G* [divini examinis *ed. Rom.*] d) incidamus *L.* e) tale *P 2. M;* talis *A.* f) facinori *P 1. 2. B 1. 2. 3.* g) i mix *in loco raso in B 1.* h) etiam *P 1. 2. G.* i) *om. P 2. G (add. ed. Rom.) M.* k) cavendi sunt *P 1. 2. B 1. 2. 3. G;* cavendae sunt *L M; add.* a *P 1. 2. B 1. 2. 3. G.* l) tali *P 1. 2. G.* m) sceleri *P 1. 2. [*apud anselmum est: unde et omnes omnino cavendae sunt talis sceleris commixtiones *notant correctores]* n) commixtione *P 1. 2. B 1. 2. 3. G;* commixtiones *L M.* o) *add.* incautus *M.* p) perpetuum *G;* internum *pro* n aeternum *P 2.* q) pereat *M.* r) is *P 1. 2. B 2. 3. M A;* his *B 1;* hunc *G;* et eum *L.* s) eius *L.* t) pernitiosissime *B 1.* u) *add.* auctor *G. ed. Rom. L.* v) *om. B 3.* w) tes *corr. ex* s *R 1;* despiciens *P 1. 2. B 1. 2. 3. G. L. M. A.* x) impio *P 1. 2. B 1. 2. 3.* y) sese *L.* z) commisit *M.*

poenitentię dignę submittere[a], quatenus, ab aeterna erutas[b] damnatione animas eorum[c] lucreris ipso[d] praestante Domino et deo[e] salvatore nostro Iesu Christo[f]. 768-772

De filiis autem, qui ex[g] eis nati esse[h] probantur[i], retulisti[k], si liceat eos coniugio copulari[l]. Sed hi[m] cur prohibeantur[n] a coniugio aut pro[o] huiusmodi poenitentiam agere compellantur, dum ex hoc absque condemnatione esse perhibentur[p]? Quia non pater pro filio neque[q] filius pro patre sustinebit tormenta, dicente Domino[r] per prophetam[s]: 'Anima patris[t] mea est[u] anima filii mea est[v]: anima quae peccaverit[w] morietur'[x]. Ezech. 18, 4.

Sed et[y], frater carissime, de his[z] dixisse sufficiat[a]. Cave autem[b], ne aliter agere subiectis concedas[c], ne a recto tramite inveniaris deviare[d], sed magis apostolicae sedis nostrae praecepta omnino assequi elabora, quatenus inoffense ante omnium conditorem dominum Deum nostrum, dum ad iudicandum venerit, consistere merearis ac dicere: 'Ecce ego et pueri, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam', et ab ipso audias Hebr. 2, 13. dicente: 'Euge, serve bone', et reliqua. Matth. 25,21.

De illo vero capitulo, quod nobis insinuasti, in qua debeatur generatione de propria cognatione coniungi, quod alii sibi vendicare volunt hoc, quod a sancto Gregorio directum apud gentem Anglorum observandum usque in quartam progeniem. Sed ipse pius pater ut rudibus et noviter ad Christum venientibus licere quaedam imposuit, ne, si graviora imposuisset, duriter ferrent et dura gens omnia quae suscepissent penitus abicerent. Nos autem volumus, ut non populus tibi commissus, sicut qui noviter Christum susceperunt debeat observare, sed sicut qui in sancta catholica sunt a cunabulis nutriti ecclesia, ut, dum utique se de propria cognoverunt cognatione, modis omnibus abstineant, sicut hoc sancta Dei catholica et apostolica tenet et praedicat Romana ecclesia.

19.

Iohannes (Gradensis) episcopus Stephano III. papae, benevolentiam erga se praestitam laudibus efferens, iterum conqueritur, Langobardos, possessionibus suae ecclesiae occupatis, gravissima tributa exigere, non modo actores suae ecclesiae iudicia habere, sed etiam episcoporum Istriensis provinciae ordinationes perficere prohibentes; et supplicat, iterum id agat, postquam cum pro Ravennatium civitate et finibus tum apud (Desiderium) Langobardorum regem pro Gradensi ecclesia se interposuerit, ut Gradensis ecclesia in integrum restituatur. *(768—772.)*

Cod. VT (fol. 13. 14.)

Edd. Ughelli, Italia sacra V, 1091. Cappelletti, Le chiese d'Ital. IX, 27; Troya, Cod. dpl. Long. V, 618 (nr. 945); Cod. dpl. Istr. ad a. 768.

---

a) summitti *R 1*; submitti *A*. b) eruti *P 1. B 1. 2. 3.*; erutam *G*. c) animam eius *G, cetera omittens*. d) *om. P 1. 2 B 1. 2. 3.* e) deo et *L*. f) et deo — christo *om. P 1. 2, B 1. 2. 3; quae sequuntur omnia om. R 1. A* (de filiis — deviare) *add. ex alio codice L*. g) *om. B 1*. h) *om. P B*. i) probantur esse *B 1*. k) requisisti *M*. l) cupulari *B 1; add.* an non *M*. m) hii *B 2. 3*. n) prohibentur *B 2*. o) *om. B 3*. p) probentur *P 2. B 1. M.*; prohibentur *B 2. 3*. q) nec *P 2. M*. r) domino dicente *B 2. 3*. s) prohetam *B 2*. t) mei *quod sequitur delendum significat B 3*. u) est mea *P 1. P B L; add.* et *P 1. P B B 2. L*; mea est *om. M*. v) est mea *P 1. P B L*. w) *add.* illa *P 2 M*, ipsa *P B B 2. 3. L*. x) punietur *M*. y) *om. B 1*; haec *B 2*; hunc *M*. z) de his frater carissime *P B*; de his *om. M*. a) sufficiet *P B*. [a) lin. 8] b) ergo *B 3; add.* te *M*. c) concedas subiectis *B 2 3*. d) discedere *P B; quae sequuntur om. P 1. 2. B 1. 2. 3. P B, praebet solum M*.

768-772 DOMINO SANCTISSIMO AC TER BEATISSIMO APOSTOLICO ATQUE COANGELICO PATRI, DOMINO STEFANO UNIVERSALI PAPPĘ IOHANNES SERVORUM DEI SERVUS, HUMILIMUS EPISCOPUS.

Si omnes capilli capitis nostrí ignis exuerint[a] omnisque virtus nostra odore farciatur[b] suavitatis, nec sic digne laudes et gratias referre valeremus effectibus apostolici nostrae dominationis de tot agonibus[c], quae dignati estis pro totius populi consolatione[d] nostraque salute impendere, de quibus digne et merito vestrae coan-
Cf. Ioh. 10, 11. gelicae coronae diffinitus est sermo: Quoniam pastor bonus animam suam pro errantibus ovibus et in perditione sucumbentibus posuit redempturus. Obinde, omnium[e] sacerdotalium pastorum summe pastor et domine, qui, apostolorum principis Petri beati satis dignam contines fidem et vices seu omnium apostolorum patule effectus es consors, acsi tam tuas presentaliter conangelicis vestigii prostratus humo apostolatus atque ter beatissimi sanctissimi domini[1], exiguitate atque fragilitate mea cum his, qui[f] commissi sunt, vestro pastorali regimini salubriter dispensandam committo, ut et ego, qui licet valde dissimilis, animarum tamen dispensationem suscepi — institutionibus doctrinisque de spiritali matre omnium, apostolica sede, percepi —, anxius magna immitandum, secundum deinde proferre prestoler et tamquam in fundamentum firmissimi[g] edificii speciali construere ad gloriam obsecrationibus apostolici nostri, sanctissimi domini[2], solidatum possit[h] surgere; per vestram enim apostolicam sedem utpote per luminare magnum inextinguibili fulgore splendificus Dei filius, qui sol est iustitiae, omnium hominum corda lustravit cunctaque catholica eius ecclesia membra per totum orbem difusa, in fidei christianae rectitudine[i] una grex, unoque pastore perseverare disposuit, ne in alicuius erroris caligine labefacta sucumbit, sed in fide capiant[k] rectitudinis per animi cultum[l] pastoralem grex dispersa reducatur ad caulam salutis. Ergo, pastor pastorum et omnium sacerdotalium caput et benignissime domine, spes, insuadibilis claritas[m] et redemptio sperandorum, iamdudum apostolicis pro nostris humillimis syllabis precabimus almis obtutibus de tam crudele et importabile ingerente malitia, quod gens perfida Langobardorum sanctae nostrae ecclesiae invaserunt hereditatem, insuper et fidem pastoralem rectitudinis in ipsa Histriensi provincia abdicarunt et providentiae suae nuper usque ordinationes ecclesiasticas non distollunt perficere. Nunc quidem oportunum nobis fuit, et valde cum lamentatione cordis atque iterum omnia non solum postulare pro nostra redemptione apostolicis obtutibus nostri domini, verum etiam et declarare, quidquid nobis ipsi sevissimi Langobardi per iussione regis sui exercent, quia, dum vestra coangelica iussio et auctoritas fuit apud regem nobis, ecclesiae nostrae omni in re contradicere de hereditu, ut mos erat antiquus, factum est; sed, qualiter humiliter sugeramus de eorum illusione, plenius ignoramus. Imprimis ipsum in parvo quod est dilaniatum, qualiter ipsi volunt, relaxant nec permittunt. actores sanctae ecclesiae nostrae ex nostra preceptione aliquid ibidem iuris[n] exhibere: sed ipsi protervi praevaricatores episcopi magis magisque contumaces consistunt et contraria gerunt. Unde die noctuque pro-

a) *initium videtur corruptum in VT.* b) *sic VT.* c) tot agonibus *corr. ex* orthagonibus *VT.* d) conglabatione *VT.* e) totius *VT.* f) mihi *videtur addendum.* g) *corr. ex* firmissime *VT.* h) *in marg.* posui *scr. VT pro* possit *positum aut ponendum.* i) rectitudinis *VT.* k) *sic VT.* l) *aut* cultū *aut* culm̄ *VT.* m) *corr. ex* claritatis *VT.* n) uires *VT.*

1) *Videtur intellegendum: acsi ante tua presentaliter conangelica vestigia prostratus humo — apostolatus vestri atque ter beatissimi sanctissimi domini.* 2) *suppleatur velim: atque hoc modo, cf. infra:* terra prostrati acsi praesentialiter ante apostolici nostri domini obtutibus erimus.

clamantes, terra prostrati acsi praesentialiter ante apostolici nostri domini obtutibus 768-772 erimus propter redemptionem omnium nostrum: unde noster pius egregius solertissimus dominus agone precepti suae auctoritatis sibi a beato concessae Petro iam enituit nunc deposci perlustrari, ut saeviente mercenarii morsu oppiletur os et dispersus[a] grex innocens Istriensis provinciae[b] per vigore apicibus vestris apostolicis certaminibus merita revocetur[c] ad caulas salutis, ut, sicut a priscis temporibus sub uno pastorali gubernaculo fuit grex adscita[d], conscia ovili, precamus, de manibus gentis eripiatur Langobardorum, ut vigor et dignitas beati Petri et vestra pollulet satis, ut iam amplius ab ipsis perfidis Langobardis sanctorum patrum non prevaricetur canonica norma nec sanctarum ecclesiarum Dei obscurentur luminaria nec pauperes populi, qui magnam vim[e] sub eorundem[f] horribile iugum assidue sustentant, amplius iam dilanietur[g] eorum opressionibus, sed, redempti a Domino et a beato Petro per magni et benigni pastoris agonem, pro vita et incolumitate nostri apostolici domini incessanter Christi dei nostri misericordiam ingemiscentes valeant exorare: quia et — ut certum sit potestati vestrae plenissime — sicuti qui sitiens in ardore ad fontem vivum velocius concurrit, ita et populus Istriae provinciae redemptionem et protectionem a Deo et beato Petro per vestram apostolicam dispositionem desiderant et exposcunt, cognoscentes magnam et ineffabilem Dei nostri misericordiam, quam erga Ravennatium civitatem eiusque pertinentibus oppidis et finibus per vestra apostolica auctoritate et defensione ostendere dignatus est: quia iam non sufferunt[h] pauperes illi quotidianis[i] diebus collectas faciendo Longobardorum, tam milites quamque famuli omnium ecclesiarum necnon et quae prima est dominica nostra sancta Romana ecclesia — sine reverentia et de eius servientibus sicut et de nostra et aliis ecclesiis aequales collectas ex tritico et singula animalia assiduam consuetudinem faciunt: quod numquam auditum est in provincia illa quamque nec potest quispiam duobus servire dominis. Nostra autem parvitas, proxime manens et haec omnia veraciter perscrutans, clamorem pauperum, que subvenire nequeo, vestris mitissimis auribus intimare presumo, confidentes in magna misericordia omnipotentis Dei nostri pro beati Petri intercessionibus dignis, quod vester apostolicus apex haec cuncta superius adscripta forte[k] citius valebit eicere et perpetua securitate condonare. Ob his enim omnibus superius insertis capitulis cunctarum omnium nostrarum importabilem tribulationem et nimia oppressione coacti absolvere festinavimus una cum consensu sanctorum Dei filio, Mauricio consuli et imperiali duci huius Venetiarum provinciae. Presentes viros, humilimos vestros, Magno presbitero et scriniario nostro, sed et Constantio tribuno, gerolis nostris, quos[l] quasi praesentaliter domino nostro osculantes vestigia, quaeso[m] commendatos habere: ad quorum et nostrae iniunctionis eloquium meus apostolicus dominus dignas lubeat inclinare aures tam verbotinus quamque et per capitulare designato: plenissima eorum adsit apostolicae vestre potestatis credulitas, commendantes nostram fragilitatem vestris apostolicis atque coangelicis optutibus nunc et semper.

20.

Stephanus III. papa omnes Istriae episcopos, quod saecularibus freti auxiliis a Gradensis ecclesiae dicione secedere et alter alterum consecrare ausi sint et qui con-

a) disperse *VT.* b) provincia *VT.* c) *videtur solum* revocet *in VT.* d) *non plane agnosci potest in VT.* e) vin *VT.* f) eorum deo *VT.* g) *sic VT.* h) *aut* sufferre *VT.* i) quotiadianis *VT.* k) o *videtur deletum,* ium, *quod praemittitur, linea subducta delendum significatur in VT.* l) *an* per quos? m) quesso *VT.*

768-772 *secraverint et consecratos sacerdotali honore privat atque sententiae ab archiepiscopo suo (Iohanne Gradensi) prolatae poenitentiam agentes se subicere anathemate proposito iubet.*

(768—772.)

Cod. VT (fol. 11).

Edd. Ughelli, Ital. sacra V, 1693. — Cappelletti, Le chiese d'Ital. IX, 31: Cod. dpl. Istr. ad a. 768. — Jaffé, Reg. 2390 (1831).

STEPHANUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, OMNIBUS EPISCOPIS PER UNIVERSAM PROVINCIAM ISTRIAM CONSTITUTIS.

Quisquis sacerdotali prędītus non dicam honore, sed onere existunt[a] necesse est, ut canonica sanctorum patrum traditione tantum se observandum tota mentis integritate exhibeat, quantum nimirum constat, transgressoribus dignae ultionis et in hac vita de propriis reatus excessibus vindictam inferri et venturo in seculo ante tribunal Dei[b] condemnationis atque cruciatus pęnam irrogari. Unde necesse est omnibus huic sacro deditis officio in huiuscemodi canonicae sanctionis norma diutissime permanerę et nulla penitus ratione a recto itineris tramite quibuslibet sęcularibus persuasos fribolis pręsidiis deviare presumant, ne[c] tanti ponderis sibi regimen confertum detrimentum potius quam lucri stipendia pariat. Itaque pervenit ad nos nuncio precurrente, quod vos omnes episcopi ipsius Istriae provinciae constituti, qui canonica traditione a priscis temporibus sub iuris districtione ac consecratione sanctae Gradensis ecclesiae archiepiscopatus esse videmini, nunc, quod cum magno cordis dolore dicimus, sęcularibus convolantes auxiliis ab eadem episcopatus sede protervo spiritu inflati recedere presumpsistis et inter vos, quod numquam auditum est, unus alterutrum vosmet ipsos consecratis. Unde commissa nos pastoralis cura compulit apostolicae correptionis apicibus vos argui, ut talis prava et inaudita temeritas canonicae correptionis framea abscidatur. Quam ob rem ecce auctoritate domini nostri, beati Petri apostolorum principis, cuius licet immeriti, Deo tamen dignante, vices gerimus, magnis per huius nostrae relationis seriem interdicimus sub anathematis interpositionibus vobis omnibus, contumacibus ac transgressoribus canonicae institutionis[d] ipsius Istriae provinciae episcopis, ablegantes[e] vos atque privantes a sacerdotale honore vestro; ita ut et vos, qui ipsos enormiter consecrare presumpsistis episcopos, et si qui a vobis illicite consecrati sunt, a proprio sacerdotali honore atque a sacro officio, quo fungere videmini, recedere debeatis vestroque vos archiepiscopo cum magna humilitate et cordis lamentatione nequiter vos degisse deflentes subicere studeatis, in eius vos iudicii arbitrio et canonica de huiuscemodi prolata transgressionis reatu sententia submittentes. Nam si, quod non credimus et istius nostrae apostolicae interdictionis[f] obligationem transgredi presumpseritis, sciatis auctoritate apostolorum principis beati Petri celorum regni clavigeri, et cui a domino Deo in cęlo ac terra ligandi solvendique concessa est potestas, anathematis vinculo esse innodati et a regno Dei alienati atque cum diabolo et eius atrocissimis pompis sicut transgressores sanctorum
Cf. Prov. 22, 28. patrum canonicae traditionis deputati, quoniam scriptum est: Terminos patrum nostrorum nulla auctoritate inlicite temeritatis transgredi presumite, et iccirco oportunitatis exigit ratio, protervos et transgressores canonicae institutionis correptionis[g] freno constringi et dignae emendationis vindicta percelli.

a) *sic VT.* b) *add.* ne *VT.* c) nec *VT* d) transgressionis *VT.* e) oblegantes *VT.* f) interditionis *VT.* g) correpț. *VT.*

21.

Stephanus III. papa Iohannem Gradensem episcopum ab aemulis Istriensis provinciae vexatum consolatur et dicens, secundum Stephani II. exemplum securitatem eius sibi curae esse, et contendens, in pacto generali inter Romanos, Francos, Langobardos inito fideles beati Petri promisisse, etiam eius provinciam ab inimicis se defensuros esse, atque edocet, se ei iterum petenti satisfacientem Istriae episcopos corripuisse[1]. 768-772

(768—772.)

Codd. VD 1 (fol. 61'), VD 2 (fol. 62), VD 3 (fol. 58), M (fol. 32').

Edd. Danduli chron. VII, 12 (Muratori, SS. rer. Ital. XII, 144). — Ughelli, Ital. sacra V, 1090; Cappelletti, Le chiese d'Ital. IX, 29; Troya, Cod. dpl. Long. V, 624 (nr. 946); Cod. dpl. Istr. ad a. 769. Jaffé, Reg. 2391 (1832).

REVERENTISSIMO[a] ET SANCTISSIMO FRATRI IOHANNI EPISCOPO[b] STEPHANUS SERVUS SERVORUM DEI, EPISCOPUS[c].

Susceptis[d] igitur conspicuis sanctitatis vestrae apicibus eisque relectis magna te, reverentissime frater[e], angustia moeroreque fore attritum cognovimus a perfidis et malignis aemulis vestrae Istriarum provinciae. Pro quo[f] et noster protinus animus eadem lugubria attritus est, sed tamen fas nequaquam exigit nostras vestrasque mentes hoc momento[g] odio affici et moerore, quoniam certo confidimus, quod iam prope est Dominus, ut arrogantium ferocitatem[h] deiciat et humilium lacrimarum ac gemituum[i] erumpnosis[k] consoletur fletibus. Quippe nos, carissime frater, Deo propitio totis viribus[l] inhianter satagimus decertandum, sicut predecessor noster sanctae recordationis dominus[m] Stephanus papa, ut vestra sit redemptio atque salus et immensa securitas[n], quemadmodum nostra opitulante divina misericordia proficiat, quoniam in nostro pacto generali, quod inter Romanos, Francos[o] et Longobardos dignosciter provenisse, et ipsa vestra Istriarum provincia constat esse confirmata atque annexa simulque et Venetiarum provincia. Ideo confidat in Deo[p] immutabili[q] sanctitas tua quia ita fideles beati Petri studuerunt ad serviendum iureiurando beato Petro apostolorum principi et eius omnibus vicariis, qui in sede ipsius apostolica usque in finem seculi sessuri erunt[r], in scriptis contulerunt promissionem, ut sicut hanc nostram Romanorum provinciam et exarchatum Ravennatium et ipsam quoque vestram provinciam[r] pari modo ab inimicorum oppressionibus semper defendere procurent. Petisti etiam, sanctissime frater, corripi episcopos Istriae, ut a tanta et[t] iniqua resipiscant temeritate. Qui[u] quidem tuis annuentes[v] votis, nostra apostolica scripta eisdem[w] contumacibus episcopis direximus, tam illis[x], qui eandem illicitam perpetrare ausi sunt consecrationem, quamque eis, qui ab ipsis enormiter ordinati sunt, obligantes eos validis interdictionibus atque a sacro sacerdotali officio et proprii honoris dignitate sicut contemptores privare studuimus.

21. a) reverendissimo *VD 1. 2. 3.*; R mo *M.* b) coepiscopo *M.* c) coepiscopus et infra *add. VD 1. 3* etc. et infra *VD 2; addens* et infra *M.* d) suscepit *VD 1. 2. 3.* e) itaque *VD 1.* f) fratrum *M.* g) *corr. ex* quorum *M.* h) nocumento *VD 1. 2.*; monumento *VD 3.* i) feritatem *M.* k) lacrimas et gemitum *VD 2. 3.* l) aerummosis *VD 2*; erumnosis *VD 3*; aerunosis *M.* m) iussibus *VD 2. M.* n) *om. M.* o) si curitas *M.* p) franchos *M.* q) domino *M.* r) immutabilis *M.* s) sunt *VD 2.* t) ipsa quoque vestra provincia *M.* u) et iterum in fine *interp. VD 1. 2. 3. M.* v) *bis scr. M.* w) quod *M.* x) renuentes *M.* y) *corr. ex* eiudem *M.* z) illi *VD 1. 2. 3.*

1) *Hanc epistolam in dubium vocarit Waitz, Verfassungsgesch. III*[1] *532; sed genuinam esse recte contendit Weiland in Zeitschr. für Kirchenr. XVII, 385. 386.*

ADDITAMENTUM.

500-600 *Quaedam sanctimonialis laudata respondens ipsa quoque laudibus effert quandam abbatissam, ut videtur, illustri genere natam atque rogat, ut crebro sibi erudiendae scribat.* *(500—600.)*

Cod. Sangall. 190 (p. 50—55) saeculo IX. scriptus (de quo v. Scherrer, Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen p. 68 s. et Krusch in Auctt. antiquiss. VIII, LXIX s. et Caspari l. c. 398 n. 3) a viro cl. Hermanno Wartmann benevole collatus.

Ed. Caspari, Briefe, Abhandlungen und Predigten aus den zwei letzten Jahrhunderten des kirchlichen Alterthums und dem Anfang des Mittelalters (Christiania 1890) p. 178—182.

